BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 F
10

28.4.16.

24
C

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


COMMISSIONVM
AC
RESCRIPTORVM
VTRIVSQ. SIGNATVRAE
S. D. N. PAPAE.
PRAXIS SIVE TRACTATVS
IO. BAPTISTAE MARCHESANI
Tifernatis, ac Romani, I. V. Doctoris, & in eiſdem Signaturis Decani.

HAC POSTREMA EDITIONE IN AMPLIOREM FORMAM aucti, & opportunis in locis ſacræ Rotæ Romanæ Deciſionibus illuſtrati.

Pars Secunda.

CVM INDICIBVS, AC SVMMARIIS TAM DECISIONVM, quàm aliorum in opere contentorum locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIIS, ET SVPERIORVM AVCTORITATE.



ROMAE, Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXV.

Digitized by Google

13 8 D 10

LVDOVICO XIII
GALLIARVM ET NAVARRAE
REGI CHRISTIANISSIMO.

IOANNES BAPTISTA MARCHESANVS FAELICITATEM.

PARVA ſæpe munuſcula Regum Auguſtiſſime magnis Regibus fuere gratiſſima, & quæ apud mortalium Vulgus vilia ducebantur, ex ipſa Principum æſtimatione principatum, & neſcio quam repente dignitatem habuere: Adeo nihil vſpiam paruum eſt ſi Magnis placet, & minimum etiam donum ex accipientis animi magnitudine creſcit non parum. Hinc Artaxerſes ille Regum ſui temporis maximus dùm agreſtem hominem pomum offerentem lætabundus excepit, regali illo faſtigio nobilitauit quodammodo ruſticum,& vilitati muneris Artaxerſis magnitudo pretium fecit. Regie factum egregie dictis Hiſtoricorum celebratum,Artaxerſi gloriæ, Regibus exemplo nulli non voluptati fuit,mihi etiam inuitamento, vt hoc quicquid eſt munuſculi,recenter oblaturus,alacri,fidentiq. animo ad tuæ Penetrale Maieſtatis accederem.Neque ruſticè faciam,ſi me cum homine ruſticano conferam in præſentia: Nam, & annos plurimos non Heſperidum, ſed legum Sanctiſſimarum feraces hortos excolui,non Alcinoi, non Athlantis, ſed Auguſtiſſimorum Cæſarum,Summorumq. Pontificum conſitos manu,non aquarum belle cadentium riuulis;ſed immortalium ingeniorum ſudoribus irrigatos: non Draconis inſomnibus oculis,ſed ſapientiæ luminibus,& præſidio tutos, non denique veris fauonio, ſed veritatis aura temperatos. Ex his hortis cum annorum tùm etiam pomorum ſpectata maturitate, quicquid labore meo,& induſtria legi,vel collegi,totum Maieſtati tuæ ex vetere legum formula dò, dico, & addico. Conſilium fuit non tam labores meos tradere poſteris, quam Chriſtianiſſimi Principis Nomini, Gloriæq. conſecrare aliquod perpetuum addictiſſimæ meæ voluntatis, & obſequij monumentum. Ad id nomina, & cauſæ me adegere complures, mea vetus in Henricum Magnum obſeruantia, quæ Regis optimi optimo filio hæreditatis iure debetur: Illius in me ampliſſima regiæ liberalitatis inſignia tuo etiam iudicio,& authoritate probata, & prorogata, quibus ego pro meritis Altitudini fortunæ veſtræ nullam ingratus redderem gratiam,ſi gratiam vllam reddi poſſe profiterer: Ipſæ præterea leges dum ex Arce Romana me veluti claſſicum concinente ſceleribus bellum indicunt, quem Ducem alium adhoc bellum deligere debuerunt,quam te, Rex Chriſtianiſſime, qui legum patrocinium propugnationem veritatis,propagationem Religionis cum lacte ſuſcepiſti?Ipſa vero æterna Henrici Magni apud Homines Gloria,apud filium tanti Immortalitas Patris, tam conſulta Prudentiſſimæ Matris educatio, tam altè tot retrò ſæculis repetita, per tot Imperatorum, Regumq. Trabeas numquam interrupta, ſemper illibata in regnatrice Domo Nobilitas, LVDOVICI è Cælo tibi inditum nomen,corporis ſpecies Imperio nata,Indoles animi diuinitus hauſta,primus inter Reges maximos locus,maxima de te pendētis Orbis expectatio,veris conſentiens virtutibus fama ad omnium tibi animos expugnandos potentiſſimum telum eſt. At quæ tecum nata tecum etiam adoleſcunt bona,acer veræ gloriæ morſus,non leuiter adumbratæ,ſed altè impreſſæ ſenſus virtutis,Diuini Numinis,Caſtus metus,Sacrorum reuerentia,Religionis amor, Pietas in Parentes, Comitas in Ciues, liberalitas in Egenos,in ſupplices Clementia, in Populares omnes Humanitas, cum Grauitate facilitas, cum lenitate Maieſtas,cum tenera ætate Prudentia, Summorum Heroum imitatio, Atauorum Regum memoria paternæ virtutis æmulatio,ingenium deniq. ad omnia ſumma, & omnium Gentium ſa uti natum,quem Hominum, quem Cæleſtium in amorem Tui non raperent? quos tanta ſpecies non alliceret oculos? quem non accenderet animum tantarum famæ flabellis euentilata flamma Virtutum? Quare ſi ex picturæ delineamentis,ductuq. colorum, Artificis ingenium deprehenditur,dum Te viuam,ſpirantemq. Magni Patris imaginem intuemur Rex Maximè Ludouice, probe intelligimus, qualis, quantuſq. fuerit Genitor, qui te ſuis moribus talem expreſſit,quanta ſit virtus,& excellentia Matris, quæ tui animi vultum,

Digitized by Google

hoc eſt paternę Dignitatis ſpecimen, inchoatum à Patre ſimulacrum non imperfectum reliquit, ſed Regijs colorando virtutibus, admirabili pietatis artificio perpoliuit. Intelligimus etiam, cur Ludouicus IX. vt olim Rex Sanctiſſimus Galliarum, ita nunc Princeps in Cælo Beatiſſimus, cur ille Tibi ſuum nomen impertitum voluerit: Nempe, vt Tibi cum nomine Dignitatem, cum Dignitate Virtutes Sapientiam fortitudinem, Sanctitatem, cum Virtutibus labores, præmia, bella, triumphos, Immortalitatem, Cælum ipſum impertiret. Habes ſanè Mariam Matrem Blancæ illi Sanctiſſimæ Reginæ perſimilem, ex qua te alterum omnino Ludouicum ſperare poſſimus. Et dubitare quis poterit, quin hac indole nutrita fauſtis ſub Penetralibus Chriſtianæ Reipublicæ Regem Maximum Optimumq. repræſentes? cum non ſolum inter Homines Parentes humano faſtigio celſiores, ſed inter Cælites etiam Cæleſtes Auos ad Regnum Duces habueris? Profecto tantus euades, quanti fuerunt illi, ex quibus Te proſeminatum accepimus. Nam, vt ad Auguſtum Romanus Pindarus.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in Iuuencis, eſt in Equis Patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

Ille Tibi Progenitor eſt, cuius vbi ſemel, vel imaginem videris, vel audieris nomen; ſenties illico animum Tibi vehementiſſime ad virtutem accendi, tantumq. ea flamma regio in pectore excitabit incendium, vt prius ſedari non poſſit, quam Ludouici virtus infinitam illam Henrici Magni gloriam adæquauerit. Henricus igitur Quartus, quo

——— Iuſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis;

extincto Henrico Tertio Chriſtianiſsimo Galliarum, & Poloniæ Rege, & cum eo etiam Valeſiorum extinta familia, cùm legum Gallicarum voce vocaretur ad Regnum, vtpote, qui Sanctum Ludouicum Regem ſui Generis Authorem recta, & legitima Principum ſucceſsione pertingeret, vbi debitum ſibi culmen Regiæ Dignitatis aſcendere conatus eſt. Ecce repente perturbari Regnum, ac miſceri omnia, Alios alio ferri, trahi varias, ac diſtrahi factiones, diſcedi à legibus, vim parari, & qnem antiquæ, & nunquam antiquandæ leges aditum ad Regnum legitimo Regi aperirent, armis intercludi: Plebem, Nobiles, Principes ferè omnes, totaſq. Gallias contra vnum Henricum armari, vt qui vnus iure Regnum peteret, telis omnium peteretur; At Henricus æquitate cauſæ, animiq. ſui virtute, ac præſentia fretus quam parua Militum manu innumerabiles exercitus fudit? At quos exercitus quæ bella deleuit? Exercitus nempe bellicoſiſsimæ Nationis, Bella genere difficillima, diſcrimine ſumma, apparatu grauiſsima; exercitatione Militum laborioſiſsima, claritudine Ducum acerrima, diſſenſione partium implicatiſsima, fortunæ varietate inconſtantiſsima, pugnandi diuturnitate longiſsima: Triginta enim continenter annos in Hoſtes Henrico fulminante in Gallia Bellorũ nimbi tempeſtateſq. tonuerunt. Quartum, ac decimum agebat ætatis annum, cum turbulentiſsimum bellum aggreſſus eſt. reliquum ætatis (quod tempus fuit omnino longiſsimum) ad vſque Regni faſtigium, non tam illi viuere, quam vincere fuit. Octies, ac tricies victor patenti in campo, iuſtaq. acie debellauit. Ducenta, & amplius oppida, Arceſq. natura locorum & Hoſtium propugnatione munitiſsimas expugnauit. Atque ita in omnium bellorum genere victor, obſidionalium, atque campeſtrium, quam hæreditatis iure conſequi debuit Regni coronam præmium bellicoſæ virtutis accepit. Sed victoria fortiſsimi bellatoris, quam facile iræ iuſtiſsimæ temperarit, quam ſubito frenos felicitatis ſuæ reprehenderit, quam amice hoſtiles iniurias alta animi obliuione demerſerit, vel ex Hoſtiũ cõfeſsione intellectum eſt, qui non modo vita donati ſunt à victore, ſed etiam vitæ commodis fortuniſq. quamplurimis, maximiſq. honorũ gradibus aucti, non inique ferunt à ſe Henricum non victum, immo ſe ab Henrico victos eſſe gloriantur, & mirantur, ſe aliquando de Henrico voluiſſe victoriã à quo aliquando vinci maluiſſent. Hoc nimirum diuinum quoddam victoriæ genus eſt, Victorem Henricum à Clementia vinci, & qui ferro expugnauerat corpora, ab eiuſdem amore animos Hoſtium expugnari. Hinc factum eſt, vt qui per vim armorum cæperat Regnum, amore regnaret: Illudq. ſibi dictum vſurparet veriſsime.

Tu regere imperio populos Henrice memento
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Sed cuius ira in bello clementiſsima fuit, pacis tempore quantis ab eo commodis, ornamentiſq. amplificatam fuiſſe Rempub. neceſſe eſt? Cæpere ſtatim ad iocundiſsimum Pacis no-

men

Apud Cardin. Bar. 43. numeratur.

Digitized by Google

men, victi victoreſq. lætari, gratulari Ciues, Ciuitates ædificijs exornari, Villæ colonis, Agri ſegetibus, prata pabulis, pecore Paſtoribus triumphare, liberata metu libertas, firmata negotiorũ fides, vilitas annonæ conſecuta. Vt plane tunc illud intelligeret. Gallia animũ Regni Regem eſſe. Quippe, quæ veluti cadauer iacuerãt omnia Galliæ mẽbra ſtatim recepto Rege quaſi recepto ſpiritu floruerũt. Quid vero pulcherrima tot in Regni partibus extructa recenter ædificia, ac præcipue Lutetiæ Regia Pergula miræ longitudinis amplificata, intus viuis imaginum perducta coloribus, foris cælata pulcherrimis ſignis, quantũ habet publici ſplendoris, magnificentiæ, voluptatis? Huc adde vias in toto Regno portorijs, vltro, citroq. commeantium nobiles, exæquatas, directas, omni metu liberatas. Viros præſtantiſſimos, quos è vulgo ſumma virtus exemit, Henrico poſtulante à Summo Pontifice Toga purpurea Galeroq. donatos, cæteros virtutis propoſito præmio ad virtutis pulchritudinem excitatos. Sed hæc, & id genus alia propemodũ infinita fuerint regiæ liberalitatis monumenta. Quantum habet in ſe dignitatis, ac nominis in Regnum reuocata Religio? proſcripta ſuperſtitio? familiæ Religioſorum non in priſtinum modo decorem dignitatemq. reſtitutæ, ſed ijs ex ædificata templa magnificentiſsima, per ampla extructa collegia, innumera vbiq. Sata Romanæ fidei hoc eſt veræ, caſtæq. Religionis incrementa? Tot viri nobiles ab Romana Eccleſia aberrantes inuitatu regio, hortatuq. ad veritatem ab errore traducti? Contagione ſtrumarum affecta multitudo ſigno Crucis exterſa præclaro Regiæ ſtirpis teſtimonio, præclariore veræ Religionis argumento? Ipſa etiam maria vt à Pyratarum peſte purgaret, claſſem adornat Henricus, captos multos mortalium liberat nullumq. auditum eſt aliquo nauigium Pyratarum appulſum quod regiæ claſsis celeritate depulſum, depreſſumve non ſit. Age vero erga Romanum Pontificem, erga totius Eccleſiæ ac Reip. Chriſtianæ Parentem & Caput, quanta fuit Henrici, vel veneratio, vel demiſsio? Cum Allobrogum Duce bellum gerit iuſtiſsimum, vrbes Arceſq. plurimas capit, totam propemodum Hoſtis ſui occupat ditionem, intercedit ſummus Pontifex Clemens VIII. Henricus dicto eſt audiens, pacem, & Vrbes reddit, certiſsimæ Victoriæ curſum interrumpit. O animum vere regium, qui maluit ſeruire Summo Pontifici, quam cæteris Principibus imperare. Hunc erga Romanum Pontificem in pectus alte demiſſum ſenſum pietatis cæteris quoque Chriſtianæ Reip. Principibus perſuaſit. Hæc in Romanum Pontificem; at in Principem Romanæ Vrbis Eccleſiam Lateranenſem dico, Gallorum ſæpe Principum donarijs illuſtratam, immortalia etiam voluit extare beneficia. Nam in Gallia opulentiſsimæ fructus Abbatiæ à Paulo V. Pont. Max. impetrato conſenſu in Lateranenſes Canonicos liberaliſsime deriuauit. Animi grati ergo Canonici ſub regia Templi porticu Henrici ſtatuam ex ære, Henricum vero ipſum ſibi in pectore collocarunt. Eadem Henrici munificentia non ſemel Regni fines egreſſa, quibus ſe continere non poterat, non ſuos populares modo ſedaliarũ etiam Principes nationũ, Præſulesq. non paucos deuiuxit Alexandrum Sfortiam, & Io. Antonium Vrſinum Romanæ nobilitatis Duces in æquitum ordinẽ longè nobiliſsimum, cui à Spiritu Sancto nomen eſt, Carolus Alincurt eiuſdem eques ordinis, & apud Summum Pontificem Chriſtianiſsimi Regis Orator in æde S. Ludouici denſa nobilium & Purpuratorum Patrũ Corona Henrici Magni nomine adſciuit. Et tamen ad eam diem tam præclara dignitatis inſignia ſolis Gallis Optimatibus tradi conſueuerant. Quid plura? Parũ erat Henrico Societatis Ieſu Patribus in Regno florẽtiſſimo Galliarũ ampliſſima fundare Collegia, niſi etiam in Vrbe Conſtantinopoli, in illa colluuione barbarorũ eidem Societati Collegium à Principe Turcarum impetraſſet. Tantiq. apud eum fuit Henrici Magni nomen, ac dignitas, vt religioſam familiam ab Henrico ſibi Commendatam lætus exceperit, publicè laudauerit, ſuo patrocinio tutam ab omniũ iniuria vindicauerit. Sed in hoc genere nihil auguſtius inuenitur incolumitate Templi Hieroſolymitani, quam vno ab Henrico Chriſtianus Orbis accepit. Decreuerat Othomanicus Tyrannus ad facinoroſiſſimam Mahometis ſui ſuperſtitionem opere aliquo memorabili decorandam in Vrbe Hieroſolymitana, quæ adhuc extant Sacroſancta templa polluere Religionis illa, Pietatis, Sapientiæ, Diuinitatis domicilia in teterrimi monſtri ſpeluncam conuertere, Chriſti Seruatoris noſtri Sepulchrum Mahometis impuriſſimi ſtabulum facere: Summam ratus gloriam Mahometis, quæ Chriſtiano nomini ſummam afferret contumeliam. Et iam Franciſcanæ familiæ quicumque his locis præerant Patres in vincla coniecti funeſtiſſimæ cladis erant initium. Sed de re tota à Franciſco Sauario D. de Breues eius apud Turcarum Principem Oratore certior factus Henricus, quà promiſſis, quà authoritate, quà minis conflatum, ac prope perfectum ſcelus omne diſiecit, Principemq. Turcarum ad ſaniora conſilia reuocauit. Qua in perſpecta eſt cum Sauarij prudentia

ſingu-

ſingularis, tum admirabilis quædam in difficillimis rebus explicandis induſtria, quâ ille non ſemel Turcarum furori frenum iniecit. Henrici verò in Chriſtianam Remp. tam immortale beneficium tamdiù viuet apud homines quamdiù erga Chriſti Domini Cruciatus acerbiſſimos viuet aliquis ſenſus humanitatis. Quoties enim Auguſta Monumēta diuinis impreſſa veſtigijs, vel oculis vſurpabimus, vel auditione, & memoria repetemus, toties ea aduerſus Sathanæ furias ab Henrico eſſe conſeruata prædicabimus. Idem Henrici, & augendæ gloriæ & amplificandæ Religionis ardor. Mari bene inſtructam claſſem committit, quæ per incognitas antiquitati vias immenſos Oceani tractus præteruecta, non minore felicitate, quàm auſu nouos Orbes, nouas Gallias aperit, & Henricus interim ab idolorum ſacris execrandis innumerabiles Populos ad verum Dei cultum traducendo non minora dat incrementa Pietati quam Regnis. His ille, & allijs innumeris rebus pro ſalute Galliarū proq. Chriſtiana Rep. præclariſſime geſtis tantus euaſit, vt Magni cognomento Terrarum Orbem occupauerit. Quare non mirum eſt in eo laudando tot volumina Hiſtoricorum impleri, tot exerceri Oratorū ingenia; quicquid .n. aut ample dixerint, aut magnifice ſcripſerint Henrici magnitudine minus eſt. Verum, vt verum fatear, nulla de Henrico Magno Hiſtoria ſcribetur illuſtrior, nulla oratio fluet vberior, nullus legetur liber auidius quam ille, quem de ſe ſcripſit Henricus. Quæris hunc librum Regū optime Ludouice? ne à Te ipſo diſcedas. Ille nimirū Tu liber es, in quem omnium ora, omniū oculi ſunt coniecti, quem Chriſtianus Orbis perpetuo legit, ac diligit. Dum enim Parentem Henricū imitaris, Henricum exſcribis, dum

Prouerb. cap. 15. te illius exornas exemplo aureis characteribus exornaris. An non *PATRIS EST GLORIA FILIVS SAPIENS*? Tua glorioſe geſta, glorioſa Patris oratio eſt. Tua præclare facta præclara de Henrico ſunt dicta Tuiq. anni Annales Parentes ſunt. Et quidem Tù ſapienter agendo tanto præſtantius cæteris oratoribus, laudas Parentem, quanto Rex Maximus maior eſt Vulgo, & quanto rectè facta illuſtriora ſunt Verbis. Alius enim dum tuam in Apoſtolorum Principis Sedem venerationem miratur, & a Te Summi Pontificis nutum pro Imperio reputari, Hos nimirum Henrici Magni mores exclamat. Alius in Te dum ingenium acre, ſed in loco; vehemens, ac viuidum, ſed compoſitum, ac ſedatum; graue, & ſeuerum, ſed docile tamen, & iucundum; dum oris dignitatem pectusq. Animæ magnæ pleniſſimum; dum Animi firmitatem conſilijs ſolertiſſimam ſolertia conſultiſſimam intuetur: enimuero in Magno filio Magnum Henricum expreſſum eſſe pronunciat. Alij omnes cum te vident bonarum Artium cuſtodem, legum, ac Iuſtitiæ Præſidem, Morum & Diſciplinæ, Probitatis, & Innocentiæ Vindicem ſeuereſſimum: Ex alia vero parte cum animum in Te ſuſpiciunt auidum Gloriæ, pecuniæ liberalem, acceptas iniurias ignoſcere malle, quam perſequi, ſubiectos Tibi populos charitate ſumma complecti, ingenij ſuauitate, affabilitate Sermonis, benignitatis imperio omnium Animos deuincire ac retinere, quid ni exclamare cogantur, Hanc eſſe veram Ingentis Patris ingentem effigiem, cui natura Regnum in Homines, Virtus Imperium in Animos dedit? Ipſi Maximorū Principum Regumq. Legati dùm in iſta tenera ætate, Prudentiæ ſenectutem ſunt experti, dùm tua reſponſa verborum modica, ſed pondere Sententiarum grauiſſima audierunt; ex Henrici Magni Indole te magno cum Alexandro compararunt, qui Perſarum Oratoribus, cum tuæ eſſet ætatis Interrogationum prudentia, Sententijs & grauitate reſponſionum miraculo fuit. Sed ego ni fallor Alexandro tua virtus, Tibi Alexandri tempora defuerunt. Cæterum non leue eſt tuæ præſtantiſſimæ Indolis argumentum mutuum Connubij fœdus inter duos Terrarum Orbis potentiſſimos Reges, quod vt Chriſtiana Reſp. ſummis expetit votis, ita Othomanicus Prædo Regnorū maxime timet: ne ſcilicet Orientalis Imperij poſſeſſionem crudelitate partam bellicoſiſſimorū Regum Iuſtitia cogatur amittere. Sed hæc bonorum vota dum pendent, dum Tù Prudentiſſimæ Matris conſilijs ad Patris normam exigeris, dum Ludouicus Regum Sanctiſſimus è Cælo Artifex ſuis Te moribus fingit, in hac etiam re Henrici magnitudinem imitaberis ſi (quod erga me facere ſolebat Henricus Magnus) me meumq. hoc non omnino ruſticum pomum tuæ inſcriptum Immortalitati, non pro mei ingenij tenuitate, ſed pro tuæ Benignitatis genio complectare. Quod reliquum eſt Maieſtatem tuam Chriſtianiſſimam Rex ipſe gloriæ, ac princeps Regum Ieſus Chriſtus ad Eccleſiæ Catholicæ propugnaculum diutiſſime ſeruet incolumem.

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM
HVIVS SECVNDAE PARTIS.

De Commiſsione Petitionis Apoſtolorum. fol. 1

De Commiſsione ſuper Attentatis. 15

Super eodem §. ij. 40

De Commiſsione ſuper Deſertione cauſarum. 66

De Commiſsione Reſtitutionis in integrum. 85

Super eodem §. ij & iij. 125. & 162

De Commiſsione ſuper Vnione cauſarum. 249

De Comm. quando tertius ad cauſam admittatur. 252

De Commiſsione Auocationis cauſarum. 262

Super eodem §. ij. iij. & iiij. 295. 327. & 342

De Commiſsione Suſpicionis Iudicum. 375

Super eodem §. ij 388

De Commiſsione Vigore c. Oblatæ de appell. 399

De Commiſsione Aperitionis oris. 408

De Commiſsionibus directis Illuſtriſs. Card. 449

De Commiſsione ſuper Eugeniana. 453

Deciſiones quæ imprimendo fuerunt omiſſæ. 471

Repertorium Deciſionum Alphabetico ordine.

Repertorium ſeparatum contentorum in Deciſionibus.

Digitized by Google

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſſimo P. M. Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſgerens.

EX Commiſsione Reuerendiſs. P.M.F. Hyacinti Petronij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri, Ego Franciſcus Paulutius I. V. D. Foroliuienſis, qua potui diligentia perlegi Tractatum R.P.D. *Io. Baptiſtæ Marcheſani* Vtriuſq; Signaturæ Sanctiſs. D. N. Papæ Referendarij cui eſt titulus *Commiſsionum ac Reſcriptorum Vtriuſq. Signaturæ Sanctiſs. D.N. Papæ Praxis ſiue Tractatus*, & nihil deprehendi quod Sacroſanctæ fidei, & ſacrorum Canonum decretis, aut bonis moribus repugnet, ipſumq; in lucem dari poſſe, veluti omnibus in Romana Curia verſantibus neceſſarium, exiſtimo, nam in ipſo omnia quæ ad praxim vtriuſq; Signaturæ ſpectare poſſunt, admirabili diligentia, & labore congeſta fuerunt; Vnde tanti viri ingenium, & diuturnum ſtudium maxime elucet. Romæ hac die 27. Ianuarij 1615.

Franciſcus Paulutius qui ſupra.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Rom. Reuerendiſſ. P. F. Hyacinti Petronij Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Socius Ord. Præd.

Digitized by Google

COMMISSIONVM SEV RESCRIPTORVM VTRIVSQVE SIGNATVRAE.

R. P. D. IO. BAPTISTAE MARCHESANI in eiſdem Referendarij, & Decani, Praxis, ſiue Tractatus. Partis Secundæ.

DE APOSTOLORVM PETITIONE, ET CONCESSIONE.

SVMMARIVM.

1 *APOSTOLI debent tempore debito peti, ne cauſa deſeratur.*
2 *Apoſtoli verbum, non intelligitur in facto iſto de ſanctis Apoſtolis.*
3 *Apoſtoli verbum eſt compoſitum, & quid ſignificet.*
4 *Apoſtoli quaſi nuncij dicuntur de vno ad alium iudicem.*
5 *Apoſtoli quid ſint.*
6 *Iudex à quo an appellationi ſit deferendum, videre debet.*
7 *Iudex appellationi non deferens, nihilominus ſuam ſententiam non exequetur.*
8 *Apoſtoli nomen græcum multi dicunt, & quid innuat.*
9 *Iudex à quo appellanti Apoſtolos dare debet, vt nullitatem purgat.*
10 *Apoſtoli intra triginta dies petendi.*
11 *Apoſtoli inſtanter, & inſtantiſſimè etiã vnico contextu petendi.*
12 *Apoſtoli appellationi acceſſorij dicũtur.*
13 *Apoſtoli quare inſtanter, & inſtantiſſime petantur.*
14 *Appellans tempore debito pro Apoſtolis redire tenetur.*
15 *Fallit ſi infra decem dies commiſſa fuerit cauſa.*
16 *Appellatio geminata, vbi geminatio non permittitur ſi ſuper primo dati fuerint Apoſtoli ſecundo appellare non licebit, & quare.*
17 *Iudex ſuo fungitur iam munere, per dationem Apoſtolorum.*
18 *Apoſtolorum termino pendente, ſi iudex nouat, attentat.*
19 *Decendio ad appellandum dato durante, iudex ab exequutione debet ſe abſtinere.*
20 *Interpellari ſemel, vel pluries iudicem pro cauſæ expeditione an ſufficiat.*
21 *Apoſtoli ſæpius petendi, quomodo intel-*

ligatur verbum ſæpius.

22 Iudex appellationi ſemel deferens iterum deferre non tenetur.

23 Apoſtolis non petitis, ſtatuta die etiam per procuratorem appellationi renunciaſſe videtur.

24 Terminus iuris appellatur, quando iudex terminum ad appellationem proſequendam aſſignat.

25 Dies termini petendorum Apoſtolorum an computetur in termino.

26 Apoſtolorum petendorum tempus, an à die latæ ſententiæ, vel appellationes incipiat.

27 Decem dies ad appellandum dati, in tempore triginta dierum pro Apoſtolis petendis comumerantur.
Limita vt num. xxix.

28 Cum Rota Romana melius eſt errare, quam cum alijs bene ſentire.

30 Triginta dies ad Apoſtolos petendos dati iudici ad ſe deliberandum etiam currunt.

31 Termino iuris dato, ſi pro Apoſtolis non redeatur, ſententia in iudicatum tranſit, ac niſi infra biennium cauſa committatur ibi.

32 Concordia poſt rem iudicatam curſum Apoſtolorum non impedit, ſed ante.

33 Terminus iuris ad Apoſtolos petendos an abbreuiari poſſit.

34 Apoſtoli pars appellationis ſunt.

35 Reuerentialibus datis, præſentata Regentis Cancellariæ per menſem excuſat à deſertione.

36 Impedito facto iudicis, quando currat inſtantia.

37 Impedimentum infirmitatis non redeuntem pro Apoſtolis excuſat.

38 Commiſſione in Signatura proponenda, ſi pro Apoſtolis non rediens cauſam deſerere voluit, ſibi dum poterat præcauere imputet.

39 Reponendo iudex à grauamine, tollitur appellatio ab eo.

40 Apoſtoli quare inuenti.

41 Apoſtolorum loco acta dando, à ſe iuriſdictionem iudex abdicat.

42 Apoſtolorum plures ſunt ſpecies.
Reuerentiales, & qui ibi.
Teſtimoniales, & qui ibi.
Refutatorij, & qui ibi.
Dimiſſorij, & qui ibi.
Extra iudiciales, & qui ibi.

43 Iudex rationabili appellationi non deferens punitur.

44 Appellatione à diffinitiua cedula non data, intrat res iudicata datis reuerentialibus.

45 Reuerentiales in forma dare, quid ſit.

46 Iudices Apoſtolos in interloquutoria appellatione dantes, ſunt ignari.

47 Iudex appellationi à diffinitiua reuerentiales dare tenetur.

48 Reuerentiales, vel Refutatorios, ſolus iudex dat.

49 Apoſtolos dando, ſit actus extraiudicialis.

50 Apoſtoli teſtimoniales, quid ſint.

51 Apoſtoli Refutatorij dantur in appellatione ab interloquutoria.

52 Apoſtoli extraiudiciales, quales ſint.

53 Apoſtoli conuentionales, vel teſtimoniales, qui.

54 Apoſtolos teſtimoniales habens, non tenetur infra decem dies cauſam committere.

55 Apoſtolis teſtimonialibus habitis, infra annum ſat eſt cauſam committere.

56 Apoſtoli dimiſſorij quales.

57 Refutatorij Apoſtoli, quare ſic dicti.

58 Clauſula termino iuris ad reddendum pro Apoſtolis in commiſſione quid operetur.

59 Clauſula attento, quod à diffinitiua neceſſaria, & commiſsioni, ſi deeſt addenda.

60 Iudex Apoſtolos non quales dicendo dandos, abdicat à ſe iuriſdictionem.

61 Iudex appellationi deferens, Apoſtolos dare ſemper tenetur.

62 Iudex pendente termino ad redeundum pro Apoſtolis procedens, an nulliter faciat.
Quid ſi in interlocutoria, num. lxiij.
Limita vt ibi.

63 Apoſtolis reuerentialibus datis, Papa extra Curiam exiſtente ſat erit in termino decem dierum iter arripere.

64 Tempus decendij non ad complendam, ſed introducendam cauſam datur.

65 Iudex beneficium temporis in appellatione tollere nequit.

66 Apoſtolis datis terminus decem dierum ad cauſam committẽdam datus erit.

Com-

67 *Cõmiſſione vndecimo die in bancho Curſorũ exiſtente, an à deſertione excuſet.*

68 *Apoſtoli Refutatorij non impediunt cauſam ad ſuperiorem deuolui.*

69 *Apoſtolos Refutatorios habens, habet annum ad cauſam committendam.*

70 *Appellatione ab appellante infra decem dies commiſſa, prodeſt enim appellato, vt inconternentibus animæ intereſſe, & alijs.*

71 *Appellatio in viſitatione equaliter, tàm in regularibus, quàm ſæcularibus, ſi danda ſit, datur difficiliter, & quare ibi.*

72 *Clauſtrorum abbuſus maſſam corrumpit.*

73 *Religio ex quibus ligaminibus ſeruatur Nouem ſunt ligamina, & quem.*

74 *Appellatio à morum correctione regulariter denegatur.*

75 *Appellatio à morum correctione, ecceſſus expreſſionem requirit.*

76 *Iudex in commiſſione petitus, raro datur & quare.*

77 *Clauſula admiſit ſi & in quantum, potentia.*

78 *Iudex appellationi, ſi & in quantum deferens, an à ſe iuriſdictionem abduet.*

79 *Clauſula non admiſit niſi ſi & in quantum contraria eſt clauſulæ admiſit ſi, & in quantum.*

80 *Appellatione ſi & in quantum admiſſa, an de Apoſtolis reſpondere iudex teneatur.*

81 *Appellans coram iudice à quo comparendo, an appellationi renunciaſſe dicatur.*

82 *Iudex non reſpondendo dum Apoſtoli petuntur. ſi citetur pars, poſtea ad illos recipiendum, an appellationem renunciatam dicatur.*

83 *Iudex requiſitus Apoſtolos non dans, nulliter procedit.*

84 *Iudex Apoſtolis petitis non reſpondendo illos denegare videtur.*

85 *Apoſtoli habent in ſe tres conditiones, & quas.*

86 *Cancellaria an iudicem det ſi exprimetur Apoſtolorum terminum pendere.*

CAP. I.

1 NISI tempore debito Apoſtoli per
ſuccumbentem petantur, pro deſerta habetur appel-
latio, Bar. in l. ho-
die, §. Apoſtolos,
numero 2. & in l.
quoniam, numero primo, & ſecundo, C.
eodem titulo, & ſi omittantur, quia
deſerta remaneret cauſa (de ordinario tamen iudice loquendo) & non de Delega-
to, vel Commiſſario in Ro. Cur. (vt infra
2 dicam) qui ſuam ſententiam exequi po-
terit. Sed vt prima facie videtur, ex eius
ſignificatione, & voce, tale verbum non
ſignificat, nec vult indicare, Sanctos
Apoſtolos Petrum, & Paulum, vel alios,
ſed bene litteras dimiſſoriales, hoc no-
mine à noſtris legiſlatoribus nũcupatos.
3 † Eſt autem iſtud verbum compoſitum
ab Apo, & Stolon, quod eſt miſſio, qua-
ſi dimiſsio facta ab vno iudice ad alium,
ad quem vadit appellatio, quibus me-
diantibus, partes à ſuo iudicio dimittit,
ad alium appellationis tranſmittendo.
Imol. in cap. dilectis filijs, n. 28. de appel-
lat. & facit text. in l. 1. ff. de libell. dimiſſ.
Quare pariter de Sanctis Apoſtolis dici-
mus, qui à Deo, vel Cœlo miſſi fuerunt,
gloſſ. in capitulo Cordi, in verbo petat
Apoſtolos, de appellat. in ſexto. Spe-
culat. eodem titulo, in §. ſequitur licet
ſecundum Veſtr. in ſua prax. lib. 7. cap.
3. num. 32. ab Apoſt, & lin, quod eſt mit-
4 tere, ſiue nunciare dicantur† Quaſi nun-
ciatorij, ſiue nuncij, quibus iudex à quo
iudici ad quem, ſeu alteri ſignificare ſolet
Superiori, vt puta, Titium à tali ſenten-
tia tali die appellaſſe: & dando reueren-
tiales, ſiue refutatorios, an à ſua iuriſdi-
ctione dimiſerit appellantem, necne, vt
dixit text. in cap. ab eo, de appellat. Sed
aut vno, aut alio modo, nulla videtur di-
ſcordantia, Vnde bene dixit Zabarel. in
Clement. quamuis, num. 4. de appellat.
5 † Quod Apoſtoli ſunt breuis formæ,
iudicem ad quem appellatur inſtruen-
tes, modum iudicis à quo, & totius ap-
pellationis circumſtantias breuiter com-
prehendentes, vt ibi num. 69.

6 † Nam iudicis à quo munus eſt, an
appellationi ſit deferendum, necne iudi-
care, quod aut per euidentiam negocij
facit, ſuper quo iudicatum eſt, aut ſi à
iure prohibetur, vel quia cauſam nõ ex-
primit, ſiue ante ſententiam pariter cau-
ſam non aſſignauit, vt per Innocentium
in capitulo Paſtoralis officij, num. 4. de
offic. deleg.

7 † At ſi appellationi non deferat, non
poterit ſuam ſententiam exequi, vti
quando, an ſit appellationi deferendum,
in dubium vertitur, vt ibi Innocentius
num. 7. De quibus, & eorum forma, &
quomodo petantur plura congerit. Ar-
chid. in cap. poſt appellationem, vbi e-
tiam textus, 2, quæſt. 6. ad quem te
remitto; Sed ibi Archidiac. iſtud ver-
bum,

8 † Apoſtolos ex mente Hug. græcum, di-
cit, ideſt tales litteræ miſſæ, vel mitten-
dæ de minori Auditorio ad maius Tri-
bunal, ad quod appellatio vadit, & ob
id interdum dicuntur refutatorij, ali-
quando libelli appellatorij interdum lit-
9 teræ dimiſſoriæ, † Quare bene factum
eſt, vt is, à quo prouocatur det Apo-
ſtolos appellanti requiſitus, alias illis nõ
datis, nulliter in cauſa procederet, ac
ſec. Archid. ibi veniret per Superiorem
puniendus.

10 † Debent autem tales Apoſtoli intra
triginta dies peti, cap. ei qui, §. iudici-
bus, 2. quæſt. 3. l. iudicibus, C. de ap-
pellat. Rota in nou. eodem titulo, deciſ.
50. nu. 3. vbi n. 2. illos, loco, & tempore
debitos petendos dicit Rota.

11 † Et quamuis inſtanter ſint petendi,
tamen vnico contextu huiuſmodi inſtan
tiam facere, ſat eſt. Clem. quamuis ri-
12 gor, de appell. Et dicuntur acceſſorij ap-
pellationi, ob id in vnum computantur
tempus, dec. Pedemont. 12. nu. 2. Bal. con
ſil. 171. num. 1. vol. 5. Creſc. deciſ. 1. nu.
13 3. de appell. Petunturque inſtanter, in-
ſtantius, & inſtantiſſimè, vt debitus iu-
dici honor tribuatur, Caſſad. dec. 8. nu.
3. de appell. deciſ. 46. eod. tit. in nou. l.
omnem honorem, C. quan. prou. nou.
14 eſt neceſſ. cap. vt debitus, de appel. Vn-
de vnica petitio non ſufficit, ſed in ter-
mino aſſignato pro illis redire appellans
tenetur, alias renunciaſſe appellationi
præſumitur, Mattheſil. ſing. 21. Cepol.
caut. 23. Rota d. deciſ. 50. num. 3. de
15 appell. in nou. † Quod tamen facere non
debet, ſi infra decem dies cauſa commiſ-
ſa ſit, ſed Creſc. deciſ. 2. incip. appellan-
ti, de appell. refert ſic Rotam tenere,
& contrarium ipſe ſenſiſſe aſſerit, Lan-
cell. de attent. appell. pend. limit. 50. a
nu. 202. vſque ad numerum 204.

16 † Ob id in caſibus, in quibus geminata
non permittitur appellatio, ſi ſuper
prima dati ſint Apoſtoli, ſecundo appel-
lare non licebit, quia cum Apoſtoli ſint
pars appellationis, cap. ab eo, de appell. in
6. Rot. d. deciſ. 50. de appell. in nou.

16 † Et per illorum conceſſionem ſuo iam
munere fuerit iudex functus, & per con-
ſequens ſua expirauerit iuriſdictio, vl-
terius in cauſa ſe ingerere non poterit,
dictoque termino pendente nil nouare
debet, aliter omnia per viam attentati
venirent reuocanda. Franc. in cap. con-
ſuluit, & in cap. bene, de appell. vt in
in fin. commiſſ. attentatorum dicam, l. 1.
ff. nil. noua appell. pend.

19 † Ac decemdio durante, ab executio-
ne ſe abſtinere iudex debet, vt conſuli
Signatura, vel ſuperior poſſit, quid in ea
cauſa faciendum ſit. Innocentius in di-
cto capitulo Paſtoralis, numero tertio. de
offic. deleg. quod optime erit per iudi-
cem factum, vt ibi Imol. num. 6. Qua-
re amplius ab eo impetrari non vale-
bunt, cap. cum appellationi, §. ſi verò,
vbi Geminian. & Franc. numero quinto.
de appellat. in ſexto. Pariſius conſilio
106. numero 6. & ſequen. volum. quar-
to, Bald. in l. eos, §. Apoſtolos, colum.
2. eodem titulo. Bellamer. deciſione
343.

20 † Et an interpellare ſemel, aut pluries
iudicem ſufficiat, vt cauſam expediat,
vide Deciſio Pedemont. 12. numero 1.
7. & 9. vbi numero tertio dicit, quòd
Apoſtoli inſtantiſſimè petendi, ſufficit,
quod vnico contextu petantur, quem
videas, & text. clarum in dicta Clemen.
quamuis, de appellation. vbi Imol. num.
21 primo dicit, † Quod Apoſtolos petens,
id facit congruo loco, & tempore, ſæ-
piùs, & inſtanter, ſed illud ſæpius non
intelligitur, vt cum interpellato ſermone
fiat petitio, ſed ſat eſt continuo tempore

ſæpius

Digitized by Google

ſæpius, & inſtanter illos petere, in qui-
bus petendis, ſi aſſignatus eſt à Iudice
certus terminus, in eo veniunt petendi,
aliàs appellationi renunciatum cenſe-
tur, ſin ſecus ſi in termino à iure præfixo,
at ſi iudex illos dat, non ſunt amplius
22 petendi. † Sicque, quando ſemel detulit,
ſecundo deferre appellationi non ei lice-
bit. deciſ. Pedemont. 131. num. 15.
23 † Hinc eſt, quod ſi debita die ad redeun-
dum pro Apoſtolis, ſeu alia die per iudi-
cem ad id aſſignata appellans non redie-
rit, licet iuerit, vel Procuratorem tranſ-
miſerit ad appellationem proſequendã,
nihilominus in hoc quoque ſuæ appella-
tioni renunciaſſe videtur, ac præſumitur,
quæ præſumptio eſt iuris, & de iure, vt
bene deciſ. Pedemont. 7. per tot. maxi-
mè, num. 3. verſ. contrarium.
24 † Ac terminus iuris pariter appellatur,
quando iudex terminum iuris aſſignat;
l. iudicibus, C. de appellat. l. vnica, vbi
gloſſ. in verbo ſufficit, ff. de libell. dimiſſ.
cap. ab eo, de appellat. in 6. Caſſador.
25 deciſ. 4. num. 8. eodem titulo. Sicque
currit de momento ad momentum tem-
pus in petitione Apoſtolorum. Vnde
hac ſumpta occaſione, Franc. in Clem.
ſicut appellationum, num. 11. de appel.
quęrit, an dies termini computetur in
termino, & regulæ generali plures dat
limitationes, quem videre poteris, ne
per ipſum relata referam.
26 † Et quamuis gloſſ. in dicto cap. cordi,
in verbo triginta dies, illos à die latę ſen-
tentiæ incipere aſſerat, tamen cõtrarium
cenſuit Rota, & à die appellationis emiſ-
ſæ, & non à die prolatæ ſententiæ, quo
tempore ſuſpenſi intelliguntur, deciſ. 80.
de appellat. in antiq. & de hoc multas
reddit rationes. Hoſtien. in cap. 1. de
appell. in 6. licet Zabar. in Clem. quam-
uis, num. 6. vbi gloſſ. in verbo tempus.
De quo multa tradit Imol. in Clem. quã-
uis, num. 2. de appellation.
27 † Inter iſtos triginta dies illi decem ad
appellandum à iure aſſignati computen-
tur, quia ipſorum petitio, quæ verbalis
28 eſt, dicitur appellationi acceſſoria, † Sed
melius eſt cum Rota ſentire, de quo ha-
bemus particularem, deciſ. 1. de appel-
29 lat. in nouis, vbi Rota diſtinguit, quod
aut tempore latæ ſententiæ præſens fuit,
aut de illa notitiam habuit, ſed aliter la-
tam fore ſciuit, & tunc ad petendum
Apoſtolos, vel terminus triginta dierum
incipit currere vnà cum tempore inter-
ponendę appellationis, Aut poſtea ſuper-
uenit ſcientia, & tunc à die ſcientiæ, ac
habitæ notitiæ, & poſt multa hanc ſen-
tentiam ibi amplexata fuit Rota, ita in
palatio ſeruari aſſerens per multas ratio-
nes, de quibus per Hoſtien. loco citato
30 cum adduct. † Quia præfati triginta
dies iudici etiam currunt, ad ſe deliberan
dum, an appellationi deferre velit, nec
ne. Sed quia ante interpoſitam appel-
lationem non cadit deliberatio, cap. ad
diſſoluendum, de deſponſ. impub. idcirco
terminus ante incipere non debet: nam
ſi in vltimo momento, triginta dierum
peterentur, abſurdum daretur, quod
iudex ad illos dandos nullum terminum
haberet.
31 † At quando fuit prouocatum, & da-
tus prius terminus iuris, à quo enumeran
tur triginta dies, l. iudice, C. de appell.
c. ab eo. eodem titulo in 6. cum non
redeùndo appellationi renunciaſſe cen-
ſeatur, ſententia in iudicatum tranſibit,
Sicque Rota cenſuit coram Domino Pã- Vide hãc
philio in vna Segobricenſis parochialis deciſioné
Lunæ 2. Decembris 1602. & diuerſ. de- in fi. c. n. 1
ciſ. 144. num. 1. par. 2. prout pariter, ſi
intra Biẽnium cauſa nõ ſit commiſſa, in-
ducitur res iudicata. Ant. in c. ei qui. de
temp. appell. dict. Clem. ſi appellanti,
de appell, Rota coram Domino Litta in
vna Romana pecuniaria 17. Maij 1595. Vide hãc deciſioné
32 † Neque reſpectu concordiæ, quę im- in fi. cap.
pedit curſum temporis. Clem. quandiu, num. 2.
de appell. res iudicata interrumpitur,
quia de concordia cõſtare debet, ac ante
rem iudicatam, & non poſt rem iudica-
tam fore fractam, neque paupertas ob-
ſtabit, quæ non impedit rem iudica-
tam. Rota coram Domino Iuſto in vna
Aſſiſienſis Canonicatus 5. Iunij 1595. Vide hãc deciſioné
33 † Et an terminus ad id à iure præfixus, in fi. c. n. 3
abbreuiari valet, ſi occurrat, percun-
ctato ex Imol. in Clem. quamuis rigor
vllis. de appell. & quod Apoſtoli appel-
34 lationis pars † ſint, eſt deciſ. 41. & de-
ciſ. 50. num. 3. de appellat. in nou. ca.
cordi. & ca. ab eo, eodem titulo in 6. In
tantum, quod ſi, vt par eſt, periti non

fuerint, ſuccumbens reputabitur non ap-
pellans, vt in dict. deciſ. 41. c. ab eo.
eod. tit. in 6. Clem. quamuis, de appel-
lat. ſicq. in termino iuris pro Apoſtolis nõ
rediens, nec cauſam committi ſatagens,
illam deſerit, & tranſit in iudicatum ſen-
tentia, dict. Clem. quamuis, de appell.
35 † Sed obtenta in termino præſentata
à Domino Regente Cancellariæ iuuat, &
attendetur, quando ſunt dati reueren-
tiales, quo caſu, cum nullum aliud re-
medium adſit, quo appellans ſibi con-
ſuli valeat, ſufficit apparere diligentiam,
dictam pręſentatam oſtendendo. Caſſad.
deciſ. 4. de appellat.

Secus verò ſi detur terminus iuris,
quia tunc niſi appellans redeat pro Apo-
ſtolis, ſeu termino debito cauſam non
committat, appellatio remanebit deſerta,
vna cum cauſa, dict. Clemen. quamuis,
neque ſub colore præfatæ diligentiæ in
obtinendo præſentatam, iuuatur, quia
ſibi conſulere potuit, redeundo ad iudi-
cem, cum impeditus non dicatur, qui
de facili impedimẽtum remouere poſſit,
l. qui poteſt, cum ibi not. ff. de regu. iur.
36 † Et facit, quod dicitur etiam currere
inſtantiam ex impedimẽto facto iudicis,
vbi quis per recurſum ad ſuperiorem ſibi
conſulere valet. Butr. in cap. ex ratione,
q. 7. de appell. quem ſequitur Alexan.
conſil. 72. num. 17. volum. 3. Deciſio
Pedemon. 7. num. 9. Rota coram Do-
37 mino Cantuccio in vna Foroliuienſis fi-
deicõmiſſi 21. Aprilis 1581. quę eſt di-
uer. dec. 144. p. 2. vbi tenet impedimen-
tum infirmitatis appellantem non excu-
ſare, ſi non redijt pro Apoſtolis, quia
mittere Procuratorem potuit, & ita tol-
lere impedimẽta, & excuſationes, quan-
38 do Commiſſio proponenda erat in al-
tera ex Signaturis, vel pariter redeun-
do pro Apoſtolis ſibi conſulere, ob id im-
putet ſibi, ſi ſibimet non cauit, & à iudi-
ce, quod facile obtinere poterat, non im-
petrauit. Decius conſil. 677. num. 5. Et
quamuis dicatur parui tẽporis eceſſus,
nempe diei vnius, tamen quia per Do-
ctores conſiderari non ſolet, procedit
datis reuerentialibus, non autem in ter-
mino iuris, vbi nimia adeſt negligentia
in non redeundo pro Apoſtolis ſpatio tri
ginta dierum. Rota coram Illuſtriſsimo
Pamphilio in vna Peruſina de Vbaldis,
Veneris 17. Iunij 1576. & coram eodem Vide hãc dec. Illu.
in alia Segobienſis Parochialis Veneris Pamphil.
ſecunda Decembris 1602. Subdens Ro- in fi. cap.
ta in alleg. deciſ. 54. de appellat. in an- num. 4.
39 tiq. † Quod ſi a grauamine prouocatum Vide hãc dec. ſup.
fuerit, & iudex à quo, vel repoſuerit, vel in princ.
grauamen reuocauerit, termino ad dan- cap. n. 1.
dum Apoſtolos pendente, ſi fuerit à tali
grauamine prouocatum, & impetrata
inſuper Commiſſio, nullius valoris re-
40 manebit. Et ideo adinuenti Apoſtoli
fuerunt, vt iudex quandoque non cer-
tus, an ſit appellationi deferendum nec
ne; dicto termino pendente ſibi à lege
indulto, an à ſua iuriſdictione ſit appellãs
dimittendus, deliberare valeat, l. iudi-
cibus, C. de appell. Veſtr. in ſua prax.
lib. 7. cap. 3. num. 32. & ſequen. vbi
multa cumulat ad hanc propoſitum,
quem videre libeat.

Vnde niſi ſemel (vt dixi) ſunt petendi,
quia ijs datis, omni poſtea iuriſdictione
iudex caret, & deſit eſſe iudex, deciſ. 19.
de appell. in nou. cap. cum appellationi-
bus friuolis, eodem titulo in 6.
41 † Idque in tantum verum eſt, quod e-
tiam Apoſtolorum loco acta dãdo, adeo
à ſe iuriſdictionem abdicando eam in ſu-
periorem transferendo, quod in eadem
cauſa, etiam ſi de partium conſenſu pro-
cedat, poſtea niſi denuo per poteſtatem
habentem iuriſdictio ſibi detur, nulliter
facit, Rota de appell. in nou. deciſ. 8. ra-
tionem ibi Rota aſſignans, quia loco A-
poſtolorum acta dando, appellationi de-
tuliſſe videtur.
42 † Apoſtolorum autem alij reuerentia-
les, alij teſtimoniales, alij refutatorij, alij
dimiſſorij ſunt, & quando iudex appel-
lationi detulit, dicuntur reuerentiales
propter Superioris reuerentiam, quam
iudex appellationis conceſſit.

Alij extraiudiciales, vel conuentio-
nales, habitis autem reuerentialibus,
tunc appellans, vt infra decem dies ap-
pellationis cauſa committatur, curare
debet. Verall. deciſ. 31. num. 1. par. 1.
Itaque ſi ad Papam appellatur, & ſit ap-
43 pellatio rationabilis, † illique iudex non
deferat, dato etiam quod ſit dubia, ſi in
Curia, punitur, ſin extra eam ad Curiam
fore tranſmittendum, vt puniatur, dixe-
runt

tunt. Staphil. de lit. iuſt. in cap. Signa-
tura, num. 3. Butr. in cap. vt debitus,
de appell. ca. ſacro. in fin. de ſenten. ex-
commun. Roman. conſil. 501. num. 2.
44 † Sed ſi appellatum à diffinitiua ſit, &
reuerentiales dati, ac poſtea cedula ap-
pellationis in tempore data non fuerit,
nihilominus non obſtante deciſione 54.
de appella. in nou. cauſam fuiſſe deſer-
tam recentius tenuit Rota. Teſte Put.
deciſ. 103. num. 1. & ſequen. cum add.
par. 3. Ea ratione, quia licet iudex ap-
pellationi non deferat ſi legitime inter-
poſita ſit, licet ab interloquutoria ſat eſt,
quod illi deferat ius, quia tũc in ſuperio-
rem tota iuriſdictio transfertur. Immo ſi
appellatio ſit friuola; & per iudicem
admiſſa, licet non admittenda, nihilomi-
nus ad ſuperiorem cauſam deuoluit, vt
ibi Put. num. 3.
45 † Multoties, quando appellatur, iudex
dat reuerentiales in forma, modo quæro,
quid innuere velint illa verba, & praxis
in forma, & dic, quòd verbum in forma,
multa in hoc facto ſignificat.
Primò, quatenus à diffinitiua.
Secundò, quatenus in tempore.
Tertiò, quatenus à legitima perſona,
aliàs refutatorij, et per hanc reſponſio-
nem non cenſetur appellationi delatum,
niſi modò narrato. Caſſad. deciſ. 7. num.
5. de appell. Veſtr. in ſua praxi lib. 7. ca-
pitulo 4. num. 2. ibique Grauatius valde
46 † illos deridet iudices, qui appellanti
ab interloquutoria dant Apoſtolos, ab-
dicando à ſe iuriſdictionem, deciſ. 774.
diuerſ. par. 1. Contar. in l. vnica, limit.
13. num. 4. C. ſi de mon. poſſ. licet, & è
contra, quando iudex dat reuerentiales,
ſemper cenſetur appellationi deferens.
Rota d. diuerſ. dec. 774. p. 1. Illamque in
iudicem ad quẽ trãſtulit, quod tamen vt
Rota in d. dec. declara parte non oppo-
nente, niſi aliquid in contrarium habeat;
vt puta memoriale Sanctiſſimi, vel ſimi-
le. Talis autem admiſſio non poteſt ope-
rari validitatem appellationis, & nulli-
tatem decreti relaxationis mandati, vt
ibi Rota. Contar. loco citato num. 4.
47 † At ſi ordinariè à diffinitiua appelle-
tur, iudex à quo reuerentiales dare de-
bet, niſi appellatio eſſet prohibita, vel
non haberet effectum ſuſpenſiuum, Apo-
48 ſtolos † reuerentiales, ſiue refutatorios,
nemo dare poteſt, niſi ſolus iudex à quo,
Caſſad. deciſ. 8. num. 3. & 8. de appell.
49 † Et quando Apoſtoli dantur, ſit actus
extraiudicialis. Rota deciſ. 2. eodem
titulo in antiq.
50 † Si vero iudex non reperiatur, & pars
appellationem interponere velit ſufficit
domi ipſius iudicis diligentiam facere, vt
notarius ſibi teſtimoniales concedat, &
ab eodem Notario petere debet, quod
ſchedulam appellationis dimittendo, det,
Caſſador. dict. Deciſ. 8. de appellat. Put.
deciſ. 130. num. 1. par. 2. Subdens ibi
Put. valere appellationem, & excuſare à
deſertione, dũmodo cum notario in iſto
actu fuerint duo probi homines adhibiti.
51 † At ſi à grauamine, ſeu mera inter-
loquutoria appelletur, cum tanta non
adſit difficultas, quia tàm magnum præ-
iudicium non affert, dantur refutatorij,
& ita ſeruare Rotam colligitur ex deciſ.
61. de appell. in antiqu.
52 † Quando dantur Apoſtoli extra iudi-
cium, puta à iudice, à quo appellatur,
vel à parte, tunc dicuntur extraiudicia-
53 les. † Conuentionales, ſiue teſtimo-
niales, quando ſint dicit Caſſador. in di-
cta deciſ. 8. num. 7. de appellat. Abb. in
cap. bonæ memoriæ, num. 7. eo. titulo.
54 † Nec te lateat, quod ſi dantur teſti-
moniales, non tenetur, qui illos habuit,
infra decem dies cauſam committere,
ſicuti quando reportat reuerentiales,
quod declara, niſi fuerit præfixus appel-
lanti terminus ad cauſam committendã,
quia illo caſu præmiſſa ceſſabunt, ad de-
ciſ. Put. 371. par. 2.
55 † Sed in teſtimonialibus datis annum
ad cauſam appellationis committendam
habet appellans, cap. perſonas, de ap-
pell. Put. dicta deciſ. 371. par. 2. licet in
tali caſu adſit in Romana Curia reme-
dium, ca. oblatæ, de appell. de quo ſuo
loco dicemus.
56 † Dimiſſorij ideò vocantur Apoſtoli,
quia appellantem, cum tali dimiſſione
iudex à quo à ſe dimittit, mittendo, vt di-
xi, ad iudicem ad quem. Refutatorij di-
cuntur, quando iudex à quo non vult,
ſeu non defert, vel appellationem admit-
57 tere non poteſt, † & ideò à refutatione
vocis appellãtis refutatorij dicuntur, ſed
vt

vt præmiſſa diffugiant, ſcopum reditionis pro Apoſtolis, quod ſæpiſſimè multi Procuratores ignari, pigri, ſeu infra decem dies commiſſionem cauſæ expedire credentes, pro illis non redeundo, in iudicatum ſententiam volare ſinunt.

58 † In fine commiſsionis appellationis hanc ponunt clauſulam, termino iuris ad redeundum pro Apoſtolis, aliaque reſponſione data, adeo quod pro illis amplius redire non teneantur, attento, quod à diffinitiua, cæteriſque contrarijs quibuſcumque non obſtantibus: Et talis clauſula operatur, quod licet non redierint pro Apoſtolis, vt appellatio circumducatur, Sicque ordinariè commiſſione cōcepta non cenſeatur appellationi renūciaſſe, ſecundum Deciſ. 57. de appella. in antiq. Biſig. deciſ. 24. eodem titulo, cap. ab eo, eodem titulo. Nihilominus habetur perindè, ac ſi ad iudicem pro illis redijſſet.

59 † Et ob id apponuntur illa verba, attento, quod à diffinitiua neceſſario, Ideo ſi deeſſent, munus Domini Referendarij illa addere foret, ea ratione, quia Commiſsio appellationis, pendente termino ad redeundum pro Apoſtolis, niſi à diffinitiua, vel illius vim habente, quæ pari paſſu in hoc procedunt, nou datur, quaſi dicat, quod in appellatione à diffinitiua, ſeu vim illius habente, curandum non ſit de Apoſtolis iudicis, quia lex appellationi defert. Veſtr. vbi ſupra lib. 7. cap. 3. num. 37. & licet quis pro illis non redierit, dummodo infra terminum iuris cauſam committi curet, valida erit appellatio. Verall. deciſ. 38. parte prima.

Ratio eſt, quia ſemper de ſtylo Palatij intelliguntur reuerentiales dati, Bellam. deciſ. 100. Creſcen. deciſ. 1. & 2. de appellat. Verall. deciſ. 157. par. 1. & deciſ. 115. par. 2. Ratio verò eſſe poteſt, in qua ſtilus Signaturæ fundatur, aſſignando dictam clauſulā, quòd pro Apoſtolis redire nō teneatur, attento quod à diffinitiua, Quia appellans nō ita de facili copiam Iudicis à quo, vt illos petat, habere poteſt multoties. Ob id cum debeant illum, ad quem prouocatur adire, ne ob illorum non petitionem, de qua neceſſitas appellanti ponitur, negligentia noceat, & per conſequens nec in iudicatum ſententia tranſeat, Ideò cum ad Papam, ſeu ad alium ſuperiorem prouocetur, vt hæc clauſula in commiſſione cauſæ appellationis, poni poſſit ius, indulget text. Anchar. in c. biduum col. fin. 2.
60 quæſt. 6. in Gloſa ipſe iudex in bene, Et
quando Iudex appellanti dat Apoſtolos,
nec dicit quales, vel qui dati ſint, pariter
tunc iuriſdictionem à ſe abdicat, dec. 8. de
appell. in nou. ſed ſiue Iudex appellatio-
61 ni deferat, vel non, Apoſtolos dare ſem-
per tenetur, deciſ. 50. in fine, de appell.
in nou. cap. cordi, & cap. ſuper, eodem
62 titulo 216. Quid autem ſi Iudex penden-
te termino ad dandum Apoſtolos proce-
dat, an Iudicium, vel acta ſint cenſenda
nulla? Circa quod breuiter diſtingue
quod Aut Iudex nihil reſpondit, & geſta
valent, aut terminum dedit, & eo caſu
omnia erunt nulla; ſec. Boet. deciſ. 256.
n. 7. multa congerentē, vel ſi Iudex à quo
interim grauamen prætenſum ab ipſo il-
latum reuocat, reponendo partes in prio-
ri ſtatu, pariter proceſſus Iudicis ad quem
erit nullus, vt ibi Boer. n. 2. quamuis hac
deciſio non firmet, & deinde num. 4. ve-
ra præfata fore dicat, quatenus non
opponatur coram Iudice ad quem, de-
pendentia terminii ad dandum Apoſto-
63 los, Felin. in cap. ex parte el ſecondo col.
3. verſ. ſi cum appellantem de reſcript. &
ibi Boer. n. 5. Sed quid ſi appellatur ab
interloquutoria & petuntur Apoſtoli, &
appellanti nihil reſpondetur per Iudicem
à quo, immo in cauſa ad vltiora proce-
dat, an ſit proceſſus validus necne? Quæro, Et pro parte negatiua tentum fuit ex eo, quia, ſi Iudex requiſitus Apoſtolos nō dat, & ad vlteriora procedat, niſi renunciatum ſit appellationi, erit nullus proceſſus, cap. Tholoſ. deciſ. 322. Si verò fruſtratoria eſſet appellatio ratione materiæ, ſiue propter falſitatem vel mixturam cauſæ, quia tunc talis appellatio eſſet contra Ius partis, vel Iudicis, ideò in ſe tenet, & illius iuriſdictionem ſuſpendit, ſed ſi eſſet reſpectu formæ a iure datæ, fruſtratoria foret, Puta, quādo ab interlocutoria ſine ſcripſis interponitur, eo caſu valet proceſſus, vt Aufrer. in addit. dict. deciſ. 322. Capell. Tholoſ. cum add. quem videas. Præterea ſit lata in Cura ſententia.

Digitized by Google

ria, & iudex terminum decem dierum
Apoſtolos reuerentiales dando præfigat
ad cauſam committendam, & Papa fue-
rit extra Vrbem, ſat erit, vt in termino
Curiam verſus, quæ vbi Papa eſt, dici-
tur (vt latius in Commiſſione ſuper Eu-
geniana dixi) iter arripiat, aut per ſe
met, ſeu per alium. Nam talis diligen-
tia ipſum a deſertione liberabit, ex ra-
tione allegata per Bellam. deciſ. 719.

64 † Quia non eſt ad complendam, ſed
ad introducendam, ſeu proſequendam
appellationis cauſam tale tempus datũ,
& ſatis proſequi incipit, præparando ſe
ad iter, & eundo, ſine quo fieri talis pro
ſequutio nequit, quia idem iudicium de
termino, & de via ſententiæ, quo ad ter-
minum præueniri non poteſt.

65 † Et quamuis iudex a quo vt iter ap-
pellans arripiat, & ſe coram Superiore
præſentet, cogere valeat, tamen, vt ab
appellatione infra tam breue tempus re-
cedat, facere nequit, vti nec tollere iu-
ris beneficium appellanti conceſſum,
Zabar. in Clem. quamuis, §. ſi iudex.
num.4.de appell.

66 † Apoſtolos reuerentiales dans iudex,
etiam terminum decem dierum ad com-
mittendam cauſam appellationis dare
cenſetur, Rota de appellation. in nou.
deciſ. 66. Caſſad. dec. 4.eod.titulo.Lan
cell. de attent. appell. pend. a num. 60.
vſque ad num. 73. quod etiam proce-
67 dit, † Si vndecima die ſit commiſſa cau-
ſa, dummodo ante in bancho Curſorum
fuerit commiſſio, vel quando aliquo le-
gitimo impedimento appellans detentus
appareat, quia tunc excuſaretur a deſer-
tione, Franc. in cap. ex tenore,num.35.
de appell. quod ibi pariter firmat Lancel
lot. nu. 72.

68 † Datis Apoſtolis refutatorijs non im-
peditur, quominus cauſa ad ſuperiorem
deuoluatur, Franc. in cap. conſtitutus,
num. 9. de conſtit. Capic. deciſ. 34. nu.
69 11. Reportansque refutatorios habet
annum ad cauſam appellationis commit
tendam, & ſic terminum hominis ad in-
choandam, & iuris ad finiendam. Caſ-
ſad. dicta deciſ.4.in fi.

70 † Et quando in termino decem dierũ,
vel alio aſſignato ab homine ad appella
tionem proſequendam cauſam appella-
tionis appellatus cõmittit, prodeſt quo-
que appellanti talis diligentia, dummo-
do contra talem appellationem non den
tur exceptiones, & poſtea victus in eis
perſiſtat, deciſ. 7. de appell.in nou.Quod
non procedit in cauſis, in quibus a iure,
vel ab homine datur iudici exequendi fa
cultas, l.1. ff. de appell. recip. vt pariter
in concernentibus animæ intereſſe, ſen-
tentia viſitatorum, morum correctione,
& alijs relatis per Abb. in cap: ad hæc,
num. 2.de appell. & in cap. licet,num.1.
& 4.de offic. ordin.& in cap.cum ſpecia-
li. §. porro,num.3.& in cap.Abb.de ap-
pellat.

71 Vnde hodie in hac viſitatorum cor-
rectione quoad mores nulla datur diffe-
rentia inter ſæculares Clericos,aut regu-
lares ex decreto Concilij Tridẽtini, cap.
10. Epiſcopi 24. ſeſſ. incip. quamuis id
prius dixerit Abb.in cap.ad noſtram,nu.
7.& 8.dẽ appell. Quæ ſano modo intelli-
ge,niſi in correctione exceſſus adſit,quia
tunc ab eo daretur appellatio, vt per
Abb. in dicto §. porrò, & in dicto cap.ad
noſtram, nu.7.

Licet in cõmiſſione appellationis, ma-
xima ſit conſideratio, & maturitas adhi-
benda,cauteque procedendum,quia piè,
& iuſtè in religionibus, maxime Mona-
chorum, & regularium, talis appellan-
di vſus ſublatus eſt: quamuis aliquis ex
præfatis leui iniuria ab eorum Præla-
tis laceſſitus, vel grauatus foret, tamen
quia ex huiuſmodi appellationibus mul-
ta euenire poſſent damna,quæ religionis
neruum, & ordinem debilitarent ac ſa-
cras Dei ordinationes macularent, caute
procedẽdũ erit,vt dixit Couar.pract.qq.
c.23.n.6. verſ. 8. ex mente Soti in lib. 5.
de iuſt.&iur.q.6.ar.3.Quamuis Gozzad.
conſil.22. n. 15.grauamina, quando in
appellatione ſunt expreſſa, coram iudice
ad quem probari poſſe,aſſerat, ſed in iſto
particulari correctionis morum,huiuſmo
di exceptiones non ſunt de facili atten-
dendæ.

72 Nàm abuſiones clauſtri,ex quibus to-
ta maſſa corrumpitur,duodecim ſunt, re-
latæ per glo. in Clem. ne in agro, §.quia
verò Curias, de ſtat. Monac.

73 Nouemque ligamina religioſi clau-
ſtrales, qui aliquam profeſſionem emi-
ferunt

Digitized by Google

ſerunt, habere debent. Primum caſtitas
contra Luxuriam, quia religioſus non
caſtus, eſt hircus fœtidus. Secundo pau-
pertas contra Auaritiam. Nam religio-
ſus auarus in ſterquilinio eſt ſepellien-
dus, cap. cum ad Monaſterium, de ſtat.
Monach. Tertio obedientia, & humili-
tas contra Superbiam, quia religioſus
ſuperbus pro monſtro habetur. Quar-
to bonorum communitas, contra Inui-
diam. Quinto parcitas Gulæ, contra
Gulæ immunditiam, dum pauca haben-
tes, parcitatem Gulæ ſequuntur. Sexto
charitas contra Iracundiam. Septimo
taciturnitas contra oris inſolentiam.
Octauo labor contra Accidiam, Nono,
habitus contra vtilitatem inanis gloriæ.
In præfatis Commiſſionibus igitur gra-
uaminis expreſſio neceſſario facienda
erit, quando appellationis cauſa com-
74 mitti petitur, † & guſtanda: Licet (vt
dixi) ordinariè in alijs appellationibus
non requiratur, & id, quia regulariter de
Iure appellatio in hoc caſu prohibita eſt,
ea nempe ratione, vt dignoſci poſſit, an
talis exceſſus ſit, quòd veniat ab illo ap-
pellatio concedenda c. licet in corrigen-
dis, de offic. ord. d.c. Priore, & ac de irre-
prehenſibilis de appell. Abb. in dicto
cap. ad noſtram num. 5. Rom. conſ. 315.
75 Calder. conſ. 20. de regul. † Taliſque ex-
preſſio, ex qua dignoſcuntur cauſæ qua-
litates, ſufficiens erit ad retardandum,
ſeu ad inclinandum animum Papæ ad
conceſſionem, vel denegationem petito-
rum: hancque eſſe magis Doctorum
communem ſententiam receptam, dixere
Felin. in d.c. ad noſtram nu. 7. vbi Innoc.
& Canon. Anchar. conſ. 410. n. 3. Franc.
in cap. Paſtoralis num. 6. verſ. non ope-
ratur, de appell. Quamuis contrarium
tenuerit aliquando Feli. in c. quo ad con-
ſultationem de ſent. re iudic. Roman. in
l. 1. ff. de verb. oblig. tamen in d.c. ad no-
ſtram, idem Feli. primam opinionem, vti
communiorē ſequēdam aſſerit, ſed an, &
quando Archidiaconus, vel alius Iuriſdi-
ctionem habens, viſitare poſſit, non pro-
76 ſequitur, vide latè Sarmien. † Select.
ſent. c. 15. lib. 3. Iudex in commiſſione
petitus raro conceditur, eo quia affecta-
tus videtur, ſed eius in loco alius ſubro-
gatur, quia, ſi ità ad partis poſtulationem
deputaretur, eſſet ſuſpectus alteri parti;
Io. Andr. & Archid. in c. ſi contra vnum
de offic. deleg. Bald. in c. cum de cauſis
col. 7. cod. tit. l. obſeruandum, vbi Bar. ff.
de Iudic. Vehemens autem oritur ex præ-
miſſis præſumptio, nè petenti ſit propi-
tius, & fauorabilis, ideò poteſt meritò re-
cuſari, quod declara procedere, niſi ali-
ter Principi, vel Signaturæ reſcribendo
77 expedire viſum foret. † Et de viribus
clauſulæ admiſit, ſi, & in quantum, quid
in appellatione operetur, latè tradit
Maſcar. de probat. volum. 1. concl. 119.
78 per tot. † Et an iudex appellationi ſi &
in quantum deferens, à ſe iuriſdictionem
abdicet quomodo, & quando, tradit
Benint. late diſtinguendo, deciſ. 1. per
79 tot. Quę clauſula omnino eſt cōtraria al-
teri clauſulæ, nō admiſit niſi ſi, & in quan
tum, vt ibi Benint. num. 2. Videndus,
& multas pariter de iſta clauſula, & eius
effectu cum latè Felin. in cap. cum con-
80 tingat, num. 11. de offic. delegat. † Quid
ſi fuerit appellatum, & appellatio ſi & in
quantum admiſſa, an tunc de Apoſtolis
reſpondere iudex dicatur? Et negatiuè
loquitur Zabarell. in Clem. quamuis, §.
81 ſi iudex, num. 4. de appell. Quid ſi appel-
lans compareat coram iudice à quo, an
appellationi renunciaſſe videatur, ſi de
Apoſtolis ſibi reſponderi inſtet? Et quod
non, tenuit Innoc. in cap. Paſtoralis offi-
cij, num. 6. de offic. deleg. quia talis a-
ctus prioris appellationis eſt conſequuti-
uus, ſicut erit petendi terminum ad ap-
pellationem proſequendam, vbi multa
alia circa ea colligūtur, & quando appel-
lationi cenſeatur ſic renunciatum, colli-
gas ex cap. perſonas, & cap. ſæpè, de ap-
pell. & in cap. ſi qui, §. appellationis, 2.
quæſt. 6. vbi Doctores. Iudex pluries ab
82 appellante requiſitus de Apoſtolis dan-
dis, nihil reſpondit, poſtea verò in termi-
no ad illos petēdos pars citat appellantē
ad illos recipiendos, quæritur, an appel-
lationi renunciaſſe videatur? & caſus eſt
in cap. ab eo, de appell. in 6. §. illud au-
83 tem, & in cap. vt, ſuper eodem titulo, vbi
iudex requiſitus Apoſtolos non dans,
nulliter poſtea procedit, quod intelligitur
ſi debita inſtantia fuerit requiſitus, ſed
in caſu iſto nil reſpondendo, denegare
84 videtur, & ita colligitur ex Lap. alle-
gat.

85 gat. 124. per tot. † Tandem in ſe tres conditiones Apoſtolos habere ſcias, Prima ſi ſit appellatum à diffinitiua, Secunda ſi infra tempus debitum; Tertio ſi à legitimo procuratore deci, Caſſad. 7. num.
86 5. de appell. † Et an Cancellaria det iudicem, ſi ſibi exprimatur pendere terminum Apoſtolorum, remitto te ad Lãcell. de atten. appell. pen. cap. 12. limit. 1. nu. 65. & melius de attent. pend. ter. Apoſt. cap. 13. nu. 5. & ſeq. late id tractantem.

Commiſſionis formula non cadit in hoc Capitulo, quia clauſula, & verba, de quibus hic tractantur, ponuntur in fine commiſſionis appellationis, vt dixi numero 30. & 31.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO,

Num. Primo.

SEGOBRICENSIS Parochialis.

Lunæ 2. Decembris. 1602.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ſi in termino iuris cauſa appellationis non committitur.*

2 *Reſtitutio in integrum poſita in clauſulis exequutiuis commiſſionis, facit, quod incidenter reſtitutio petita dicatur.*

1 FVit dictum, ſententiam vltimo loco latam tranſiuiſſe in iudicatum, quia infra terminum iuris non fuit commiſſa cauſa appellationis, nec redditũ pro Apoſtolis, cap. ab eo, de appellat. in 6. Clem. quamuis, eod. tit. & ideo eſſe exequendam, l. 2. C. de execut. rei iudic.

De validitate enim, & Iuſtitia ipſius, ſatis conſtat ex deciſione Reuerendiſſimi Domini mei Alexandrini in hac cauſa facta, in qua reſpõdetur nullitatibus quę tunc obijciebantur, & nunc de nouò inculcantur, Iuſtitia etiam redditur clara ex verificatione gratiæ Franciſci, quo ad omnia narrata, vt in eadem deciſione dicitur, & præcipuè quo ad falſitatem valoris expreſsi ab Alfonſo in ſua petitione, ipſe enim narrat verum huius Parochialis valorẽ non excedere aureos de Camera 160. Et tamen teſtes de eo bene informati, cum aliqui fuerint arendatores, fructuum, aliqui collectores, cũ interfuerint eorũ recollectionibus deponunt de aſcenſu ad ſimiles ducatos 260. & loquuntur iuxta requiſita per Sarnen. ſuper regula de valore, q. vlt. de certa ſcientia, & communi æſtimatione per decem annos antea ſterili, cum fertili computato & deductis oneribus, illa expecificando, cum coarctatione negatiue, quod alia non exiſtant Aret. in c. Tertio loco n. 9. & ibi Fel. n. 5. de probat. Pariſius conſ. 162. n. 14. lib. 4.

Non obſtat quod Teſtes in partibus videantur nulliter examinati, quia adſunt duo Teſtes recepti in Curia, qui bene concludunt, & contra eos nihil opponitur, vltra quod nullitates non obſtant, Defectus enim Citationis ad dicendum contra articulos, & videndum iurare, tollitur, quia in termino ad offerendã petitionem fuit data petitio articulata, & adeſt intimatio facta Procuratori Alfonſi, qui etiam comparuit, & proteſtatus fuit pendente diſcuſſione ſuper certa nullitate terminum ſibi non currere ad dicendum contra petitionem, & inſuper in commiſſione receptionis, Teſtium fuit intimatum Decretum Procuratori Alfonſi, ad effectum, vt compareret ad videndum iurare Teſtes, & aſſiſtendum examini, quod in locis intimatis fuit factum infra decem dies præfixos, ad probandum, & in hoc etiam termino intimationis idẽ Procurator comparuit. Neque obſtat, quod receptio Iuramentorum, & examẽ Teſtium fuerit commiſſum ſimplici Notario, quia ſufficit, quod actus iuris electionales fuerint facti coram Iudice, vt ſępius fuit reſolutum nudum miniſterium poſſe committi Notario etiam laico. Aegid. deciſ. 43. Mohed. deciſ. 4. de Teſt. Guidob. deci. 158. præſertim ſtante ſtylo illarum partium, de quo teſtatur Caputaq. deciſ. 265. alias 2. de Teſt. part. 3.

Non obſtat quod in commiſſione Alfonſi adſit clauſula cum facultate reſtituendi aduerſus rem Iudicatam, quia non ideo debet exequtio huius ſententiæ impediri, ſtãte alia cõmiſſione vltimo lo-

loco præſentata, quod conſtito de re Iu-
dicata procedatur ad illius executionem
ac ſi præcedens commiſſio emanata non
eſſet, vt in ſimili fuit reſolutum co-
ram bon. memor. Cantuccio in cauſa
Foroliuienſis fideicommiſsi 21. Aprilis
1581. quæ eſt 114. parte ſecunda diuerſ.
2 præſertim, quia in præcedenti commiſ-
ſione aderat tantum in clauſulis execu-
tiuis facultas reſtituendi, quæ facit, vt
incidenter, non autem principaliter dica-
tor petita, & conſequenter impediat exe
cutionem, Alex. conſ. 223. ſub num. 6.
ver. etiam licet incidenter lib. 6. præſer-
tim, quia contra iniuſtitiam ſententiæ ni
hil deducitur, quod vrgeat ad cap. ſuſci-
tata, vbi glo. & DD. communiter de re-
ſtit. in integr. Caſſ. deciſ. 1. eod. tit.

R. P. D. LITTA.

Num. Secundo.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 17. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta cauſa dicitur ſi intra annum appellationis cauſa non committatur.*
2 *Sententia iuſta præſumitur.*
3 *Sententiæ fructus eſt exequutio.*
4 *Fatalia quando pendente concordia currant, nec ne.*
5 *Appellatione deſerta, iudex à quo exequitur.*

1 Domini reſoluerunt conſtare de
tali re iudicata, quæ venit exe-
quenda: cauſa enim appella-
tionis intra annum non fuit per Dominũ
Euangeliſtam commiſſa, nec aliquid a-
ctum, Vnde appellatio deſerta remanſit.
Clem. ſicut de appell. & cap. cum ſit Ro-
mana. eodem titulo. Put. deciſ. 370. in
vna Fauentina, volum. 2. in manu ſcript.
Caſſador. deciſ. 6. num. 8. de appellat.
2 † De iuſtitia autem ipſius ſententiæ vl-
tra præſumptionem quã pro ſe habet per
tex. in l. herennis, §. caia, de euict. cum
alijs, per Alex. conſ. 30. nu. 7. volum. 5.
ſi dubitari non poteſt ex reſolutionibus
alias factis quo fit, vt omnino ſit exequẽ-
3 da, cum fructus ſententiæ ſit eius execu
tio, vt inquit Caſſad. deciſ. 3. in fin. de
dol. & contum. Nec poteſt hoc caſu di-
ci, quod propter tractatum concordiæ
ceſſet deſertio. Quia Doctores, qui alle-
gantur per informantes pro D. Euange-
liſta, loquuntur in compromiſſo. Et licet
Ant. Aug. in Epit. in tit. de deſert. §. 8. di-
cat fuiſſe reſolutum, quod non currant fa
talia, dũ tractatur concordia, tamen ip-
ſe tenet contrarium, & ita etiam tenuit
Andreas. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſ.
140. Præterea contraria opinio ſolum
procedit, quando partes dant facultatem
faciendi concordiam, vt per Alex. conſ.
72. nu. 9. & ſeq. volum. 3. quem ſequun-
tur Doct. in cap. ex ratione num. 29. 30.
31. de appel. Vnde cum Dominus Aloy-
ſius non tractauerit concordiam ex vo-
luntate Domini Franciſci, nec ei Domi-
nus Franciſcus dederat aliquam facultа-
tem, ſed ſolum ſe ingeſſerit Dominus A-
loyſius vti amicus communis prout ipſe
atteſtatur. Ideo non poteſt tali prætextu
iuuari Dominus Euangeliſta, vltra, quod
non probatur aliquis tractatus, cum de
eo atteſtetur ſolum Dominus Aloyſius
modo quo ſupra, ac Franciſcus nihil con
cludat in eius atteſtatione, & tamen ad
effectum excuſandi à deſertione propter
impedimentum, non etiam ſufficit de-
poſitio vnius teſtis parte citata, & cũ iu-
ramento examinati, vt bene deducit.
Crot. conſ. 26. num. 16.
5 Ad illud autem, quod cauſa nullita-
tis fuerit commiſſa R. P. D. Gipſio, fuit
dictum, quod deſerta appellatione, iu-
dex à quo exequitur. Mohedj deciſ. 36.
Ant. Aug. in dicto tit. de deſert. §. 13.
licet cauſa reſtitutionis in integrum ſit
coram eo tractanda, l. preces, & ibi Bart.
& alij, C. de appell. Franc. in cap. ex ra-
tione, num. 57. eodem tit.

R.P.D.

Digitized by Google

CANTVCII.

Num. Tertio.

FOROLIVIENSIS Fideicommiſsi.

Veneris 21. Aprilis 1581.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur tranſire in rem iudicatam, ob non reditum pro Apoſtolis in tempore.*

2 *Infirmitas ſuperueniens in termino redeundi pro Apoſtolis non excuſat, quo minus ſententia tranſeat in iudicatum.*

DOmini tenuerunt ſententiam in Rota latam in ea parte, in qua pronunciatur ad fauorem R.P. Domini Marcolini, & fratrum, tranſiuiſſe in
1 iudicatum ob non reditum pro Apoſtolis in tempore. Nam appellatio fuit interpoſita 9. Iulij, & appellanti fuit datus terminus iuris, & interim quandocumque. Ipſe autem redijt pro Apoſtolis 10. Augusti, & ſic poſt terminum triginta dierũ cum menſis Iulij habeat dies 31. Nec ex-
2 cuſatur propter impedimentum infirmitatis ſuperueniens in termino, vt per Bald. in l. eos, §. Apoſtolos, in princip. C. de appell. Boer. conſil. 43. num. 9. & facit deciſ. Mohed. 79. incip. Nicol. de Toledo. Vnde ſtante re iudicata non eſt dubium, ſententiam executioni demandandam eſſe, cum in commiſſione vltimo loco præſentata mandetur, vt conſtito de re iudicata ad legitimam executionem procedatur, & nihil exemplo deducitur contra ſententiam in hac parte, cum omnia dubia in Rota plenè diſcuſſa fuerint. Quo vero ad aliam partem ſententiæ reſpectu Petri Franciſci, & Pauli dabitur reſolutio in alia, data copia ſententiarum, & inſtrumenti diuiſionis, & aliorum iurium neceſſarium, &c.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

Num. Quarto.

PERVSINA DE VBALDIS.

Veneris 17. Iunij 1576.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſi pro Apoſtolis non reddatur, nec in tempore cauſa committatur, tranſit in iudicatum.*

2 *Præſentata Regentis Cancellariæ habet locum datis reuerentialibus.*

1 DIxerunt DD. ſententiam ad fauorem Io. Andreæ latam tranſiuiſſe in rem iudicatam, quia Pomp. in ſuo termino iuris non redijt pro Apoſtolis, nec commiſſit cauſam, Clem. quamuis, de appell. Rot. dec. 54. eodem titulo in antiq. Creſcen. deciſ. 65. lib. 1. cum alijs
2 allegatis. Neque excuſatur ex eo, quod intra terminum obtinuerit præſentatam à Reuerendiſſimo Domino Regẽte, quia illa attenditur quando ſunt dati reuerentiales, quo caſu cum nullum adſit aliud remedium, quo appellans ſibi conſulere potuiſſet, ſufficit oſtendere diligentiam oſtendendo præſentatam. Caſſad. deciſ. 4. Creſcent. deciſ. 27. lib. 1. Secus tamen quando datur terminus iuris, quia tunc ſi appellans non redeat pro Apoſtolis, vel in ſuo termino non committat cauſam appellationis, dicitur appellatio deſerta, Clem. quamuis, cum alijs allegatis.

Neque hoc caſu ſuffragantur diligentiæ, cum appellans, potuerit ſibi conſulere, redeundo ad iudicem, non enim dicitur impeditus, qui de facili poteſt impedimentum remouere, l. qui poteſt, cum ibi notatis, ff. de reg. iur. & facit, quod dicitur inſtantiam currere etiam impedimento facto iudicis, vbi quis poteſt ſibi conſulere per recurſum ad ſuperiorem, Ant. de Butr. in c. ex ratione, 7. q. de app. quem ſequitur. Alexand. conſil. 72. num. 11. lib. 3. Dec. conſ. 636. num. 3. & fuit alias deciſum coram Lauretano 21. Aprilis 1581. in Foroliuien. fideicõmiſſi impedimentum infirmitatis non excuſare appellantem, qui non redijt pro Apoſt. cũ potuerit mittere procuratorẽ.

B Et

Et hoc modo tolluntur impedimenta, quæ prætenduntur præſtito Ioanni, qui voluit commiſſionem proponi in Signatura, quia poterat Pompeius ab iſtis omnibus ſe liberare facillime redeundo pro Apoſtolis, & ipſi imputatur ſi ſibi non cauit petendo a iudice, quod facile impetrare poterat. Rom. l. 2. num. 63. ff. de re iudic. Deci. conſil. 677. num. 5. quod hic dicitur receſſum parui temporis, videlicet vnius diei tantum, quod per DD. non ſolet conſiderari, procedit datis reuerentialibus, non autem in termino iuris, vbi adeſt nimia negligentia non redeundo pro Apoſtolis in ſpacio 30. dierum.

R. P. D. IVSTO.

Num. Quinto.

ASSISIENSIS
Canonicatus.

Die 5. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli niſi petantur poſt terminum iuris, ſententia in iudicatum tranſit.*
2 *Biennio lapſo, cauſa non commiſſa, ſententia in iudicatum tranſit.*
3 *Concordia impedit curſum fatalium illa probata.*
4 *Papa ex rationabili cauſa motus præſumitur.*

1 SEntentia Aud. Cam. lata anno 1575 trãſiuit in rem iudicatã, de qua conſtare, deciſum fuit, nam licet fuerit appellatum, attamen, Laurentius non redijt pro Apoſtolis poſt quam habuit primum terminum iuris, à quo numerantur triginta dies, l. Iudicibus, C. de appellat. cap. ab eo, de appell. in 6. vbi habetur, quod qui non redijt cenſetur appellationi renunciaſſe.

2 Prӕterea non cõmiſit cauſam infra biennium, & hoc, modo etiam inducitur res iudicata, Auth. ei qui, C. de temp. appell. Clem. ſi appellatio, de appell. Dec. conſil. 436. & dictum fuit coram Reuerend. Patre Dõmino meo Litta in vna Romana pecuniaria 17. Maij proxime præteriti. Non obſtant nullitates, & iniuſtia, quæ apponitur aduerſus ſententiã Commiſſarij, quia de eo non tractatur, ſed de ſententia Auditoris Cameræ, qua pronunciatum fuit motum proprium Pij Quinti non eſſe ſubreptitium.

3 Non obſtat concordia, quæ & ſi impedit curſum temporis. Clem. quamdiu, de appell. nihilominus deberet conſtare de concordia ante rem iudicatam, quia nullibi dicitur, quod reſtituatur aduerſus eam, quinimmo ex actis conſtat de contrario, nam ſententia Aud. Cam. lata fuit anno 1575. ſed cauſa commiſſa fuit in Rota anno 1579. quo anno de menſe Maij fuit facta, vel tractata concordia, & ſic poſt rem iudicatam, & de paupertate, quæ impediat rem iudicatam nullibi reperitur.

De notoria autem iniuſtitia ſententiæ Aud. Cam. dici non poteſt, cum fundetur in confeſſione aduerſarij in dictis Teſtium, & in alijs, & adſit præterea motus proprius Pij V. vbi dicit ſatis aperte, & clare ſibi conſtitiſſe de d. Laurentij crimine, & Papa præſumitur, motus ex cauſa rationabili, Abb. in cap. cum veniſſent, cum ibi alleg. ſub num. 8. de iudic. præſertim cum ad ſententiam Commiſſarij non ſe referat, ſed aſſerat ſibi conſtitiſſe. Vnde non obſtant, quæ dicuntur aduerſus rem iudicatam.

DE

Digitized by Google

DE COMMISSIONE ſuper Attentatis.

SVMMARIVM.

1 *ATTENTATA ſine lite non dantur.*

2 *Appellatione pendente, nil nouandum, quomodo intelligatur.*

3 *Appellatio appellantis ſtatum conſtituit.*

4 *Appellatio iudicatum ſuſpendit.*

5 *Attentatorum materia frequentiſſima in Signatura eſt.*

6 *Attentata ſi permitterentur, deſtrueretur appellatio.*

7 *Iudicis contemptus plus in attentatis conſideratur, quam partis intereſſe.*

8 *Attentata magis ſpolio, & penſione priuilegiata ſunt.*

9 *Attentata non committit, contrauenien do monitorio Aud. Cam. in beneficialibus.*

10 *Attentata vt committantur duo requiruntur copulatiua, & quæ.*

Et duo probanda veniunt, num. xliij.

11 *Litis pendentia, vt inducatur, quinque ſunt neceſſaria.*

Citatio emanata.

A iudice competenti.

Citatio certa ad citatum inſtruendum.

Quod ad citati notitiam peruenerit.

Et quod tempore debito emanauerit.

12 *Attentans ius, iudicem, & partem vnico contextu ledit, & quomodo.*

13 *Attentata quare coerceantur.*

14 *Attentatis non purgatis ad vlteriora non proceditur in cauſa principali.*

15 *Attentare delictum eſt.*

16 *Attentata, aut ante, aut poſt ſententiam tollenda.*

17 *Attentatum dicitur etiam factum iudice legitime reuocato.*

18 *Attentans ſumptus damna, & intereſſe reficere debet, ſi in eadem cauſa attentauit.*

19 *Attentata magis priuilegiata interdicto vnde vi, & ſpolio.*

Declara vt ibi, num. xx.

21 *Attentans decem & octo punitur pœnis.*

22 *Attentata tribus modis purgantur, & quibus.*

23 *Attentata duobus modis per Principem tolluntur, & quibus, & numero xxv.*

Immo tribus ſecundum tutorem, & nu. xxvij.

24 *Attentatum Principis auctoritate euaneſcit.*

26 *Princeps ſupremus collitiganti gratiam facere poteſt.*

28 *Attentata contra ius commune, & contra priuilegium differunt, & in quo.*

29 *Attentatum contra ius commune eſt ipſo iure nullum, ſecus ſi contra priuilegium.*

30 *Attentatum in Rotali inhibitione magis conſideratur.*

31 *Sententia iuſta attentando effectu caret.*

32 *Attentatum, vel innouatum, quod dicatur.*

33 *Attentata de ſtylo Rotæ, quæ dicantur, & quare, num. xxxiiij.*

Declara, num. xxxvij.

35 *Attentata non tollere, eſſet fraudibus locum dare.*

36 *Attentata extra iudicium non habentur in conſideratione.*

38 *Attentata, vt plurimum, poſt appellationem committuntur.*

39 *Inhibitio obtenta ab aſſerto procuratore attentatum facit.*

40 *Proceſſus factus per iudicem à quo, fuit prouocatum, tam ante, quam poſt ſententiam eſt nullus, & reuocatur per viam attentati.*

Nec ſanatur per ſuperuenientem iuriſdictionem, ibi.

Declara, dummodo inhibitio non ſit condictionalis, ibi.

41 *Attentata facta infra decem dies datos ad prouocandum, quando reuocentur & num. xliij.*

42 *Poſſeſſionem continuans, non attentat.*

43 *Attentata poſt ſententiam committuntur quando legitimè infra decem dies prouocatum.*

45 *Inhibitio iniuſta exequuta, attentata facit.*

46 *Attentata litem ſemper præſuppenunt motam.*

47 *Attentata reuocantur duobus modis.*
Via extraordinaria, &
Via ordinaria, & quomodo, ibi.

48 *Attentata Motu proprio interdum tolluntur.*

49 *Clauſula purgatis attentatis, refectis expenſis, vel ſimilis dat formam, & num. cxiiij.*

50 *Clauſula reuocatis attentatis, quid operetur, & quomodo intelligatur.*

51 *Attentata in attentantis odium prius ſunt reuocanda.*

52 *Attentatorum cauſa petitorium, & poſſeſſorium ſuſpendit, & num. lxvij.*

53 *Attentatorum reuocatio, poſt biennium non datur, nec commiſſio.*

54 *Commiſſione ſuper attentatis obtenta ſi procedatur in cauſa illis tacitis an illis renuncietur.*

55 *Attentata ceſſant, ſtante re iudicata.*

56 *Attentata facta exequendo decemdio pendente, quomodo reuocentur.*

57 *Reponendi ſtylus in Rom. Cur. aduerſus decreta frequens.*

58 *Repoſitio iudicis a quo, facit vt interim geſta coram iudice ad quem nulla ſint, etiam dato nouo iudice.*

59 *Iudex à quo, etiam appellantem à repoſitione reponit.*

60 *Appellari poteſt à iudicis repoſitione.*

61 *Commiſſio appellationis ab interloquutoria, quare ordinarie denegetur.*
Fallit ſi interloquutoria, niſi per diffinitiuam reparetur, & numero lxij.

63 *Appellationem ab interloquutoria quare ius abhorreat.*

64 *Commiſſio attentatorum non datur ſi ab interloquutoria prouocetur.*

65 *Epiſcopus Eccleſiam ſuæ diœceſis viſitando, appellatione non obſtante, non attentata.*

66 *Appellatio ab interloquutoria, & diffinitiua, in quo differant.*

68 *Attentata in quacunque parte iudicij reuocari poſſunt.*
Declara num. lxxv.
Reſtringe, num. lxxvi.

69 *Attentata non purgantur quando reſeruantur expenſæ in fine litis.*

70 *Attentata quando in primis, & ante omnia reuocanda.*

71 *Attentata reuocari petens petitorium ex infecto titulo colorando non auditur.*

72 *Attentata deſerta appellatione reuocantur.*

73 *Attentata prohibita appellatione in primis, & ante omnia non reuocantur.*

74 *Attentatorum iudicium celeri manu expediendum.*

75 *Attentatorum reuocatio, quando poſt concluſam in cauſa petatur.*

76 *Fatalia attentatorum cauſa durante, an currant.*

77 *Attentata per appellationis commiſſionem duplici via tolluntur committendo cauſam appellationis, facultate data reuocandi attentata per libellum, ibi.*

78 *Attentata, quando appellationi ſint acceſſoria.*

79 *Attentata ceſſant, quando appellationi non venit deferendum.*

80 *Attentata per ceſſionem in iudicio reuocare ſat eſt.*

81 *Commiſſionem attentatorum, qui petat.*

82 *Attentata iudici non parendo quando committantur.*

83 *Attentata vindicari, quare lex ſanxit.*

84 *Commiſſio attentatorum iudici cuius eſt maieſtas læſa dirigitur.*

85 *Attentata abſque commiſſione reuocantur, & quando.*

86 *Commiſſionem attentatorum qui in cauſa habet intereſſe petit.*

87 *Attentata in appellatione iudiciali, & extraiudiciali committuntur.*

88 *Attentata per commiſſionem dupliciter tolluntur.*

89 *Commiſſio attentatorum dum proponitur pars citanda venit.*

90 *Commiſſio attentatorum calumnioſa denegatur.*

91 *Attentata quando per Signaturam tolluntur.*

92 *Attentata ſi de non iure illa reuocare petentis non conſtat non attenduntur.*

Com-

Digitized by Google

93 *Commiſsio attentatorum denegatur, quando eſt ſuper attentatis pronunciatum.*

94 *Commiſſio attentatorum ſollicite expedienda venit.*

95 *Commiſſioni attẽtatorum multoties additur clauſula refectis expenſis.*

96 *Attentata tolluntur per Signaturam Papæ, non Iuſtitiæ, Signatura Iuſtitiæ in hoc quid faciat, ibi.*

97 *Commiſſioni attẽtatorum additur clauſula prout de iure.*

98 *Clauſula in primis & ante omnia reuocet attentata, quare commiſſioni addatur.*

99 *Commiſſio attentatorũ denegatur quando vacantiæ prope ſunt.*

100 *Commiſſiones attentatorum malitioſe per procuratores obtinentur.*

101 *Actus malitioſus quando dicitur.*

102 *Malitia calumnia eſt.*

103 *Impedimentum contra legem malitioſum dicitur.*

104 *Iudex pronunciare ſuper attentatis nõ debet ſi non adſunt, ſed ad vlteriora procedere.*

105 *Commiſſio præfixionis termini ad docendum de attentatis, datur.*

106 *Commiſſio attentatorum omnibus attentata paſſis datur.*

107 *Attentata triginta annorum tempore præſcribuntur.*

108 *Commiſſio attentatorum an detur contra hæredes attentantis.*

109 *Attentata poſſeſsione capta, obtenta inbibitione ab Aud. Cam. ſuper iactationibus, datur commiſsio attentatorum.*

110 *Mandatum de manutenendo attentante denegatur, ſecus ſi lite pendente, ibi.*

111 *Attentata, & innouata reuocet, quare in commiſſione ponatur.*

112 *Attentare, & innouare, in quo differant verba.*

113 *Innouare quando dicatur.*

115 *Sequeſtro lata ſententia in poſſeſſorio appoſito, ſi prouocatur, datur Com appell.*

116 *Iudex lata ſententia in poſſeſſorio non attentat ſi exequitur app. non obſtante.*

117 *Commiſſio attentatorum datur ſi duobus litigantibus, tertius poſſeſſ. capiat.*

118 *Monitorio Aud. Cam. ſuper iactationibus non obediens, non attentat, ſi non habet inſertam inbibitionem ſecum.*

119 *Auditoris Cam. iuriſdictio olim limitata, hodie ampliſsima vt hic.*

120 *Auditor Cam. cauſarum beneficialium incapax eſt quo ad titulum.*

121 *Auditor Cam. litterarum Apoſtolicarum eſt exequutor.*

122 *Signatura Aud. Cam. cauſam exequutiones litterarum, & poſſeſſorij, & in Rota petitorum committit interdum.*

123 *Beneficiales cauſæ Rotales ſunt.*

124 *Clauſula quatenus cauſa non ſit inſtructa, tollit attentata.*

125 *Attentare non dicitur poſt inbibitionem laicos adiens pro ſua poſſeſſione tuenda, quam de iure habet.*

126 *Appellatione pendente, quando geſta dicantur attentata.*

127 *Mandatum procuræ producens, proteſtando nil fieri niſi ipſo citato an iuriſdictionem proroget.*

128 *Iuriſdictio prorogatur per citationẽ ad dicendam contra commisſionem.*

129 *Iuriſdictio prorogatur, & minuitur de tempore ad tempus.*

130 *Poſſeſsio capta poſt rotalem inbibitionẽ dicitur attentata etiam, vigore clauſulæ ſublata.*

131 *Oris aperitio capta poſseſsione obtenta, dat iuriſdictionem ad reuocandum attentata.*

132 *Appellationi an renũciatum ſit per productionem poſt eam articulorum iudici à quo, vt etiam ſi examinentur teſtes affuturi, et valetudinarij ibi n. cxxxiij.*

134 *Commiſsio purgatis attentatis expreſse data, vel cum poteſtate ante omnia illa reuocandi, in quo differant iſtæ clauſulæ.*

135 *Attentata lite pendente facta, reuocantur ſummarie, exemplifica vt hic.*

136 *Litis pendentia inducitur tempore emanate citationis, & durat vſque ad finẽ.*

137 *Appellationi iniuſte, niſi iuſta cauſa cauſa expreſsa deferre iudex non debet.*

138 *Appellatione pendente, nil nouari, vbi articulus tractetur.*

CAP. II.

ATtentatorum, quæ vt plurimum appellatione, ſiue inhibitione illa interpoſita pendentibus committuntur, breuiter ampliſſimam reſtringendo materiam, jam in prima parte circa appellationes narratis, in hac ſecunda ſubnectendam cenſui.
1 † Attentata igitur ſine lite non dari, dixere, Caſſador. deciſ. 6. num. 2. ſup. Reg. Cancellar. Paleott. deciſ. 222. Rota diuerſ. par. 1.
2 deciſ. 1. num. 2. † Ob id data litis exiſtentia, nil appellatione pendente, quod tertio obſit, nouandum fore, dixit Imperator Iuſtinianus toto titulo. nil nou. app. pend. ff. & C. alias attentatum, Rota corã D. Coccino Decano in vna Rauennatenſis attentatorum Vener. 20. Maij 1611. (Vide hãc deciſ. in fi. cap. nu. 1.)
Intelligitur autem nil lite pendente, nouari, ne ſua interim poſſeſſor poſſeſsione priuetur, neve res litigioſa alienetur, aut priuilegium impetretur, Archid. in Clem. cum litè, num. 2. vt lit. pend. Dec. in cap. cum teneamur, num. 2. de appel. Innocent. in cap. ex parte de reſcript. & in cap. vt noſtrum, num. 4. de appell. Mattheſil. notab. 28. Quamuis, vt ibi Dec. ſubdit, aliquis interdum appellatione pendente fructibus priuetur, quod procedit, tam ſi appellationi fuerit delatum, quam non. Lancell. de attent. app.
3 penden. cap. 12. num. 100. † Quia appellatio appellantis ſtatum conſtituit Rota coram Domino Sacrato, in vna Sabinenſis Dotis Lunæ 13. Martij 1606. & coram D. Orano in vna Vrgellenſis be- (Vide hãc deciſ. in fi. cap. nu. 2.)
4 neficij 17. Decembris 1603. † Nam per appellationem iudicatum ſuſpenditur, ſtante dubio euentu, confirmandi, vel infirmandi latam ſententiam. Ideo hac pendente diſcuſſione, ſecurus ſub legis clypeo appellans per iudicem ad quẽ (Vide hãc dec. in fin. cap. nu. 3.)
5 conſeruari debet. † Frequentiſſimè igitur attentatorum commiſſiones in Signatura reſonare maximis clamoribus intelliguntur, ibique ventilantur. Quando ius dicentis auctoritate contempta, debitæ parere inhibitioni recuſando, ac appellantis iuridica frangere priuilegia, appellati temeritas debitis non coercetur
6 pœnis, † Cum attentare, vt infra dicã, delictum ſit: ideo vanum, & ſuperuacaneum appellationis beneficium, ad oppreſſorum remedium, vel interdum ad imperitiam iudicantium coercendam, introductum foret, vel quia iura deducta non fuerunt in prima inſtantia, quæ ſi in ſecunda illa deducere non poſſet, indefenſus appellans, & grauatus periret, ac maioris auctoritatis iudice, pars, quæ obtinuit appareret, ſi præter legum diſpoſitionem ad ſui libitum iudex procedere poſſet in contemptum iudicis, & partis præiudicium attentando. Bellam. de-
7 ciſ. 49. † Quamuis plus in attentatis ponderetur iudicis contemptus, quam partis intereſſe, & ideo in eorum reuocatione Prætoris contempta maieſtas reuocatur. Oldrad. conſil. 190. nu. 1. & conſil. 206. eodem num. Rot. deciſ. 25. nu. 3. de reſcript. in nou. vnde Lancell. in præfat. de atten. num. 2. & 3. Cuius verba prius relata fuerunt per Franc. in cap.
8 bonæ, ſub nu. 15. de appell. † Multo magis ſpolio illa priuilegiata fore, quamuis nullum dictum inueniri poſſit, quin ab alio non ſit prius dictũ, Sed bene auctores, qui diuerſis in locis, poſita in vnũ collecta ad publicã vtilitatẽ edere inuigilant valde ſunt cõmendandi, quia eorum labores proſunt, ac maioribus priuilegijs ſpolio munita, Pariterq; cõmiſſa poſt inhibitionẽ etiam vigore cõmiſſiones tacita litis mentione, & tribus conformibus, vt per Achill. deciſ. 29. nu. 1. & 6. de appell.
9 † Licet in beneficialibus, monitorio ab Auditore Cameræ obtento, ſi poſtea illo contraueniat, attentata non committat, Achil. deciſ. 24. num. 1. eod. tit. de appell. Dummodo, vt alibi dictum fuit, nõ ſit ſpecialiter in litteris Apoſtolicis exe-
10 quutor deputatus. † Vnde vt attentatorum dicatur, copulatiue duo requiruntur, nempe innouatio, & litis pendentia tempore, quo fuit innouatum. Benint.
11 deciſ. 70. num. 1. cum adduct. † Sed vt litis pendentia inducatur, quinque requiruntur. Primo quod citatio emanata ſit. Secundo, quod à iudice competenti. Tertio, vt certa & talis ſit, quod per illam inſtruatur citatus. Quarto, quod ad

citati

citati notitiam peruenerit. Quinto,& vl-
timo,quod tempore debito emanauerit.
12 †Eodem autem tempore attentans, ius,
iudicem, & partem ledit ius contra il-
lius diſpoſitionem procedendo, iudicem
eius iuriſdictionem, maieſtatem, ac au-
ctoritatem officiendo, ac indirecte partẽ
grauando. deciſ.6.de reſtit. ſpoliat. in
13 nou. †Rationi autem conſonum vide-
tur, vt ad attentantium temeritatem
coercendam,leges quoq.inſurgant, quia
& legibus obſeruantiæ, & magiſtratibus
obedientia venit adhibenda; quod colli-
gitur ex tex. in cap.1.in fi.de appell.in
6. Maximè nẽpe iniquitatis foret;ſi quã
do iudex,qui ſentẽtiam ferendo ſuo iam
munere functus eſt, & per prouocationẽ
ad ſuperiorem iam deuoluta cauſa repe-
ritur, ac ſua iuriſdictione ſuſpenſus, cu-
ius ſunt manus ligatæ, ad appellationis
refugium interrumpendum,attentare,&
innouare auderet, cap. venientes,de iur.
iur. l. iudex poſtquam, ff. de re iud. Vn-
14 †de merito,niſi illis in primis,&ante om
nia purgatis,ad vlteriora in cauſa,& cau
ſis non poſſe procedi, etiam in negotio
principali ius ſtatuit, vt legitur ex deciſ.
15 Put. 91. par. 3. Nam attentare (vt di-
xi)delictum eſt, & in malam partem ſo-
16 nat. Bellam.deciſ.18.†Idcirco aut ante,
aut poſt ſententiam, quicquid attentan-
do commiſſum fuit, tolli debet, Caſſad.
deciſ.3.num.1.de reſtit. ſpol. Quia ſi ap-
pellatio iudicatum ſuſpendit, perconſe-
quens omne poſt eam factum,nullum, &
attentatum redditur. Abb.in rubr.de
appell.num.1.c.ſi à iudice, & cap.non
ſolum, de appell.in 6.cap.ſuper quæſtio-
17 ne in fi. de offic. deleg. †Quod etiam
ampliatur procedere,ſi fuerit factũ poſt
iudicis recuſationem, dummodo iuridi-
cam, vt ibi Abb. quæ non ſolum ve-
18 niunt reuocanda, ſed etiam ſumptus,
damna, & intereſſe reſarcienda, Borgn.
Caualc. deciſ.11.num.65.Idque declara
procedere,quando attentatur in eadem
cauſa, in qua lata fuit ſententia, ſecus ſi
fuerit in alia cauſa diuerſa. Lancell.de
attent. app.pend.par.2.cap.12. limit.2.
19 in princip. Magisve iterum ſunt priuile-
giata materia interdicti, vnde vi, ac re-
20 medio, cap. reintegrande. †Sed præ-
miſſa intellige,in negotijs beneficialibus
ad effectum procedendi ſine iuris ordine
non tamen procedendi ſine collatione
21 tituli. Bellam.deciſ.294.Decem,& octo
pœnis attentantes plectendos eſſe ius ſta
tuti,quas Lancell.de attent.cap.31. nu.
7. & ſeq. par. 3. in vnum cumulatiſſime
congerit, ex quo ſi libet videre illas po-
teris, & ex Couar. pract. qq. cap. 23. &
22 24. ex Mandoſ.in commiſs. attent.Tri-
bus autem modis fieri attentatorum pur
gationẽ contigit. Primo per iudicis ſen-
tentiã, in qua actus attẽtati reuocantur.
Secũdo ab ipſa parte, mediante litis ceſ
ſione pura tamẽ iudicialiter facta,atque
interdum refectione expenſarum. Rota Vide hãc
coram Domino Coccino in vna Papien- dec. in fi.
ſis coadiutore Lunæ 5. Nouẽbris 1607. cap.
Tertio per Principis reſcriptum, de ſecũ-
do modo noſtum differere non eſt, quia
23 ex partis voluntatẽ procedit. Duobus
itaque modis, per Principem attentata
tolluntur, Primo impediendo ne actus,
qui de ſui natura diceretur attentatus, in
attentatum tranſeat, ſicut aliàs vide-
tur fieri in beneficij litigioſi, collatio
ne, & licentia rem in iudicio contentio-
ſam deductam, vendendi, quando Papa
confirmat actum,iam effectum attentata
tum ſiue pretenſum,vel concedit, ne at-
tentatum dicatur, vt in principio ſeq.
24 S. dicturus ero. Tunc enim Principis
confirmatione, vel authoritate inter-
ueniente, attentatum euaneſcit, vt latè
Lancel. de Purg. attenta par.3. cap.29.
nu.15.24.& 25.& 75. Vt etiam in ſimi-
li, ſi Papa purgat vitium ſimoniæ, nec
ſimonia inducatur. Rebuf. in ſua prax.
Benefic.Tit.de nou. prouiſ. num.36.per
Doct.in Rub.de ſimo. Menoch.conſ.36.
25 lib.1.Secundo modo confirmando actũ,
qui iam in attentatum tranſiſſe præten-
debatur. Tunc autem auctoritate,& cõ-
26 firmatione præfata tolluntur. Nam alte-
ri collitigati gratiam facere Princeps po
teſt, quia ſupra ius eſt. Deciſ. 25. de re-
ſcript. in nou.Bellam. deciſ.749.Paleot.
deciſ. 147. Supradictis duobus caſi-
bus in priſtinum reducuntur attentata,
etiam per plenariam ſententiæ exequu-
27 tionem. Immo tertius dari iudicio meo
poteſt caſus, quando commiſſione per
Signaturam Iuſtitiæ expedita, prout iu-
ris fuerit, eorum reuocatio demandatur,
ſed

Digitized by Google

28 ſed in hoc cõſideres velim differentiam inter ius commune, & priuilegium, quia attentatum contra ius commune regulariter eſt ipſo iure nullum, ſed non attentatum contra priuilegia. Et licet priuilegia priuatæ leges ſint. Tamen leges non ſunt, & in facto conſiſtunt; meritò probabiliter ignorari poſſunt, ſecus autem iura, ac communes leges publicum commodum concernentia, quæ probabiliter non poſſunt ignorari, cum illa neſcire
29 culpa ſit; Ob id attentatum contra ius commune eſt ipſo iure nullum; non autem commiſſum contra priuilegia Abb.
30 in c. conſiderauimus n. 2. de elect. Quod tamẽ magis procedit in Rotali inhibitione, quæ, vt dixi, iuſta, vel iniuſta, eſt timenda ne attentata oriantur, etiã ſi verſemur in poſſeſsione habita poſt rotalem inhibitionem legitime. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. ampl. 1. Rota coram Domino Sacrato in vna Toletana parochia-

Vide hãc dec. D. Sacrat. in fi. cap. nu. 5.

31 li, Veneris 28. Ianuarij 1604. Hinc Innoc. in cap. Paſtoralis officij num. 5. de offic. deleg. dicit, quod exequutioni ſententiam mittens, impedit iuriſdictionem iudicis appellantis, ob id licet ſententia fuerit iuſta, Tamen indebite exequuta, effectu fruſtrabitur, quia iudex appellationis alio primo iudici percipere poteſt. Et ſi ſecus fiat, præfata geſta ſuam impediendo iuriſdictionem reuocare poterit. l. 1. ff. ſi quis ius. dic. non. obtemp. cap. cum dilectus, de reſcript. vt
32 latè ibi Innocen. † Attentatum autem, vel innouatum dicitur omne geſtum, ſine rationabili cauſa lite, appellatione, inhibitione, aut talibus æquipollentibus pendentibus, à iudice, ſeu parte, vel cauſam ab ipſis, aut ipſorum altero habente, in iuriſdictionis contemptum vocatur, eius iudicis dico, cuius maieſtas leditur, vel quando parti præiudicium fieri contingat, quæ ab eodem iudice, cuius maieſtas læſa fuit, in primis, & ante omnia eius officio reuocanda veniunt.
33 † Quamuis ex ſtylo Rotæ omnia ſint attentata, facta poſt inhibitionem; etiam ſi citatio emanaſſet vigore commiſsionis, in qua de duabus conformibus mentio minime facta foret, ſed tantũ de lite ſeu litibus motis, & ratio eſt, quia
34 ſi ſumus in † Romana Curia facilis eſt ad Papam, vel ad Signaturam aditus ad implorandum remedium, Sin autem extra Curiam non eſt aperienda via inferioribus fraudolenter iudicandi ſuper inhibitione, & reſcripto Papæ, ac ſuperiorum,
35 Idque permittere eſſet, vt fraudibus de facili anxa daretur. Achil. deciſ. 29. de appell. Ob id in Romana Curia non datur de ſubreptione, vel obreptione.

Amplia etiam præmiſſa procedere ſi ſententia mixturã contineat, quia nihilominus attentata, cauſabit, Rota coram Illuſtriſſimo Mellino in vna Elnenſis hæ-

Vide hãc deciſ. Illu. Mellini in fi. cap.

36 reditatis Veneris 27. Iunij 1603. quod etiam procedit ſi ſoli parti, & non iudici ſit inhibitio præſentata Rota coram Illuſtriſsimo Pamphilio in vna Romana Saluiani interdicti Lunæ 14. Decembris 1598. & coram Domino Sacrato in alia Sabinenſis attentatorum Veneris 23. Iu-

Vide hãc deciſ. Illu. Pamphilij in fi. cap.

Et dec. D. Sacrati in fi. cap.

37 nij 1609. Illa vero, quæ extra iudiciũ fiũt & deducũtur, attentata minime dici valent. Veral. dec. 54. n. 1. p. 1. Sed bene illa, quæ in ſpretũ appellationis, vel inhibitionis tendunt, idem Veral. deciſ. 44. n. 12. eadem parte prima, & dum dixi, de Rotæ ſtylo quicquid contra inhibitionem fit attentatum fore, declara procedere quatenus inhibitio pura ſit, non conditionalis, vt infra latius dicam, quæ vt plurimum poſt appellationem committuntur, Verall. deciſione 49. numero 4.
38 par. 1. Quod amplia etiam ſi appellatio eſſet extraiudiciales, quia illa, quæ articulum, à quo fuit appellatum tangerẽt, nihilominus attentata dicerentur, etiam ante inhibitionem, Achill. deciſ. 32. de
39 appell. Immo ſi inhibitio fuerit obtenta ab aſſerto procuratore, poſt caſum exequuta, nihilominus facit attentatum, vt
40 per Put. deciſ. 42. par. 3. Hinc eſt, quod proceſſus factus per iudicem à quo fuit appellatum ante ſententiam, & poſt inhibitionem iudicis ad quem; Nedum per viam attentatorum reuocatur, cap. non ſolum, de appell. in 6. Sed etiam ipſo iure nullus erit, quia per talem iudicis ad quem inhibitionem, ſuſpenditur iuriſdictio iudicis à quo, Vnde ſtante prænarrata ſuſpenſione, in conſequens, & nulla; & attentata geſta erunt, Bellamer. deciſione 633. neque proceſſus iſte per per ſuperuenientem renunciationem, ap-

pel-

pellationis,ac omnium inde ſequutorum;
reuiuiſcit,vt per Bellam.deciſ.634. quod
intellige dummodo inhibitio non ſit con
ditionalis, puta cum clauſula quatenus
cauſa non ſit inſtructa, vel cum clauſu-
la parito iudicato, ſeu ſimili, nam pro
conditione adimplenda ceſſarent atten-
tata, quia (vt dixi) aliter non haberet fa-
cultatem, cum ita ſit illi tributa, & re-
ſtricta, vt in capitulo ſequenti dicam.
41 † Et quamuis attentata facta infra de-
cemdium ad appellandum à iure ſtatutũ;
reuocari regulariter debeant, Rota co- Vide hãc dec.D.Sacrati in fi. cap. nu.9.
ram Domino Sacrato in vna Bononien-
ſis parochialis Lunæ 7. Maij 1607. ni-
hilominus id ceſſat,ſi in dicto decemdio
non appellatur, Quia, quando ſententia
in iudicatum tranſit, non intrant atten-
tata, Couarr. pract. qq. cap. 23. num. 2.
42 verſ. iſtud tamen. Quarè, bene facit ille,
qui ſuam poſſeſſionem continuat, quia
non dicitur attentare, Glo. in cap. non
ſolum in verbo ſeducendum, ibi. Dicit
tamen. de appellat. in 6. Clem. 2. vt lit.
pend. Milis in ſuo repert. in verbo inno-
uari. Rot. deciſ. 10. de appellat. in nou.
vt ex tit. ff. & C. nil appell. pend. noua,
43 quod communius (vt dixi) Poſt ſententiã
attentata cõmittuntur, ſecundum Doct.
noſtri id tenentes; Sed ad illa inducendã,
nõ ſufficit de cõſenſu partiũ probare fuiſ-
ſe appellatũ,niſi probetur infra decendiũ
ab habente legitimum mandatum, & fa-
cultatem appellandi, fuiſſe appellationem
44 interpoſitam; Et ſic duo cumulatiue ne-
ceſſario probanda veniunt, Primo appel-
laſſe legitime, Secundo non extra tem-
pus, quia non concludit dicere appella-
uit, ergo infra legitima tempora, nam
ſolemnitatem extrinſecam allegans, illam
probare tenetur, Deciſ. 30. de appel. in
no. d.c. non ſolũ vbi Frãc. Coua. prac. qq.
cap. 23. num. 1. verſ. ſecundum præſcri-
45 pta; Et dato, quod inhibitio eſſet iniuſta,
nihilominus ſi exequuta fuerit, facit at-
tentata, & tunc primo de illorum reuo-
catione, poſtea ſuper validitate, vel in-
ualiditate inhibitionis erit agendum,
Deciſ. 20. de appell. in nou. cap. Rodulfus
de reſcript. cap. exhibita de except. cap.
ſignificaſti de appell. cap. Romana, & cap.
non ſolum. eod. tit. in 6. Alex. conſ. 89.
num. 9. volum. 1. Dec. conſ. 103. in
princ. late Lancellot. loco cit. tit. de at-
tentat. appell. pend. cap. 12. num. 19.
par. 2. ex relata regula, quod inhibitio
ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda ſit. l. 1. §.
1. ff. de nou. op. menc. cap. ſignificanti-
bus de appell. Rot. deciſ. 26. num. 2. de
appell. in no. & deciſ. 10. eod. tit. in nou.
46 Sicq. Rota dixit corã D. Coccino in vna Vide hãc deciſ. D. Coccini in fi. cap. nu.4.
Papienſis coadiutoriæ Lunę 20. Nouem-
bris 1606. Et coram Illuſtriſſ. Pamphilio
in alia Romana Saluiani interdicti Lunæ
14. Decembris 1598. Præmittendo ſem-
per (vt dixi) quod attentata litem præſup- Vide hãc deciſ. Illu. Pamphilij in fi. cap. nu.7.
ponant motam iam, quia dum innoua-
tur, fiunt attentata Capic. deciſ. 22. num.
47 2. Reuocantur autem attentata, aut via
ordinaria, aut extraordinaria, via ordi-
naria, Aut parte offenſa inſtante, Aut of-
ficio iudicis, cuius maieſtas læſa fuit, &
ſic iuſtitia mediante, vt ita dicam. Ex-
48 traordinaria via reuocari dicuntur, quan-
do ſupplicatione porrecta id fieri ad par-
tis inſtantiam ſupplicatur; vel quando ex
ſe interdum motu proprio Papa illa tol-
lit, de qua reuocatione motu proprio ha-
betur in cap. 1. & in cap. bone de appel.
quo in loco Papa attentata; quæ fieri ſo-
lent, quando recurritur ad curiam, abſq;
alio iudiciario ordine, ex ſe, & ſic motu
49 proprio tollit, de quo pariter amplius
verba non facio. Commiſſio autem iam
ſupra dicta cum clauſula inſerta, purgatis
attentatis, vel refectis expenſis, dat for-
mã, loquitur autẽ per ablatiuũ abſolutũ
conditionem inducentem. l. attentare,
ff. de cond. & demonſt. Pariſ. conſ. 41.
50 num. 14. volum. 4. & pariter conditio
formam affert ſpecifice adimplendam,
Vnde ſi impetrans talem commiſſionem
ſolum renunciet attentatis, & nullitati-
bus, & pro expenſis, quas vigore præ-
narrante clauſulæ reficere tenetur, depo-
nat, vt puta iulium vnum, cum reſidui
oblatione, ſoluenda liquidatione facta,
ſi iſtis ſtantibus ad vlteriora iudex pro-
cedat, nulliter facit, ratio vrget, quia
non purificatis illis conditionibus, nul-
lam habet iuriſdictionem, nam in atten-
tãtis pœnam, omnia ſunt adimplenda,
alias cõmiſſio viribus, & effectu careret,
Alex. & Dec. in l. Edita num. 93. & 94.
C. de eden. Veral. deciſ. 150. par. 1.
Alex. conſ. 24. num. 9. vol. 4. Et ſi ſecus
fieri

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

fieri contingat, ex capite nullitatis id
omne veniret retractandum, quia atten-
51 tata (vt dixi) ſunt adeo priuilegiata, quod
primo in attentantis odium ſuper ipſis
procedendum venit, vt tollantur, Veral.
deciſ. 154. num. 2. par. 1. Et cauſa atten-
tatorum tam petitorium, quam poſſeſſo-
52 rium ſuſpendere potens eſt, Veral. deciſ.
51. num. 2. par. 3. & iudicium ſuſpenſi-
uum, aliorum iudiciorum. Rot. deciſ.
15. de reſtitut. ſpoliat. in ant. Vant. de
nullit. quot. & quib. mod. nul. n. 1. Sed ad-
uertendum in hoc dico, quod talem pe-
53 tens reuocationem, poſt biennium au-
diendus non erit, vt habetur inter deciſ.
diuerſ. deciſ. 758. par. 3. Vnde in conſe-
quens, neque poſt biennium commiſſio
iſta dãda venit, quia ſi illorum reuocatio-
ni ius amplius non aſſiſtit, immo illam
denegat, & repellit, de vento ſeruiret, in-
54 debitæque lites ſuſcitarentur. Licet de
hoc non fiat mentio in commiſſionibus,
ſed ſi quis commiſſione attentatorum ob
tenta, illaque in actis præſentata nulla. de
attẽtatis mẽtione facta, in negotio princi-
pali diſcuti patiatur, ſuper attentatis om-
miſſa cognitione, illis renunciaſſe vide-
tur, ex deciſ. Verall. 6. per tot. par. 1.
55 † Pariter ſi adeſit res iudicata, non po-
terit dari de attentatis appellatione pen-
dente, Creſcen. deciſ. 7. per tot. de re
iudic. Quia appellationem non proſe-
quens, acquieuiſſe ſententiæ dicitur, &
non appellaſſe præſumitur, Rota coram
Domino Gypſio in vna Camerinenſis pẽ
ſionis Mercurij 22. Iunij 1594. Quamuis (Vide hãc deciſ. in fi. cap. n. 11.)
Lancellot. tit. de priuil. attent. contrariũ
56 aſſerat num. 44. & num. 45. Sed ſi pen-
dente termino decem dierum ad appellã-
dum dato, interim exequutio fiat. Quæro
quo remedio erit appellans iuuandus, in
hoc nempe particulari. Alexand. conſil.
89. num. 7. volum. 1. verſ. quod autem,
dicit, id fieri debere per iudicis à quo offi-
cium illum nempe implorando, vt per viã
attentati factam exequutionem reuocet.
57 † Hinc verò Praxis Romanæ Curiæ ino-
leuit, tam in ordinarijs, quam in delega-
tis cauſis; vt quotidie faciunt litigantes,
quod illos iudex reponat, poſtea, ac ſi nũ-
quam appellatum foret ad expeditionem
cauſæ procedat, neque ob id attentat,
minuſque præiudicium appellationi in-
fert, ſed potius faciliorem cauſæ præbet
expeditionem, interim grauamen tollen-
do, vt teſtatur Veſtr. in ſua Praxi lib. 8.
cap. 4. num. 6. cap. ſi a iudice, de appell. in
6. & multos alios ſimiles caſus habes in
Specul. in §. nouiſſimè, de appell. & tan-
dem Lancell. vbi ſupra, quorum dicta nõ
58 proſequor. Immo iſta repoſitio appel-
lantis, cum grauamen reuocare videatur.
Rot. de probat. dec. 12. in nou. facit, quod
geſta coram iudice ad quem medio tem-
pore ſint nulla, & ſi poſt talem appella-
tionem, ſequuta repoſitione, appellans
nouum iudicem ſibi dari curet, & iudex
datus procedat, proceſſus cum inde ſe-
quutis omnia nulla erunt. Lancell. de
attent. appell. pend. limit. 1. num. 13. &
ſeq. cum add. par. 2. & de tali praxi ver-
ba facit Dec. in cap. cum ceſſante, 8. not.
59 de appell. Et ſic, quemadmodum iudex
partem à grauamine reponit. ſi appellat,
eodem etiam modo, ſi alia pars contraria
à tali repoſitione prouocet, ex repoſitio-
60 ne illi conſultum erit. Poteſt enim a tali
repoſitione pars tunc appellare, ratio eſt,
quia iudex reponendo, primum appellan-
tem grauaſſe fatetur, & ob id, quando
geſta reuocat ad ſtatum primum illum re
ſtituit, nam talis prima repoſitio fit, ani-
mo melius deliberandi, Vnde ſi poſtea
aliam partem reponat, declarat animum
ſuum ad denuo grauamen inferendum il-
li, contra quem iam intulit, ſicq. appellan
di tribuit occaſionem. Rot. deciſ. 12. per
tot. de probat. in nou. Verall. deciſ. 266.
par. 1. incip. iudex repoſuit. Quod amplia
procedere non ſolum in appellatione iu-
diciali, verumetiam extraiudiciali, vt per
eundem Lancell. de attent. app. pend. nu.
26. cap. 12. limit. 1. par. 1. Vbi diffuſe per
limitationes, & ampliationes quæſtionem
tractat. Quod tamen intellige procedere,
ſi talis interloquutoria vim habeat diffi-
nitiuæ. Franc. in cap. cum ceſſante, num.
9. de appel. vel niſi iudici à quo fuiſſet in-
hibitum, ſeu ſi appellationi detuliſſet, vel
iam eſſet interloquutoria exequutioni de
mandata, late Capic. deciſ. 1. num. 24. &
ſequen. Pariſ. conſil. 107. nu. 103. vol. 3.
& 10. ac conſil. 19. nu. 23. & ſeq. volum.
1. latè Franc. & Lancel. d. limit. 1. per tot.
61 † Ratio autem præmiſſorum eſſe poteſt,
Quia (vt ſupra dixi) non ita de facili ius
appel-

Digitized by Google

appellationem ab interloquutoria admittit. Et tunc denegatur commiſſio, quia ceu ſemper eſt irrationabilis, Pariſ. conſ. 49.num. 20. volum. 4. deciſ. 66.per rot. de appell.in nou. & deciſ. 1. eod. lib. tit. de offic. deleg. Quare iſto caſu iudex ad quem niſi cauſa cognita, inhibere non
62 valebit, dicta deciſ. 55. num. 4. Dummodo illius interloquutoria reparari per diffinitiuam nequeat, nam tunc procederet appellatio, vt dixi in commiſſione appellationis, itaque ſi ea non obſtante
63 iudex procedat, quia ius illam abhorret, vt citius liti finis ſit, non erunt neque attentata commiſſa, neque nullitas, nam facta ſunt friuola appellatione pendente, quæ ſic nuncupatur, quando iuuari ex ea appellans non valet, ſed quia multo in hoc eximio caos dicenda forent, certamque regulam dare ceu eſſet impoſſibile, id totum iudicis arbitrio remittendum erit, Menoch. de arbit. iudic.lib. 2.
64 centur. 2. caſ. 197. num. 7. per rot. Sed vnum ſubdam, quod commiſſio attentatorum, quando verſamur in appellatione ab interloquutoria non eſt concedenda, neque attentata reuocanda, niſi donec, & quouſque dicta appellatio iuſtificata fuerit, vel negotium principale expeditum, ſi cum ipſo admixtionem habet;
65 Exemplum poni poteſt in Epiſcopo aliquam Eccleſiam viſitare volente, quam ex Apoſtolico indultu Rectores liberam prætendẽtes à tali viſitatione, appellant, & nihilominus ſi ad vlteriora procedat Epiſcopus viſitando, quia ius ſibi aſſiſtit, non attentat, quia non eſt appellatio à diffinitiua merito prius cauſam priuilegij iuſtificare debent, vel allegata immunitas ad appellationis ſubſiſtentiam, vt poſtea oriantur attentata, vt deinde poſtea ſuper illis agi poſſit, ac in ſimilibus idem
66 Rota de appell.in nou.deci. 35. Et in hoc cognoſcitur differentia inter appellationem ab interloquutoria, & diffinitiua, quia ſtatim diffinitiua habet ſecum iuſtificationem, ad effectum ſuſpenſiuum, ſed non (vt dixi) ab interloquutoria, vel appellatione extraiudiciali, de qua idem, quod de interloquutoria cenſendum venit, vt late Couar.in diſput. pract. qq. c.
67 24.num. 1. 2. & 6. Tuncque talis attentatorum cognitio vlteriorem proceſſum in cauſa principali ſilere facit, ad inſtar cauſæ petitorij, & poſſeſſorij, quia quando in poſſeſſorio proceditur, conquieſcit petitorium, cap. 1. de reſtit. ſpol. Afflic. deciſ. 98. num. 3. Ita ſimiliter in negotio principali agendum erit, ſi reuocari attentata petuntur dato etiam, quod de geſtorum nullitate ageretur, Afflic. vbi ſupra num. 3. & 4. Subdens num. 1. quod
68 ſi illa appellatione pendente à diffinitiua, iudex non reuocaret, iniuſtitiam faceret, quia attentata in quacunque parte iudicij reuocari poſſunt, deciſ. 27. de appell.in nou. Miliſ.in ſuo repert. in verbo attentata poſt appellationem. Hoc tamen dico, quod alias Rota coram D.Bu-
69 balo in vna Burgenſis Clericatus 15. Ianuarij 1582. tenuit, purgationem attentatorum non admitti de iure, quando reſeruantur expenſe in fine litis. Quamuis multi dentur caſus, in quibus attenta-
70 ta in primis, & ante omnia non reuocantur, relati per Veſtr.in ſua prac. lib.8. cap.4. num. 9. & poſt illum vltra ducentos alios caſus retulit Lancell. de atten. tit.de priuil.attent.cap.3. priuil. 31. par. 3. quos non refero, quia iudiciarium ordinem concernunt, & quia ibi videre poteris; Ratio cur reuocari debeant, ea eſt, quia ius illa abhorret, ac reſiſtit merito illis non obſtantibus ad vlteriora in exequutione procedi poterit, Rot. deciſ. 35. de appell.in nou. Veral. deciſ. 328. n.
71 2. par. 2. Sed hoc ſcias, quod petens attentata reuocari, colorans petitorium ex infecto titulo, non auditur; quia peius eſt, quam ſi titulum non haberet. Innoc.
72 in cap. dudum num. 2. de decim. Et ſi appellatio deſerta fuerit, erunt pariter reuocanda, Benint. deciſ. 40. num. 3. Rota vide hic deciſ. in fi. cap. n. 6.
coram Illuſtriſſ. Millino in vna Elnenſis hæreditatis ſupra allegata Veneris 27.
73 Iunij 1603. Sed regulam generalem pone vt infra cap. ſequenti ſubrectam, quod attentata in cauſa, in qua à iure, vel Principe appellatio eſt prohibita, nõ ſunt ante omnia reuocanda. gloſſ.in cap. non ſolum in verbo caſibus de appell.in 6. Couar. pract. qq. cap. 23. num. 4. verſ. ſexto eſt, omnino cum adduct. quia tollere appellationem eſt litem finire, ac probare rem iudicatam; ſed ad attentatorum exiſtentiam lis eſt neceſſaria, qua ceſſante,

vt

Digitized by Google

vt in prænarrato facto, de attentatis dari non poteſt Lancell. in præfat. tit. de at-
74 tent.num.57. Hinc eſt, quod ſummaria, ac celeri manu iudicium expeditur attentatorum, ad tex. in c. non ſolum de appel. in 6. Afflic. deciſ. 98. num. 5. ſecundum magis communem opinionem, de qua per Mandos in commiſ. de attentatis, verſ. officio iudicis, reſtringens regulam, quod in quacunque iudicij parte reuocari poſſunt, & peti annullari, non procedere niſi vſque ad concluſionem in cauſa, idque tamen iterum declarat, quod intelligatur de illis attentatis, factis ante
75 concluſionem in cauſa, nō poſtea, quamuis poſſit reuocatio attentatorū peti, etiā poſt concluſum in cauſa, quando attentans in negotio principali obtinuiſſet, vt per Lancel. de attent. par. 3. tit. quando,
76 & infra quot temp. cap. 23. num. 57. late. Dum autem ſuper attentatis agitur, fatalia non currunt, vt dixi in commiſ. prorogat. fatal. deciſ. 15. de appell. in nou. Quod intellige in cauſa principali: quia proceſſus factus ſuper illis impedit curſum in cauſa principali. Rot. de appellat. deciſ. 50. in antiq. Franc. in cap. delicti filij num. 8. de appell. Alexand. conſ. 68. num. 3. vol. 2. ſed præmiſſa non procedunt, quando dans de attentatis ſi iuncta erat attentatorum cauſa, ſuccubuit, nam tunc fatalia cucuriſſe, concludendum erit, non obſtante attentatorum priuilegio, vt in dicta deciſ. 15. Ioan. de amic. conſ. 6. num. 14. & ſeq. late, Gram. conſ. 54. in cauſa ſindicatus num. 18. Quod declara abunde ex Lancel. de attent. tit. de priuil. attent. par. 3. cap. 30.
77 à num. 88. vſque ad numerum 105. Denuo præuia appellatione duplici via tolli inſtantur attentata. Primo quando committitur cauſa appellationis, cum clauſula, & facultate declarandi ſententiam nullā cum omnibus inde ſequutis. Quod bene petitur in eadem commiſſione, ac etiam vt cauſa appellationis committatur, & ſeorſum iu eadem commiſſione cum clauſula ſpeciali cauſæ attentatorū, nam in hoc particulari litis conteſtatio in negotio principali non præiudicabit negotio attentatorum, Couar. prac. qq. cap. 23. nu. 3. verſ. aſſerunt, Cuman. & Aret. in l. 1. ff. nil no. appel. penden. Salic. in l. 3. C. de appellat. Secundo quando petitur in libello appellationem rite, ac recte interpoſitam fuiſſe abſque alia attentatorum ſpecifica mētione pronunciari, quod ad noſtræ commiſſionis propoſitum non multum facit, quia ſecundum relata per Lancel. loco cit. tit. de attent.; & quæ poſ. attent. reuoc. pet. num. 27. ac ante illum per Maran. de ordin. iudic. par. 6. verſ. &
78 quandoque appellatur. n. 407. ſupradicta magis prouenniunt ex ipſius appellationis natura, quia attentata tunc ad ipſam appellationem ſunt acceſſoria; Rot. deciſ. 1. num. 2. de appell. in nou. Franc. in cap. dilecti num. 1. quæſt. 1. de appell. quam ex iudicis officio. Nam ſi ſententiam nullam vna cum omnibus inde ſequutis iudex ad quem principaliter declarat, ex quo acceſſorie attentata ſententiam ſequuta fuere, deſtructo principali, acceſſorium quoque ſublatum remanet, cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. Card. in cap.
79 dilecti el 3. col. 1. de appell. Hinc vt dixit Marant. loco ſupra citato apparet, quod iudex quando appellationi deferendum non eſt, non attentat, & ſic proſupponendum venit, vt attentatum concludi poſſet, quod appellationi ſit deferēdum, & tunc iſta reuocatio non oritur ex priuilegio attentatorum, ſed per viam iuſtitiæ, ex quo aduerſarius attendando iniuſte me grauauit; ſed quomodocunque attentata tollantur, non intereſt, quia
80 aut vno modo, aut alio id fiat, ſufficit. Proterea ſat erit, quod attentata reuocentur per ceſſionem in iudicio factam. Achil. deciſ. 23. de appell. Bellam. deciſ.
81 551. Commiſſionem itaque noſtram, ille porregit, qui attentatis ſe grauatum ſentit, & aſſerit, in qua iudici ad qœm, cuius reperitur læſa maieſtas, eorum cōmitti reuocationem facit, quia ſi inhibitioni non obediendo, vel dilationi temporis appellatione pendente non quieſcendo, iudicis auctoritatem contempſit, & per conſequens eius læſa fuit maieſtas, quæ in honore conſiſtit, cap. 1. de appell. in 6. Bero. conſ. 105. num. 10. volum. 3.
82 Lancel. de attent. in præfat. num. 3. & nu. 31. Veral. deciſ. 57. par. 1. num. 2. Cum non parendo iuſſis iudicis fit illi manifeſta offenſio, quod intellige circa ea, quæ conſiſtunt in faciendo, ſecus verò ſi in
venien-

veniendo, Cappell. Tholoſ. deciſione

83 266. † Lex remedium attentatorum ad illam indicandam inuenit; vt læſus maieſtas iudicis offenſi, ac honor, ad attentantis damnum conſeruētur, tam in pœnam ipſius attentantis, quam aliorum exemplum, vt ſe à præmiſſis abſtineant, ac imperium, iuriſdictionemue venerentur, & timeant. Oldradus conſil. 206. numero primo, l. 1. ff. de nou. op. nunc.

84 l. fin. ff. ne quid in hoc publ. † Quare cum in maieſtatis ipſius ſpretum patrata reperiantur, ob id illi Signatura commiſſionem dirigit, quia, vt dixit tex. in d. c. ſolicitudinem, ad officium illius, qui de appellatione videt, eaq. contra ipſius præcepta, & iuriſdictionem geſta apparēt tollere, ac cognoſcere pertinet, cap. non ſolum, de appellat. in 6. vbi Io. Andreas, & DD. Licet etiam abſque commiſſione id facere valeat. Creſcent. dec. 1. vt lit. pend. Speculat. in §. 1. in fine, de expen.

85 † Et quamuis commiſſio præſentetur in actis, tamen abſque alia commiſſione iudex illa, & reuocare, & attentantem in expenſis condemnare poſſe, dixerunt Domini de Rota, teſte Mohed. deciſione 99. Ea quippe ratione, quia iſta cauſa eſt dependens à prima commiſſa, ac ab illa emergens, vnde merito virtute primæ commiſſionis poteſt contra attentantem procedi, & quamuis reuocari attentata petantur, non per hoc appellationi renunciatum videtur, quia talis reuocatio illi non contradicit. Rota de appell. in nou. deciſione 63. Quod tamen intellige, quando coram iudice ad quem id petitur; non quando coram iudice à quo. Decius in capitulo cum teneamur, num.

86 2. de appellat. † Vltra quod omnis intereſſe habens, hanc commiſſionem impetrare poteſt. Lancellott. vbi ſupra. tit. de acto. & quis poſſit attent. reuoc. pet. nu. 5. par. 3. Abb. in cap. dilecta, num. 14. de

87 appell. † Quod tam in appellatione iudiciali locum ſibi vendicat, vt optime declarat Abb. ibi num. 13. & 14. & in cap. conſuluit, num. 18. eod. tit. quam extra-

88 iudiciali. † Et quando ſupplicatur, vt per commiſſionem pariter attentata tollantur, duplici fit modo, vno per Signaturam Papæ, & gratiæ, & alio per Signaturam

89 Iuſtitiæ, ſed vtcumq. ſit, ſemper in talium commiſſionum propoſitione pars aduerſa erit citanda, alias non poterit commiſſio expediri. Ratio eſt, quia ſic vocatus, multa poterit adducere cōtra commiſſionem, oſtendendo attentata non adeſſe, ſeu non attendenda, neque reuocanda, & per conſequens lacerandam fore commiſſionem, ob id non erit ſub ſimplici oratoris loquela, illius precibus ita de facili annuendum, qui cum reus ſit, quorum pro poſſe ſemper manus eſt aufugere, aliquo palliato colore, vel cauſa commiſsionem hanc quærere, ad magis partem, quæ obtinuit defatigandum laboribus, & expenſis, procurare poterit, quid parte audita

90 non ita de facili obtinebit. † Ob id, ſicut attentatis exiſtentibus prona eſt Signatura ad commiſſionem noſtram concedendam, ita pariter calumnia detecta ad illā lacerandam, quod in cæteris commiſſionibus locum pariter habere dicendum erit, ad rem igitur deueniēdo dico: Quod

91 tunc per Signaturam Sanctitatis Suæ, & Gratiæ attentata tolluntur, quando commiſſione porrecta ſupplicatur iudici ad quem committi, vt conſtito de bono iure in cauſa, & negotio principali reiectis attentatis procedat. Et licet fiat ad vnius partis inſtantiam per viam gratię attamē ſi incipit conſtare de non iure illius, qui reuocationem obtinuerat, irritatur gratia. Franc. in c. 1. ſub n. 5. vt lit. pend. in 6. Bal. nouel. in tract. de dot. par. vlt. q. 23. n.

92 69. & 70. † Immo quando de non iure petentis reuocare attentata conſtat, venit inhibitio moderanda, vt ibid. Lance. c. 34 q. 31. n. 6. p. 3. Innoc. in c. ſignificaſti, n. 1.

93 de diuort. Bellam. dec. 356. Quæ non ſolet dari, poſtquam ſuper attentatis fuerit pronunciatum, quia res non eſt integra, & iam ex iudicis ſententia parti eſt ius quæſitum. Chiſſanen. deciſ. 177. incipiēs ſententia. Et quomodo intelligantur præmiſſa, dixit Rota coram Illuſtriſs. Mellino in vna Elnenſis hæreditatis Veneris 27. Iunij 1603. Quare ad hanc commiſſionē porrigendam Domini Cauſidici ſollicitі eſſe debent antequam ſuper ipſis pronuncietur, & quia de hoc particulari ſupra memini, vt etiam de clauſula conſtito de bono iure, quid importent; ideo hic non repeto, ſed te ad relata remitto, de quibus multa videre poteris ſcripta

Vide hāc dec. Illu. Mellini in fi. cap. nu. 6.

per Innocentium in capitulo ſignificanti,
de diuort. & eſt communis Doctorum
ſententia, de qua in dicta deciſione
95 356. † Et multoties in tali commiſſione
additur clauſula refectis expenſis, quæ
iuſtiſſima eſt, quia ſi ex facto ſuo pars il-
la vltra exequutionem, & alia pro ipſis
damnum paſſa fuit; rationi conſonum eſt,
vt expenſarum emendationem, qui tale
delictum commiſit in delicto pœnam an-
tequam audiatur ſit reus. Sed per Signa-
96 turam Iuſtitiæ non tolluntur attentata,
quamuis commiſſio ſignetur; ordinariæ
autem dico, bene (vt retuli) per Signatu-
ram Papæ. Quamuis interdum id fiat in
multis caſibus tranſgreſſores puniri man-
dando, ſed bene, aut demandatur iudici,
cuius maieſtas eſt læſa expræſſe, quod
reuocatis attentatis ad vlteriora proce-
dat, vel eorum reuocatio prout de iure
illi committitur; ſecundum facti contin-
gentiam, intelligendo ſemper cum expen
97 ſarum refectione, vt præmiſi. † Quan-
do de attentatorum reuocatione agitur,
& cauſa committi petitur, ſemper in
commiſſione additur clauſula prout de
iure, quæ innuit, vt iudex ſtricte, ac iu-
re medio ad illorum reuocationem proce
dat. Et ideo ponitur talis clauſula, quia
quando petita omnia concedenda non
ſunt, vel adeſt articulus aliquis de iure
ambiguus, tunc ſemper ſolet, ſiue in cor-
pore commiſſionis, ſiue in Signatura Il-
luſtriſſimi Præfecti, per verbum placet,
prout de iure apponi. Staphil. de lit. iuſt.
in capitulo citatio perſonalis, num. 12.
98 † Nam an attentata, de quibus agitur in
primis, & ante omnia ſint reuocanda du-
bium eſt, cum multi adſint caſus, in qui-
bus in primis, & ante omnia non reuo-
centur. Veſtr. loco citato, nu. 8. & 9. &
latins Lancellot. vbi ſupra. Mandoſ. in
Commiſſio. de attentat. in verbo in pri-
mis, & ante omnia ob id apponitur clau-
ſula prout de iure, deletis alijs verbis in
commiſſione inſertis, in primis, & ante
omnia, quæ verba non ſolent niſi expræſ-
ſe de illis guſtatum fuerit concedi.
99 † Sed quia videt aliquis ſe in cauſa
ſuccumbere, vt multoties in longum lis
protrahatur, in vltimis Rotæ audientijs
commiſſionem porrigit iſtãdo ſuper attẽ
tatis, qua obtenta, inhiberi procuratori
curat, & ſic inconſequens ſuperſederi in
negotio principali. Itaque vt malitijs oc-
curratur; ſi vacantiæ, ſeu feriæ inſtent,
tales Commiſſiones iſta Signatura con-
cedere, immo in eis delere omnia verba,
quæ attentatorum materiam tangunt, ac
tangere poſſunt ſolet, vt bene Caſſa. dec.
100 4. nu. 3. & 5. de dilat. † Licet in hoc cal-
lidi procuratores illos dico, qui malitijs,
& fallacijs abbundantes, malam praxim
adinuenerunt. Faciunt enim multo ante
dictas commiſſiones ſuper attentatis ex-
pedire, poſtea tacent, & quãdo ſunt pro-
pe finem, & feriæ inſtant, partem aduer-
ſam ad dicendum contra commiſſionem
citari curant, & hac via indirecta cauſæ
expeditionem impediunt. At cauti mul-
to plus in hoc D. mei Referendarij eſſe
debent in his denegandis commiſſioni-
bus, quando feriæ proximæ ſunt. Immò
clauſulas attentata tangentes delere, ſed
ſi cum dicta clauſula illas relaxari inſta-
tur, non abſque cauſæ cognitione, & ſic-
co pede illas ex ſupra relatis rationibus,
& inaudita parte dare debent. Mandoſ. in
cõmiſſ. attentatorũ in verbo cauſam, &
101 cauſas. † Nam tunc fit actus malitioſus
quando dolo adhibito tertij damnum
concernit. Glo. in cap. fin. in fin. de clan-
102 deſt. deſp. † Malitia autem calumnia
eſt, & calumnia habet dolum annexum.
Illud autem malitioſe fieri dicitur, quan-
do non legitimę fit, & malitioſum dicitur
illud impedimentum, quod eſt contra le-
gem. Menoch. conſ. 69. num. 20. Ceph.
103 conſil. 22. & conſ. 23. Quod fit non ſal-
ua conſcientia, quia malitia eſt pecca-
tum, & talia profitentes, præmiſſa non
curant. Ideo qui illis præſunt, obuiare
in quantum poſſunt, diligenter debent.
Alia etiam via, vt finis litibus vnquam
ſit, obtenta commiſſione iſta attentato-
rum cauſam per tres ſententias expediri
104 ſatagunt. † Sed ſapientes iudices non
alias ſuper attentatis, quando non
adeſſe videant, pronunciare debent.
Immo illis neglectis, & ommiſſis, in
negotio principali ſententiam profe-
runt, ſicque tacite attentata repellunt,
vt dixi in commiſſione appellationis, &
reſt. in integr. dum de exequutore ver-
ba feci. Sibi etenim alia via ſuccurri a-
lia pars poterit, nempe aliam porrigen-

do

do commiſſionem, quando calumnioſè
105 permiſſa curari videat. † Petendo vt terminus breuis, & peremptorius præfigatur ad docendum de prætenſis attentatis, quo elapſo, & de illis non docto, ac ipſis non exiſtentibus, ad vlteriora in negotio principali, ac cauſę, & cauſarum expeditionem procedat. Et tunc ſi expediri talis reformatoria contingat, prius erit dilatio illius vigore concedenda arctanda, quando feriæ prope ſunt, quam ſi procul forent, ne ſub tali clypeo iterum cauſæ principalis expeditio tardaretur. Veſtr. loco citato numero 21. Caſſador. deciſ. 4. num. 5. de cauſ. poſ-
106 ſeſſ. & propr. † Hanc autem commiſſionem omnis attentata paſſus petere poteſt, neque illi deneganda venit. Lancellot. vbi ſupra, titulo de acto. ex. quis poſſit attentat. reuoc. pet. num. 1. & ſequen. quia ſi vere impetratur attentatis exiſtentibus, fauorabilis videtur. Biſign. dec. 4. incip. verum innouata, alias deciſ. 30. num. 6. de appellat. late Gabr. lib. commun. lib. 6. titulo de leg. &
107 conſt. concluſ. 3. num. 50. † Et nullo tempore ipſorum reuocatio præſcribitur, nam ſi currit præſcriptio, ita & multo magis in attentatis, quæ à iure maiori proſequuntur odio, vt dixit Miſinger. Singul. obſeruat. centur. 3. Deciſio. 86. Valde contrauertitur Rota deciſione ſecunda, & quinta de reſtitut. ſpoliator. Franc. in cap. bonæ, ſub num. 14. & 39. de appellat. Sed communiorem ſententiam fore, vt triginta annorum ſpatio. Talis actio, vel dicendi de attentatis exceptio præſcribatur, vt late dixit, Tiraquell. de vtroque retract. §. Trigeſimo ſexto, gloſſ. 2. num. 3. & ſeq. ſubdens, Quod ſicut ex dicti temporis curſu tolluntur, ius adeundi hæreditatem petendi legitimam, dicendi nullum teſtamentum, reducendi ad arbitrium boni viri, & alia pariter etiam iſta ceſſare debent. Bero. conſil. 33. num. 6. volum. 3. & de communi idem Miſing. loco citato, centur. 2. deciſio. 71. & 72. Licet in multis id perpetuo duret, vt refert Lancellot. loco ci-
108 tato, num. 85. & ſequen. † Sed quid ſi ille qui attentata commiſit iam mortuus ſit, an contra ipſius heredes detur commiſſio noſtra ſuper illorum reuocatione? & breuiter concludo quod ſic, cum attentare non ſit propriæ delictum, ſiue crimen, & ſic non eſt perſonale, & quia tendit ad repoſitionem geſtorum in priſtinum ſtatum, minime ex attentantis morte mutatur, ideo ſicut in tempore auctoris reuocari poterant, ita pariter & eius hæredis. Milis in ſuo repert. in verbo attentata lite pendente, Lancell. vbi ſupra num. 10. Pone, aliquis attentando rei, de qua agitur poſſeſſionem ingreditur, vel potius occupat; poſtea vt in illa ſe confoueat ab Auditore Cameræ mandatum de manutenendo obti-
109 net. † At attentata paſſus cõmiſſionẽ porrigit, in qua ſępe vt Rotæ attẽtatorũ cauſa demandetur, inſtat, dico hanc cõmiſſionem non ſolere denegari, ſed cum temperamento, addita clauſula, ſine præiudicio legitimæ exequutionis mandari de manutenendo, & talis clauſula operatur, quod vtroque tempore ſuper ambobus agi poſſit, tam ſuper validitate dicti mandati de manutenendo, quam ſuper reuocatione attentatorum. Lancellot. titulo de pen. attentat. num. 186. Ita Rota coram Domino Reumano 20. O-
110 ctobris 1559. reſoluiſſe aſſerens, Quamuis iudices mandatum ſimile de manutenendo denegare deberent, quando illud petens, iam attentaſſe ſciunt. Secus autem quando lite pendente inſtarent pro manutentione in eorum poſſeſſione, illam continuando, quia tunc ſuam conſeruando poſſeſſionem per titulum vti poſſidetis, ita poſſideatis ceſſabunt attentata. Pariſius conſil. 182. num. 8. in fine, volum. 5. Verall. deciſ. 51. parte prima.

111 † Apponunt pariter in hac Commiſſione illam compilantes attentata, & innouata reuocet, & quamuis attentare dicatur innouare, cum de nouo illa faciat, quæ pendente appellatione, vel inhibitione prohibitum eſt; Tamen verbum innouare in Commiſſione noſtra poſitum, non ſonat in hunc ſenſum, quia aduerſarius iura aliqua de nouo, pro corroboratione, & defenſione ſuorum iurium, vel confirmatione geſtorum ex parte ſua, vel alias impetrare poteſt, iura iuribus addendo, & ſic non attentando nouare, cum ad perpetrandum ad

hunc effectum habuerit rationabilem
cauſam, quod non eſt, quando attentat,
quia attentare fit ſine rationabili cauſa,
& ideo ſimul ponuntur dicta verba in
commiſſione, ad hoc, vt attentata, & in-
nouata reſpectiue, ſi de iure ſubſiſtere
113 nequeunt, per iudicem tollantur. Ca-
ſus autem de innouatis figurari poteſt in
illo, qui lata ſententia in eius fauorem,
ſuum creditorem de fuga ſuſpectum vi-
dens, illũ carcerari procurauit, ad effe-
ctum reddendi iudicium tutum, vel ne
interim bona diſſipet, vel dilapidet, ne
inanis actio ſit, quam debitoris excludit
inopia, ob id ſuper illis apponi ſeque-
ſtrum, vel inuentarium fieri curatur, vt
quotidie creditoribus inſtãtibus in deco
ctione mercatorum fieri videmus. vt per
Lancellot. de attentat. app. pend. parte
ſecunda in 31. limit. Vnde licet iſto caſu
innouet, tamen pro tuto reddendo iudi-
cio, non attentat, ſicque bene tanquam
diuerſa, relata verba commiſſioni noſtræ
aptantur, quamuis reſiſtere videatur ti-
tulus nil. nou. app. pend. ff. & C. vt mul-
tum in hoc caute procedendum veniat,
qua efficacia illius verbi nil, vti genera-
les, & vniuerſalis negatiuæ omnem ſen-
tentiam adeo afficit, quod in minimo ve
rificari poteſt. Menoc. cõſ. 35. n. 14. vol. 1.
114 † Commiſſio iſta multoties conceddi-
tur, cum clauſula purgatis attentatis, vt
pariter in cauſa ſpolij, purgato ſpolio,
quid autem illa verba purgatis attentatis
innuant, tradit idem Lancell. Tit. de at-
ten. à parte cap. 1. par. 1. num. 57. aſſerens,
quod purgatio præfata, vltra ceſſionem
poſſeſſionis, & actus attentati faciendã,
continet in ſe pariter pœnam refectionis
expenſarum, ac fructuum reſtitutionem,
de quo habemus Deciſ. Rotæ 5. num. 1.
de reſtit. ſpoliat. in nou. quæ condemna-
tio ad præmiſſa, paſſim in Romana Curia
ſeruatur, & præcipuæ quotidie id in Ro-
ta fit. Caſſad. deciſ. 13. num. 2. de reſcript.
Lancell. de pœn. attent. num. 97. Creſc.
deciſ. 1. vt lit. pend. Et cum clauſula ſit
condictionalis, non poteſt alias iudex ad
vlteriora procedere, niſi illis purgatis, vt
115 ſupra dixi de refectione expenſarũ. Iu-
dex aliquando in poſſeſſorio ſententiam
profert; poſtea apponit ſequeſtrum poſ-
ſeſſores ſpoliando, & ſic attentat; Dein-
de impetratur commiſſio ſuper attẽtatis,
quæ non venit deneganda, quia tale ſe-
queſtrum attentatum dicitur. Ideo ſi fa-
cta inſtantia illud reuocare iudex nolue-
rit, non erit commiſſio deneganda; quia
iſto caſu etiam ſi appelletur, locus erit ap
pellationi. Afil. dec. 98. n. 1. & ſeq. Quam-
116 uis ſi feratur ſententia in poſſeſſorio, &
pars appellet, ac iudex à quo tali appella-
tione non obſtante exequatur; non atten
tabit, quia cũ iſto particulari ad effectum
ſuſpenſiuum, & appellatio, & inhibitio
ſint inualida, ex illis attentata oriri non
poſſunt. Pariſ. cum late congeſtis, conſ.
98. num. 10. & conſil. 104. & ſeq. volum.
117 1. Vlterius vertitur lis inter duos, Ter-
tius inſurgit, ac rei vacantis poſſeſsionem
ingreditur, prætendunt iſti duo litigan-
tes tertium attentaſſe, vnde præmiſſorũ
occaſione porrectam commiſſionem ſi-
gnari inſtant, Quæro an concedenda ſit.
Et dico reſolutiue quod non, ea motus
ratione, quia quando iudex in cauſa in-
hibet, ſolum in inhibitione ſunt illi com-
prehenſi, qui ad cauſam veniunt, vel cau-
ſę præiudicare poſſunt, vt apparet in dec.
Rotę 2. vt lit. pend. in ant. Aflic. deciſ.
354. num. 20. & 21. Nam ſi quo ad iſtum
tertium lis non pendet, non ſunt reuocan
da attentata per nõ litigantem facta, Co-
uar. pract. qq. cap. 24. nu. 4. cum tertius
iſte, nec inhibitione ligetur, neque appel-
latione afficiatur, quare contra ipſum
dari non debet Commiſſio, quia neque
principaliter, neque inconſequens iudicis
maieſtatem non læſit, vt ad attentatorũ
eſſentiam requiritur. Achil. deciſ. 6. alias
26. de attent. Pereg. deciſ. 97. Couar. pra-
ctic. qq. cap. 24. num. 4. Quod etiam am-
plia, vt per Lancellot. tit. de attentat. à
tertio num. 9. & ſeq. par. 1. Vnde pręfata
poſſeſſio non reuocabitur tanquam attẽ-
tata, ſed alia via ordinaria per ſuum iudi-
cem, vtputa remedio, vnde vi, vt dixit gl.
in c. non ſolum, in verbo reducendũ, verſ.
alij dicunt, de appel. in 6. & idem ſenſit in
l. credi, in verb. non poſſe, ff. mand. Quod
intellige, vt per Afſl. d. deciſ. nu. 21. Qua-
tenus tertius iſte non veniat ex iure, ſiue
aliqua ceſsione ſibi facta ab alio ex colli-
tigantibus, antequam attentata ſint fa-
cta. Secus verò ſi cedens poſt ceſſionem
attentaſſet, vt Lancell. vbi ſupra num. 5.

Ac melius,num.26. & 38. cum pluribus
118 ſeq. id declarat. † Contigit etiam
ſæpe, quod vigore monitorij via ordina-
rta coram Auditore Cameræ lis pendat,
ſuper iactationibus, & moleſtationibus
conceſſi, ne aliquis in ſua poſſeſſione,
in qua exiſtit, turbetur, ſiue moleſtetur,
nam ſi non obtento præfato monitorio
aliquis illum obtinentem turbaſſet, ſeu
poſſeſſione priuaſſet, non poterit dari
de attentatis, neque ſpolio locus eſſet;
Ratio eſt,quia tale monitorium quãdam
comminationem tantum, & non inhibi-
tionem ſapit; Quod intellige verum
dummodo vna cum dicto monitorio non
ſit inſerta inhibitio, circa quod animad-
uertendum erit. Nam in caſu relato defi-
ciente inhibitione alias Rota dixit non
adeſſe attentata, ſi quis abſque commiſ-
ſione ab Auditore Cameræ obtineret
monitorium in beneficialibus, in quibus
nullam Auditor Cameræ habet iuriſdi-
ctionem, vt patet ex deciſ. Achil. 24. de
attent. & ex relatis per Lancell. in præ-
fat. de attent. par. 2. num. 320. & 324.
119 cum ſeqq. † Immò Auditor Cameræ
non habet iuriſdictionem, neque in
cauſis appellationum, niſi ſpecialiter ſibi
à Papa demandata foret. vt in dicta de-
ciſ.& Bellam.dec.210.Subdens non poſ-
ſe Auditorem Cameræ extra Curiam ci-
tare ſuæ iuriſdictionis turbatores; Quia
eſt Cameræ, ſiue Illuſtriſ.Card.Camera
rij Auditor, ſed non Papæ. Ideò de cau-
ſis beneficialibus cognoſcere prohibitus
fuit, ſed tantum officium ſuum inter cor-
tiſianos, eorumque cauſas exercere, de
quo etiam in Deciſ. eiuſdem Bellamer.
508. Verum illud forſan ſuis antiquis tẽ-
poribus fuit, hodie autẽ multum Audi-
toris Cameræ facultates diffuſæ ſunt, &
magnis, ampliſsimiſque priuilegijs ex
cauſa oneroſa per Sanctiſs.D.N.indultis,
quæ in viridi ſunt obſeruantia, vt ex illis
impreſſis eſt videre, quorum vigore eſt
iudex appellationis ordinarius in Statu
Eccleſiaſtico, & extra illum in cauſis,
quæ ad Romanam Curiam deuoluuntur.
120 † Licet(vt dixi)non ſit capax cauſarum
beneficialium, quo ad titulum, ſed bene
121 quando tractatur de litterarum † Apo-
ſtolicarum exequutione, & maximè ſi in
122 illis fuerit exequutor datus; † nam illo
caſu (parte tamen petente)Signatura ſo-
let, remanente cauſa exequutionis litte-
rarum Apoſtolicarum coram illo, & ſic
in poſſeſſorio, Rotæ cauſam principalẽ in
petitorio demandare,& ſuper tit. in Rota
vt dixi in Commiſſione Auoc. cauſ.infra
123 par. 2.† Quia cauſæ beneficiales ſunt Ro
tales. Vnde in hoc commiſſio iſta dene-
ganda venit; Immo ſi vigore Cameralis
obligationis via ordinaria coram Audi-
tore Cameræ actum ſit attentatum exe-
quendo; poſtea dicetur Rota coram D. Vide hãc
Peregrino in vna Ceſenatẽſis de Caccia- dec D.Pe-
124 guerris Lunæ 9. Maij 1598.† Sed mul- regrini, in fi.c.n.12.
toties expediuntur commiſſiones auoca-
toriæ, cum clauſula, quatenus cauſa non
ſit inſtructa, & iuxta formam commiſſio-
nis inhibetur, ſed iudex à quo, & coram
quo cauſa pendet; vel eſt inſtructa,vel tu
lerat ſententiam procedit. Eo caſu non
poterit dari de attentatis, quia iudex à
quo non contrafecit inhibitioni, nam
non exiſtentibus condictionibus in com-
miſſione auocatoria inſertis, non dicitur
auocata cauſa, nec attentata commiſiſ-
ſe, ſed iudex remanet, Achil deciſ. 33.
de appell. Mohed. dec. 1. vt lit. penden.
Creſcen.deciſ. 1. de iudic. Actus autem
conditionalis licet decretum irritans con
tineat, Tamen nihil in eſſe ponit. Deciſ.
Pedemont. 5.num.9.Gabr.com. opin.tit.
de cauſ. concl. 3. num. 46. nam ſi atten-
tata cauſantur quando inhibitio eſt pu-
ra, à contrario ſenſu ceſſant condictiona-
li exiſtente, Dec.Fabij 51.Qua limitatio-
nes reſtrictiuæ poſitæ in diſpoſitiua,
vel in fine reſcripti, totum reſcriptum re-
ſtringunt, & pariter ad omnia in eo con-
tenta referuntur. Cotta. deciſ.208. Hęc
ſint pro dominis iudicibus extra Curiam
dicta,maxime qui dubitãt de dicta clauſu
la, timentes ad vlteriora procedere, Ideo
animoſe procedant, nec ſinant ſub huius
clauſulæ colore reos calumnijs confoue-
ri. Ideo ceſſet in eis attentatorum metuſ;
Quorũ materia frequentiſſima eſt. Lan-
cell.vbi ſup. de attent. poſt inhib. in cap.
6.nu.1.pariter ſi commiſsio nulliter im-
petretur,facit attentata, vt ante appella-
tionem. Rota coram Illuſtriſ. Pamphilio Vide hãc
in vna Romana Saluiani interdicti Lunæ deciſ.Illu.
14. Decembris 1598. Pamphilij in fi.c.n.7
125 Nec pariter dicitur quem attentaſſe,

ſe poſt Rotalem inhibitionem contra ip-
ſum exequutam iuerit ad Conſilium Re-
gium pro manutentione poſſeſſionis ſuæ,
quam poterat propria auctoritate tueri,
vt per eundem Achil.dec.36.de appell.&
de hac late Patiſ. conſil. vlt. volum.4.
126 †Appellatione pendente,quando geſta
dicantur attentata, late recenſet Lancell.
tit. de attent.app.pend.c.12.num. 25.&
ſeq. ampliando,& limitando, ad quem
127 te remitto ſi occurrat. †Hinc pariter
infertur,quod quis producit mandatum,
cum proteſtatione nihil fieri, niſi ipſo pro
ducente citato, tanquam procuratore.
Nam prorogaſſe pet hoc iuriſdictionem
non dicitur, vt per Lancell.ibidem num.
305.& habetur in dec.42. de appell. in
128 nou. † Bene autem prorogatur ſi cita-
tur ad dicendum contra commiſſionem,
quia tunc firmatur iuriſdictio. Bellamer.
deciſ.38.Caſſad.dec.3. de appell. Verall.
129 dec.260. num. 2. par.2. † Prorogatur
pariter iuriſdictio de tempore ad tempus,
eodemve modo minuitur, vt ſi manda-
tur alicui, quod infra ſex menſes cauſam
expediat, tempus minui poterit, etiam
de perſona ad perſonam,& alijs modis te
latis,ac declaratis per Innocen.in cap.de
cauſis, num.1. & ſequen. de offic. deleg.
130 † Poſſeſſio attentate capta dicitur poſt
Rotalem inhibitionem, etiam ſi vigore
clauſulæ ſublata, ratio eſt,quia ad Rotam
recurrendum venit, quæ ſuper hoc vide-
131 bit. † Et quatenus poſt captam poſſeſ-
ſionem oris apertio conceſſa ſit, tamen
ſat erit, quo ad attentata reuocanda,
quod adſit iuriſdictio. Alexan. in l. Gal-
lus, §. & quid ſi tantum,num.20. ff. de
lib. & poſt. vbi Iaſ.n.77. Bar.in l.fi.prop.
fin.C.de canon.frum.vrb.rem. lib.11.Ro
ta coram Domino Coccino in vna Papiē
ſis coadiutoriæ Lunæ 20. Nouembris
132 1596. †Sed quia appellatione interpo-
ſita, multoties coram iudice à quo articu
li producuntur, pars aduerſa ob talem
productionem appellationi renunciatum
prætendens, ad deciſ.Mohed.35.Tamen
Rota in hoc articulo contrarium cenſuit,
coram Domino Oradino, in vna Paduā-
na Decimarum 14.Martij 1462. quæ eſt
deciſ.180. Quia ex dictis articulis nil de-
inde probatum fuit, & ibi actus geſtus
coram iudice à quo, nullum ſortitur effe-

Vide hic deciſ.in fi. cap. n. 4.

ctum,ob id appellanti non nocet. Bald.
in l. nihil, §.ſi in filijs, ff. de in off. teſtam.
Dec. in cap.gratum,num.73.de off. dele-
gat. Præcipue ſi pars aduerſa impugna-
uerit præfatam productionem, Felin. in
dict.cap. gratum.verſ.Tertio limita, ſicq.
Rota cenſuit coram eodem Domino Ora
dino in vna Vlisbonenſis quartariæ 4. Fe
133 bruarij 1558. † Et idem dicendum erit
ſi examinentur teſtes affuturi, vel vale-
tudinarij ad conualidandam appellatio-
nem. Biſign. deciſ.15. de appell.Felin.in
cap.Quoniam contra,num.29.& ſequen.
134 de probat. † Dupliciter reſcribi ſolet,
vel purgatis attentatis, vel in commiſ-
bore demandatur illorum reuocatio.Pu-
ta ibi cum poteſtate citandi, & in primis,
ac ante omnia attentata reuocando. Pri-
mo caſu clauſula eſt condictionalis per
ablatiuum abſolutum. Vnde iudex niſi
illis purgatis nequit procedere, Sed quan
do committitur poteſtatiuè illorum re-
uocatio, cum procedendo ad vlteriora
attentata tacite repellantur, & eorum
reuocationi locum non eſſe dicatur. Re-
uocantur nempe attentata, quæ lite
135 pendente committuntur. Nempe ſi cita
tio qualificate commiſſa ſit; etiam lite
non conteſtata. Idque de plano exequi-
tur, in quo iudex ſolum informationem
capiet, de duobus,an citatio præceſſerit,
& an aliquid indebite fuerit innouatum
per partem,Quare ſummariæ attentatum
lite pendente reuocabitur, vt alia quæ
fiunt appellatione, dilatione, tranſactio-
ne,vel inhibitione ſuperioris,ſeu arreptio
ne itineris pendentibus, cap. intimata
cap.ſignificante,cap.cum ſpecialiter,cap.
cum noſtrum,de Appellat.Imol.in Clem.
cum lite,num.2.vt lit. pend. ſubdens, nu.
136 4.Litis pendentiam induci tempore e-
manatæ citationes,& durare, vſque ad fi-
nem,cap.2.vt lit.pend.in 6.l.1.C.de præ-
ſcrip.long.tem.Appellationem alternati-
uā de iure nō valet,circa quod,vide Dec.
in c.inter cætera,n.4.5.& 8.de ap.loquē-
te etiam, de app.Generali, qui multa cu-
mulat in hoc articulo, ad quem te remit-
137 to. Appellationi iudex quando eſt pro-
hibita deferre non tenetur, niſi iuſta ex-
primatur cauſa.Quare ſi friuola narretur,
vitiatur appellatio.Dec.in c.ad noſtram,
num.10.& 11.de appellat.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. COCCINO.

Num. Primo.

RAVENNATENSIS
Attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio appellatione pendente facta, eſt attentata.*

2 *Aegidiana ceſſat ſtante ſtatuto, quod ſemel in poſſeſſorio, vel vt ius Canonicum dictat, prouocetur a quo uis grauamine, etiam ſi ſtatutum ſit ordinatorum ibi, num. iij. & capit quoſcunque Iudices ibi n. iv.*

1 DOmini dixerunt conſtare de attentatis cum executio fuerit facta appellatione pendente toto tit. nil innouar. appellatione penden. & licet ſententiam fuerit lata in poſſeſſorio adipiſcēdę ex leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollendo tamen de Iure Canonico etiam ab ipſo poſſeſſorio datur appellatio Contard. de moment. poſſ. limit. 3. n. 6. & hanc ſententiā Rot. ſequitur vt in cauſa Spoletana Bonorum 7. Ianuarij 1575. Coram Illuſtriſſimo Blanchetto & in alia Mediolanenſis legati 30. Octobris 1580. Coram bon. mem. Ill. Cardinale Pamphilio.

2 Neq; in hoc caſu ſuffragatur Aegidiana, quia adeſt ſtatutum Rauennæ particulare in quo diſponitur quod a quacūq; ſententia etiam interloquutoria, & a quocumque grauamine poſſit appellari, dummodo alias de Iure Canonico permiſſa ſit appellatio prout eſt permiſſa in dictam rem. l. fin. vt dictum eſt, & propterea dictum ſtatutum non Aegidiana eſt ſeruandum Contard. de mom. poſſ. limit. 22. n. 1. & fuit reſolutum in cauſa Bonon. Bonorū emphyteoticorum 27. Maij. 1567. Coram Bon. Mem. Otiolen. & alias ſępius, quod etiam pręſumitur vſu receptum cum ſit in volumine ſtatutorum, & confirmatur a Papa, Gozad. conſ. 16. nu. 16. Zanch. deciſ. 25.

3 Minus facit quod dictum ſtatutum ſit ordinatorium non deciſorium, quia hoc non releuat cum attentata in hoc caſu eueniant, ex ordinatorijs illius Iudicij, quia vigore ſtatuti non habet locū Aegidiana, ſed Ius Canonicum ſententiam, quod & in remed. l. fin. datur appellatio vt dictum eſt.

Non obſtat quod ſtatutum non comprehendat perſonam Locumtenentis qui tulit ſententiam, quia contrarium eſt veritas cum ſtatutum admittat appellationem à quacumq; ſententiam lata per quemcumque ex Ius dicentibus Ciuitatis Rauennæ, & ſiue Iudices ſint Ordinarij, ſiue Delegati, aut ſubdelegati a quodcumq; & propterea ſufficit quod Locumtenens eſſet de egatus legati.

R. P. D. COCCINO.

RAVENNATENSIS
Attentatorum.

Ven. 1. Iulij. 1611.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant, vbi intrat Aegidiana.*

2 *Remiſſoria non datur vbi probatio per ſcripturas fieri poteſt.*

PEtebatur Remiſſoria ad probandum, quod ſtatutum Rauennę admittens appellationem a quacumq; ſententia etiam interloquutoria lata per quemcumq; ex Iudicantibus Rauennæ non comprehendit ex obſeruantia interpretatiua Iudic legati, qui articulus licet videretur uans, cum hoc caſu intrat Aegidiā propterea ceſſarent attentata quæ tenduntur facta appellatione penden Iuxta reſolut. in hac cauſa factas, nihilo minus cū hoc poſſit probari per ſcripturas, non eſt admittenda probatio per teſtes ex propterea fuit denegata remiſſoria. Aegid. deciſ. 9. in princ. & deciſ. 534. dicens, Proceſſus Rot. deciſ. 6. in princ. de probat. & deciſ. 10. n. 6. de off. deleg. in nou. & fuit ſæpiſſimè reſolutum &c.

R. P. D.

R. P. D. SACRATO.

Num. Secundo.

SABINENSIS DOTIS.

Lunæ 13. Martij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conſeruat appellantem in ſtatu primæuo.*

2 *Statutum Vrbis libro primo cap. lxxxiij. & lxxxv. de apocis exequendis tanquam ordinatorium ſeruatur in Foro Capitolino.*

CVm cauſa appellationis à ſententia Domini Vicegerentis eſſet mihi commiſſa cũ clauſula ſi quid exequendũ in primis, & ante omnia exequerer, ea propter dubitaui an eſſet locus executioni, & Rota negatiuè cenſuit, nam is eſt præcipuus appellationis effectus conſeruare appellantem in ſtatu primæuo, l. 1. §. propter eandem, ff. nihil innouar. appell. interpoſit.

2 Non obſtat, quod Monaſterium agat vigore apocæ manu propria q. Lauiniæ conſcriptæ, quæ tamquam contra ſcribentem, quam contra hæredes habet executionem paratam ex ſtat. Vrbis, cap. 83. & 85. lib. 1. quia illud ſtatutum cum det tantum modum in procedendo dicitur ordinatorium, & non eſt ſeruandum ...a forum Capitolinum, Bart. in l. 1. §. C. de ſumm. Trinit. cum alijs la... ...s per Alexan. conſil. 164. nu. 5.6. faciunt tradita per Rom. conſil. 507. nu. 11. Nec applicatur deciſio Romana hæredi... de Comitibus coram bo. mem. Clementis Octaui relata inter diuerſ. impreſſ. 452. par. 1. & quod nouiſſimè fuit dictum in cauſa Romana diuortij coram D... ...ino meo de Marquemont, quoniam illæ deciſiones loquuntur in totali prohibitione appellationis, quæ propterea dicuntur deciſoria cum perimant litem, Achil. de Graſſ. deciſ. 10. de conſtit. & propterea ſunt ſeruanda in quocumque loco, vt per Achil. d. dec. 10. vltra quod in dicto ſtatuto de duabus conformibus hoc expreſſe cauetur, & ſeruatur vbique vt fuit conſideratum in d. dec. 452. par. 1. diuerſ.

Minus facit, quod verſemur in cauſa alimentorum, cum ſumma de qua agitur fuerit facta pro erectione Monaſterij, & ſic non liceat ſub prætextu appellationis differre exequutionem, l. fin. in princ. ff. de appell. recip. quia fuit reſponſum nihil legi de cauſa alimentorum in apoca cuius vigore agitur, ſed tantum, quod ingreſſis acto Monialibus Lauinia dabit ſcuta duo millia, & licet poſſit faci le imaginari dicta ſcuta bis millia fuiſſe tantum promiſſa in hanc cauſam, nihilominus poteſt eam eſſe cõtrarium, & ideo cum qualitas ſit probanda per illum, qui ſe fundat in illa, & probationes debeãt concludere per neceſſe, non per poſſibile iuxta vulgarem concluſionem non poteſt dici ita conſtare, quod ſimus in materia alimentorum, quod non poſſit dici etiam contrarium, & conſequenter, quod ex hoc capite debeatur exequutio.

Et in omnem euentum Rota non daret exequutionem, niſi conſtito de bono iure in negocio principali, iux. notorium ſtylum noſtri Auditorij.

R. P. D. ORANO.

Num. Tertio.

VRGELLENSIS beneficij.

Veneris 17. Decembris 1593.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nil nouandum.*

2 *Poſſeſſio beneficij capta pendente appellatione eſt attentam.*

3 *Inſtrumentum extractum ex actis cauſæ à notario, partibus præſentibus nullum probat.*

4 *Exceptio non iuriſdictionis fundata in non tranſportatione actorum, quando retardet proceſſum.*

5 *Vitioſus ingreſſus in poſſeſſione beneficij tollit gratioſam ſubrogationem.*

1 VT pendente appellatione nihil eſt innouan. cum appellatio conſeruet

uet ſtatum appellantis, l. 1. ff. nil nouar. appell.pen. l. ſciendum, de appell. recip. ſiue ea per iudicem fuerit admiſſa, ſiue etiam reiecta Moder. Peruſinus poſt alios de attent.appell.pen. cap. 12. num. 110.

2 Ita etiam quod ea pendente geſtum eſt attentatum, & tanquam tale venit reuocandũ tot.tit. ff. nil no. appell. pen. & C. vt lit. pend. hinc eſt, quod cum exiſtente Laurentio in poſſeſſione beneficij de quo agitur Paulus Coſta, qui certo modo illud impetrauerat obtinuerit per ſententiam ab Ordinario Vicen. exequutore litterarum gratiæ ſibi factæ declarari prouiſionem Laurentij fuiſſe nullam non potuit ab iſta ſententia pendente appellatione collationem beneficij, & ſucceſſiue in eius poſſeſſione immiſiſſe abſque vitio attentati obtinere. Gemin. in cap. auaritiæ, num. 7. de elect. lib. 6. cum adductis per eoſdem Moder. de attent. cap. 4. in præf. num. 614. & cap. 12. tit. de at-

3 tentat. appell. pen. limit. 49. Prætextus enim non interpoſitæ ab illa ſententia appellationis Dominis videbatur vanus, nã ex inſtrumento de contrario patet, quod etiam ſi minus formiter videatur extractum, tamen cum fuerit per notarium cauſæ ex originali proceſſu penes ipſum inter partes actitato exemplatum facit magnam præſumptionem, Claud. in Auth. ſi quis in aliquo num. 29. de eden. præſertim, cum ne dum adminiculũ recipiat ex ipſo proceſſu induſtria partis ſic imperfecto producto, ſed etiam ex litteris executorialibus ad fauorem Pauli per Epiſcopum Vicen. decretis, & relaxatis, in quibus pluries de dicta appellatione interpoſita, fit mentio, nam cum illis vſus fuerit, dicitur fateri omnia in eis contenta. Abb. poſt Innocen. in cap. cum Venerabilis. col. fin. de except. Bald. in l. ſcripturæ, in princip. C. de fid. Inſtrum. cum vulgar. quibus accedit, quod Canonicus Bonet iudex ſecundæ inſtantiæ, coram quo fuit productum inſtrumentum appellationis in ſententia per eum lata, dicit inter alia viſo inſtrumento appellationis per Auſiam Caſalis Procuratorem Laurentij ſub die vigeſima ſexta Aprilis interpoſitæ: huiuſmodi enim aſſertio concordat cum inſtrumento, & in tempore appellationis, & in perſona procuratoris, qui eam interpoſuit.

4 Pariter exceptio defectus iuriſdictionis fundatus in minus integra tranſportatione actorum non fuit alicuius conſiderationis, quia autem prætendunt proceſſus inter alias partes factus deficere, & de illis nulla eſt habenda ratio, cum iudicem non impediant quo minus in cauſa procedat, aut vero proceſſus inter eaſdem partes editos, & de hac non liquet, nam proceſſus primæ inſtantiæ reperitur reproductus in actis per Paulum Coſtam, ex cuius vigore Iacobus obtinuit in Rota ſibi conſignari fructus beneficij ſequeſtratos, vnde merito pati debet, vt ex illo defectu attentatorum vitium purgetur. Nec dicatur Laurentium renunciaſſe iudicio attentatorum, cum ex quo petijt, & obtinuit in negotio principali procedi, quoniam ex euidentia facti de contrario apparet, quia ſententia ſecundæ inſtantiæ ſuper attentatis fuit lata. Subiunxerunt Domini ex facti ſerie de ſecundo etiam attentato conſtare, quia cum Paulus lite pendente ex cauſa permutationis beneficium ad fauorem Iacobi reſignauerit, quod temerè in præiudicium litis pendentiæ in beneficij poſſeſſione ſe intruſit, vt per Moder. Peruſ. de attent. 2. par. ca. 3. de attent. lite pend. num. 449. nam quamuis in permutatione fuerit facta mentio litis non tamen facta fuit expreſſio ſtatus litis, iuxta tradita per eoſdem Moder. in ſecunda parte, cap. 4. tit. de attent. lit. pend. in præfat. n. 645. neque vitioſi ingreſſus Pauli in poſſeſſione beneficij, quod etiam tollit beneficiũ gratioſæ ſubrogationis in ſupplicatione permutationis conceſſum, & ex his abſque difficultatẽ reſolutũ fuit attentata venire reuocanda.

R. P. D. COCCINO.

Num. Quarto.

PAPIENSIS

Coadiutoriæ.

Lunæ 20. Nouembris 1606.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, alias facit attentata, etiam ſi adeſſet clauſula ſublata, nu. iij.*

2 *Poſſeſſio capta inhibitione Rotali pendente, eſt attentata.*

1 DOmini reſoluerunt poſſeſſionem captam poſt inhibitionem fuiſſe attentatam, quia inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, & cauſat attentata. Put. deciſ. 395. lib. 2. Achill. deciſ. 29. de appellat. Veral. deciſ. 128. lib. 1. in manu ſcript. Rot. deciſ. 26. de appell. in antiq.

2 Nec facit, quod cum litteræ habeant clauſulam ſublata inhibitio fuit conceſſa abſque iuriſdictione, & propterea non cauſat attentata, quia hoc iudicium non ſpectabat ad inferiorem, ſed Rotã debebat adire, vt in iuribus allegatis, & ſufficit, quod hodie cauſa reperiatur cõmiſſa præuia aperitione oris, vt poſſint reuocari dicta attentata cum adſit iuriſdictio, Bart. in l. fin. circa fin. C. de cano. frum. Vrb. Rom. lib. 11. Alex. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 20. & ibi Iaſ. num. 77. ff. de liber. & poſth.

R. P. D. SACRATO.

Num. Quinto.

TOLETANA

Parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratioſa quot requirat.*

2 *Poſſeſſio iudicialis, habet cum veræ expulſionis.*

3 *Clauſulæ ſi quid exequendum virtus.*

4 *Titulum parem non habet, qui non venit ex eadem vacatione.*

1 FVit dictum mandatũ de immittendo vigore gratioſæ ſubrogationis eſſe dandum Ioanni. Conſtat enim de tribus, quæ & in Miraden. Parochialis de anno 1600. coram R.P.D. meo Penia, vt in alijs pluribus cauſis fuit dictum ſufficere ad hunc effectum, nempe de Clericatu ſubrogati, de lite illius, in cuius locum eſt facta ſubrogatio, & de obitu eiuſdem, in poſſeſſione.

De lite conſtat in actis, de clericatu ex litteris patentibus, de poſſeſſione ex inſtrumento acquiſitionis illius; Abb. in cap. cum nobis, num. 5. de præſcript. & fuit dictum coram me in cauſa Licien. Archipresbyteratus 7. Februarij 1601. & dicta poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad obitum. Alexand. conſil. 33. in fin. lib. 2. cum alijs per Natt. conſil. 400. num. 6. lib. 2.

2 Non obſtat, quod appareat de non continuatione, ex quo Conradus viuente Antonio, in cuius locum eſt ſubrogatus Ioannes fuit per Aud. Ca. immiſſus in dictam poſſeſſionem, quæ immiſſio iudicialis habet vim veræ expulſionis. Ang. & alij in l. qui vniuerſarũ, §. item cum prætor, ff. de acquir. poſſeſ. quia concluſio procedit quando iudex rite procedit, vt per Doctor. ibidem. Poſſeſſio autem, de qua agitur vndique fuit nulla, & attentata. Primo quia a ſententia Aud. Cam. fuerat appellatum, & cauſa commiſſa in Rota cũ clauſula ſi quid exequẽdũ cuius clauſulæ effectus eſt, vt exequutio, quatenus illi locus ſit, pertineat ad iudicem, ad quem, non autem ad iudicem à quo, vt tenuit Rota in cauſa Neapolitana fructuum 7. Ianuarij 1559. coram Paleotto. Secũdo, quia inhibitio Rotalis præceſſit d. immiſſionẽ, per quam cauſantur attentata, etiam ſi alias fuiſſet licita immiſſio ex late congeſtis per Moder. de attent. par. 2. cap. 20. ampl. 1. Tertio, quia ipſemet Aud. Cam. mandauit ſuperſederi. Vnde tanto magis intruſio Conradi fuit attentata, cap. ſignificante, vbi Franc. num. 15. de appell.

4 Non obſtat quod Conradus habeat parem titulum, cum & ipſe ſit prouiſus Apoſtolicus, & habeat gratioſam ſubrogationem, & propterea non ſit locus proceſſui exequutio, ſed ſit procedendũ ordinariæ, Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. quia ad hunc effectum non dicitur habere parem titulum, qui non venit ex eadem vacatione, vt fuit dictum in cauſa Vercellenſis Beneficij 16. Nouembris 1602.

1602. coram R. P. Domino Litta.

Non obſtat, quod ſi titulus Conradi non ſuffragatur ad impediendum proceſſum executiuum, vt in dicta diuiſione ſuffragetur tamen ad effectum petendi prælationem in immiſſione iuxta diſtinctionem. Bart. in l. fin. nu. 2. verſ. n. cauſa, aut ille. C. de edi. D. Adr. tollit, vbi explicat Zuccard. num. 384. quia concluſio forte procederet, ſi Conradus iuſtificaſſet incumbentia, prout non iuſtificauit: Vltra quod adſunt attentata, vt patet ex prædictis, quæ veniunt ante omnia reuocanda: Put. deciſ. 11. par. 3.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.
Num. Sexto.

ELNEN. HEREDITATIS.
Ven. 27. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Attentata fiunt quando ſententia continet mixturam.*

2 *Conſuetudo, vt probetur, quid requirit.*

3 *Conſuetudo quod non appelletur ad Sedem Apoſtolicam non tenet.*

4 *Attentata licet appellatio ſit deſerta, ſunt reuocanda.*

5 *Attentata conſtito de non iure reuocationem petentis non reuocanda, quomodo intelligitur.*

1 Domini dixerunt attentata eſse clara, quia cum ſententia contineat mixturam, ab ea dabatur appellatio, & propterea decretum executorialium infra decem dies datos ad appellandum, & poſſeſſio illarum vigore capta, non poſſunt excuſari ab attentatis.

2 Non obſtat conſuetudo in qua ſit fundamentum, quod non appellatur à ſententia Metropolitani confirmatoria ſententiæ ſuffraganei, quia iſta conſuetudo, neque probatur, cum teſtes non deponãt de actibus particularibus, neque probant immemorabilem, ſeu quadragenariam, & tanto magis cum in contrarium dentur depoſitiones aliorum Teſtium, † Ne-
3 que ſi eſſet probata releuaret, quia non valet conſuetudo, quod non appelletur ad Sedem Apoſtolicam, Bal. in l. 2. nũ 2. C. quæ ſit long. conſuet. Franc. in cap. dilecti. num. 14. de appell. & fuit alias reſolutum in cauſa Pampilonenſis iuris viſitandi 27. Aprilis 1583. coram Reuerendiſs. Domino Patriarcha Alexandrino.

4 Non obſtat, quod appellatio fuit deſerta, quia in facto hoc controuertitur, & ſaltim attentata eſſent reuocatoria per viam nullitatis, vt fuit ſæpius reſolutum.

5 † Non obſtat, quod ceſſat reuocatio attentatorum, quando non conſtat de non iure petentis reuocationem, quia ad iſtũ effectum debet clare, & concludenter conſtare de non iure per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, donec enim poteſt conſtare de iure, non dicitur conſtare de non iure. Aegid. deciſ. 103.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.
Num. Septimo.

ROMANA SALVIANI INTERDICTI.
Lunæ 14. Decembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana ceſſat nulla ſententia exiſtente.*

2 *Inhibitio rotalis iuſta, vel iniuſta niſi timeatur, facit attentata.*

3 *Attentata cauſantur etiam ſi nulliter commiſſio impetrata fuerit.*

4 *Clauſula quam, & quas facit, quod Iudex prout in prima procedere poſſit.*

5 *Inhibitio parti tantum, & non iudici intimata facit attentata.*

6 *Regula Cancellariæ prohibens ante diffinitiuam appellationem declaratur.*

7 *Inhibitio non cauſat attentata, quando redditur ad iudicem inhibitum.*

Fallit quando prouocando, vel de nullitate dicendo, ibi.

8 *Iudices de partibus de validitate Rotalis inhibitionis, iudicare non valent.*

Cum cauſa appellationis à ſententia per Reuerendiſſimum D. Auditorem Cameræ lata in Saluiano ad fauorem Excellentiſſimi D. Philippi fuiſſet mihi commiſſa cum clauſula, vt conſtito, quod eſſet locus Aegidianæ, vel alias executioni ſententiam prædictam exequeretur dubi-

dubitaui an eſſet locus executioni quo
dubio die 2. Decembris propoſito, ni-
hil fuit firmatum, ſed iterum die 14. e-
iuſdem menſis cauſa maturè diſcuſſa, Do
mini negatiuè reſponderunt, & circum-
ſcriptis meritis cauſæ, ſuper quibus pro
parte dicti Illuſtriſsimi D. Cardinalis non
fuerat informatum, moti fuerunt ex capi-
te nullitatis dictæ ſententiæ qua ſtante
non intrat Aegidiana. Put. deciſ. 4. de
1 Aegidiana. Ant. Aug. de prohib. appell.
num. 6.

Et quamuis plures nullitates deductæ
fuiſſent ab informantibus tamen omnes
Dominis viſæ fuerunt turbidæ vna exce-
pta, à qua proceſſus ſaluari non potuit
reſultans ex eo, quia ſententia lata fuit
poſt inhibitionem Rotæ, quæ ſiue iuſta,
ſiue iniuſta erat timenda Rot. deciſ. 26.
de appell. in antiq. Put. deciſ. 291. lib. 2.
ita vt omnia poſt eam geſta vti attentata
veniant reuocanda. Caputaq. deciſ. 93.
par. 2. Cum ſimil. Quod procedit etiam
non cognito, an inhibitio emanata fuerit
2 Canonice, ne ſub clypeo cognoſcendi, an
inhibitio fuerit iuſta, vel ne, contemnan-
tur inhibitiones prout eſſe de ſtylo Rotæ
teſtantur. Acchil. deciſ. 7. de attent. in
manuſcr. & 29. de appell. inter impræſſ.
Accoramb. deciſ. 53. lib. 1. Mandoſ. de
inhib. q. 20. fuit dictum coram Illuſtriſsi-
mo Pamphilio in cauſa Toletana fru-
ctuum 16. Maij 1586.

3 † Et licet in hoc caſu fuiſſet commiſſa
cauſa appellationis à ſententia nondum
lata, nihilominus etiam ſi reſcriptum ſit
ſubreptitium, & nullam tribuat iuriſdi-
ctionem, adhuc tamen inhibitio eius vi-
gore emanata cauſat attentata iuxta ob-
ſeruantiam Rotæ, ſecundum quam bis
fuiſſe reſolutum coram Puteo, Refert Pe-
regr. deciſ. 94. lib. 1. incip. fuit conclu-
ſum relata inter impræſſ. deciſ. 74. par. 3.
lib. 2. Ant. Aug. dec. 373. li. 3. Achil. dec.
7. de attent. & d. deciſ. 29. de appellat.
quicquid alias Rota antiqua tenuerit, vt
in dec. 58. de appell. in nou. & apud Ae-
gid. deciſ. 239. maxime, quia in com-
4 miſsione aderat clauſula quam, & quas
cuius vigore poterat iudex procedere
prout in prima, etiam ſi nulla præceſſerit
ſententia, nec appellatio, Peregr. dict.
deciſ. 94. & totum negocium principale
commiſſum cenſebatur. Samen. de in-
firm. quæſt. 34. num. 4. addit. ad deciſ.
Rot. 23. num. 3. de reſcr. in nou.

5 Nec obſtant quæ in contrarium appo-
nebantur, & primò, quod inhibitio non
fuit iudici intimata, quia ſufficit intima-
tionem factam fuiſſe parti iuxta dec. Ant.
Aug. 373. incip. Thom. lib. 3.

6 † Secundo non obſtat regula Cancel-
lariæ 36. expræſſe prohibens appellatio-
nes ante diffinitiuam ſententiam, illaſq.
vna cum commiſſionibus, & omnibus in-
de ſecutis annullans, quia cum illa re-
gula loquatur in caſu ſimplici, non debet
extendi ad caſum mixtum, quando non
ſolum cauſa appellationis, ſed etiam ne-
gocij principalis committitur, vt in termi
nis huius regulæ trad. Samen. de impetr.
benef. vac. per obit. fam. Card. quæſt. 15.
in fine.

7 Tertio, non obſtat deciſ. Peregr. 136.
lib. 2. ſecundum quam inhibitio non cau-
ſat attentata, quando is ad cuius inſtan-
tiam emanauit redijſſet ad iudicem inhi-
bitum, quia hoc tollitur ex facto, cum
nullus actus corã Iudice inhibito factus
fuerit: Licet enim à ſententia lata fuerit,
iterum appellatum, & alia commiſſio ap-
pellationis impetrata, id euenit, quia præ
cedens commiſſio non deuoluebat cau-
ſam appellationis, & nullitatis huius ſen-
tentiæ, & licet in termino citationum ad
ſententiam procurator Illuſtriſsimi Car-
dinalis cõparuerit, tamen ſemper appella-
uit, & de nullitate proteſtatus fuit.

8 Demum non ob. deciſ. coram Illuſtriſ-
ſimo Cardinali Platto in cauſa Romana
de Ruſpolis 10. Maij 1589. tum, quia
in illa commiſſione, cuius vigore fuerat
inhibitum non aderat clauſula quam, &
quas, tum quia illa eſt fundata in deciſ.
Rotæ antiquis, quas ex ſupra deductis
apparet fuiſſe pluries à Rota moderna
reprobatas. Tum quia hoc modo aperi-
retur via contemnendi inhibitiones to-
tales, quod non eſt faciendũ, nam iudices
in Curia exiſtentes facile poſſunt adhibe
re remedium, curando, vel quod mode-
rentur. Inhibitiones, vel quod adeatur
Signatura pro reformatione Commiſſio-
num, iudices verò de partibus non de-
bent iudicare ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia
inhibitionum Rotalium, quas facile ne-
gli-

Digitized by Google

ligerent, vt dicit Acchill. dicta deciſ. 7. de attent. in manuſcr.

Et ex his fuit concluſum pro nullitate ſententiæ.

R. P. D. SACRATO.

Num. Octauo.

SABINENSIS CONFINIVM, vel Attentatorum.

Veneris 23. Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur geſta poſt Rotalem inhibitionem.*

2 *Inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda venit.*

3 *Attentata in primis, & ante omnia ſunt reuocanda.*

PRo informante fuit tentum, nempe conſtare de attentatis, quæ veniunt reuocanda.

1 † Attentata videntur ſatis clara, cum fuerit lata ſententia, & moti fines poſt inhibitionem Rotalem præſentatam, & iudici, notario, & parti, vnde poſſe dubitari, quin quicquid ex poſt geſtum fuit non ſubiaceat vitio attentatorum. Rota deciſ. 20. de appellat. in nou. Put. deciſ. 395. lib. 2. Verall. deciſ. 93. par. 2. Acchill. deciſ. 29. num. 1. de
2 appellat. † Etiam ſi dubitaretur de Iuſtitia inhibitionis Rotalis, quia nihilominus non potuit iudex, & multo minus pars aſſumere ſibi iudicium, non viſo an inhibitio Rotalis eſſet iuſta, vel ne. Acchill. dicta dec. 29. nu. 6. & fuit dictum in Oriolenſis iuris præcedendi vlt. Aprilis 1584. quæ eſt inter impreſſ. diuerſ. 785. num. 2. par. 1.

3 † Et ex iſtis reſultat reſolutio ſecundæ partis dubij, quod attentata ſint in primis, & ante omnia reuocanda, cap. non ſolum, de appell. in 6. Rota deciſ. 1. num. 6. de appell. in nou. Verall. deciſ. 52. num. 2. par. 3.

R. P. D. SACRATO.

Num. Nono.

BONONIENSIS Parochialis.

Lunæ 7. Maij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta infra decem dies datos ad appellandum eſt attentata.*

2 *Appellatio non datur ab inſtitutione, quando eſt extraiudicialis.*

3 *Attentata per Iudicem ſiue parte committuntur.*

1 POſſeſſio Lini, viſa fuit Dominis attentata, cum fuerit capta infra decem dies datos ad appellandum, cap. non ſolum, cum ibi not. de appell. in ſexto. Et ad illud, quod ab inſtitutione non detur appellatio, cap. paſtora-
2 lis, de iure patronat. Fuit reſponſum procedere, quando fuit proceſſum extraiudicialiter, ſecùs ſi iudicialiter, vt in hoc caſu Geminian. in cap. Auaritiæ, num. 7. ver. Tertio eſt, de elect. in ſexto. Fuit alias reſolutum in cauſa Aurienſis Parochialis 1. Iulij 1596. coram Reueren. P. Domino meo Decano. Non obſtat, quod lis eſſet ſuper crimine Coſmi, quod non facit beneficium litigioſum, Gloſſ. in cap. 2. vt lit. penden. in ſexto. Et quod Linus non eſſet in illa lite, vnde tanquam Tertius non dicatur attentaſſe. Felinus in cap. exceptionem, nu. 25. de excep. Nam quantum ad primum, veritas eſt, quod lis erat ne dum ſuper crimine, verum etiam ſuper inſtitutione petita à Coſmo. Quantum ad ſeruandum etiam ſi Linus non fuiſſet in lite,
3 ſufficit, quod cum iudice attentante participauerit, dicto cap. non ſolum verbo reducendum. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 9. de cauſ. poſſ. & propriet. Afflict. deciſ. 354. num. 21 ſtantibus attentatis, fuit tentum pro ſequeſtro, iuxta ſtylum Rotæ, Caſſador. deciſ. 3. num. 6. de reſtitut. ſpoliat. deciſ. 10. vt lit. penden. in nou. Verall. deciſ. 157. par. 3. & paſſim id ſeruatur.

Digitized by Google

R. P. D. COCCINO.
Num. X.

PAPIENSIS COADIVTORIAE.

Lunæ 5. Nouembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Attentata purgantur per ceſſionem.*
2 *Ceſſio pro reuocatione attentatorum debet eſſe pura.*
3 *Expenſæ factæ in iudicio attentatorum ſunt reficiendæ, nec ſufficit deponere iulium vnum, & num. iiij.*

1 ROta cenſuit attentata non fuiſſe ſufficienter purgata per Camillum. Cum enim quo ad poſſeſſionem prætendat illa purgaſſe per ceſſionem, quod eſt permiſſum, vt per Lancellottus de attentat. cap. 29. num. 4. tamen illa ceſſio ei non ſuffragatur, cum non fuerit libera, ſed conditionalis. Lancellot. vbi ſupra, num. 31. Hinc ſequitur, quod neque reſpectu expenſarum, quæ etiam in hoc iudicio refici debent, Lancellot. dicto loco, num. 18. & 32. attentata dicantur ſufficienter purgata, quia licet expenſæ poſt ceſſionem regulariter non debeantur. Verall. deciſ. 31. lib. 1. in
2 manuſcript. Tamen hæc regula non habet locum in caſu iſto, cum ceſſio fuerit conditionalis, quæ propterea nihil poſuit in eſſe, l. ſi quis ſub conditione.
3 ff. ſi quis omniſſ. cauſ. teſtamen. Neque etiam attentata fuerunt ſufficienter purgata, reſpectu expenſarum factarum ante aperitionem oris, quia licet tunc non adeſſet facultas reuocandi attentata prædicta propter clauſulam, ſublata, poſitam in litteris Camilli, tamen cum ſuperuenerit aperitio oris, ſicuti Rota potuit reuocare attentata, ſic debent refici expenſæ, quas clarum eſt fuiſſe factas in iudicio attentatorum, maximè cum ſi non veniunt ratione expenſarum, veniunt ratione damnorum, & intereſſe, quæ attentans debet reficere à die attentationis, & non à die motæ litis, vt per Lancellott. dict. tractat. cap. 31. num. 173.

Neque in hoc caſu ſuffragatur depoſitio vnius iulij, donec expenſæ liquidentur, quia huiuſmodi depoſitum non admittitur in purgatione attentatorum. Caputaquen. deciſ. 222. Tertius veniens ad cauſam, lib. 1. in manuſcript. & deciſ. 150. num. 6. lib. 1. in impreſſ. Lancell. dict. cap. 31. num. 176.

Ex quibus dixerunt Domini, quod cum attentata poſſint purgari per Principem, Iudicem, & partem, mediante ceſſione, vt per Lancellott. dict. cap. 9. & Camillus elegerit ſibi hanc viam de nouo libere cedat, & reficiat expenſas, & poſt modum audietur in negotio principali.

R. P. D. GIPSIO.
Num. XI.

CAMERINEN. PENSIONIS.

Mercurij 22. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem non proſequens acquieuiſſe cenſetur ſententiæ.*
2 *Appellationem non proſequi, & non appellare paria ſunt.*
3 *Rota non exequitur aliorum ſententias, niſi guſtato de meritis cauſæ.*

1 IN hac poſitione iuxta ordinem DD. diſcutienda ſolum erat. An Illuſtri D. Aurelio de Nobilibus concedi deberet mandatum de manutenendo in poſſeſſione exigendi penſionem, de qua agitur contra D. Equitem Zitellum, & non eſſe concedendum reſolutum fuit, nam licet multa deducta fuerint, ex quibus ſatis clare videbatur conſtare de quaſi poſſeſſione exigendi prædicti D. Aurelij, nihilominus cum Aud. Cam. per eius ſententiam declarauerit non eſſe locum manutentioni, & D. Aurelius à prædicta ſententia non appellauerit, ſeu quod verius eſt appellationem proſequutus non fuerit cenſetur illi acquieuiſſe, l. 1. de appell. l. ab eo. C. quomod. & quando iud. gloſſ. in l. ad ſolutionem in verbo acquieſcent. C. de excep. rei iud. cum alijs citatis in vna Burgenſis præheminentiarum coram
2 R.P.D. Corduba 22. Apr. 1598. ſi quidē paria ſunt nō appellare, vel appellationē

non

non proſequi, & illam expreſſe, vel tacitè deſerere, capitulo ſolicitudinem, capitulo cum ſit, de appellat. Rota deciſ. 1. num. 2. eodem tit. in nou. Ruin. conſ. 34. num. 8. volum. 5. Quamobrem non eſt dubium omnem poſſeſſionem, quam prius acquieſcerat amiſiſſe. Bar. Alexan. & alij in l. ſi de eo, §. ſi forte, de acquir. poſſeſſ. facit text. in l. clam poſſidere, §. qui, ad nundinas, l. ſed ſi nolit, eod. titulo, & mandatum non datur ei, qui habuit ſe pro ſpoliato. Ang. per illum text. in l. ſi quis cui, §. differentia, de acquiren. poſſeſſ. Put. deciſione 419. in fine lib. 2. & voluerunt Domini in vna Eugubina terrarum coram R. P. D. meo Decano 24. Maij præfati.

3 Nec ad rem facit, quod ſententia Aud. Cam. ſit nulla, & iniuſta, & quod Rota non exequatur, ſententias aliorum iudicum niſi ſint iuſte. Mohed. deciſ. 148. & 319. quia illud poſſet procedere ſi Dominus Eques exequutionem dictæ ſententiæ peteret, ſed ipſe hoc non prætendit, ſolum dicit, quod Dominus Aurelius non poteſt obtinere dictum mandatum, quia amiſit poſſeſſionem, & eſt veriſimile, quia ipſe relicto illo iudicio nouũ inchoauit petendo huiuſmodi penſionẽ, tam contra venerabile Collegium Societatis Ieſu, quam contra prædictum æquitem.

Fuit igitur concluſum D. Aurelium nõ eſſe manutenendum, & ſic ſtandum eſſe in deciſis etiam ad fauorem Equitis Zitelli.

R. P. D. PEREGRINO.

Num. XII.

CAESENATENSIS

de Cacciaguerris.

Lunæ 9. Maij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum dicis in Camerali obligatione, ſi via ordinaria ſit actum.*

1 MAndatum relaxatum ad fauorem Comitis Chriſtophori Cacciaguerri, cum omnibus inde ſequutis tamquam attentata fore reuocanda. Domini vnanimiter cenſuerunt, ex regul. cap. non ſolum, de appell. in 6. nec obſtare viſum fuit, quod actum fuerit via exequutiua vigore obligationis Cameralis, & quod propterea non obſtante quacunque appellatione, & pendente tempore ad appellãdum exequutio fieri potuiſſet. Galleſ. ad Form. oblig. Cam. ca. quęſt. de liquid. num. 18. & 20. in particula de proceſſ. quia fuit dictum non viam exequutiuam, ſed ordinariam fuiſſe intentatam, vt apparet ex lectura ſententiæ, qua non fuit relaxata exequutio, ſed declaratum Canonicum teneri, & obligatum eſſe ad dandum, & reſtituendum, quo caſu admittitur appellatio, ad quod optimè faciunt tradita, per Imol. in l. fin. ſub num. verſ. iuxta prædicta, ff. à quibus appell. non lic. & ita vidi ſemper in Signatura obſeruari.

R. P. D. DECANO.

VICENSIS FRVCTVVM

ſiue penſionum.

Lunæ 27. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Portionarij ſi à Capitulo dependant, non poſſunt inconſulto Capitulo penſionibus cõſentire in Capituli præiudiciũ.*

2 *Litteræ Apoſtolicæ ſuper penſione contra tertios non conſentientes exequutioni carent.*

1 DOminium fructuum, & redditũum Præpoſiturarum Eccleſiæ Vicenſis eſſe penes Canonicos, & Capitulum, ac Præpoſitos eſſe ſolum adminiſtratorẽ, & ideo Epiſcopum, & Capitulum potuiſſe addita conſtitutione augere portiones antiquas panis, & pecuniarum pro obſonijs Epiſcopo, Canonicis, & Portionarijs per eoſdem Præpoſitos præſtanda fuit in hac cauſa ſæpe in Rota diffinitum, & inſuper ſententijs latę.

Cæterum quia dum exequutioni mandarentur, nonnulli habẽtes penſiones reſeruatas ſuper dictis fructibus de conſenſu ſolum Præpoſitorum prætendebant in prædictis ex iiſdem fructibus integrè detrahendas, & perſoluendas penſiones, deinde [illegible], quod ſuperfuiſſet 2

dandas Epiſcopo, & Capitulo portiones per Conſtitutionem auctas, propterea cũ de hoc dubitaſſem ſub iſto die 27. Maij Domini conformiter cenſuerunt non eſſe penſiones primum detrahendas, & principale fundamentum fuit, nam cum declaratum extiterit dominium dictorum fructuum eſſe penes Capitulum non potuerunt Præpoſiti in prçiudicium Capituli ſuper aliquo grauamine conſenſum præſtare, nec impoſitum onus tenentur Canonici ſubire, non ſecus ac venditor, qui ex pacto præcedenti recuperat rem venditam, qui non debet ſuſtinere onera ante recuperationem impoſita per emptorem, l. in diem, vbi Bart. ff. de acqu. pluu. arcen. Tiraqu. de retract. conuen. §. 3. gloſſ. 1. nu. 10. non enim potuit emptor, verbi gratia, pignorando facere deteriorem conditionem venditoris, l. 3. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu. Tiraquel. præcitato loco, numero duodecimo.

Nec refert, quod pro parte habentium penſiones opponebatur de litteris reſeruationum habentibus exequutionem paratam, quia id procedit contra conſentientes, non contra tertios nõ conſentientes, nec cauſam à conſentientem habentes, quia Papa non præſumitur voluiſſe præiudicare quibus confert, ſimile de mandato exequutiuo quod non mandatur exequutioni ſucceſſorem habente cauſam ab obligato, Neguz. de pign. par. 1. num. 20.

Nec quaſi poſſeſſio exigendi iuuat penſionarios contra Capitulum, & Canonicos, ſuper quorum bonis non conſentientes ipſis non potuit grauamen imponi.

DE COMMISSIONE ſuper Attentatis.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *LITIGIOSE rei alienatio prohibetur à iure, & non ſolum Etiam fauore dotis, & Eccleſiae, ibi.*

2 *Alienatio lite pendente facta, tanquam attentata reuocatur.*

3 *Commiſſio ſuper licentia uendendi rem litigioſam in Signatura Sanctiſſimi porrigitur.*

4 *Commiſſio litigioſi derogatoria datur cum reſtrictiua, dummodo non in potentiorem, & tertij damno.*

5 *Commiſſio litigioſi derogatoria rei ſtatus factum, & omnia continere debet.*

6 *Potentiores perſona qua dicantur.*

7 *Commiſſio litigioſi derogatoria datur in potentiorem quando eſt litis conſors, & eque potenti.*

8 *Litigioſi uitium in mero poſſeſſorio non intrat.*

9 *Litigioſi vitium colligantus ſolum, non tertio nocet.*

10 *Litigioſi vitium in cauſa ciuili ſolum datur.*

11 *Litigioſa rei alienatio quando fieri poſſet.*

12 *Litigioſi pœnam incurrit ſcienter alienando, non ignoranter.*

13 *Litigioſam rem vendens ſemper ad damna, & intereſſe tenentur.*

14 *Litigioſi uitium ſi de poſſeſſorio ſit quaeſtio, non inducitur in petitorio.*

15 *Litigioſi vitium ceſſat ſi non erit queſtio negotio principali annexa.*

16 *Emptor litigioſam rem ſcienter emens, non excuſatur, nec decipitur.*

17 *Litigioſi vitium tollitur ſolum per Principem ſuperiorem non recognoſcentem.*

18 *Litigioſi vitium lite finita, quouis modo ceſſat.*

20 *Litigioſi vitium ceſſat ſi agatur coram incompetente Iudice.*

21 *Litigioſi vitium ceſſat in re breui peritura.*

22 *Litigioſi vitium an perempta inſtantia intret.*

23 *Litigioſi vitium intelligitur, quando actio, vel res eſſet litigioſa.*

24 *Litigioſi vitium ceſſat in donatione omnium bonorum.*

25 *Litigioſi vitium ceſſat ſi res fuerit in alterius dominio.*

26 *Litigioſi vitium ceſſat ſi agatur de dote reſtituenda in pecunia, vel bonis dotalibus.*

Liti-

27 *Litigioſi vitium ceſſat ſi agatur ad reſtitutionem prædij actione perſonali intentata.*

28 *Donatio cauſa mortis quo ad effectum æquiparatur potius ultimæ voluntati, quam contractui.*

29 *Litigioſi vitium per legatum, vel fideicommiſſum non contrahetur.*

30 *Litigioſi uitium quando per ſolam citationem incurratur.*

31 *Litigioſi vitium in perſonali per litis conteſtationem incurritur.*

32 *Litigioſi uitium incurritur quando principaliter ad rem agitur non ad opus.*

33 *Excommunicatio ſi fulminetur, & excommunicatus prouocet in ipſo actu, an illam poſtea fulminando attentet Iudex.*

Commiſſio datur prout de iure.

Diſtingue ut n. xxxiij. & n. xxxviij.

35 *Excommunicatus appellatione interpoſita, pro non excommunicato habetur*

Fallit in excommunicatione Iudiciali, nu. xxxvi.

Fallit ſi Appellatio deſerta remaneat. num. xxxviij.

39 *Excommunicationem, aut appellationem quem præceſſiſſet dicatur.*

40 *Deciſ. Bellam. ccclxxxvi. declaratur.*

41 *Excommunicatio ut nulla dici poſſit duo requiruntur, ſcilicet*

Appellatione, & ex rationabili cauſa, ibi.

42 *Excommunicatio an ſit ſententia.*

43 *Abſolutio ab excommunicatione an ſententia dicatur.*

44 *Excommunicationis ſententia in quatuor ab alijs ſententijs differt.*

Nam interdum ad futura extenditur.

Statim ſecus portet exequutionem.

Cauſa narratur de animæ interitum.

Etiam iniuſta ligat.

45 *Sententiam excommunicationis nunquam in iudicatum tranſit.*

Declaratur ibi.

46 *Excommunicatio hominis, & excommunicatio iuris differunt.*

47 *Attentata facta appellatione pendente, nulla ſunt ipſo iure.*

48 *Attentata de facto facta, de facto reuocantur.*

49 *Attentata reuocantur, quando ſunt de proceſſu.*

50 *Reuocatio attentatorum interloquutoria eſt.*

51 *Sententia reuocatoria attentatorum in iudicatum tranſit, nec reuocatur.*

Amplia, tàm in iudicialibus, quàm extraiudicialibus attentatis, & nu. lij.

53 *Cõmiſſio appellationis attentatorũ dum de attentatis diſcutitur, conceditur.*

54 *Præiudicium partibus non eſt inferendũ pendente dubia cauſa diſcuſſione.*

55 *Appellatione ab interloquutoria pendente, iudex non attentat.*

Limitatur multis caſibus, num. lvi.

57 *Clauſula appellatione remota per ſupremum principem data, tollit attentata.*

Amplia etiam ſi aliàs appellatio ſublata foret. num. lix.

Et ſi eſſet materia exequutiua, ibi.

58 *Attentata ceſſant in cauſis exequutiuis.*

59 *Appellationem quis tollere poſſit.*

60 *Signatura Iuſtitiæ non tollit appellandi beneficium.*

61 *Attentata ceſſant ſi Princeps appellationem tollit.*

62 *Clauſula appellatione remota decem operatur effectus, & quæ ſunt hic, uſque ad num. lxij.*

63 *Remiſſio cauſæ dari ſolet, non obſtante clauſula appell. rem.*

64 *Commiſſio appell. ſignaturæ Iuſtitiæ, non eſt attendenda, ſi Papa appel. rem. reſcripſit, quin exequatur.*

65 *Exequutio abſque attentatorum metu fit in omni cauſa, in qua appellatio prohibetur.*

66 *Signatura Iuſtitiæ tollit de medio commiſſ. app. ſtante clauſula appell. remota, & quomodo.*

67 *Cauſa duobus commiſſa, vnus alteri illã remittere nequit, uſq. ad ſententiam incluſiue.*

68 *Clauſula app. rem. non ſuffragatur habenti priuilegium appellandi.*

69 *Commiſſio, uel litteræ Apoſtolicæ ſecundæ tacitis primis nullæ ſunt.*

71 *Iudex legitime appellationi non deferens punitur à iure.*

Fallit ſi adſit clauſula appell. remota, ibi.

72 *Attentata facta ſtante clauſula appellatione remota, non reuocantur.*

73 *Commiſſio cauſæ attentatorum emergens dicitur, & dependens.*

74 *Iudex in negotio principali, eſt etiam in emergentibus.*

75 *Appellatio an detur à ſententia ſuper exiſtentia attentatorum lata, & num. lxxvij.*

76 *Sententia reuocatoria attentatorum an diffinitiua, uel interloquutoria ſit.*

77 *Appellationi à ſententia attentatorum an locus ſit.*

78 *Poſſeſſionem continuans non attentat. Declara, ut ibi.*

79 *Attentata nulla exiſtente appellatione non conſidarantur.*

80 *Spoliatus non reſtituitur ſi de non iure ſuo conſtat.*

81 *Attentata non reuocantur quando eorũ cognitio pendet à petitorio.*

82 *Attentata non reuocantur ſi ab infecto titulo colorentur.*

83 *Attentata poſt inbibitionem, ubi conſtat de nullitate appellationis non reuocantur.*

84 *Attentata poſt ſententiam interloquutorium non reuocantur.*

85 *Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, lite pendente capta an detur commiſſio attentatorum, ut de reſtituendo aliquem ad priſtinam poſſeſſionem.*

86 *Iudex parendo mandatis Apoſtolicis, non attentat, & quare.*

87 *Papa, uel Princeps attentata confirmare poteſt.*

88 *Gratia Papæ cauſa narrata conceſſa, ſuper confitmatione non iuſtificata perit.*

89 *Gratia Papæ quando non uera narrata ſunt, nulla eſt.*

90 *Gratia principali uitiata, cetera omnia collabuntur.*

91 *Exequutio facta pendente termino ad redeundum pro Apoſtolis, eſt attentata.*

92 *Iudex appellationis procedens ante datos Apoſtolos nulliter, & attentate procedit.*

93 *Attentata, quando, & quomodo reſtitutione in integrũ pendente cõmittantur.*

94 *Reſtitutio in integrum ſpecies eſt appellationis, & ea pendente attentatur.*

95 *Appellatio à non reuocatione attentatorum, quando detur.*

96 *Commiſſio attentatorum iudici cuius maieſtas læſa reperitur, dirigitur.*

97 *Commiſſio attentatorum iudici ſucceſſori in offitio ſi maieſtas anteceſſoris læſa ſit, dirigitur.*

98 *Attentata quando ex officio reuocentur.*

99 *Iudex ex ſe attentata reuocans iudicis nobilis officio fungitur.*

100 *Attentata, quæ Iudicis officio reuocãtur, quæ ſint, & quæ ad partis inſtantiam.*

101 *Iudicis maieſtas pluſquam partis intereſſe in reuocatione attentatorum conſideratur.*

102 *Petitorium in Rota pendens habet in uentre poſſeſſorium, etiam ſi coram Aud. Cam. pendat.*

Fallit num. ciij.

104 *Commiſſio, ut firmo remanente poſſeſſorio coram Aud. Cam. in Rota petitorium uideatur quare inuenta.*

105 *Mandatum relaxatum ante moderatam inbibitionem eſt attentatum, ſi præceſſit commiſſio.*

106 *Proceſſus factus pendente Rotali inbibitione, nullus eſt.*

Fallit, ut num. cvij.

108 *Attentatorum, & nullitatis cauſa pendente, an in negotio principali procedi poſſit.*

109 *Attentata turbida faciunt, ut de bono iure uideatur.*

110 *Attentare Tertium, quando dicatur.*

111 *Attentata omnia illa dicuntur, quæ concernunt articulũ à quo fuit prouocatũ.*

112 *Attentata ante citationis, uel inbibitionis exequutionem ceſſant.*

113 *Attentatum committit, qui Rotæ reuerentiam nõ defert.*

114 *Poſſeſſio capta lite pendente, dicitur attentata.*

Fallit, num. cxv.

116 *Poſſeſſio capta appellatione pendente, eſt attentata.*

117 *Commiſſio attentatorum tacita re iudicata, eſt ſubreptitia.*

118 *Attentata non reuocantur, quando in iudicatum trãſire ſentẽtiã quis patitur.*

119 *Dubia Doctorum opinio ab attentatis excuſet.*

120 *Clauſula, & in futurum attentanda, deletur in Commiſſione attentatorum.*

121 *Attentata poſt rem iudicatam appellatione pendente ceſſant.*

122 *Attentata corrigendo prudenter iudex* (agit.

Com-

123 *Attentata coram iudice à quo reuocare petẽs, an appellationi renunciauerit.*

124 *Commiſſio, & inhibitio Rotalis ante ſententiam latam exequuta, an faciant attentata.*

125 *Inhibitio Gubernatoris, vel Aud. Cam. ſtante Commiſſione cum clauſula conſtito de aſſertis, ne teſtes examinentur in cauſa ciuili, an attendenda.*

126 *Attentare dicitur etiã ab alio cauſam ex permutatione habens.*

127 *Attentatis non ſublatis, non ſit progreſſus in negotio principali.*

128 *Attentatorum reuocationem poſt biennium petens non auditur.*

129 *Iudex ſucceſſor in officio procedere põt ex commiſſione anteceſſori præſentata.*

130 *Citatio decreta, licet non exequuta iuriſdictionem perpetuat.*

131 *Statutum Bononiæ ſemel appellationem in poſſeſſorio dans, ſi lata prima ſententia exequatur tamquã attentata, erit poſſeſſio ſub ſequeſtro ponenda.*

132 *Appellatio poſt decem dies ſtante citatione domi facta ſuſtinetur.*

§. II.

REm litigioſam poſſi-
dens, aliqua neceſſi-
tate, vel domeſtica
cura præuentus eam
lite pendente alie-
nare cupiens, quod
ius directè, vel indi-
rectè prohibet, in ge
1 nere, vel in ſpecie: Milis in ſuo repert.
in verbo res litigioſa. Burſat. conſil. 100.
num. 23. volu. 1. etiam mediante iurium
ceſſione, vel permutando, deciſ. 3. vt lit.
pend. in no. & deciſ. 3. eodem titulo in
ant. Menoch. conſ. 2. num. 291. vol. 1.
vt pariter earum donationem, quæ facta
non tenet, Afflict. deciſ. 396. num. 10.
Quia doloſa præſumetur, etiam quod bo
na fuerint Eccleſiaſtica. Bero. conſi. 320.
nu. 3. volum. 1. Milis loco citato; nec per
eam dominum transfertur, vt neque præ
caria poſſeſſio, Afflict. deciſ. 331. Minus
in illa etiam ratione dotis, & piæ cauſæ
fauore exequutio fieri valet, aut pignori
dari, de quo multa per Lancell. de attent.
In præfat. tit. de attent. lit. pend. à num.
451. vſque ad numerum 529. ad que
2 te remitto. Igitur ad attentata ex præ-
narrata alienatione, vt dixi prohibita,
quæ vti nulla iudicis officio, cum omni-
bus inde ſequutis reuocatur, l. fin. C. de
litig. Afflict. deciſ. 396. num. 10. Alex.
conſil. 45. num. 5. vol. 3. Guido pap. de-
ciſ. 337. num. 4. Pariſ. conſil. 308. num. 4.
volum. 1. Dec. conſ. 497. num. 8. Neue
3 alienando, aut contrahendo à ſuis iuri-
bus cadat, Commiſſionem in Signatura
gratiæ proponendam porrigit, in qua
ſupradicta bona vendendi, pignorandi,
permutandi, in dotem dandi, vel alias
ſecundum facit contingentiam, abſque
litigioſi vitio, ac attentatorum metu, ſi-
bi licentiam, & facultatem impertiri ſup
plicat. Circa quod ſec. Natt. conſ. 1. nu.
1. volum. 1. in hoc particulari ſcias, litem
pendentem dici dato libello, non ante.
4 † Concedi itaque multoties iſtæc com-
miſſio ſolet, ſemper vt præmiſi, addita
clauſula reſtrictiua, dummodo non in po
tentiorem, & abſque tertij damno, illam
Papa concedit, quia non impeditur ex
ea litis cæptæ ſtatus, & proſequutio, ne-
que collitigantis actoris deterioratur cõ-
ditio, ſed ius illæſum remanet, cuius plus
ab vno, quam ab alio, quod ſuum
eſt vendicare non intereſt, ac interim ex
regula quod tibi non nocet, & alteri pro-
5 deſt reus orator ſuo ſtatui conſulit, Sed
hanc porrigens commiſſionem, vt bene
in illa factum, litis ſtatum, & merita cau
ſæ narrentur curet, ne deinceps ſubrep-
tionis, vel obreptionis vitio reſcriptum
impugnari valeat, ne aliæ oriantur lites
obtentam gratiam reformando, actori
6 annam dando. Perſonæ autem potentio-
res prohibitæ ille dicuntur, quę ſunt ma-
gis priuilegiatæ, aut cuicumque maiori,
qui non ſit idoneus facultate conuenien
di, Glo. in cap. potuit, in verbo prohi-
bentur de locat. Iaſ. in l. fi. à num. 90. vſ-
que ad numerum 110. C. de iure emph.
vbi Salicet. num. 14. ac etiam potentior
quis non ſolum per ſe dicitur, ſed per
ſuos conſanguineos, vſque ad ſecundum
gradum, Afflict. de iure Prochomis, §.
prohibemus, col. 1. & 2. Vnde æquitem
Hieroſolymitanum potentiorem reſtatur
Alciat. conſ. 29. nu. 7. Anchar. conſ. vlt.
7 num. 3. † Tamen ſupradicta non proce-
dunt

Digitized by Google

dunt, quando potentior eſſet litis con-
ſors; cui ſuam partem poſtea conſocius
emphyteuta alienaret. Iaſ. loco cit. nu.
98. Salic. num. 14. Rodoan. de reb. Eccl.
non alienan. num. 5. fol. mihi 39. vt pari-
ter in æque potente, ſicut Dominus dire-
ctus, late Corbol. de iure emphyt. tit. de
cauſ. priuil. ab alien. irrequiſ. dom. fact.
8 Ampl. 8. per tot. Et quando in mero poſ-
ſeſſorio agi contingat, non contrahitur
vitium litigioſi. Caſſad. deciſ. 4. num. 1.
vt lit. pend. & in hac litigioſi materia,
videas Iaſ. conſil. 43. num. 2. volum. 1.
9 †Collitigantibus ſolum ob aſt litigioſi vi
tium, & non tertio, qui ſuper præfata
rē vult contrahere. Bellam. deciſ. 749.
Curt. Sen. conſil. 72. num. 9. Pariſ. conſil.
125. num. 5. volum. 1. Veral. deciſ. 277.
10 n. 2. par. 1. Quæ intellige in cauſa ciuili,
Nam quando agitur criminaliter, non
intrat vitium Litigioſi, vnde non impe-
ditur eius alienatio, ſicut quando ciuili-
ter agitur; Maran. De ord. Iud. part. 4.
verſ. an ſit iudicium ciuile vel criminale
n. 50. Allegans Bal. in c. cum Eccleſia in
11 fine, vt ſit pend; Et an, & quando multo-
ties per tales Litigatores rei alienatio fie-
ri valet. Tradit Lancell. loco cit. n. 451.
12 cum plur ſeq. Item præmiſſa procedunt,
quando quis ſciret rem eſſe litigioſam;
& alienaret, Quia ſi neſciret ratione igno-
rantia excuſaretur à pena litigiſi Hoſt. &
Abb. n. 10. Imol. n. 4. in c. Eccleſiæ San-
13 ctæ Mariæ, vt lit. pen. Licet de euictione
talis venditor teneatur, ac damna, & in-
tereſſe, & in hoc nulla ſit differentia inter
ſcientem, & ignorantem & ita tenuit Bal.
14 in l. cum lex. n. 10. ff. de fideiuſſ. At quan-
do erit in poſſeſſorio quæſtio mota, quo
ad petitorium non inducetur litigioſi vi-
tium, vt late Rip. in l. naturaliter nu. 25.
ff. de acq. poſſ. Abb. in c. 1. n. 5. vbi DD.
De confirm. vtil. vel inut. Caſſad. De-
ciſ. 6. n. 2. de reſcript. Feli. in rub. de reſcr.
col. 3. & in c. dilecti filij n. 8. de except.
15 Rebuff. de Pacif. poſſeſſ. n. 188. Et quan-
do non eſt quæſtio, de & ſuper aliquo iu-
re illi connexo, litigioſi vitium non in-
ſtar. Caſſad. Deciſ. 4. in princ. vt lit. pend.
16 Ferret. conſ. 12. n. 14. vol. 1. Præterea ſi
emptor ſciens rem litigioſam, illam emat
ſua erit culpa, Gloſſ. in l. qui cum alio ff.
de reg. Iur. Gloſſ. in c. innotuit, in verbo
ignorantia, de elect. Aret. in l. 2. col. fin.
in princ. ff. ſol. mat. Scienter aut ē emens
non, decipitur, Rebuff. de pacif. poſſ. q. 1.
n. 2. Rot. Diuerſ. dec. 68. n. 3. & 4. par. 3.
17 lib. 3. Sola itaq; Papæ, Vel Principis ſupe-
riorem non recognoſcentis, litigioſi vi-
18 tium ceſſare facit. Vnde lite finita ſiue
per ceſſionem, ſiue per ſententiam, vel
rem iudicatam, Recte abſq; alia Papæ in-
dulgentia, remoto omni periculo liti-
gioſi vitium ceſſat, & fieri in conſequens
alienatio poteſt, Grat. conſ. 108. vel 112.
vol. 2. Milis in ſuo repert. in verb. litigio-
19 ſi, Et in tantum talem alienationem lite
pendente factam ius abhorret, quod vult
ſuper re, etiam à tertio poſſeſſa; dum-
modo ceſſet Principis venia, exequutio-
nem fieri poſſe, ſine alio nouo iudicio, li-
cet non ſine citatione tertij. Natt. conſil.
350. num. 5. Ruyn. conſil. 34. num. 12.
volum. 5. Neuiz. conſil. 20. num. 13. cum
ſequ. Quod non procedit data iniuſtitiæ
exiſtentia, ſeu motione talis litis, calum-
nioſæ, quia ceſſat tunc dictum vitium, vt
per Caſſador. deciſ. 7. de dol. & contum.
20 Et idem ſi tale iudicium coram incompe-
tenti ageretur, quia tunc poteſt rei alie-
natio fieri, per deciſ. Afflict. 85. num. 3. &
4. Nam eſſet dare dolis, & fraudibus ma-
teriam, quando inimicus, vel odio aliquē
proſequens; ſciens, notitia habita quod
vellet talia bona alienare, id malitioſe
21 prohiberet, Vlterius amplia ſi talis res
litigioſa breui peritura foret, deciſ. Pe-
22 demon. 134. Quæro præterea an perem-
pta inſtantia dari poſſit de vitio præfato,
& licet multi teneant remanente apud iu
dicem iuriſdictione id fieri poſſe, & dari,
quia non dicitur tunc inſtantia perempta
ſi geſta reuocare queat: Tamē in contra-
rium eſſe magis Doctorum receptam ſen
tentiam; teſtatur Lancell. loco prox. cit.
num. 514. & latius contrarijs reſponden-
do, num. 515. vbi cum ampliationibus, &
limitationibus quæſtionem hanc diſpu-
tat, ac declarat. Quamuis Benint. dec. 48.
dicat, Quod leges, Cōdicis ſuper nullita-
te diſponentes, quo ad contractus in ma-
23 teria litigioſi loquantur. Tum quando
actio, vel res eſſet litigioſa, non quando
ſola poſſeſſio, quia leges ſſſ. quo ad eos
veniunt attendenda, quē ad hunc propo
24 ſitum multa cumulantem, adeas. † Nec
om-

ommittendum duxi,quod ſi fuerit dona-
tio omnium bonorum, & in alienatione
vniuerſali, non contrahitur vitium liti-
gioſi. Decian.conſil. 109.num.11.volu.
25 3.† Et pariter ceſſat vitiũ litigioſi,quan-
do res non eſt de dominio rei donatæ,
26 Aut litigioſa, C. de legat. Vt quando a-
gitur de dote an fuerit in pecunia nume-
rata, vel in ſtabilibus reſtituenda, ſi do-
27 natio fiat, ceſſabit litigioſi vitium, † Et
vbi fuiſſet actum ad reſtitutionem præ-
dij, & intentata perſonalis actio, Cin.&
DD.in l.2.C.de litig. Rom.conſ.270.nu.
2. Crau. conſ. 279. num.1. cum multis
congeſtis, per Homod.conſil.20.num.3.
volum.1.de communi atteſtans, Peregr.
de iure Fiſc.lib.4.tit.6.num.10. & cum
iſto caſu donator non poſſideat,neque ad
dictum prædium agatur,puta reali actio-
ne, ſed perſonali tantum, cenſetur in do-
natione illam actionem ceſſiſſe. Quod
non obſtante lite facile potuit, ſed magis
communem opinionem, & recentiorem;
De qua per Lancell.de attent.par. 3.cap.
28 22.num. 26. & ſeq. † Et ſi ſumus in do-
natione cauſa mortis,quo ad effectum
æquipatatur vltimæ voluntati; potiuſ-
quam contractui. Couar. in Rub. de
teſtam. par. 3. cap. 22. num. 26. & ſequ.
29 † Vnde ſicut legatum, & fideicommiſ-
ſum non contrahunt vitium litigioſi, l. 3.
& l.fi.C.de litig. Aut.eodem titulo.Ita
nec per donationem mortis cauſa, quia
vtroque caſu eadem eſt alienationis oc-
caſio, Nempe mors litigatoris, non im-
pedientis vexare aduerſarios, Rota corã Vide hâc decis. D. Marque. in fi. cap. nu. 1.
D.Marquemontio in vna Camerinen.do
30 nationis Lunæ 19.Nou.1605. Præterea
vitium litigioſi non inducitur per ſolam
citationem,quando agitur perſonali, ſed
quando agitur reali. Quamuis litigioſi
31 vitium bene inducatur in perſonali per
litis conteſtationem,per quam non ſolum
actio, ſed etiam res litigioſa,quando prin
cipaliter ad eam agitur fit, l. 1. C. de li-
32 tig.Bar.in l. fin.ff. eod. tit. † Secus ſi aga
tur ad factum, quia tunc litigioſi vitiũ
ceſſat, quamuis in perſonalibus actio, &
non ius litigioſa faciant. Imol.in cap.cum
M.Ferrarienſis nu.25.de conſti.Litigioſi
vitium non afficit niſi partes litigantes,&
eſt perſonale niſi tertius habeat cauſam
à collitigante, quia tranſit in eum etiam
mediatum. Mohed.deciſ.3.de cauſ.poſſ.
& propr.& deciſ.1.de re iud. de quo ſatis
33 dictum ſit. †Quando fulminatur excom-
municatio,ſiue cenſuræ, ille contra quem
dantur, ſæpe in ipſo actu appellat. Tamẽ
reiecta tali appellatione ad declaratoriã
iudex procedit, & omnia appellans at-
tentata fore prætendens, commiſſionem
porrigit, cui attentatorum commiſſio
addita clauſula prout de iure denegari
non poterit, ſed an iſta declaratoria ſit at
34 tentata necne, videndum erit. † Circa
quod diſtinguendum credo; Quod aut
appellationi ius aſſiſtit, & iuridice inter-
poſita reperitur, Aut non. Primo caſu
extare attentata concludendum venit.
Deciſ. 20.de appell. in nou. cap. Rodul-
phus, & cap. exhibita, de reſcript. cap.
ſuper tuas, & cap. ſolet. de ſent. excom.
Lap. alleg. 1. num. 2. Franc.in cap.ſæpe,
num. 3. de appell, Maran. de ord. iudic.
par. 3. ſexta par.in princ. q. 2. num. 120.
Paril.conſil. 28. num.29. volum.4.idem
alias tenuit Rota vt in deciſ. Paleott.in
vna Vercellenſi attentatorum, quæ eſt
deciſ. 33. & deciſ. 558. Et in hoc limita-
tur regula, quod excommunicatio ſecũ
exequutionem trahat, quod in præſenti
facto non procedit. Sed quando ſentẽtia,
35 ſiue publicatio cenſurarum facta,ſeu lata
reſpectiue fuerit poſt interpoſitam appel-
lationem, ſic declaratus pro non excom-
municato habetur, vt per Franc. in cap.
paſtoralis, §.verum quia,num. 6. de ap-
36 pell. † Quod declara non procedere in
appellatione iudiciali, quia interim re-
manet excommunicatus, vt ibi Franc.
cap. ſolet, in fi. de ſentent. excommunic.
37 Decius conſil.215.ſub num.15.† Vt pa-
riter quando appellatio remanſit deſerta.
Milis in ſuo repertorio in verbo excom-
municatio facta. Butr. in cap. ſæpe, in
Gloſ. rata, de appell. Lancell. de attent.
App. pend. par.2. cap.12. limit.1.nu.6.
38 & limit.8.num.9. late. † Aut appellatio
iure reſiſtente interponitur; & tunc ceſ-
ſare attentata nulli dubium eſt, vt in iu-
ribus ſupra allegatis. Vnde ſi contingat
dubitari quis eorum præceſſerit an excõ-
municatio, ſiue appellatio interpetran-
dum in hoc, ſiue præſumẽdum erit prius
appellationem præceſſiſſe ſecundum Fe-
lin. in cap. Apoſtolicæ, num. 18. de ex-
cept.

Digitized by Google

cept. deciſ. 18. num. 2. de ſentent. excom.
in nou. Ob id credo iſto caſu excommu-
nicationem probare ſufficiens minime
eſſe, ſed expreſſe illius eſſe munus appel-
lationem docere, quia in dubio præſumi-
tur interpoſita appellatio poſt grauamē,
cum ordinario in ſimilibus id non fiat, ni
ſi grauamine præcedente, nec per vnum
teſtem præceſſiſſe appellationem præſum
ptiuæ ſat erit probare, non obſtante de-
ciſ. Bellam. 91. vbi iuramento appellan-
tis ſufficere ad id verificandum aſſerit, di-
co ad effectū, quod ad cautelā abſolutio
dari poſſit, vt in dec. 383. in ant. Quia id
procedit quando iudex ſe non excommu
nicaſſe dicitur poſt appellationem, & ſic
offert ſe paratum deſiſtere, tunc autem
ſtatur iuramento dicentis ſe appellaſſe.
40 Et deciſ. 386. Bellamer. loquitur, quan-
do, vt ſupra dictum fuit eſſet præſumen-
dum an præceſſiſſet appellatio, & ibi fuit
ſpeciale, quia duæ erant appellationes,
Sed quod excōmunicatio ordinariæ præ
ceſſerit, præſumendum ſit, recenſet Felin.
in dicto capitulo Apoſtolicæ, num. 19. &
41-20. de except. vbi ſubdit duo de excom-
municationis nullitate dici poſſit requi-
ri. Primo, quod appellauerit. Secundo,
42 quod ex rationabili cauſa, ſed quæro an
excommunicaio ſententia ſit, & breuiter
diſtinguendo duo, Aut cōſideramus ſen
tentiam ſtricte, & proprie, & tunc ſenten-
tia excommunicationis propriè non eſt
ſententia, quia potius punit, quam litem
imponat, Aut impropriè, & tunc ſen-
tentia dicitur. Butr. in cap. 2. num. 14.
43 de conſtitutionib. Idemq. de abſolutio-
ne ab illa cenſendum erit, vt ibi Butr.
44 Sententia nempe excommunicationis in
quatuor ab alijs differt ſententijs, Primo,
quod interdum extendatur ad futura,
cap. nobis, de ſent. excommun. Secus in
alijs, quia tractus futuri temporis non
pertinet ad iudicem. Secundo, quod ſta-
tim ſecum executionem trahit, & eſt pu-
ra, licet per appellationem ſuſpendatur.
Tertio cauſa narratur ob animæ interitū,
in alijs vero facere non tenetur iudex, c.
ſicut, de re iud. Quarto, ſententia iſta
etiam iniuſta ligat, ſecus in aliis, eo quod
iniuſte reuocantur, & in hoc cum alijs
ſententijs concordat, quia in ſcriptis po-
nenda venit, & ferenda. Ideo ſemper
excommunicationis ſententia timenda
erit, quando per Ordinarium lata, & ta-
lem, qui & ſi ſit ſine culpa; tamen culpā
committere poteſt. Archid. in cap. ne-
45 mo, 2, quæſt. 3. † Taliſque excommuni-
cationis ſententia, numquam in iudicatū
tranſit ratione cauſæ temporaneæ con-
tinuo. Id tamen intellige, quo ad vin-
culum excommonicationis, ſecus quo ad
cauſam. Puta, ſi iudex excommunicaue-
rit Titium ſoluere renitentem, etiam ſi
tunc temporis debitæ prouocatum non
fuerit, quo ad cauſam in iudicatum tran-
ſit, non quo ad vinculum, quia ſatisfa-
ciendo cauſæ, ob quam non prouocauit,
abſolutionem petere poſſet, quamuis ſi ta
lis ſententia ſit nulla, ſemper lata poſt ap
pellationem legitimam, continens in ſe
intollerabilem errorem, & in caſibus no-
tatis in cap. petenti, de ſent. excommun.
in 6. reuocari poterit. Imol. in cap. ab ex-
communicatis, num. 26. & 27. de reſcri.
46 † Circa quod longam differentiam eſſe
ſcias inter excommunicationē hominis,
id eſt Epiſcopi, & ſententiam iuris, & mul
tas differentias connumerat. Feder. de
Sen. conſil. 16. num. 12. verſ. reſtat, vi-
47 dere quem ſi occurrat, videas, Regulam
in iure hebemus, quod attentata facta
pendente appellatione, ipſo iure nulla
ſunt, cap. 1. vt lit. pend. in 6. Caſſador.
deciſ. 2. num. 3. de præben. Rationes au
tem ibi affert Caſſad. quia pendente ap-
pellatione, vel iudicis inhibitione, quod
contra fit, pro nullo, & inconſequens, pro
non facto habeatur. Nam quando iudex
facit contra prohibitionem legis, vel ho-
minis inhibentis, ſeu facultate maiori, &
auctoritate mandantis præcedentibus,
actus eſt ipſo iure nullus. Roland. à Vall.
conſil. 77. num. 8. volum. 2. Pariſ. conſil.
89. num. 8. volum. 1. de commun i. Vn-
48 de ſi facto attentata cōmiſſa ſint, de fa-
cto pariter reuocari debent. Lap. alleg.
2. num. 11. Alexan. conſil. 89. num. 9.
verſ. & eſt verum, volum. 1. † Tunc au-
49 tem attentata reuocantur, quando ſunt
de proceſſu, alias non. Rot. deciſ. 3. vt
50 lit. pend. in nou. † Eorumque reuocatio
interloquutoria ſententia dicetur. Rota
deciſ. 11. de appell. in nou. & deciſ. 2. de
51 præben. in ant. † Tranſitque talis ſenten-
tia adeo in iudicatum, quod per iudicem
amplius

Digitized by Google

amplius reuocari non poterit. Achil. deciſ. 30. de appell. cum adductis. Et in hoc limitatur regula de multis interloquutorijs, quæ per iudicem reuocantur, dato etiam, quod in iudicatũ tranſiſſent, vt ibi in allegata deciſione, ex mẽte Abb. & Franc. in cap. cum ceſſante, colum. 4. de appell. Sicque intelligi debet deciſ. 14. de re iudic. in ant. dum dicit difficilius ea
52 reuocari. † Quod tamen amplia procedere tàm in attentato iudiciali, quam extraiudiciali, ſtante iudiciali appellatione, Abb. in cap. cum dilecti, nu. 4. de maior. & obed. & in cap. ad aures, num. 4. de
53 appell. † Sed ſi interim, dum an appellatio ſit admittenda diſcutitur, aliquem attentare contingat. Quæro an commiſſio appellationis, & attentatorum ſit concedenda, & teneas quod ſic, per textũ in dicta l. vnica, & per Gloſſ. in l. appellationis, in verbo deliberationis, C. de temp. appell. Iaſ. in l. 1. num. 1. C. de bon. poſſ. ſec. Tabul. Sed ſi refricetur in dubium an appellatio ſit reficienda, quia iſto caſu pariter omnia ſunt in ſuſpẽſo, ac iudicis officium conquieſcit. Ita in conſequens nil nouari debet, vel attentari po-
54 teſt. † Vnde ſi contra fiat, non venit commiſſio denegandi. Nam quando ſuper aliquo articulo diſcutitur, iura non permittunt, quod partibus præiudicium inferatur. Ideo ſi non occurrunt fatalia, donec diſcutitur an appellatio, nec ne valida ſit, ac ſi ſuper nullitate videatur, Tunc iſto caſu contra appellantem, non erit nouandum. Lancellot. vbi ſupra, li-
55 mit. 12. † Quod limita dummodo ab interloquutoria appellatio non interponatur, nam iudex illa pendente, & non videtur attentare, quia niſi inhibitus, procedere non prohibetur, cap. non ſolum, de appell. in 6. Guido Pap. deciſ. 436.
56 num. 9. † Et quamuis id regulariter ſit verum. Tamen limitatur multis modis relatis per Lancell. lococitato. Limit. 1. num. 3. quem videas.
57 † Conceduntur ſæpiſſime in Signatura S. D. N. commiſſiones cum clauſula appellatione remota, quæ clauſula ſolum per Principem ſuperiorem non recognoſcentem datur, & non per alium inferiorem. Couar. Pract. qq. cap. 25. num. 6. vt late ſupra retuli in cap. de Commiſſ. appell. cum clauſ. appellat. remo. Fertur ſententia, & licet reſcripto ſit parendum; Tamen ſuccumbens appellat, & ſæpe via ordinaria per Signaturam Iuſtitiæ, inſciæ tamen dictæ clauſulæ, petentibus reſcripta non denegat, quę concedere ſolet, & poſtea per iudicẽ cui dirigitur commiſſio inhibetur. Qua inhibitione non attenta, Iudex à quo exequendo ad vlteriora procedit, appellans, eo ſub prætextu, quod appellatione pendente innouatum fuit, attentata commiſſa fore prætendens, porrecta noſtra attentatorum commiſſione, cauſam demandaui inſtat, quam nullo pacto concedendam dicas, quia quotieſcunque appellatio eſt prohibita, ceſſant attentata, neque veniunt reuocanda, quando appellationi ius reſiſtit. Vnde ceſſante ipſa, à qua proueniunt attentata, bene facit iudex exequendo, & per conſequens non debent attentata haberi in cõſideratione, vt per Franc. in cap. bonæ,
58 num. 36. de appell. † Quod tamen ampliando intellige, etiam ſi alia via appellatio ſublata foret, puta ſi eſſet materia exequutiua, vt exemplificari poteſt in appellatione Camerali obligatione quando Aud. Cameræ relaxat mandatum exequutiuum, & ſuccumbens prouocat, nullaque facta Cameralis obligationis, quæ tollit ſuſpenſiuam appellationem, commiſſionem appellationis expediri curat, & inhiberi, nam Auditor Cameræ (vt dicã infra in Commiſſ. Appell. ab obligat. Camer.) iuxta ſuas facultates cauſam reaſſumit multoties, & exequi mandatum committit, & ſic non attentat. Pariter ſi aderit in reſcripto clauſula ſine præiudicio legitimæ exequutionis ſolita poni in Cameralis obligat. commiſſione, vel alia cauſa exequutiua ceſſare faciet attẽtata. Rota coram Illuſtriſſimo Mellino in vna Anconitana dotis 3. Aprilis 1609. Vide hãc deciſ. Ill. Mellini in fi. cap. nu. 2.
59 † Idemque erit ſi per ſtatutum prohibeatur appellatio, ſiue in Saluiano interdicto, & ſimilibus, de quibus per Viuium in collec. com. opin. lib. 2. opin. 30. incip. attentata, in fine. Lancellot. de atten. appel. pend. limit. 53. num. 1. & ſequen. cap. 12. par. 2. Eſſet namque facere fraudem reſcripto Principis, ſi per indirectum contra illud veniret pars, & contra regulam, quod inferior ſuperiori præeſſet, cap. cum

inferior

Digitized by Google

inferior de maior. & obed. & alijs ſimili-
bus. Idque denuo declara, quando tol-
litur appellatio à Principe ſupremo ſu-
periorem non reconoſcente, qui habet
facultatem derogandi legibus, & per con
ſequens appellationis beneficium à lege
conceſſum tollendi. Secus verò ſi dicta
clauſula in inferioris reſcripto tali iuriſdi-
ctione carente, insereretur, nam tunc nul
lum operaratur effectum, l. 1. ff. à quib.
appell. non lic. Franc. in rubr. de appellat.
59 num. 23. † Et quis appellationis benefi-
cium tollere poſſit, declarat optimè. Dec.
in cap. Paſtoralis, num. 2. de officio deleg.
& quod eo caſu tunc adſint attentata,
60 nulli dubitandum relinquitur. † Ideq. di-
cendum erit ſi forte, quod non fit per
Signaturam Iuſtitiæ, cum tali clauſula
cauſa demandando, quia appellationem
tollendi facultatem non habet, vt ſupra
dixi in Commiſſ. appellat. in Rom. Cur.
quæ vltra id, quod ius diſponit, reſcribe-
re nequit, nec contra illud facere ex no-
61 mine Iuſtitiæ, quod ſecùm portat. † Ceſ-
ſabunt itaque attentata (vt dixi) quando
Princeps appellationem remouet, vt per
Guid. Pap. deciſ. 23. num. 3. Vant. in
tract. de null. tit. quan. & intra quot. tẽp.
num. 48. & in tit. de nullit. ex defect. iu-
riſd. num. 142. Aufret. in addit. ad Cap-
pel Tholoſ. deciſ. vlt. Socin. conſil. 43. nu.
13. volum. 1. Pariſ. conſil. 108. num. 6. vo-
lum. 1. & de hac clauſula appellatione re
mota, ſi habet locum, quando quis gra-
uatur. Vide Put. deciſ. 414. nu. 2. par. 3.
& qualis ſit huiuſmodi appellatio nulla
late tradit Lancellot. vbi ſupra multa cu-
mulans, num. 5. & ſequen. Sed aliam ra-
tionem in medium proferam, qua de cau
ſa ſtante illa clauſula iudex non attentat
exequendo, quando tollitur appellatio,
ſiue per ipſum Principem, ſiue per ius cõ-
mune, vel ius municipale, vt illi non defe
62 ratur ad effectũ ſuſpenſiuum. † Nam præ-
mittendum eſt, quod dicta clauſula de-
cem operatur effectus.

Primus eſt, vt non admittatur appella-
tio, niſi in caſibus à iure permiſſis expreſ-
ſe, vt ſupra dixi in Commiſſ. appell. quia
clauſula præfata, tertium non afficit, & ſic
appellatio interpoſita ab eo, vti permiſ-
ſa illi prodeſſet. Et in hoc aduertas, quod
præfata clauſula in reſcripto, vel alio lo-
co appellationem auferens, non tollit ef-
fectum appellationis, vt non habeat im-
pedire exequutionem ſententiæ, nec cau-
ſam ad ſuperiorem deuoluere, niſi ab eo
tempore, quo ſuperior appellationem
iſtam admiſit ex certa ſcientia, vt dixit
notandum, & menti fore tenendum. Abb.
in cap. Paſtoralis, §. præterea, num. 2. de
appell. Quia quemadmodum nil penden-
te appellatione nouandũ venit. Ita è con-
uerſo appellatione non ſubſiſtente, cum
iam à Principe, vel alias ſit ſublata, no-
uari poteſt, neque maieſtas iudicis læda-
tur, dum lex nouationem permittit, ne-
que appellatio ſuſpendit iuriſdictionem
iudicis à quo. Tiraq. in tract. lemort. par.
6. Declarat. 6. num. 6. Couarr. pract. qq.
63 cap. 23. num. 7. † Quod nempe declara
ceſſare, quãdo Papa facta mentione alias
cauſam appellatione remota demanda-
tam, denuo reuideri committat, ſeu man-
det ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa
per S.D.N. eiuſque Signaturam guſtatã,
& approbatam, vt interdum fieri ſolet
per aliam Commiſſionem manu Sancti-
tatis ſuæ ſignatam. Talis autem noua
conceſſio, debet ad ſui validitatem om-
nia illa continere, & exprimere, quæ ad
illa concedenda difficiliorem Principem
redderent, cap. quia circa, de conſang.
& affin. Sarmien. ſelect. ſent. lib. 1. cap. 9.
64 num. 1. † Secus quando ſtantibus præmiſ-
ſis quis à tali ſententia prouocaret, nulla-
que facta mentione commiſſionis ſupra-
dictę, commiſſionem ordinariam, vt quo-
tidie fieri videmus in ſimplicibus cauſis,
à Signatura Iuſtitiæ impetraret, quia ta-
lis commiſſio attendenda nõ erit, niſi for-
ſan ad effectum deuolutiuum tantum. Fe
lin. in dicto cap. paſtoralis, §. præterea. nu.
10. vbi Abb. num. 3. & 4. Quamuis iu-
dex à quo exequi poſſet, licet inhibitus
abſque attentatorum vitio, ſiue metu, vt
65 retuli. † Quia in omnibus caſibus, qui-
bus prohibetur appellatio, poteſt præten
ſa appellatione pendente fieri exequu-
tio, vt dixi in cap. de commiſſ. appellat.
remota. Et tunc talis proceſſus non reuo-
catur tanquam attentatus. Aufr. in addit.
66 ad Cappel. Tholoſ. deciſ. 6. † Tamen in
Romana Curia propter Signatura reue-
rentiam, petitur ſecundæ commiſſionis re
formatio, quæ conſtito, de naratis, facil-
lime

Digitized by Google

ſime conceditur, mandando iudici à
quo, vt ad vlteriora in cauſa procedat,
non obſtante præinſerta, ac inhibitione
illius vigore emanata, vel emananda,
ſiue iudici à quo, vt ſuam moderetur in-
hibitionem, vel cum clauſula perinde ac
ſi præinſerta non emanaſſet. Quod iure
medio fit, quia in præcedenti commiſ-
ſione à Signatura Iuſtitiæ impetrata,
nulla fit mentio clauſulæ appellatione
remota per Papam cóceſſę, quæ ſi narra-
ta fuiſſet, vtique contra Papæ manda-
tum non reſcripſiſſet, tanquam inferior,
neque impetrans appellationis cauſam
ab ea obtinuiſſet demandari, Pariſ. conſil.
123. num. 13. volum. 4. Quamuis ex præ-
miſſis commiſſio, ſic obtenta non ſubſi-
ſtat, neque attendi debeat; quia per igno-
rantiam, vel ſubreptionem obtenta fuit,
cap. cum dilecta, & cap. cæterum, de
67 reſcript. cap. inter, de re iudic. Secundus
eſt effectus, quando duobus iudicibus Pa
pa cauſam appellatione remota deman-
dauit. Nam ſi vnus ex eis ſubdeleget al-
teri etiam acceptanti, talis acceptans ap-
pellatione remota procedere nequit, quia
cũ iſte ſit ſubdelegatus à Delegato Prin-
cipis, non cenſetur Principis Delegatus,
neque iterum ſubdelegare valet, cum
ſit priuilegium ſuæ perſonæ electiuum.
Et illi cauſam fixam, non poteſt alteri,
qui eodem modo procedat, committe-
re, Abb. in cap. ſuper quæſtionum. §. ſi
vero, num. 1. & 3. de offic. deleg. Quod
intelligitur vſque ad ſententiam incluſi-
ue, licet bene, vſque ad ſententiam ex-
cluſiuè, vt faciunt Illuſtriſſimi Cardina-
les in cauſis ipſius demandatis, Termino-
rum ſeruationem ſuis Auditoribus de-
mandando. Et poſtea ipſimet Illuſtriſ-
ſimi ſententiam proferunt, vt dixi in
Commiſſione cauſarum quæſt. Illuſtriſ.
Card. inſr.
68 † Tertius effectus patet ex diſpoſitio-
ne, cap. primi, de reſcript. Quando de-
mandata, vt præmittitur, cauſa appella-
tione remota, ſi quis priuilegium, cuius
vigore liberè appellare poſſet, haberet,
hoc caſu ſibi non ſuffragatur.
Quartus conſtat ex cap. prudentiam,
de mut. petito. Vbi ſi aliquis cauſam ap-
pellationis commiſerit, & coram eodem
iudice reconueniatur, quemadmodum
appellatio in ſui fauorem ſublata eſt. Ita
pariter, & contra ipſum in cauſa recon-
uentionis, & ſi interponatur, illa non
obſtante, iudex à quo ad exequutionem
procedere poterit.
Quintus, reſultat ex cap. paſtoralis,
§. porrò, de offic. delegat. quem per te
vna cum relatis, per Abb. ibidem num.
6. videre poteris.
Sextus, quando in ſecundis litteris de
69 prioribus mentio non fiat, ſiue de dicta
clauſula appellatione remota, vel quali-
bet alia notabili clauſula in eis contenta,
cap. ex conquæſtione de re iudic. cap. po-
ſtulaſti, de reſcrip. cap. 2. de dot. & con-
tum. Et ideo in praxi, dum præfatæ com
miſſiones reformantur, in eadem carta
70 inſeruuntur. † Quod fallit quãdo ſecundũ
reſcriptũ ſit Motu proprio conceſſum,
quia licet in eo tunc de primo, mentio
non fiat. Tamen illud tollitur. Felin. in
cap. cæterum, num. 9. & 18. de reſcript.
Calder. conſil. 11. de priuil. Decius conſ.
165. Rebuf. in 1. par. concord. fol. 610.
Septimus (vt dixi) niſi iterum non ob-
ſtante tali clauſula, Princeps appellatio-
ni deferat, quia ſi id non facit, iudex à
quo ſuam ſententiam exequi poterit.
71 † Octauus, quamuis iudex ex rationa-
bili cauſa appellationi non deferens ve-
niat, tam de iure Canonico, quam Cæſa-
reo puniendus, ſecundum Bald. Angel. &
Salicet. in l. quoniam iudices, C. de
app. Bal. in l. iudicibus, C. eo. tit. Ab. in c.
de priore, nu. 7. de appell. Archid. in cap.
decreto, vbi etiam tex. 2. quæſt. 6. Tamen
quando eſt cum dicta clauſula datus, non
incurrit aliquam pœnam, quia non debe
bat illi deferre, vel ſtante Principis iuſſu,
vel legis auctoritate, neque in legem com
miſit, cap. qui peccat, 2. q. 4. l. grauis, C.
de Adult.
Nonus effectus eſt, nam habemus
regulam, quod appellatio iudicatum
ſuſpendit, iudicisq. à quo auctoritatem, &
manus ligat, vt ſupra in initio commiſſio
nis appellationis recenſui. Nihilominus
eſt tantę efficaciæ, & virtutis clauſula præ
fata, quod appellationi ſuos effectus per-
dere facit, vt eleganter dixit Abb. in c. vt
debitus, n. 15. de ap. Decimus erit effectus
quod licet ordinarie attẽtata poſt ſenten
tiam diffinitiuã reuocẽtur, tamẽ ſtante d.

clauſula prout in cæteris ſupradictis caſi
bus non reuocabuntur. Abb. vbi ſupra n.
15.16.& 17. Hoſt. in cap. paſtoralis, de
offic. deleg. Et ſic immiſſio in poſſeſſio-
nem attentata dici non poterit, nec illa
ſententia vigore clauſulæ præfatæ appel-
labilis. Doct. in cap. paſtoralis, §. præte-
rea, de off. deleg. glo. communiter ap-
probata in ca. noſtra, in verbo in caſibus,
de appell. Couar. pract. qq. ca. 13. ſub nu.
4. verſ. ſexta eſt opinio. Vnde ſi aliquo
ex præmiſſis caſibus porrigi noſtra com-
miſſio contingat, deneganda erit, ad hoc
ne fruſtratoria reddatur clauſula pręfata,
neve Principis maieſtas, & auctoritas ita
mandantis, contemnatur, neve lites fi-
nitæ denuo ſuſcitentur, ac perpetuo nu-
73 triantur. † Quamuis attentatorum cauſa
dicatur emergens: Ideo venit in prima
commiſſione cauſæ principalis. Et licet
ſuper attentatis fiat commiſſio particu-
laris. Tamen ob id non facit, quod ſit
emergens, tale attentatorum negotium;
merito commiſſio ſuper eis impetrata
dicitur dependens, ſicque in conſequens,
iudex in cauſa appellationis datus, poteſt
etiam pronunciare, an cauſa ſit deſerta,
cum ſit emergens. Feli. in cap. ex parte,
colum. 6. verſ. addatis multa, de reſcript.
74 † Et ſic pariter procurator conſtitutus ad
cauſam; erit etiam ſuper emergentibus
conſtitutus, vt late Mohed. Deciſ. 4. num.
75 1. & 2. de iudic. † Et an à ſententia lata
ſuper exiſtentia attentatorum detur ap-
pellatio. Vide Lancell. de attent. cap. 28.
76 num. 45. & ſeq. † Et an ſit ſententia in-
terloquutoria, vel diffinitiua ibidem Lan
cell. num. 12. & 16. Tenens, quod interlo-
quutoria vim habens diffinitiuæ. Milis
in ſuo Repertorio in verbo attentati, in
fin. Rot. deciſ. 1. de appell. in nou. & de-
ciſ. 3. de dol. & contum. & deciſ. 3. de re-
ſcrip. pariter in nou. ac deciſ. 2. eodem
titulo in antiq. Bellamet. deciſ. 248. &
deciſ. 286. Menoch. de recup. poſſ. rem.
17. num. 18. & 51. verſ. Quæro decimo
77 octauo late. † Et an appellationi ſuper
attentatis lata ſententia locus ſit, quæro;
Et ſecundum eundem Lancellot. de atten
tat. ferè per tot. Valde præſens quæſtio
inter noſtri iuris interpetres controuerſa
reperitur, ſed ibi Lancellot. à nu. 44. ad
finem ad partes hunc articulum diſpu-
tat, ad quem breuitatis cauſa, ne illius di-
78 cta reperam, te remitto. Sed quando
quis ſuam continuat poſſeſſionem, non
attentat, cap. non ſolum, vbi glo. in ver-
bo reducendum, de appell. in 6. Rot. de-
ciſ. 10. de appell. in ant. Pariſ. conſ. 45. nu.
3. volum. 1. Natt. conſil. 606. num. 3.
Regulā vero iſtam declara, quando adeſt
aliqua poſſeſſio releuans. Præterea quan-
do ſit ius diuerſum, & ſeparatum à cauſa,
de qua tractatur, quatenus tamen conne-
xa non ſit, quia iſto caſu attentata obſta-
rent in negotio principali, quod fit, quan-
do ſententia connexa parit in negotio
principali exceptionem rei iudicatæ. Lan
cellot. de attentat. lit. pend. limit. 2. num.
1. & ſeq. Vlterius regula fallit, quando
cauſa ſuper continuatione ſit commiſſa,
vt Rota pluries coram Domino Coccino — Vide has
Decano cenſuit in cauſa Tarraconēſis at — deciſ. D.
tentatorum Lunæ 2. Decembris 1605. — Coccini
23. Iunij 1606. 17. Decembris 1607. 4. — in fi. cap. nu. 3.
79 Iunij 1608. & 14. Martij 1609. Quæ pa
riter nulla appellatione exiſtente, non
conſiderantur Lancell. de attent. appell.
pend. limit. 50. nu. 1. & ſequen. Anchar.
in cap. vt debitus, nu. 4. de appell. Vant.
de null. quant. & intra quæ temp. nu. 40.
Tertio, vel etiam ſi fuerit calumnioſa, idē
Lancell. de atten. lit. pend. limit. 4. per tot.
Pereg. dec. 2. de rerum perm. Caſſad. dec.
17. de dol. & cont. Afflict. dec. 31. Vt in ſi
mili dicimus de ſpoliato, qui non reſtitui-
tur, ſi de non iure conſtat. dec. 20. & dec.
44. de reſt. ſpol. in ant. Boer. dec. 2. nu. 24.
Quarto ſuperioris accedente auctoritate,
Lancell. eod. tit. limit. 12. per tot. Quinto,
non tolluntur, ſi petens reuocationem
in ſua canonizatur occupatione, vel ſpo-
lio. Rota deciſ. 3. de dol. & cont. in nou.
Caſſad. deciſ. 3. nu. 4. eod. tit. Voſtr. in ſua
prax. lib. 8. cap. 4. num. 10. Lancell. tit. de
reo excip. cont. atten. num. 21. & ſeq.
81 † Sexto ſi eorum cognitio à petitorio pē
det, Capic. dec. 71. Rota coram Illuſtriſs.
Paleot. dec. 187. & dec. 220. Lancell. vbi
ſup. limit. 3. Septimo, neq. quando colora
tur ex infecto titulo. Bell. dec. 393. Lanc.
vbi ſup. limit. 21. & vt ſup. retuli n. 47. 54
& 57. alijsq. de cauſis, per eund. Lancell.
dum Peruſijs publicè legebat de anno
1567. & 1568. Præceptor meus fuit, qui
in viam hanc materiam quotidianam ſa

tiſq.

tiſque inter noſtros Doctores confuſam,
ac diuerſis in locis ſparſam tot laboribus
& vigilijs in illo colligitur volumine,
hodie mundo mortuus, fama ſempiterna
viuet, & doctrina fulget, eaque docendi,
ac publicè illo in famoſiſſimo Gymnaſio
legendi facundia, qua prædítus erat, ſuæ
ſcientiæ ſpecimen dedit, & mundo reli-
quit ſe celeberrimam conſeruãdo. Cum
alijs caſibus, in varijs dicti operis vberiſ-
ſimi, & doctrinis, & ingenij ſubtilitate lo-
cis dicti libri deſcriptis, ac congeſtis, qui-
bus occurrendo operam dare poteris.
83 † Hinc ſubdam, quod attentata poſt in-
hibitionem vbi conſtat de nullitate appel
lationis, non ſunt reuocanda, propter ver
bum canonicæ poſitum in ca. non ſolum,
de appell. Secùs autem vbi conſtaret de
iniuſtitia ſententiæ, quia eo caſu reuoca-
84 rentur. Bellam. deciſ. 239. † Nec pariter
reuocantur poſt ſententiam interloqu-
toriam, vel extraiudiciale grauamen in-
fra tempus appellandi, vel poſt appella-
tionem à falſo procuratore interpoſitam,
niſi dicta appellatione iuſtificata, Deciſ.
45. de appell. in nou. Franc. in cap. bonæ,
colum. 10. eadem titulo. Achil. deciſ. 30.
eodem titulo. Minuſq. illis turbidis exi-
ſtentibus reuocantur, ſed tunc de bono iu
re videtur. Rota coram Illuſtriſ. Seraphi
ni, in vna Recanatenſis pecuniaria Lunæ
7. Februarij 1594.

Vide hãc dec. in fi. c. nu. 4.

85 † Datur etiam Breue aliquando de re-
ſtituendo, ſeu reponendo aliquem ad ſuã
priſtinam poſſeſſionem, etiam lite pen-
dente, ad cuius poſſeſſionem poſtea re-
ſtituitur, in talis reſcripti exequutione,
vel interdum datur ſimile breue de ca-
pienda poſſeſſione nomine Cameræ A-
poſtolicæ, ſed quia lite pendente id factũ
extitit, regula iuris reſiſtente, quæ eo in
ſtatu nil nouari præcipit, prætendens al-
ter collitigans attentatum fore, pro illo-
rum reuocatione oblata commiſſione
cauſam demandari efflagitat. Quę pari-
ter iſto caſu deneganda venit, quia in
hoc nil nouari appellatione pendente, fal
lit regula, cum Princeps poſſit, etiã ſi ve-
lit, vt, vel ille ad ſuam reſtituatur poſſeſ-
ſionem, vel reſpectiue poſſeſsio Reue-
rendæ Cameræ Apoſtolicæ nomine ca-
piatur. Vnde quando iudex, vel exequu-
tor parendo Apoſtolicis mandatis exe-
quitur, nullo pacto attentare põteſt, Ruſ-
nus conſil. 76. num. 6. & 10. volum. 5.
86 Ratio præmiſſorum eſt, quia cum Papa
ſit ſupra ius, vel alter ſupponemus Prin-
ceps, poteſt attentatorum vitium, litis
pendentis, & omnia illa tollere. Bella-
mer. deciſ. 259. Mohed. deciſ. 5. de re
iudic. Nam ſi poteſt in fortioribus rem
iudicatam, ac ius ex illa proueniens au-
ferre. vt ibi Mohed. & Rum. conſil. 48.
87 num. 30. volum. 4. † Tanto magis at-
tentata, & idem è conuerſo dicendum
erit, quando Princeps attentata confir-
mat; Exempli grãtia, iudex profert ſen-
tentiam. pars appellat, ſed ea non obſtan
te iudex ad vlteriora proſequitur, vel dã-
do rei, de qua agitur poſſeſsionem, ſeu
alias exequendo, Aditus Papa geſta con-
firmat, facta in reſcripto ſufficienti men-
tione pro eius validitate, ſicut neceſſa-
rio omnino facienda eſt de appellatione,
cum omnibus inde ſequutis, & tunc li-
cet dicta poſſeſsio, ſiue exequutio quaſi
attentata cenſenda eſſet, attamen vigo-
re confirmationis Apoſtolicæ, non ſolum
reuocantur attentatã. Sed vt per Papam
euidentiſſimè purgata ſuſtinetur, omnia,
88 Lancellot. de attentat. appell. pend. cap.
12. limit. 52. num. 6. & ſequen. par. 2.
cum late congeſtis, num. 54. & num. 61.
Et quando narrata cauſa Papa ſenten-
tiam confirmat, non debet illam pars ad
cuius inſtantiam confirmatur, iuſtifica-
89 re, Verall. deciſ. 126. par. 2. Et per con-
ſequens quando aliquid non deducitur,
inualida dicitur. Franc. in cap. 1. vlt. not.
vt lite penden. in 6. Caſſad. deciſ. 4. nu.
4. ad fin. de dol. & contum. Achil. deciſ.
7. de lit. Vnde iudicij inchoati, vel ipſius
ſtatus eſt mentio in reſcripto facienda
alias non teneret. Dec. in cap. prudentiã.
n. 8. ver. Tertiò Abbas, de off. deleg. Gra-
90 tiaque principali vitiata, oẽs aliæ clauſu-
lę ſucceſſiuæ collabeſcunt. Put. dec. 400.
par. 1. Abb. in c. Sedes Apoſt. col. 2. & in c.
91 ſuper litteris, de reſcr. Pendente termino
ad redeũdũ pro Apoſtolis, ſi iudex à quo
exequitur iſto caſu attentat. Quia donec
de Apoſtolis, modis, & forma relatis in
commiſ. de Apoſtol. petit. reſpondet, re-
manet iudicis ſuſpenſa iuriſdictio. Rot. in
antiq. deciſ. 71. de appel. Cappel. Tholoſ.
deciſ. 322. Biſign. dec. 3. de appell. Sicque

ſtante talis appellationis ſuſpenſione, ſe-
quitur neceſſario, quod innouãdo attẽtet.
Quia Apoſtoli, vt in eorum cõmiſs. dixi,
ſunt appellationis pars, Deciſ. Ped. 7. nu.
5. Vnde ſicut appellationis pendentia at-
tentata inducit. Ita etiã pendentia termi-
ni ad reſpondendum de Apoſtolis, Et ita
Palatium Apoſtolicum ſeruare recenſet.
Bellam. deciſ. 622. Rationem ibi Lancell.
Aſſerens iſto tempore durante, remanet
in ſuſpenſo iudicis à quo iuriſdictio. Et
quando appellatio non peccat in forma,
ſed in materia, aut quãdo iuſta ſit, donec
de Apoſtolis reſpondeatur (vt proxime
dixi) dicitur iudicis à quo iuriſdictio in
ſuſpenſo, vt per Cap. Tholoſ. & ibi Aufr.
in alleg. Deciſ. Vnde merito ſequitur ſi
interim procedatur, quod ſit attentatum.
Id augeatur. Nã ſi (vt dixi) Apoſtoli ſunt
pars appellationis, & licet eodem modo
quieſcere debeat iudicis officium, vt facit
appellatione pendente. Ita etiam ſi Apo-
ſtolis pendentibus non quieſcat, attentat
92 Deciſ. Ped. 7. nu. 4. Immo vt ſubdit Vant.
de nullit. tit. de null. def. iuriſd. ordin. nu.
142. Si ante datos Apoſtolos, ſaltim refu
tatorios iudex procedat, proceſſus, & nul
lus, & attentatus erit. Vt in ſimili de iu-
dice interdicendo adminiſtrationẽ præla-
to poſtquam appellauit ab eius ſententia,
Quæ omnia plures habent limitationes,
relatas per Lancellot. de attentat. Apoſt.
pend. par. 2. cap. 15. num. 17. & ſeq. cum
pluribus ampliationibus, & limitationi-
bus, cuius dicta non refero cum ſi occur-
rat ex te videre poteris. Itaque ſi iſto ca-
ſu porrigi commiſſionem contingat, erit
concedenda ſicuti quando pendente re-
ſtitutione ad appellandum attentatur, e-
tiam ſi iudex, qui de cauſa reſtitutionis
cognoſcet, non inhibuiſſet. Caſſador. de-
ciſ. 1. vt lite penden. Ant. Canar. in tra-
ctat. quarant. quæſt. 2. in fine. Veſtr. in
ſua prax. lib. 8. c. 3. n. 15. Rota dec. 51. de
93 appell. in nou. † Et an quomodo & quã-
do pendente reſtitutione in integrum at-
tentari valeat. Vide eundem Lancellot.
par. 2. cap. 18. num. 1. & ſeq. de attent.
reſtit. in integr. pend. & num. 10. conſtan
ter pro affirmatiua concludentem, ea
94 nempe ratione ſuffultus, † Quia cum re-
ſtitutio in integrum, ſit quædam appel-
lationis ſpecies, & ipſi æquiparetur, vt
dicam infra par. 2. de reſtit. in integr. cap.
1. Sicut appellatione pendente impedi-
tur exequutio. Ita pariter, & reſtitutio-
ne in integrũ ſec. Fran. in c. bonæ, n. 6. de
app. Rota corã D. Iuſto in vna Bononien. Vide hãc dec. in fi. c. nu. 5.
cẽſus Mẽrc. 11. Decẽb. 1602. Vnde ſicut in
vno attẽtatur, ita etiã, & in alio, & per cõ
95 ſequẽs cõmiſſio cõcedenda. Contigit etiã
multoties, quando per iudicem reuocari
attentata petuntur, quod non reuocan-
tur, vt in ſimili, ſi ſequeſtratum apponat-
tur, & pariter illud tanquam attentatum
reuocari petatur. Tamen in primo iudex,
nec attentata reuocare voluit, neque ſe-
queſtrum tollere, ab huiuſmodi denega-
tione pars appellat coniunctim, ſiue diui-
ſim caſu contingente, & tunc quoq. com
miſſio concedenda erit, ſi aliquid appella
tione pendente iudex à quo innouaret,
quia pariter iſto caſu tanquam attentatũ
reuocandum veniret, & officij iudicis à
quo minus curare erit, vt omnia in inte-
grũ reſtituantur, Lancell. vbi ſup. tit. de
iudic. per quem attent. recip. cap. 20. nu.
96 4. par. 3. † Nam ceu ſemper noſtra com-
miſſio iudici illi, cuius dignitas, & Maie-
ſtas læſa fuit, dirigi ſolet, & non alijs,
Franc. in cap. ſolicitudinem, num. 3. de
appell. Et hanc eſſe communem Docto-
rum ſententiam, teſtatur Couar. Practic.
qq. cap. 33. nu. 1. Bero. conſil. 50. c. 1. n. 4.
volum. 3. Viu. coll. com. opin. opin. 30. in-
cip. attentata, ſeu iudici, qui inhibuit,
vel inhibere debuit commiſſio aliquan-
do pro illorum reuocatione dirigitur.
Lancellot. vbi ſupra titulo de iudic. per
quem atten. reuoc. c. 27. n. 46. & ſeq. p. 3.
97 † Præterea, ſi illo ab officio remoto,
alter illi ſucceſſiſſet, quia non perſonæ,
ſed dignitas officij in ſucceſſore, vel maie-
ſtas eadem exiſtens læſa fuit, cum repræ
ſentatiuæ ſemper duret eadem perſona,
& iudex, l. cum proponebatur, ff. de iu-
dic. quamuis illi, quoque commiſſio ve-
niat dirigenda. licet ipſe ex puro, & me-
ro ſuo officio illa reuocare valeat, per De
ciſ. Rotæ 2. de reſtitu. ſpoliat. in nou. &
deciſ. 5. num. 5. vt lit. penden. in antiq.
98 Et ex officio tunc attentata reuocantur,
quando ad partis inſtantiam exequutio
reuocari nequit. Idq. ne attentans de ſua
99 valeat temeritate gloriari. † Sed quando
ex ſe illa iudex reuocat, tunc fungitur
mune-

Digitized by Google

munere officij nobilis, non autem mercenarij. Rota in dicta deciſ. 5. num. 5.
vt lite penden. in antiq. Biſign. deciſ. 1.
100 eodem titulo. † Exemplumque eorum
attentatorũ quæ ex iudicis officio, & ad
partis inſtantiã reuocari petitur, poni poteſt, in attentatis ab eo reuocare petitis,
de cuius non iure conſtat. Quia licet id
petere nequeat. Tamen illa ex officio iudex tollere, vel purgare valebit. Rota
deciſ. 2. de reſtitut. ſpoliat. in nou. Caſſador. dec. 3. eodem titulo, num. 6. Similiter ſi vnus ex litigantibus moriatur, & alius ſuperſtes attentet, licet ad ſubrogati
inſtantiam non tollantur. Tamen officio
iudicis reuocabuntur, dec. 10. vt lit. penden. in nou. & alijs modis relatis per Lancellot. dict. cap. 27. num. 12. & ſequen. de
iudic. per quem attent. recip. pent. par. 3.
101 † Vtque dixi, plus conſideratur in attentatorum reuocatione contemptus maieſtatis iudicis, quam partis intereſſe, quia,
vt dixit Oldrad. conſil. 206. num. 3. contempta prætoris maieſtas reuocatur, quæ
in omnibus attentatis reuocari poteſt cõ
102 ſiderari. Reperitur commiſſa cauſa in
Rota ſuper beneficio, & inhibitum, poſtea
aduerſarius in poſſeſſorio obtinet Auditori Cameræ cauſam committi, & iſto etiam caſu dicitur attentaſſe, quia petitorium in Rota pendens, habet in ventre
poſſeſſoriũ, vt per Verall. deciſ. 46. par. 2.
103 † Quod non habet locum ſi talis Auditorem Cameræ adiens tempore motæ litis erat pacificus poſſeſſor, quia adhuc
talis duraret, Rota deciſ. 3. de cauſ. poſſ.
& propr. in antiq. & deciſ. 3. de probat. in
nou. Sed procedit id, quo ad effectum interrumpendi pacificam poſſeſſionem, pita ad effectum regulæ de triennali, ſecùs
quo ad effectum attentatorum. Quia ſi
poſſeſſor circa eam aliquid faciat pro ſemet tuendo, non attentat, Lancellott.
vbi ſupra par. 2. cap. 4. de attent. lit. pen-
104 den. num. 18. & ſequen. † Et ideo ad effugiendum præmiſſa, datur commiſſio,
cum clauſula, firmo remanente negotio
ſuper titulo in Rota. Sed committitur interim Aud. Cam. iuxta ſuas ordinarias
facultates exequutio litterarum Apoſtolicarum, in quibus, ſi expreſſe fiat mentiò
de lite pendente in Rota, ceſſat attentatorum dubium, vt dixi in commiſſ. app. ab

exeq. breu. & litt. Apoſt. Rurſus ſi in beneficiali cauſa quis commiſſionem præſentauit ſuper iactationibus, & moleſtationibus, vel appellauit; & iſto caſu, aut
inhibitio expedita fuit, & tunc ſi iudex
ad vlteriora procedat, attentat, ita vt mãdatum relaxatum per iudicem ante moderationem inhibitionis, ſeu reformationem commiſſionis, erit attentatum, ſecus
ſi nec commiſſio, neque inhibitio fuerit
expedita, neque adhuc inhibitum, Lan-
106 cell. loco citato, limit. 20. num. 4. † Sicut
proceſſus factus lite pendente, eſt nullus,
vt infra dicam par. 2. de commiſſ. nullit.
Ita cœptus poſt Rotalem inhibitionem,
etiam ſæpius reiteratam, quia illa ſtante,
partes nihil nouare poterant, ca. dilectus,
§. quia vero, de appellat. Afflict. deciſ.
355. num. 2. Et maxime ſi aderit decretum irritans. Caſſad. deciſ. 2. num. 6. de reſtit. ſpoliat. nam inhibitio maximè Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda venit,
107 alias facit attentata. † Sed fallit concluſio, quando cauſa eſt commiſſa ante ſententiam, quia cum non ſit lata ſententia,
& commiſſio ſit calumnioſa, non facit at-
108 tentata. † Attentatorũ, & nullitatis cauſa pendente, an in negotio principali parte non opponente procedi poſſit, quero.
Vide Rotam deciſ. 23. cum add. de reſcr.
in nou. Bar. in l. 1. ſub num. 1. C. quando
prouoc. non eſt neceſſ. Vant. in tracta. de
nullit. tit. de nullit. eiuſque temp. nu. 11.
& 21. & in tit. de nullit. quo. & quibus
modis, num. 35. & num. 38.
109 † Attentata ſi fuerint turbida, faciunt,
vt de bono iure in negotio principali cognoſcatur, Veral. deci. 4. par. 1. Et ita Rota coram Illuſtriſſimo Blanchetto dixit
in vna Tudertina bonorum 17. Octobris
1572. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 24.
Et de emp. cont. attent. comp. quæſt. 10
110 num. 59. † Attentare tunc Tertius dicitur, quando inhæret litiganti aliquid cũ
illo lite pendente faciendo, quod ex parte dicti collitigãtis ſit attentatum, aut cũ
altero collitigante cauſam habet, etiam
cauſa permutationis, & tunc dicitur etiã
ipſum attentare. Nam quando propriã
auctoritate fit actus, reſiſtente parte, ſatis
illicitũ factum apparet, Rota Diuerſ. dec.
243. par. 1. per tot. & deciſ. 1147. num. 1.
par. 3. num. 1.

111 † Attentata illa omnia dicuntur, quæ
concernunt articulum, à quo fuit prouo-
catum. Achill.deciſ.30.& 31. de attent.
quæ nec etiam reuocantur ad inſtantiam
eius, de cuius non iure conſtat. deciſ.2.
vt lit. pend. in nou. Rota diuerſ.par.2.de
112 ciſ.9.nu.8.& 9.† Attentata magis Spo-
lio priuilegiata ſunt, deciſ. 68. num. 3.
diuerſ. par. 2. Attentatis ante citatio-
nis, vel inhibitionis exequutionem locus
eſſe non poteſt, licet citatio, & inhibitio
ſint decreta. Rota Diuerſ. deciſ. 1. num.
113 7. par.2. † Attentatum committit, qui
reuerentiam, præſertim. Rotæ Tribunali,
non ſeruat. Rota deciſ. 20. & deciſ. 31.
de appell. in no.Creſc.deciſ.200.num.4.
114 † Poſſeſſio capta lite pendente dicitur
attentata. Fallit niſi iudicis auctoritate,
115 capta ſit. deciſ.21.nu.3. par.1. Diuerſ.
116 † Et ſimiliter, capta lite, ſeu appellatione
pendente. deciſ. 618. num. 2. eadem par.
1.diuerſ. Rota coram Domino Aldobran
dino, poſtea Clemente Octauo ſanctæ me- Vide hæc dec. in fi. c.nu. 6.
mor. in vna Romana caſalis triſuſettæ Ve
117 neris 24. Nouembris 1587. † Commiſ-
ſio attentatorum nullam rei iudicatæ mẽ
tionem faciens, eſt ſubreptitia, ob id non
dat iuriſdictionem. Pur.deciſ.301.nu.4.
118 par.2. † Et minus reuocantur attentata,
quando quis in iudicatum ſententiam
tranſire paſſus ſit. Rota deciſ. 1. de ap-
pell. in nou. Nam cum id paſſus fuit, at-
tentatis renunciaſſe videtur. Creſcent.
dec.140.Caſ.de Graſs. dec.7. num.2. &
119 3.de appell. † Dubia Doctorum opinio,
vel reſolutio ſufficit ad excludendum ab
attentatis, deciſ.157.num.2.par.3. diuer.
120 † Clauſula, & in futurum attentan-
da, ſi in commiſſione attentatorum in-
ſeri contingat, deleri debet, quia commiſ-
ſio non extenditur ad cauſas futuras, vt
dixi in cap.de Commiſſ. in par. ſupra.
121 † Poſt rem iudicatam pendente appella-
tione non poteſt de attentatis dari. Rota
dec. 464. in ant. quia ſi de attentatis non
appoſuit, aut rem iudicatam paſſus fuit,
& procedi in cauſa principali, attentatis
renunciaſſe videtur. Ang. in l. ſi citius.
ff. de appell. recip. Creſc. dec. 140. par. 1. in
122 manuſcrip. Corrigendo attentata, qui-
libet prudenter agit, quia vnuſquiſque
errorem, dummodo iuriſdictione non ca-
reat, corrigere poteſt. Bal. in cap. graue
123 verſ. nota, quod de off. deleg. Sed quid,
appellatione interpoſita comparet appel
latus coram iudice à quo attentata reuo
cari inſtando, an ob id appellationi re-
nunciaſſe videatur? Et quod non renun-
ciauerit dicendum venit, quia, cum iſtud
quod petitur appellationi non contradi-
cat, illi non renunciat, præmiſſa tamen
intellige per viam ſimplicis comparitio-
nis coram ipſo eundo. Sed ſi grauamen
inſtat reuocari, tanquam à iudice, quia
non tractat concernentia appellationis, il
li renunciaſſe non videtur, Dec. in c. cum
124 teneamur, num.22. de appell. † Com-
miſſio expeditur ante latam ſententiam,
& Rotæ præſentatur, ac iuxta illius teno-
rem inhibetur, paritum non extitit inhi-
bitioni præfatæ. Dubitatur an attentata
ſint commiſſa, & affirmatiuæ. Rota di-
xit, vltra regulam, quod inhibitio Rotalis
iuſta, vel iniuſta ſit timenda alius facit at
tentatum, & Domini moti fuerunt vir-
tute clauſulæ, quam & quas in commiſ-
ſione prædicta inſerta, cuius vigore iu-
dex prout in prima procedere poteſt etiã
ſi nulla præceſſerit ſententia, vel appella-
tio, quia iam negotium principale vigore
dictæ clauſulæ quam, & quas, tam deman
datum fuit, & ita cenſuit Rot. coram Illu- Vide hæc decif. Ill. Lancell. in fi. cap. nu. 7.
ſtriſs. Lancellotto, in vna Romana Saluia
ni interdicti 14. Octobris 1596. Auditor
125 Cameræ, ſiue Gubernator. Rotæ inhi-
buerunt ne cauſa criminali coram altero
ipſorum, vt etiam alijs iudicibus crimina-
libus pendentibus ad teſtium examen in
cauſa ciuili procederet, quod fecerunt vi
gore Commiſſionis, cum clauſula conſti-
to de aſſertis, an deberet attendi inhibi-
tio, & quamuis inclinaret pro negatiua,
ob non verificatam clauſulam conſtito
de aſſertis. Tamen noluit Rota ſe abſti-
nere, ex quo iam erat inhibitum, vt nil fa-
ceret; Quia recurſus pro Commiſſione
reformanda, vt non obſtante tali inhibi-
tione procederet, facilis erat ad Signa-
turam, Rota diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ.
59. num. 4. & ſeq. Quare ſi commiſſio iu-
dici dirigatur cum clauſula conſtito de
aſſertis, & iudex clauſula alias vt par e-
rat non verificata inhibeat, licet de inua-
liditate appareat. Tamen quia fuit inhi-
bitus, & iudex inhibitus non poteſt gu-
ſtare de clauſulæ conſtito purificatione,
cum

cum facilis ſit in Curia ad Signaturam aditus pro reformatione, pro validitate inhibitionis tenuit Rota dec. 22. per tot. par. 3. lib. 1. diuerſ.

126 † Attentari dicitur etiam ab altero, cauſam habẽte ex cauſa permutationis. Glo. in cap. non ſolum, in verbo reducendum, de appell. in 6. Biſign. deciſ. 4. eodem titulo. Rota dec. 3. vt lit. pend. in nou. per tot. & in cap. 2. eodem tit. in 6. Rota diuerſ. lib. 3. par. 3. deciſ. 1147.
127 num. 2. † Et attentatis non renunciatis non fit progreſſus in negotio principali, de iure Dec. 48. num. 1. par. 3. diuerſ. lib.
128 3. quorum reuocationem poſt bienniũ petens, non auditur. Rota diuerſ. par. 3.
129 lib. 3. deciſ. 927. per tot. Iudex procedit, & datur ſucceſſor in officio, ex commiſſione iudici recedenti, præſentata ſucceſſor procedere poteſt. Dato etiam, quod primus iudex ad Cardinalatus dignitatem ſit promotus, quia non expirauit iuriſdictio, ſed ſubrogato in officio, qui ex commiſſione cauſam cognoſcit, commiſſio applicatur. Et quamuis mo-
130 riatur delegans. Tamen ſi citatio ſit decreta, etiam ſi non exequuta, perpetuatur iuriſdictio. Cappel. Tholoſ. deciſ. 40. l. edicere. ff. de arbit. Rota diuerſ. dec. 552. num. 4. & 5. lib. 3. par. 3.

131 † Statutum Bononiæ viget ſemel in poſſeſſorio prouocare permitteris, vnde, ſi interim poſſeſſio capiatur, Rota ſub ſequeſtro illam ponere ſolet, quia poſſeſſio poſt appellationem dicitur attentata, & reuocatur, etiam ſi appellatio fuerit poſt decem dies interpoſita quãdo domi citatorio eſt exequuta, ſuſtinetur. Rota coram Domino Orano in illa Bononienſis attentatorum Veneris 13. Maij 1595. Et ſi attentari contingat, maximè poſſeſſionem capiendo, ſolet per Rotam poſſeſſio ſequeſtrari. Rota coram Domino Coccino Decano in vna Celſonenſis præceptoriæ Veneris 4. Februarij 1605.

Vide hác dec. in fi. c. nu. 8.

Vide hác dec. in fi. c. nu. 9.

R. P. D. MARQVEMONTIO

Num. Primo.

CAMERINENSIS DONATIONIS.

Lunæ 19. Decembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates ſtatuti in contractu mulieris, etiam in donatione concurrere debent.*
2 *Donatio cauſa mortis, quoad ordinem, & prout eſt in fieri contractibus æquiparatur.*
3 *Donatio per filiam fratri factam cum auctoritate patris, an valeat.*
4 *Donatio facta per filiam fratri cum auctoritate patris æquiparatur vſufructui.*
5 *Donatio filiæ valet etiam in vtilitatem Patris propter iudicis decretum.*
6 *Conſanguinei contractui intereſſentes debeat eſſe proximiores.*
7 *Notario creditur de actu geſto, & de abſentia proximiorum.*
8 *Atteſtatio iudicis in decreto omnia fuiſſe rite geſta, cognitionem importat.*
9 *Conſanguineos contractui præſentes fuiſſe aſſerens probare debet.*
10 *Contractum impugnans ea, quæ impugnationis cauſa ſunt, probare debet.*
11 *Decretum iudicis non ſupplet defectum conſanguineorum.*
12 *Pro decreto præſumitur.*
13 *Litigioſi vitium ceſſat in alienatione vniuerſali.*
14 *Litigioſa res non fit ex perſonali actione.*
15 *Actio cedi poteſt lite pendente.*
16 *Litigioſi vitium non contrahitur in donatione cauſa mortis.*

1 QVamuis hæc mulier pietati materna defecerit cum attributa legitima tantum proprio filio infanti omnia bona ſua contulerit in fratrem ſuum donatione cauſa mortis, tamen cum fecerit, quod ſibi per legem licebat, l. 1. de inoff. don. l. ſi mortis cauſa, C. ad leg. Falcid. Bald. conſil. 62. num. 3. in fi. lib. 4. & lex ſcripta, quamuis dura ſeruanda ſit, l. proſpexit, §. ipſa igitur. ff. qui,
2 & quibus manumiſſ. Fuit concluſum donationem fuiſſe validam quandoquidem in ea interuenit conſenſus patris neceſſa-
3 rius ex quo mulier donans erat filia familias, l. tamſi. §. 1. & ibi gloſſ. & Bart. de donat. cauſ. mor. fuerunt præſentes duo conſanguinei, & adhibitum fuit decretũ iudicis

iudicis ex forma præſcripta per ſtatutum
Ciuitatis Cametinenſis,in qua fuit facta
donatio.

Nam quicquid dixerit Iaſ. in l. 2. nu.
12. pe leg. 1. & ibi Alciat. & alij Iaſ. ſe-
quuti inſiſtendum magis videtur opinio-
ni, quæ habet ſolemnitates à ſtatuto re-
quiſitas in contractibus mulierum debe-
re etiam concurrere in donatione cauſa
mortis à muliere facta; eſt enim commu-
nis, vt fatetur ipſe Iaſ.& patet ex traditis
per Rip. in d.l.2.num. 10. Benedict.in ca.
Raynutius,verſ. teſtam.4.num.31. de te-
ſtam. Rimin. Iun. inſtit.de donat.in prin-
cip.num.592.& 598. Couar. de teſtam.
in 3. par. rubr. num. 5. & 15. Lambert.
ſuper ſtat. de contract. mulier. gloſſ. 23.
4 num.2.& 3. & ratio eſt in prompta, Quia
nempe donatio cauſa mortis licet ſortia-
tur effectum poſt mortem tamen quo ad
ordinationem, & prout eſt in fieri æqui-
paratur contractibus. Doct.in d. l.2. de-
leg. 1. Couar. vbi ſupra. Pariſ.conſil.97.
num. 4. volum.3.

Non obſtat, quod dicitur patrem non
potuiſſe adhibere huic donationi cōſen-
ſum, cum ex ea commodum expectaret
ratione vſusfructus ſibi acquirendi, quia
hæc mulier fratri ſuo ex eodem patre do-
nauit. Fuit enim reſponſum pluribus mo-
dis. Primo quidem ex auctoritate Ca-
ſtr. Fulgoſ. & Alexan. qui dixerunt do-
nationem huiuſmodi etiam ad fauorem
patris,ex ipſiusmet cōſenſu validari. Sed
hæc reſponſio non videbatur tuta, quo-
niam multi Doctores tenent contrarium,
vt patet ex Pariſ. conſil. 97. num. 21. &
ſeq. lib.3.& ex cumulatis per Tiraqu. de
legib.connub. glo.8. num.115. & nouiſ-
ſimè per Aſcan. Clement. de patr.poteſt.
cap.6.effectu 10.num.6.etiam ſi donatio
non tendat directo ad fauorem patris, vt
in donatione facta vxori ipſius patris la-
te conſuluit. Dec.conſil. 279. Itaque ſe-
cundo fuit reſponſum hoc caſu valere do-
nationem, & proprietatem, & vſumfru-
ctum acquiri donatario Io. Andr. in add.
ad Specul. tit.de inſtrum.edict. §.porrò
verſ.audiui in quadam quæſtione, Bart.
in l.1.num.3. & 6. Caſtr.nu. 8. de acceſ.
Tut. Oldrad. conſil. 36. num. 2. verſ. 4.
probatur quemadmodum in relicto facto
fillio ſecundi Matrimonij per matrem non
cenſetur relictus; immo prohibitus patri
vſufructus; nec alias relictum annulletur
per diſpoſitionem,l.hac edictali.C.de ſe-
cund.nupt. vt dicunt Caſtr. conſil. 150.
colum.penult.verſ.non loquimur, lib. 2.
Ruin.conſil.112. num. 8. verſ. Item non
obſtat,lib.1. quod Caſtr. & Ruin. dicta
ſequuta eſt Rota in vna Fauentina bono-
rum 24.Maij 1604. coram R. P. D. meo
Ludouiſio.

5 Poſtremo fuit reſponſum donationem
ſuſtineri, etiam ſi tenderet in fauorem pa-
tris nō tantum propter iuramentū, quod
validat donationem, & quemlibet alium
contractum inter patrem,& filium, Gabr.
poſt alios concluſ. 4. de donat. num.3.&
4.Sed etiam propter decretum iudicis ex
traditis à Couar.in rubr.de teſtam.par.3
num.7.Tiraq. de leg.connub.glo. 8. nu.
122.Idque eo magis hoc caſu procedit,
quandoquidem vltra decretum iudicis
6 interuenerent etiam conſanguinei con-
ſentientes donationi, vnde donatio pa-
lam, & bona fide facta cenſetur Lamber.
ſuper ſtat.de contr. mulier.glo. 10.& per
conſequens locus eſt doctrinis, Bald. &
aliorum relatis per Tiraq. loco ſupra ci-
tato num. 124. quod valeat donatio fa-
cta etiam ad fauorem patris, quod pater
palam, & bona fide conſenſit.

Non obſtat, quod ſtatutum requirat
præſentiā conſangnineos proximiores,&
in hoc caſu mulier donans,habuerit quoſ-
dam conſanguineos Iulium, & Hercula-
num proximiores illis duobus, qui dona-
tioni interuenerunt, nam fuit dictum,
quod ille Iulius tempore factæ donatio-
7 nis erat abſens,& notario de acta tunc ge-
ſto creditur. Alexand.conſil.80.num.10.
verſ. ſed in propoſito, lib. 1. prætcrea iu-
dex ſuum decretum interpoſuit, & atte-
8 ſtatus eſt omnia legitimæ facta fuiſſe,quæ
atteſtatio indirecte importat cauſæ cogni
tionem Gabr. conſil.29.num.6.lib.1.fuit
dictum in cauſa Romana de Grandis 16.
Februarij 1601. coram R.P.D. meo De-
cano, vbi allegabatur deciſio ſanctæ me-
moriæ Clementis Octaui in Cathanien-
ſis.illegitimitatis 10.Ianuarij 1583.in qua
Rota cenſuit decretum atteſtans ſeruatas
9 eſſe ſolemnitates eſſe attendendum. De-

nique

niqué filius, qui donationem impugnat prætendit illam Herculanum non fuiſſe abſentem, probare debet eius præſentiam, & quod donationi potuerit interueniſſe. Guidob. deciſ. 98. Cuſt. conſil. 14 in 2. dub. libr. 1. Corn. conſil. 376. num. 21. in fi. libr. 1. Aimo. conſil. 90. num. 14. cum regu
10 la ſit, quod impugnans contractum, debet probare aliquam ſuam cauſam impugnationis. Non obſtat deciſio in cauſa Peruſina exequutionis 27. Nouembris 1597. coram R. P. D. meo Decano; quia in illa nullius conſanguineorum interuenerat contractui, ideo Rota dixit defectum huiuſmodi per iudicis decretum ſuppleri non poſſe; hic autem non petitur ſuppleri ex iudicis decreto defectum alicuius ſolemni-
11 tatis, ſed tantum, vt pro decreto præſumatur quamdiu non probatur contrarium. Acchil. deciſ. ult. de præſumpt. Præterea illa deciſio loquitur in diuerſis terminis, & dicit expreſſe onus probandi præſentiam incumbere illis, qui agunt ad reſciſſioné contractus, ergo, & incumbit huic filio, qui agit ad donationis inualiditatem.

Vltimo non obſtat, quod dicitur donationem hanc vti factam de re litigioſa, non valere, aut magis propriè loquendo valere quidem à principio, ſed ad irritam conſtitui, perinde, ac ſi non interueniſſet
12 tot. titul. C. de litigioſ. Fuit enim dictam donationem hanc fuiſſe omnium bonorum, & in alienatione vniuerſali non contrahi vitium litigioſi. Decian. conſil. 109. num. 11. & ſequen. lib. 3. Deinde fuit dictum litigioſum non poſſe hoc caſu cõſiderari, quia propriè de donatione rei donatæ non erat lis Authent. litigioſa, C. litigioſ. Sed tantum de eo; An dos in pecunia numerata, vel in prædio eſſet reſtituenda, & vbi fuiſſet actum ad reſtitu-
13 tionem ipſius prædij, Tamen cum eo nomine fuiſſet intentata perſonalis actio nõ eſſe locum vitio litigioſi. Cin. & alij in l. 2. C. de litigioſ. Roman. conſil. 270. nu. 2. Aymo. conſil. 279. num. 1. cum multis cumulatis per Honded. conſil. 201. num. 31. lib. 1. & hanc magis communem ſententiam dicit Peregr. de iur. fiſci, lib. 4. tit.
14 6. num. 6. Quinimmo cum donatrix prædium non poſſideret, nec vt dictum eſt ad illud ageret actione reali, ſed perſonali tantum cenſetur in donatione illam actionem ceſſiſſe, idque non obſtante lite
15 facere potuit ſecundum communem opinionem, de qua per Lancell. de attentat. par. 3. cap. 12. num. 26. & ſeq.

Et tamen vbi circa prædicta dubitari contingeret fuit dictam donationem cauſam mortis, quo ad effectum æquiparari potius vltimę voluntati, quam contractibus, vt per Couar. in rubr. de teſtam. par. 3. num. 15. & ſeq. Vnde ſicut per legatum, & fideicommiſſum non contrahitur vitium, l. 3. & l. fin. C. de litig. & auth. eo.
16 tit. ita nec per donationem cauſa mortis, quia vtroque caſu alienationis occaſio eſt eadem nempe mors litigatorijs non cupiditas venandi aduerſarijs, vt eleganter ait Cacciac. in paracl. C. de tit. Atq. ex his vtraque parte informante fuit concluſum donationem fuiſſe validam.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

Num. Secundo.

ANCONITANA DOTIS.

Veneris 9. Aprilis 1609.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula ſine præiudicio legitime exequutionis ab attentatis præſeruat.*

DOmini quo ad attentata reſoluerũt de eis non conſtare, relicta facultate dicendi de nullitate mandati relaxati ab Aud. Cameræ, nam & ſi pendente cauſa nullitatis nihil eſt nouandum; vt notatur in cap. ex inſinuatione de procurat. & quandocunque appellatur à ſententia nulla, operatur effectum attentatorum quæ reuocantur, cap. exhibita, de iudic. cap. ſuper litteris, de offic. delegat. Franc.
1 in cap. dilecto, nu. 3 t. de appellat. †Attamen hic fuit commiſſa cauſa nullitatis in Rota, cum clauſula ſine præiudicio legitimæ exequationis, quæ præſeruat ab attentatis, & relinquit iuriſdictionem iudici à quo, vt ſæpe fuit dictum in Rota; & tradit Vant. de nullit. in tit. quot, & quibus modis null. ſi iud. propon. num. 30. Vnde non eſt reuocandum mandatum in primis, & ante omnia iuxta priuilegium attentatorum; ſed tunc quando in cauſa nullitatis obtinuerit. Veſtr. in ſua prax. c. 4. nu. 2. lib. 8. Et ita deciſum, &c.

R.P.D.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Num. Tertio.

TARRACONENSIS

Attentatorum.

Lunæ 2. Decembris 1605.

S V M M A R I V M.

1 *Qui continuat non attentat regula decla-ratur. & num. 9.*

2 *Inhibitio Rotæ iusta vel iniusta timenda est, alias facit attentata.*

3 *Inhibitione pendente, nil nouandum est.*

QVamuis considerando primam commiſſionem cauſæ ſuper augumento directam bon. mem. Gypſio, de anno 1598. non videatur conſtare de attentatis, quia ageretur de cauſa diſtincta. Decius conſil. 83. num. 4. verſ. ſecus ſi articulus, & num. 5. Tamen attenta commiſſione mihi directa de anno 1606. qua fui ſubrogatus in locum dicti bon. mem. Gypſij, & mihi inſimul fuit commiſſa cauſa ad inſtantiam præpoſitorum ſuper officijs ſingulis Canonicis dari ſolitis, ac ſuper illorum emolumentis, & declaratione inhabilitatis, & priuatione officiorum, cuius vigore inhibitio fuit concesſa de menſe Maij eiuſdem anni, cum de menſe Nouembris anni 1603 Capitulum priuauerit Chriſtophorum de Cheralt Archidiaconum, & Paulum Campanam Hoſpitalarium officijs, quæ habebant, quin, & illos inhabilitauerit ad illa in poſterum obtinenda, prætextu, quod contraueniſſent cuidam ordinationi Capituli, dubitari non poteſt, quin conſtet de attentatis, quia inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda. Put. deciſ. 395. lib. 2. Acchil. dec. 29. de appell. Verall. deciſ. 129. lib. 1. in manu ſcript.

1 Neque obſtat regula, quod qui continuat, non attentat, quia hic non probatur aliqua poſſeſſio releuans Capituli: nam actus de anno 1548. de quo in ſummario nouiter dato num. 2. in quib. priuantur certi Canonici, & declarantur inhabiles, non oſtenduntur effectuati, tamē ex his non colligitur poſſeſſio correſpondens priuationi vltimo loco factæ à Capitulo. Quare, nec iſti actus poſſunt ſuffragari. Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. num. 70. & cap. 15. limit. 25. nu. 5.

Attentata ex alijs capitibus non placuerunt Dominis, quia receptio pecuniarum fuit facta de ordine Rotæ, & decretum factum per Capitulum, quod dignitates ſoluere deberent Canonicis celebrantibus loco abſentium mortuorum, vel impeditorum, maiorem ſummam pecuniarum quã quę prius ſoluebatur, non oſtenditur effectuatum, nec apparet, de quo tempore ſit factum. Vnde in omnem euentum præſumitur factum tempore licito, tum ad validitatem actus, tum ad effugiendum vitium attentatorum, glo. in cap. non ſolum, in ver. reducendum circa med. de appellat. in 6. Acchill. deciſ. 37 eodem titulo.

EADEM

Veneris 23. Iunij 1606.

PRæpoſiti prætendebant non poſſe procedi in cauſa ſuper augmento, niſi prius purgatis attentatis. Vnde dubitaui, an cauſa in qua prætenduntur attentata, eſſet diuerſa, & ſeparata à cauſa augumenti, & Rota cenſuit affirmatiuè 1
reſpondendum, quia hæc cauſa augumēti fuit commiſſa bon. mem. Gypſio, in cuius locum per commiſſionem ego fui ſubrogatus, & inſimul mihi commiſſa fuit cauſa ſuper certis officijs, in qua prætenditur fuiſſe attentatum, quæ cauſa cum habeat factum, & ius diuerſum à cauſa augumenti dubitari non poteſt, quin ſit diuerſa, & ſeparata, l. 1. vbi Doct. C. ſi vnus ex pluribus appell. Roman. conſil. 300. in fin. latè Lancell. de attent. 1
appell. pend. limit. 2. nu. 4. & ſeq. & propterea cauſa attentatorum non impedit cognitionem ſuper augmento, vt latè per eundem Lancell. de atten. lit. pend. lim. 2. num. 1. & ſeq.

Neque facit, quod licet huiuſmodi cauſa ſit ſeparata, tamen eſt connexa, & propterea attentata obſtant etiam in cauſa 2
principali, quia quicquid dicendum ſit, an huiuſmodi ſit connexa ad effectum tamen quod prædicta regula procedat, requiri-

quiritur, quod ſententia in cauſa connexa pariat exceptionem rei iudicatæ in cauſa principali, vt declarat Lancell. de attent. loco proximè allegato de attent. lit. pend. lim. 2. num. 87. & 88. & propterea cum ſententia in cauſa ſuper officijs non pariat exceptionem rei iudicatæ in cauſa augumenti, meritò attentata in iſta cauſa non impediunt cognitionem cauſæ principalis ſuper augmento per ſupradicta.

EADEM
Lunæ 17. Decembris 1607.

ROta dixit Domino Chriſtophoro, & Paulo dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſsione obtinendi officia, de quibus agitur, quia de poſſeſsione anteceſſorũ nõ dubitatur, quæ propterea iuuat etiã ſucceſſores, iuxta deciſionum Guido Pap. 629. quam Rota pluries ſequuta fuit.

2 Neque releuat, quod Capitulum priuauerit dictum D. Chriſtophorum, & Paulum officijs, quia iſta priuatio tanquam facta poſt inhibitionem rotalem fuit attenta, quæ inhibitio ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda, & cauſat attentata, prout Rota ſeruat, & propterea non eſt habendum in conſideratione, maximè cum reuocatio attentatorum, quod præterea habeat vim poſſeſſorij recuperandæ, quò verò ad futura retinendæ, vt per Oldrad. conſ. 206. num. 4. verſ. nunc autem. Immò etiam habet vim retinendæ, quo ad præterita, ſi pars non habuit ſe pro ſpoliata, cum ſolo animo poſſeſſio retineatur Caſtr. in l. ſi vir certo, §. ſi duob. num. 7. ff. commod.

Nec facit, quod inhibitio fuerit obtenta à procuratore, de cuius mandato non conſtat, quia ad effectum attentatorum ſatis eſt, quod fuerit obtenta cum cautione de rato. Put. deciſ. 242. lib. 3. Caput. dec. 47. lib. 2. in manuſcript. Achill. dec. 27. de appell. Lancell. de attent. 2. par. c. 20. ampl. 5.

Minus etiam facit, quod Capitulum non eſſet nominatum in inhibitione, quia cum in ea habeatur mentio Sindicorum Capituli, & adſit clauſula Omneſque alios, &c. ſatis ex clauſula comprehendit reſiduum Capituli, vt per Sarnen. in cap. cum in multis, num. 69. de reſcript. in ſexto.

Denique non officit, quod Capitulum continuando ſuam poſſeſſionem non attentauerit, quia concluſo eſt vera, ſi in ſpecie cauſa non fuiſſet commiſſa ſuper priuatione iſtorum officiorum, ex quo prætendebatur Capitulum abſque cauſa, & ob litem ſuper augumento quaſi in odium priuaſſe Præpoſitos.

EADEM
Mercurij 4. Iunij 1608.

3 CVm Capitulum vigore ſpecialis cõmiſsionis fuerit inhibitum, ne aliquid innouaret circa priuationem officiorum, & tamen ſecus fecerit, Rota cenſuit conſtare de attentatis, quia inhibitione pendente nihil eſt innouandum, neque Capitulum poteſt iuuari ex regula; qui continuat, &c. quia fallit, quando expreſſè cauſa ſuper continuatione ipſa cõmittitur. Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 193. ante fin. verſ. ad iſtud reſpondeo. de conſtit. & hæc de plano procedũt reſpectu Don Chriſtophori, quia conſtat de mandato illius, qui præſentauit commiſsionem, & etiam reſpectu Pauli. Licet enim nec ipſe, nec eius anteceſſor eſſet in cauſa, tamen cum cauſa fuiſſet commiſſa nomine dignitatum, & generaliter inhibitum Capitulo, ne aliquid innouaret circa diſtributionem officiorum, iudex poteſt ex officio reuocare attentata, cum eius maieſtas ſit læſa. Caſſad. dec. 3. nu. 6. de reſtit. ſpol.

Neque obſtat, quod cum huiuſmodi officia ſint annualia, non eſt, in quo detur manutentio dictis Don Christophoro, & Paulo, cum dubium diſputetur ad hunc effectum, Quia fuit reſpõſum, quod cum reuocatio attentatorum, quoad præterita habeat vim poſſeſſorij recuperandæ, quo verò ad futura, retinendæ, vt per Oldrad. conſ. 206. num. 4. verſ. nunc autem, poterit in futurum dari manutentio, in præteritum verò cogi Capitulum ad reſtituendum, quod percepiſſent dicti actores, ſi minime priuati fuiſſent.

EA-

E A D E M

Veneris 14. Martij 1609.

DIctus Don Chriſtophorus de Queralt, & Paulus Campana obtinentes dignitates, & Canonicatus in Eccleſia Tarraconenſi petebant reuocari attentata, quæ prætendebātur ex eo, quod lite pendente in Rota fuerant priuati officijs Canonicis debitis. Et Rota cenſuit cōſtare de attentatis. Nam reſpectu Don Chriſtophori negotium videbatur clarū, quia fuerat obtenta inhibitio à Rota, & præſentata per eius procuratorem Capitulo, & ideo in ſpretum illius inhibitionis, nihil habebat innouare Capitulum, quia inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, & cauſat attentata. Put. dec. 395. lib. 2. Achil. dec. 29. de appell. Verall. dec. 128. lib. 1. in manuſcr.

Neq. obſtat, quod regula ſit, quod qui cōtinuat non attentat, & ideo cū Capitulum ſit in poſſeſſione priuandi Canonicos, non debuit priuari ſua poſſeſſione lite pendēte c. 1. & 2. vt lit. pend. quia cū lite pendente ſuper augumento inter Præpoſitos, & Canonicos prætenderent aliqui ex Præpoſitis obtinentes Canonicatus, quod grauarentur à Capitulo ſuper priuatione officiorum, & ideo commiſerint cauſam in Rota, ſequitur, quod Capitulum etiam ſtante eius poſſeſſione non potuerit lite pendente Canonicos obtinentes dignitates priuare officio, abſque vitio attentatorum, quia alias iudicium redderetur eluſorium contra text. in cap. cauſam quæ, de iud. Fruſtraretur enim ſua intentione, & ſi obtinerent, nihil conſequerentur, & ita eleganter limitat regulam, quod qui continuat, &c. Rip. in c. cum M. Ferrarien. n. 193. ante fi. verſi. ad iſtud reſpondeo, de conſtit. quem ſequitur Gabr. de acq. poſſ. concl. 6. nu. 17.

Reſpectu autem Pauli, licet fuerit reſolutum ex deductis in alia deciſione conſtare de attentatis, tamen adhuc animus Ponentis non acquieſcit, quia nec anteceſſor Pauli in dignitate fuit in cauſa, nec ipſe Paulus, nec videtur poſſe iuuari, ex eo, quod cauſa fuit commiſſa ſub nomine dignitatis, quia, vt dictum eſt, eius anteceſſor non fuit in cauſa, nec Præpoſiti conſtituunt Collegium, nec officia ſunt debita ratione dignitatis, ſed Canonicatus, vnde videtur etiam ceſſare, quod iudex ex officio poſſit reuocare huiuſmodi attentata, quia non adeſt lis reſpectu Pauli. Attentata enim ſemper præſupponunt litem, nec minus fuit præſentata aliqua inhibitio nomine Pauli, prout fuit factum pro parte Don Chriſtophori.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. Quarto.

RECANATENSIS PECVNIARIA.

Lunæ 7. Februarij 1594.

S V M M A R I V M.

1 *Attentatis turbidis exiſtentibus de bono iure videtur.*

1 FVerat reſolutum in iſta cauſa attentata eſſe turbida & videndum eſſe de bono iure. Ideo dubitaui, an Alphonſus teneretur reſtituere ius ſocijs ſummam ſcutorum 3539. & Domini reſoluerunt eum teneri, quia etiam circumſcriptis tribus partitis, in quibus fuit condemnatus ab Aud. C. pro intereſſe quod Domini exiſtimabant non deberi cū ſit debitor maioris ſummæ in diuerſis partitis, vt bene deducunt in portiones pro ſocijs, & de ſolutione non conſtat, & ipſe debet eam probare, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, l. quinquaginta, ff. de ſolut. Aymo. conſil. 3. num. 1.

R. P. D. I V S T O.

Num. Quinto.

BONONIENSIS CENSVS.

Mercurij 11. Decembris 1602.

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutio in integrum impedit exequutionem, & quando.*

2 *Appellatione prohibita, non eſt prohibita reſtitutio in integrum.*

3 *Res iudicata eſt vnica ſententia: diuerſa eſt a re iudicata plurium ſententiarum.*

4 *Arbitrium Rotæ retardatur ex calumnia manifeſta.*

1 IN hac cauſa firma eſt regula, quod reſtitutio in integrum impedit exequutionem, l. 1. C. de in integr. reſt. DD. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.

Nec

Nec facit in propoſito limitatio regulæ, vt non procedat, quando exequutio eſſet prius petita, vel cępta. Put. dec. 285. p. 2. cum alijs allegatis per informantes, & hic prætenditur fuiſſe petitam vel cœptã, ex eo, quod in ſententia R. P. D. mei Mellini fuit decretum, & relaxarum mandatum, quia concluſio procedit, quo ad præuentionem in exequutione, poſt ſententiam, alias eſſet modus infallibilis ſemper impediendi reſtitutionem, quia in omnibus ſententijs decerni poteſt, & relaxari mandatum, quod tamen ſuſpenditur per appellationem.

2 Nec etiam obſtat, quod ſimus in cauſa expedita vigore commiſsionis habentis clauſulam appellatione remota, ſiquidem per eam non cenſetur remota reſtitutio. Glo. in l. vnica, C. de mo. poſſ. Præſertim, quia non idem dicendum eſt in exequutione vnius ſententiæ, à qua non poſſit appellari, & ſic in exequutione rei iudicatę vigore ſententiarum, quæ maiorem habent effectum, Gabr. de exeq. rei iudic. concl. 1. num. 7.

3 Et nihilominus Domini ad effectum, quod non eſſet locus arbitrio, vt ex ea retardetur exequutio, dixerunt conſtare de manifeſta calumnia Dionyſij ſecundum terminos, cap. ſciſcitata, & ibi DD. de reſt. in integ. cum vulg. Clarum enim eſt, quod tenetur ad defenſionem cenſus, & bonorũ cenſuatorum. Et eo ipſo, quod oſtenduntur moleſtiæ, intrat obligatio, l. plus, §. mora, ff. de euict. Et deciſum fuit coram Illuſtriſ. Mellino. Nec facit moderatio inhibitionis Aud. Cam. quia etiã remanent moleſtiæ ſuper bonis, quæ debent eſſe libera, quod non conſtat, neque etiam in ſe ſuſcepiſſe, cui cum fuerint præfixi termini, vt in vltima dec. Illuſtriſ. Mellini, non debet eſſe in poteſtate Dayneſij prohibendi ſuo arbitrio hanc litem, vt interim Herculanus non poſſit habere cenſus. Non obſtat innundatio bonorum, quia nõ propterea nõ debent eſſe deffenſio in ſtatu, in quo modo reperiuntur, vt ſint libera recedentibus aquis maxime, quia iſta non percutiunt obligationem Dayneſij, quæ conſiſtit in liberatione moleſtiarum allatarum ſuper bonis ex quibus conſtat de iuſtitia ſententiæ, quicquid dicatur pro Dayneſio.

Mandarunt tamen Domini, vt ſuperſederem in exequutione, & iterum præfigerem terminum ad docendum de cauſis reſtitutionis, & nihil docto poſtea procedere m ad exequutionem, quia tunc tanto magis conſtabit de calumnia Dayneſij, ſi nihil docebitur de ſuſceptione litis, & de progreſſu cauſæ coram Auditore Cameræ, & ita firmatum.

ALDOBRANDINO
bo. mem. poſtea Clem. VIII.
ROMANA CASALIS TRIFVSELLE.
Veneris 24. Nouembris 1581.

SVMMARIVM.

1 *Attentata poſſeſſio dicitur lite pend. capta.*
2 *Aegidiana non capit bona Eccleſiæ.*
3 *Clauſula ſine præiudicio legitimæ exequutionis præſeruat validam, non inualidã.*
4 *Confeſſio in his quæ iuris ſunt, nec dat, nec tollit, ſed iuri diſpoſitioni ſe remittit.*
5 *Predo manutenẽdus eſt in ſua poſſeſſione.*

1 DOmini dixerunt conſtare de attentatis, cũ poſſesſio capta fuerit appella-
tione pendẽte, nec obſtat Aegidiana, quia
non procedit in cauſa Eccleſiæ vbi de bo
2 nis Eccleſiæ agitur, vt ſępius fuit reſolutũ
de quibus bonis agitur in hoc caſu, cum
ad hunc effectum metiamur ius ab acto-
re, l. 1. ff. ſi pars hered. petat. Aegid. dec.
3 617. Non obſtat clauſula ſine præiudi-
cio legitimæ exequutionis, quia legitimã
tantum præſeruat executionẽ, qualis nõ
fuit iſta, ſicut etiam non obſtat allegatus
conſenſus D. Franciſci, collectus ex eo, ꝙ
procurator ipſius in quadam proteſtatio
ne conſenſiſse videtur relaxationi fru-
ctuũ pro tempore decurrendorũ poſt ſen-
tentiam, quia proteſtatio hæc facta fuit
poſt dictam exequutionem, exequutio e-
nim eſt ſub die 8. Auguſti, & proteſtatio
31. eiuſdem in qua ſolum proteſtatus fuit
procurator, quod conſignarentur tan-
tum fructus futuri, non autẽ decurſi, quia
quoad eos inquit dari appellationẽ ſuſpẽ
ſiuam, quod verũ eſt. Sed hinc argui non
poteſt, quod fateatur, quo ad futuros non
dari appellationem ſuſpenſiuam, & quan
4 do etiam hoc inferri poſſet, †Confeſſio in
his quæ ſunt iuris, nec dat, nec tollit, quia
iuris diſpoſitio ex aſſertione partium nõ

immutatur, l.orn amentorum, de aur. & argen. leg. Cor. conſ. 90. n. 44. lib. 2. Paul. de Caſtr. in l. vnica, n. 8. in fi. & 9. C. de conſ. Aym. conſ. 150. in fin. maximè, quia cum Canonici iam eſſent immisſi in poſſesſione, vt dixi, non poterat Cincius impedire quin fructus in futurum, & quamdiu poſ-
5 ſiderent perciperent, cum etiã prædo lite pendente ſit tuendus in poſſesſione, idq. tanto magis, quia procurator hũc actum fecit ſine præiudicio appellationis interpoſitæ, cum igitur noluerit præiudicare appellationi, ergo noluit renunciare attẽtatis dependentibus à dicta appellatione cum præſertim nemo præſumatur iactare ſuum, nec iuri ſibi competenti renũciare, quæ omnia ſi procederent, quando actus iſte factus fuiſſet à principali, tanto magis locum ſibi vẽdicant, ex quo factus fuit à ſolo procuratore. Non obſtat quod Cincius paſſus fuerit cognoſci de negocio principali. Creſc. dec. 140. quia obiectum procederet ſi in negocio principali fuiſſet pronunciatum, alias autem vſq. ad ſentẽtiam dari poteſt de attentatis. Rot. in no. Dec. 4. vt lit. pe. Couãr. prac. qq. c. 23. prope fi. Præſertim quando non eſt factus aliquis actus tendens ad excluſionem attentatorum, vt hoc caſu. Nec facit quod ex capite deuolutionis, conſtet de bono iure Canonicorum, cum Cincius numquã ſoluerit etiam poſt cõmiſſam ab ipſo cauſam reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam ſolutionẽ, quia in prophanis hoc nõ attenditur. Alex. conſ. 99. nu. 9. lib. 4. Couar. d. c. 23. nu. 4. Vltra quod in ſecunda inſtantia non deducta deduci poſſunt, l. per hanc C. de temp. appell. Et dicere ſolemus non conſtare de nõ iure, quãdiu de iure doceri poteſt. Egid. deciſ. 103. Cum igitur conſtet de attentatis, ea ſunt reuocanda, niſi forte propter paupertatem Canonicorum, vel alias adita per præfatos Canonicos Signatura Sanctiſſimi, ſecus reſcriberetur.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.
Num. Septimo.
ROMANA SALVIANI INTERDICTI.
Lunæ 14. Decembris 1596.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula quam, & quas, facit, quod procedatur, tamquam in prima etiam ſi non præceſſit ſententia vel appellatio.*

CVm cauſa appellationis, &c.
1 Et licet in hoc caſu fuiſſet commiſſa cauſa appellationis à ſententia nondũ lata adhuc tantũ inhibitio eius vigore emanata cauſat attentata, iuxta obſeruãtiã Rotæ, ſecundũ quam bis fuiſſe reſolutũ corã Puteo refert Peregr. dec. 44. lib. 1. incip. Fuit cõcluſum inter impreſſ. dec. 74 lib. 3. Ant. Aug. 373. lib. Achil. dec. 1. de atten. & dec. 29. de app. in no. & apud Egid. dec. 239. Maximè quia in commiſſione aderat clauſula; Quam, & quas, cuius vigore poterat Iudex procedere, pro ut in prima, etiam ſi nulla præceſſiſſet ſententia, vel appellatio. Peregr. dict. dec. 94. & totum negocium principale commiſſum cenſetur, Sarn. de infir. q. 34. nu. 4. addit. ad dec. Rotæ 23. nu. 3. de reſcrip. in no. Non obſtat regula Canc. 36. expreſſe prohibens appellationes ante diffinitiuam ſententiam, illaſq. vna cum commisſionibus, & omnibus inde ſequutis annullans, quia cum illa regula loquatur in caſu ſimplici, non debet extendi ad caſum mixtum quando non ſolum cauſa appellationis, ſed etiam negocij principalis committitur, vt in terminis huius regulæ tradit Sarnen. de impetr. benef. vacan. per obit. famil. Card. q. 10. in fine, &c.

R. P. D. O R A N O.
Num. Octauo.
BONONIEN. ATTENTATORVM.
Veneris 12. Maij 1595.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Bononienſe ſemel appellare in poſſeſſio permittens, ſi exequitur lata prima ſententia erit attentata exequutio, & poſſeſſio ſequeſtranda.*
2 *Appellatio poſt decem dies ſtante citatione domi facta ſuſtinetur.*

1 STatutum de app. S. præterea cum permittat à ſentẽtia, in quocumq. iudicio poſſeſſorio lata tàm quo ad effectũ ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum ſemel appellationem interponi, de quo extat reſponſio Grat. cõſ. vlt. li. 2. Bero. q. 41. & cõſ. 110. n. 16. lib. 3. & coram me fuit dictũ in vna Bo-

nonien. de prætis. die 29. Nouēb. 1494. Domini vnanimiter concluſerunt poſſeſſionem pro parte D. Aloyſij captam, & ſequeſtrū vigore illius decretum, & appoſitum poſt appellationem interpoſitā fuiſſe attentata, & reuocanda. Neq. ad rem pertinere, quod D. Aloyſius ſit forēſis, quia cum egerint coram iudice Eccleſiaſtico ſeruanda fuit diſpoſito iuris Canonici ex præſcript. d. ſtatuti etiā quo ad facultatē appellandi, Tit. qūo, & qualiter forens agent. ius redd. per quod datur appellatio in quocumq. iudicio poſſeſſorio. Clem. 1. de cauſa poſſ. & propr. Abb. in c. cū ad ſedem, de reſt. ſpol. Curt. Iun. conſ. 168. n. 3. Achil. perſonat. de adip. poſſeſ. n. 344.

2 Minus etiam repugnat, quod appellatum fuerit poſt x. dies, quia cū ſententia fuerit lata præuia citatione facta domi tantum, & ſic non poſſit in appellante vera redargui contumacia, ſed ficta, Rota dec. 2. de dol. & cont. in nou. potuit valide poſt x. dies appellare, quia eo caſu dies ſunt vtiles, nec currunt niſi à die notitiæ, Rota d. dec. 2. & dec. 46. de appell. in antiq.

R. P. D. COCCINO.

Num. Nono.

CELSONEN. PRAECEPTORIAE.

Veneris 4. Februarij. 1605.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum Rota apponit attentate poſſeſſione capta.*

2 *Mixtus exequtor habet iuriſdictionem ſub conditione.*

3 *Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, non excludit quin pars exceptiones contra reſeruationem dare nequeat.*

4 *Spolij actio datur ei, qui cecidit a poſſeſſione facto iudicis.*

5 *Clauſula appellatione rem. in breui de capiēda poſſ. nomine Cam. qūo intelligatur.*

6 *Clauſula citra vitium ſpolij, qūo in breui de cap poſſ. nomine Cameræ intelligatur.*

1 DOmini dixerūt, eſſe locum ſequeſtro, ꝙ ex officio iudicis apponitur quotieſcumq. poſſeſſio, eſt attentata. Rot. dec. 10. vt lit. pen. in no. Caſſad. dec. 3. nu. 6. de reſt. ſpol. Put. dec. 414. li. 3. Veral. dec. 157 par. 3. Nam cum exequtor litterarū vigore breuis fuiſſet datus cū clauſula Conſtito, quod Franciſcus in poſſeſſione Rectoriæ obierit, eademq. dignitas conuentualis ſit, Ferdinandū in poſſeſſione inducas, propterea iſte exequutor in cognoſcēdo erat mixtus, & iuriſdictio ſub conditione ei conceſſa, deducenda erat in exercitium poſt purificationē clauſulæ, ita vt merus executor fieret. Achar. cōſ. 297. n. 7. & 8. incip. efficacib. quem ſequitur. Fel. in c. ſi conſtiterit, num. 5. verſ. nunquid iſta clauſula de accuſ. Lap. alleg. 60. nu. 2. & 3. & proprerea cum in purificatione d. clauſulę eſſet mixtus, grauauit Honophriū ipſum nō admittendo, vt poſſet probare Præceptoriā eſſe manualē, & non eſſe dignitatē conuentualē, ſtante maximè, quod reſeruatio, in qua cōſiſtit fundamentū Breuis, non eſt omnino clara, cum vſq. de anno 1578. 10. Ian. corā Card. Lancellotto Rota cēſuerit in cauſa Bracharen. Præceptoriæ, hmōi Præceptorias eſſe manuales.

3 Non obſtat, quod cum huiuſmodi materia reguletur ſecundum terminos, l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Bald. in l. 2. nu. 65. C. de ſeruit. & aq. Abb. in cap. conſtitutus el 2. ante n. 15. de appell. Mohed. deciſ. 13. vt lite penden. non debent admitti exceptiones requirentes altiorem indaginem, vt per Doctores in dicta l. fi. Neuiz. conſil. 56. num. 3. Quia Honofrius obtulit ſe incontinenti probare iſtam exceptionem, quæ erat neceſſariò admittenda, quia ſicut executor aſſumpſit partes iudicis in admittendo probationem, quæ offerebatur incontinenti ſuper excluſione reſeruationis, & ſubreptione Breuis, quia intentio Papæ in iſtis Breuib. eſt, ꝙ cognoſcatur plenè, an adſit reſeruatio, & non vult ligare manus partis, quod non poſſit excludere reſeruationem docendo, quod beneficium non cadat ſub regula, & videmus, quod exceptio dominij incontinenti probanda opponi poteſt contra agentem remedio dictæ l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. & impedit immiſſionem, quia excludit intentionem actoris. Bart. in dicta l. vltima num. 21. & ibi Dec. num. 43. Put. deciſ. 316. lib. 1. Et fuit reſolutum in cauſa Ariminen. 27. Octobris 1586. coram bo. me. Bubalo, & propterea cum exequutor grauauerit reſpectu clauſulæ Conſtito, ab eius ſententia dabatur appellatio,

licet materia eſſet alias inappellabilis ex alleg. per Modern. in l. vnica. limit. 9. per tot. C. ſi de mom. poſſ. & in tali caſu appellatio operatur effectum ſuſpenſiuum. Aufrer. ad Cappel. Tholoſ. deciſ. vlt, Oſaſch, deciſ. 25. num. 22. Lancell. de attent. par. 2. limit. 25. num. 15. Et ideo geſta appellatione pendente cauſant attentata toto titulo, vt lite penden. & iſte etiam eſt ſenſus, & ſtylus Signaturæ, quæ quando iudex grauauit ſolet committere cauſam appellationis at ſententia ſuper executione Breuis ſimpliciter, vel cum clauſula arbitrio Rotæ.

4 Hinc etiam videmus, quod datur actio ſpolij ei, qui cecidit à poſſeſſione facto iudicis ſi clauſula Conſtito, appoſita in Breui non fuit iuſtificata, vt fuit reſolutum in cauſa Cordubẽſis portionis. 15. Nouembris 1557. coram Domino de Rubeis, quæ non daretur ſi materia eſſet inappellabilis, etiã quando iudex grauat in non verificatione clauſulæ Conſtito.

5 Nec releuat, quod in Breui adſit clauſula appellatione poſtpoſita, quia hæc clauſula eſt poſita in alia clauſula Contradictores, &c. & ideo intelligitur, quo ad contradictores de facto, ſecus, quo ad contradictores, de iure, qualis erat Honoprius. Franc. in cap. 1. ad finem. princ. verſ. vel poterit, de conceſs. præben. in 6. Put. deciſ. 271. num. 6. lib. 3. Acchill. deciſ. 4. num. 11. de ſenten. excommun. & fuit pluries reſolutum, & nouiſſimè in cauſa Calaguritana de Maeſtù 18. Aprilis 1603. coram R.P.D. meo Lancellotto.

6 Nec facit alia clauſula, Citra vitium ſpolij, quia tanquam acceſſoria recipit conditiones Breuis, & intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatum. Put. deciſ. 1. lib. 1. & fuit reſolutum in cauſa Vicenſis beneficij S. Martini 20. Februarij 1600. Coram Domino meo Cardinali Pamphilio, vbi aliæ deciſiones allegantur.

Minus etiam facit, quod quando pars conſenſit executioni, non poteſt dare de attentatis. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 6. quia Honophtius non conſenſit executioni, & contrarium conſtat ex inſtrumento dato per notarium rogatum quicquid dicat aliud inſtrumentum, quia vt fatetur ipſemet notarius, fuit deceptus ab illo, qui inſtrumentum exemplauit.

R. P. D. SACRATO.

Num. X.

IANVENSIS.

Lunæ 23. Martij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Rota cauſa commiſſa non potuit alter adiri abſque vitio attentatorum, etiã in concernentibus, & dependentibus ab articulo appellationis, ibi nu. ij.*

3 *Appellatio operatur deuolutionem omniũ ad iudicem ad quẽ quãdo eſt ſimplex.*

4 *Appellatio interponi poteſt in parte, & partibus præiudicialibus.*

1 FVit dictũ ſententiam Aud. C. quę condẽnat D. Io. Baptiſtã ad ſoluẽdũ D. Vi
ctorio annuã penſionem ducatorũ 100.
fuiſſe attentatam. Cum enim Archiepſ
Gauij iudex compromiſſarius inter d. par
tes pronunciaſſet inter alia etiã ſuper hac
penſione, & cauſa appellationis a d. ſentẽ
tia fuerit cõmiſſa in Rota, nõ poterat ſine
vitio attentatorũ per ipſummet Victoriũ
qui cauſã in Rota obtinuit innouari, qui
propterea dicitur fuiſſe in maiori culpa.
Rot. dec. 6. eod. tit. Non obſtat diuerſitas
cauſæ, quæ prætenditur ex eo, ꝙ articulus
huius penſionis non contineretur in com
promiſſio facto in Gauiſi, tanquam alias
prius terminatum per laudum Turrilliæ
acceptatum à partibus, quia ſufficit ꝙ articulus contineatur in appellatione ad ef
fectum, vt geſta circa illam dicantur at-
3 tentata. Achil. dec. 32. de atten. Nec vide
tur dubitandũ, articulum penſionis conti
neri in appellatione. Cũ enim penſionem
contineat ſententia, & ad ſententiã ſe referat appellatio, merito dicendũ videtur
articulũ penſionis eſſe in appellatione tã
quã qualitas, ſiue pars ſententiæ relatæ, l.
aſſe toto, ff. de hered. inſtit. cum concord.
per Pariſ. conſ. 16. n. 5. li. 2. & ad hoc ꝙ ap
pellatio ſimpliciter interpoſita operetur
deuolutionẽ omnium ad iudicẽ ad quem
facit tex. in l. eos, la 1. in princ. C. de app.
Stãtibus maximè clauſulis, de quibus in
hoc reſcripto, nẽpe vna cum incident, e-
mergent annexis, & connexis, ac toto ne-
gocio principali ex not. per Veſt. in prax.
4 lib. 3. c. 9. n. 11. Non obſtat ꝙ ſententia in
ea parte in qua tractat de pẽſione eſſet ad
fauorem Victorij appellantis, quia non
eſt

Digitized by Google

eſt nouum, quod quis appellet à ſententia pro ſe lata. Bald. in l. præſes, num. 4. C. de ſenten. & re Iud. Rom. ſing. 375. incipien. Sententia lata, & propterea inoleuit praxis appellandi tantum in parte, & partibus contra ſe facientibus, quia alias appellans ſimpliciter à ſententia petens illam reuocari videtur intelligere de tota, Rom. in l. ſi in rem verſo vbi Bart. & alij, ff. de rei vendic. & facit, l. eos. C. de appellat.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.
Num. XI.
CONCHEN. DECIMARVM
de Belmonte.
Veneris 18. Maij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, non poteſt inferior niſi attentate ſe intromittere.*

DOmini recedendo à prima parte deciſione, confirmando vero ſecundam cenſuerunt omnia acta facta fuiſſe
1 attentata, Fundamentum deciſionis reſpectu prioris capitis fuit, quia cum fuiſſet appellatum ad Sedem Apoſtolicam non poterat aliquis ſe intromittere, quando enim ad plures appellatur, quorum vnus eſt ſuperior, alius inferior hic, non poteſt ſe ingerere, cum iuriſdictio ſuperioris abſorbeat iuriſdictionem inferioris, Nec attenditur preuentio in appellando, aut committendo, iuxta not. in cap. ſi duobus, & ibi Abb. num. 2. & 3. Franc. num. 2. Præpoſ. num. 3. Dec. in ſeptimo notabili, de appellat. cap. ſolicitudinem cum ibi not. eodem titulo. Lancellotus de attentatis appellatione pendente, ampliat. 21. Tanto magis, quia Capitulum Concheníe, præuenit Capitulum de Belmonte, in committendo cauſam ſuæ appellationis contra Capitulũ, oblatæ, de appel. ita vt, pro pterea non potuerit verè, in cauſa ſuæ appellationis, ſtãtibus proteſtationibus, procedere, abſque vitio nullitatis, nec Commiſſio tanquam ſubreptitia ei tribueret iuriſdictionem. Biſignet. deciſ. 13. de reſcrip. Rota dec. 48. eod. titulo in antiquis, Creſcent. deciſ. 4. de reſcript. & 9. de appellat. Put. deciſ. 241. lib. 2.

COMMISS. TENOR VRBIS.

BEATISSIME Pater. Lata ſententia per R. P. D. N. in cauſa, & cauſis coram eo pendentibus inter deuotum S. V. Oratorem A. ad fauorem B. in qua ipſum Oratorem condemnauit ad illi dandũ, & ſoluendũ ſcuta 100. Licet nulliter, & iniuſte, ac aliter pro vt in actis intra legitima tempora fuit ad S. V. & S. Sedẽ Apoſtolicã appellatum, & de nullitate dictũ, & vigore ſpecialis com miſſionis cauſa præfata demandata fuit R. P. D. C. qui in forma inhibuit, verum, quia dicta inhibitione non obſtante, & in illius ſpretum B. aduerſarius attentando, & innouando ad præfati prætenſi mãdati exequutionẽ proceſſit, licet nulliter, & inique: Ideo cũ valde S. V. Oratoris huiuſmodi attentata via iuris reuocare interſit, Supplicat S. V. quatenus cauſam, & cauſas attentatorũ, & innouatorũ, necnon in poſterum attentandorũ quã, & quas eidẽ R. P. D. C. cuius maieſtas, & iuriſdictio fuit læſa, ac inhibitio ſpreta, prout iuris fuerit committere, & mandare dignetur. Cum poteſtate citandi, & inhibendi in Curia, & extra, etiam ſub cẽſuris, & pœnis Eccleſiaſticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis. Contradictores, & rebelles pœnas præfatas incurriſſe declarandi, grauandi, & regrauandi, ſeruata forma Concilij Tridentini, Inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, attentata, & inuouata, ac attendenda, & innouanda in primis, & ante omnia pro ut de iure, reuocandi, cæteraque alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea quomodolibet fuerint neceſſaria, & opportuna. Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, &c. cæteriſque contrarijs non obſtantibus, quorum tenores, &c.

Si vero fuerit cauſa in Rota cõmiſſa de illa fiat ſimili modo mentio, vti etiam ſi fuerit beneficialis, vel alia, addendo clauſulam. Verũ, quia inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta venit timenda, alias

facit attentata, ſi illi non pareat. Ideo, &c. ſi fuerit extra curiam, ponatur in fine Commiſſionis clauſula, & narret factum, &c.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, & per Breue S.V.

COMMISS. VRBIS.
Super alienatione rei litigioſæ.

BEatiſſime Pater. Vertente lite, & cauſa inter S. V. Oratorem A. ex vna contra B. ex alia coram R.P.D. Auditori Cameræ, vel eius in ciuilibus Locumtenen. ſuper quadã domo, prout latius in actis cauſæ, & cauſarum hmôi continetur, idem B. non minus nulliter, quam iniquè pœnam litigioſi committendo, dictam domum attentando, & innouando cuidam, C. alienauit, ſiue in ſolutum dedit, ſiue ceſſit. Verum, quia cecidit à iure ſuo, & valde Oratoris intereſt huiuſmodi attentata, & innouata, quanto citius via iuris reuocari. Ideo dignetur S.V. eidem R. P. D. Auditori Cameræ cauſam, & cauſas huiuſmodi attentatorum, vt innouatorum, ac vitij litigioſi, cuius maieſtas ſpreta fuit pro ut de iure committere, & mandare, qui conſtito de præmiſſis, ſummariè, & quantum ſibi ſufficere videbitur, ad illius, ſeu illorum reuocationem, in primis, & ante omnia, prout iuris fuerit, procedat, procedique mandet, & faciat. Cum poteſtate citandi, & inhibendi.

DE COMMISSIONE Super Deſertione Cauſarum.

SVMMARIVM.

§. I.

1 *DESERTA cauſa, lis extincta erit.*

2 *Deſerta cauſa, in dubio dici non debet.*

3 *Deſerta an dicatur cauſa beneficialis in Rota in qua per decem & octo annos nil actum fuit.*

Quod ſic tenuit tempore Caſſadori.

Diſtinxit poſtea Rota, & num iiij.

5 *Deſerta cauſa, quando ob non ius dicatur.*

6 *Deſertio nocet habenti ius bonum, & conſiderabile.*

7 *Ceſſatio litis per decem annos, litigantem calumnioſum præſumit.*

8 *Lis in Romana Curia triginta annorum ſpatio finitur, & quando.*

9 *Deſerta ut dicatur cauſa, decem requirit, ut hic.*

Primo ſi appellatio non fuerit in tempore proſequuta, & nu. x.

11 *Deſerta cauſa infra annũ, ne detur biennium, quando ſit.*

12 *Deſerta appellatio dicitur, ſi infra annum cauſa non ſit commiſſa, uel aliquid actum.*

13 *Concordia tractata pendente, an interim deſeratur cauſa.*

14 *Deſerta lis dicitur, ſi per uiginti quinque annos taceatur.*

15 *Deſerta dicitur cauſa citatione per triginta, uel triginta quinque annos ad ſummum non reproducta.*

Secundo, cauſa erit deſerta, ſi in termino non præſentauit acta. nu. xvi.

17 *Acta integre non fore tranſportata, quis probare tenetur.*

18 *Iudex non poteſt ſe fundare ſuper proceſſu, cuius copia parti non ſit data.*

19 *Acta facta cum procuratore fiſcali, non probant in cauſa ciuili.*

20 *Acta parte non citata producta, quando annullent proceſſum, nec ne.*

21 *Commiſſio præfixionis termini ad acta producendum datur appellanti, inſtante appellato.*

Tertio, ſi breuiorem terminum iudex ad cauſam proſequendam ſtatuat, num. xxij.

Quarto, ſi pro Apoſtolis non ſit redditum, num. xxiij.

Quinto, ſi non potuit facta diligentia in perquirendo habere copiã iudici à quo, num. xxiiij.

Sexto, quando ſtatuto die ad redeundum pro Apoſtolis, non reddat pro eis, num. xxv.

Septi-

Septimo, quando ab interloquutoria prouocauit, & iudex appellationi non detulit, num. xxvi.

Octauo, innouante appellãte in praiudicium, appellationis pendentis, nu. xxvij.

Nono, ſi appellatione interpoſita ad ſoluendum, appellans, terminum capiat. num. xxviij.

Decimo, comparente ſimpliciter appellante coram iudice à quo, nu. xxix.

Vndecimo, addo non ſeruata forma a ſtatuto, uel conſtitutione data, num. xxx.

Duodecimo, ſi Apoſtoli infra menſem ſolemniter non ſint petiti, nu. xxxi.

Decimo tertio, quando appellans aliam uiam diuerſam, ab appellatione ſumat. num. xxxij.

Decimo quarto, ſi infra annum cauſa negligentia appellantis non fuerit finita, ſecus ſi ex legitimo impedimento, num. xxxiij.

Decimo quinto, dicitur cauſa finita ob fatalium lapſum, num. xxxiiij.

Decimo ſexto, ſi infra decem dies, ſaltem in undecimo cauſa appellationis non ſit commiſſi, num. xxxv.

36 *Deſertio appellationis, vbi in iure fundetur.*

37 *Deſertia, multis modis excuſatur.*

38 *Commiſſione in Bancho Curſorum, infra decem dies exiſtente excuſat à deſertione.*

39 *Deſerta dicitur cauſa, ſi datis reuerentialibus infra decem dies cauſa non ſit commiſſa.*

40 *Regens Cancellariæ prouidet, quando in termino decem dierum commiſſio expediri nequit, & quomodo.*

41 *Appellatio, quando pro deſerta fuerit habita.*

42 *Cautela de non præiudicando appellationi, dum comparet pars appellans coram iudice à quo.*

Declara locum habere in principali, non in procuratore, ibi.

43 *Appellationi terminum prorogari petendo, quando non ſit renunciatum.*

44 *Appellationi per actum nullum coram iudice à quo, factum non dicitur renunciatum.*

45 *Appellationi non cenſetur renunciatum, ſi ad appellationem validandam coram iudice à quo, teſtes affuturi, uel ualetudinarij examinari inſtatur.*

46 *Deſerta cauſa non dicitur quando iudex culpa ſua, uel appellati non proceſſit.*

47 *Sententia ſuper deſertione cauſæ, quando ſit interloquutoria, uel diffinitiua.*

48 *Reponere iudex à declaratione deſertionis cauſa, quando poſſit.*

40 *Citatio partis requiritur in repoſitione à decreto deſertionis.*

50 *Deuoluta ad unum cauſa, ad alium non poteſt prouocari.*

51 *Appellatio in cauſis beneficialibus extra iudicialis parte præſente ad Ro. Cur. cauſam deuoluit.*

52 *Appellatio à pronuncia deſertionis cauſæ non denegatur, quando principaliter.*

53 *Iudex ad quem pronuntians ſententiam iudicis à quo deſertã, non eſt amplius iudex in cauſa etiam ſi adeſſet clauſula in commiſſione cum toto negotio principali.*

54 *Iudex à quo appellationi non deferens iuriſdictionem reaſſumere poteſt, ſi ab interloquutoria prouocatum, ſecus ſi detulerit, ibi.*

55 *Deſerta appellatione iudex à quo iuriſdictionem reaſſumit.*

56 *Appellationi renunciatur, comparendo ſponte coram iudice à quo, & quando non.*

57 *Deſertam non fore appellationem, ſi iudex pronunciet, erit interloquutoria.*

58 *Lapſus termini in ſecunda inſtantia, confirmat primam ſententiam.*

59 *Deſerta appellatione iudex ad quem deſiit eſſe iudex, & quare.*

60 *Deſerere, & derelinquere inter ſe differunt.*

61 *Commiſſio appellationis in ultima die anni ſi nil aliud factum ſit non excuſat à deſertione.*

62 *Deſertam cauſam iudex declarando, exequutioni conſequenter locum fore dicit.*

63 *Regulæ dies termini computatur in termini declaratio.*

64 *Appellatio extraiudicialis legitime inti-*

mata

mata, ſi deſeratur cauſa deſeretur in Curia.

65 *Iudex deſertam cauſam pronuncianda partem in expenſis condemnare valet.*

66 *Deſerta cauſa, ſi coram iudice ad quem deſertionem non opponendo agi patiatur, an teneat proceſſus, & ſibi praeiudicet.*

67 *Deſerta appellatione, appellans expenſarum eſt reus, ſi in termino ab homine dato non comparet.*

68 *Deſerta cauſa contra iudicem qui inique pronunciauit agere poteſt ſuccumbens.*

69 *Negligens in appellatione committenda, qui ſit, eſt iudici arbitrarium.*

70 *Deſerta appellatione non tollitur nullitas.*

71 *Appellatio ſemper eſt permiſſa, niſi ſpecialiter prohibeatur.*

72 *Deſerta appellatione agitur ex prima ſententia.*

73 *Sententia ſuper deſertione cauſa, eſt interloquutoria, & citatio requiritur.*

74 *Triginta annorum ſpatio omnes actiones ceſſant, & praeſcribuntur.*

75 *Deſertio quando non excuſetur per praeſentatum D. Regentis Cancellariae.*

76 *Appellatio detur à ſententia ſuper legitimitate perſona.*

77 *Appellatio datur à pronuncia teſtes fore admittendos.*

78 *Appellatio datur ſi iudex ſe competentem dicat.*

79 *Iudex à quo appellanti terminum prorogare poteſt.*

80 *Deſertio appellationis primam confirmat ſententiam.*

81 *Iudex à quo, reſeruando ſibi nullitatis cognitionem, cauſam non deuoluit.*

82 *Iudex a quo ſuper deſertione, vel nullitate pronunciare nequit.*

83 *Deſerta appellatione non eſt deſerta cauſa nullitatis.*

84 *Deſerta cauſa, quando iudicata per Signaturam non fuit, ommiſſis diligentijs.*

85 *Cedulam appellationis tempore debito in actis notarij fuiſſe de ſtylo ſufficit pro valida appellatione.*

CAP. III. S. I.

1 DESERTIONEM
cauſæ litem extingue-
re, dixere Lancellot.
de attent. lit. penden.
in præfat. cap. 4. nu.
287. & Gomeſ. ſu-
per regul. Cancellar.
de trienn. poſs. quæſt. 54. Ac quare
litigantes lites deſerant, tradit Felin. in
capitulo illud, numero nono. verſiculo
temporum enim, de præſcript. ad quem
2 te remitto. † Licet in dubio non eſſe
cauſam deſertam, neque id præſumendũ
aſſerat. Alex. in l. fin. S. ſi quis, vbi, nu.
2. Iaſ. num. 17. & in Auth. ad hæc, C. de
iudic. Caſſad. Deciſ. 4. in fi. & deciſ. 10.
de appell. Quare multoties, ob procura-
torum incuriam, vel alijs de cauſis, deſer
ta lis remanet, ob id, ſi quis introduxit li-
3 tem in ſacro Rotæ Auditorio, vel alibi,
& ſtetit in Rota per multos annos, puta
xviij. quod nihil fecerit in cauſa, an ex
præmiſſis dicatur deſerta, adeo, quod in
beneficialibus, abſque vitio litigioſi illud
conferri valeat, ſicque alij litigantes,
bona, de quibus agitur alienare, vel ſi-
milia facere poſsint, & Caſſad. dec. 5. per
tot. vt lit. pend. dicit, pro parte affirmati-
ua ſuo tempore Rotam tenuiſſe, ac incli-
naſſe, motam ratione, quia ſi ceſſatio per
decem annos calumniæ ſuſpitionem in-
ducit, multo magis, quando tantum tem-
pus effluxum erit, quia ſi bonum ius a-
gens foueret, cauſam pro derelicta ha-
buiſſe, cogitandum non venit, cum nemo
ſuum iactare præſumatur, quinimo dicen
dum eſt, quod liuore conſcientiæ motus,
ſuique conſcius, & ad cor rediens, de
iure ſuo diffidens, nolens amplius colliti-
gantem vexare, à lite ceſſauerit, quod
habetur pro conſenſu, ſtante temporis
lapſu, & taciturnitate, vt late in dicta
4 deciſione. † Sed poſtea denuo eodem du
bio in Rota propoſito, declarauit talem
Caſſad. dec. procedere, quando nihil per
longum tempus actum eſſet, & de non
iure mouentis litem conſtaret, aut alias
ab initio de calumnia. At vbi de aliquo
iure apparet, ſeu de probabili dubió ab
initio, tunc Domini de Rota magis anti-
quis deciſionibus ſtandum fore tenue-

runt

Digitized by Google

runt, quę nullo tempore litem finiri decla
rarunt, moti ex regula, quod de iure Ca-
nonico inſtantia, ſaltim vſque ad triginta
annos, duret, vt per Achil. deciſ. 7. vt lit.
pend. Quamuis inter ſe certent noſtri iu-
ris interpetres an de iure Canonico in-
ſtantia ſit perpetua, & affirmatiuam te-
neat, text. in cap. venerabilem, de iudic.
Ang. conſil. 124. verſ. ad quartum, in fin.
Fulgoſ. conſil. 8. in fin. Alex. conſil. 23.
num. 2. volum. 3. & alij. Contrariam ſen
tentiam amplectuntur Rom. conſil. 120.
num. 12. ea ratione, quia vt lites finiantur
cordi Papę eſſe debet. Alex. conſil. 23.
num. 2. volum. 3. vt late per Illuſtriſſi-
mum, & Reuerendiſſimum D. Cardina-
lem Tuſcum Pract. Concl. Iur. in verbo
Inſtantia, concl. 202. Tractans concl. ſeq.
203. quanta ſit de iure ciuili, quod ceſſat,
exiſtente aliquo actu poſitiuo, vel noti-
tia non iuris, & hoc quantum ad inducen
dam deſertionem, quia requiritur ad in-
ducendam illam actus poſitiuus, quia eſt
articulus regulatus à calumnia, vt ibi A-
5 chil. num. 4. & Caſſad. nu. 4. At circa non
ius, an cauſa pro deſerta habeatur, Rota
tres caſus firmaſſe, eodem loco Achil. te-
ſtatur, nu. 7. dicens. Primus, quando ab
initio conſtaret de non iure probabili, &
tunc ſolus curſus temporis facit deſertio-
nem præſumere. Secundus caſus eſt, quã-
do ab initio conſtat de iure probabili, &
nondum conſtat de iniuſtitia illius iuris,
& tũc ex ſolo curſu temporis, nec finitur
nec deſeritur lis. Tertius caſus eſt, quan-
do hodie ex retroactis conſtaret, de in-
iuſtitia illius iuris dubitabilis ab initio, &
tunc denuo ſubdiſtinguit, quod, aut ad
effectum deſertionis pręſumendæ, aut ad
impediendum ordinarium, ſeu calum-
niam inducendam, & primo caſu, ſi po-
teſt conſiderari aliqua coniectura poſiti-
ua, ex qua poſſit dari vehemens opinio
negligentis de ſua iniuſtitia, & eo caſu
concurrente veritate erit locus, conſil.
Anchar. 154. vt ex retro pręſumamus.
Aut vero non datur niſi negligentia, &
curſus temporis, tunque animum durare
etiam poſt longum tempus, præſumitur,
& voluntatem non mutari, nec quem
ſuum ius derelinquere, ſciens illud dura-
re, vt late ibi Achil. nu. 7. ad fin. Quare id
ſemper etiam poſt ordinarij, collatio-
nem probari poterit, quia ſicut prouiſus
a Papa poteſt dare de lite; ita de non lite
prouiſus, ab ordinario, vt Achil. deciſ.
6 9. eodem tit. Sed maxima eſt differentia
inter deſertionem litis, & ceſſationem à
lite. Nam nocet deſertio habenti bonum,
& indubitabile ius, vt tollat litis effectũ,
& propterea ex ſolo temporis curſu ſine
coniecturis, niſi per triginta annos, vel ſi
ex minori tempore, tunc requiruntur cõ-
7 iecturæ. Ceſſatio autem, quæ ſecundum
aliquos appellabatur differre in litem, l.
deſtitiſſe. C. de iudic. vel illam non pro-
ſequi, l. non ignorat, C. de fruct. & lit. ex-
penſ. abſq; coniecturis, & per curſum de-
cem annorum facit, quod lex calumnio-
ſum litigantem præſumat, & ita Dominos
de Rota in maiori parte tenuiſſe, teſtatur
Achil. deciſ. 10. nu. 4. eod. tit. vt lit. pen-
8 den. & dum Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. aſſe-
rit, quod in Curia triginta annorum ſpa-
tio lis finiatur, vt in deciſione ſupradicta
allegata, num. 7. declaratur eius dictum
procedere, quando conſtaret de iure,
vel probabili dubio non proſequentis, a-
lias ſi non conſtaret ad effectũ calumniæ,
vel diffinitiuę coniecturandæ, ex non iu-
re, tunc ceſſatio per decem annos erit
9 in conſideratione. Decem autem in hoc
caſus connumerat Marant. in ſua praxi,
par. 6. in verb. & quandoq; appellatur,
10 num. 408. Primo, ſi appellatio non fuerit
in tempore proſequuta, nam tunc etiam
tranſit in iudicatum, cap. 1. de mut. pet.
Rot. diuerſ. deciſ. 119. nu. 12. par. 2. puta
infra annum, ſiue biennium, ex cauſa,
11 Achil. deciſ. 12. de appell. Vnde ſi cauſa
appellationis infra annum non ſit com-
miſſa, nec aliquid actum, appellatio de-
ſerta remanebit, Clem. ſicut. de appell.
12 Nec facit ſi hoc medio tempore concor-
dia tractetur, & interim cauſa deſeratur.
Quia DD. loquuntur in compromiſſo, &
licet Ant. Aug. in Epit. tit. de deſert. §. 82.
dicat, fuiſſe reſolutum, quod non currant
fatalia dum concordia tractatur, Tamen
contrarium tenet, quod non ſequitur
And. Gayl. obſeruant. lib. 1. obſeru. 140.
Præterea præmiſſa procedunt, quando
partes dant facultatem alicui faciendi cõ
cordiam, vt per Alex. conſil. 71. num. 9.
volum. 3. quem ſequitur. Dec. in cap. ex
ratione num. 19. & ſeq. de appell. Et quã-
do

do nec do voluntate, neque de conſenſu
illorũ tractata ſit concordia, ſed ex ſe tan
quam amicus aliquis in illa ſe ingerat,
neque de tali conſenſu, & facultate appa-
reat, non excuſatur cauſa à deſertione,
Rota coram Domino Litta in vna Ro-
mana Pecuniaria 17. Maij 1595.

Vide hãc decis. D. Littæ in fine cap. nu. 1.

13 † Quod tamen declara de anno, in
quo committitur tantum cauſa, & nihil fit,
quando emanauit citatio, vel inhibitio,
tunc non deſeritur, niſi per biennium,
Thom. Faſtol. dub. 37. Achil. ibi dec. 11.
num. 1. de appel. De quo late Cacheran-
ticulum diſputans contra Bart. ſententiã
in Auth. ei qui in fin. C. de temp. appell.
& deciſ. Pedem. 28. num. 1. & ſeq. Quam-
uis de iure Canonico, vt habetur in cap.
fin. 2. q. 6. annus computetur, intra quem
cauſam committere, vel proſequi debeat,
& ſi iuſta intercedat excuſatio, vel cauſa,
alter annus, quo lapſo litè non completa;
ſententia rata manet, quamuis ibi Gloſſ.
in verbo annus dicat, ſi ad alium, quam
ad Principem prouocetur, ſit menſis da-
re ſi a delegato, qui nõ recepit appellatio
nem, tres menſes dantur, ſi à pedaneis iu-
14 dicibus, duo menſes cõcedantur. Vnde ſi
poſt præmiſſa tacuerit per 25. annos, eo-
dem modo liti renunciaſſe videtur, ac ſi
expreſſe renunciatum eſſet, (vt dixi) quia
de iure ſuo diffidere apparet, & ſicut ab
ea receſſum per expreſſam renunciatio-
nem, cum extinctione erat, ita etiam pa-
ri modo per iſtam tacitam, quia lis ca-
lumnioſa, litis effectu caret, Put. 245. nu.
1. & 3. par. 2. Sed cum ſupra relata di-
ſtinctione tranſeundo, recentius Rota
15 cenſuit. Præterea ſi citatio, cum inhibi-
tione exequuta nõ reproducatur per 30.
vel 35. annos ad ſummum, pariter cau-
ſa cenſenda erit derelicta, vt idem Put.
deciſ. 528. ſeu vlt. par. 2. Caſſad. dec. 3.
16 vt lit. pend. Secunda erit cauſa deſerta,
quando in termino appellans, non præ-
ſentauit proceſſum ſiſtẽdo coram iudice
ad quem, cap. perſona, & cap. ſæpe de
re iudic. Matheſil. ſing. 21. Bal. & DD.
in l. ſi meſſis, C. de appell. Quod limita,
vt per Rimin. Senio. conſ. 304. num. 11.
17 Ideo, ſi appellans, qui ex ſacri Concilij
diſpoſitione illum integrè aſportare te-
netur, iudici, ad quem non exhibuerit,
vel exhiberi non curauerit, pariter cauſa
remanebit deſerta, quia ſi conſtat de pro
ductione actorum, omnia adeſſe præſu-
18 muntur. Adeo, quod aſſerens contrariũ,
ſuam intentionem probare tenetur, Rot.
diuerſ. parte prima, deciſ. 63. num. 4. licet
iudex non poſſit ſe fundare ſuper produ-
ctione proceſſus, cuius copia parti non
fuerit data, & eo magis, quando pars
deuenit ad ſpecialem productionem par-
ticularium ſcripturarum, dec. diuerſ. ead.
par. 1. 445. vbi num. 3. dicit acta facta in
alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas
niſi producantur, non probare, quia tunc
ſcripturæ ſunt de actis, quando copia
parti datur. Hinc eſt, quod actus facti
cum procuratore fiſcali in iudicio crimi-
19 nali, non probant in cauſa ciuili, ita, vt iu
dex ex illis moueri debeat, Bald. in l. 2.
num. 19. vbi Dec. num. 44. C. de edend.
Felin. in cap. cauſamque, el primo, num.
14. de teſt. Bar. in l. 2. §. hoc edicto, num.
5. ff. de vi bon. rapt. Capic. dec. 107. nu. 3.
20 & dicta deciſ. num. 5. † Et inconſequens,
ſi producantur parte nón legitime citata,
non annullánt proceſſum, quando con-
ſtat proceſſum primæ inſtantiæ produ-
ctum fuiſſe, ex quo apparet de re iudica-
ta, tunc autem ſunt nulla, vel quando
conſtat non fuiſſe tranſportata, vel quan-
do ſumus in diuerſa cauſa, Bart. in l. na-
turaliter, §. nihil commune, num. 33. ff.
de acquir. poſſ. Felin. in cap. Eccleſiæ ſan-
ctæ Mariæ, num. 6. de conſtit. Rot. diuerſ.
21 par. 1. deciſ. 168. num. 1. † Et quia multi
malitioſi, commiſſa cauſa appellationis
poſſidendo, non curant tranſportare
acta. Sed inhibitione eſequuta, ſilent, ideo
ad conſulendum indemnitati appellati,
commiſſio datur in qua terminus ad trãſ-
portandum acta appellanti aſſignatur,
quo elapſo, & ipſis non tranſportatis, iu-
dici ad quem mandatur, quod ſuam mo-
deretur inhibitionem, vt alio loco abun-
dantius dixi, quæ commiſſio videtur quo
dammodo fundata in cap. lator. qui fil.
ſint legit.
22 † Tertio, ſi iudex, à quo ad illam pro-
ſequẽdam breuiorem terminum ſtatuat,
quia ſi in illo termino cauſam non proſe-
quatur, inducitur deſertio. Sed credo in
hoc Marant. erraſſe, & dicere voluiſſe ad
cauſam committendam, quo caſu ſufficit
iter arripere, vt dixi, quia iudex, à quo,

quan-

quando a ſe iuriſdictionem abdicat, non poteſt ad cauſam proſequendam, vel finiendam iudici, ad quem terminum ſtatuere, licet quando iudex, a quo ſtatuit breuiorem terminum, poſſit appellari,
23 vt tangam. Quarto pariter cauſa remanet deſerta, ſi pro apoſtolis reditum non fuerit (vt dixi ſupra) quando de illis loquutus ſum, debet autem pro illis in termino iuris redire, ac infra 30. dies cauſam appellationis committi curare. Veral.dec.38.par.1.Creſc.deciſ.2. de appel.
24 deciſ. 54. de appellat. in antiqu. Quinto pariter ſi non potuerit habere copiam iudicis ad quem, licet diligentiam fecerit in perquirendo. Vnde ſi ſtante abſentia faceret proteſtationem, & eas, quas potuit diligentias,& quod per ipſum non ſtabat, tunc durante abſentia, talis proteſtatio erit ſibi adiumento. Sed ſi eo reuerſo opportune non inſtet pro expeditione, cauſa remanebit deſerta,& appellatio quoq; non obſtante priori impedimento, Alex.conſ.19.nu.3. & 5. vol. 1.
25 Sextus caſus, ſi appellanti iudex a quo ad recipiendum apoſtolos terminum pro tali die, & appellans pro tali die nõ com
26 paruerit, tunc etiam deſerta erit. Septimo, quando appellauit ab interloquutoria, & iudex appellationem non admiſit, nam ſi tunc a non admiſſione non appelletur cauſa erit deſerta, quamuis in c.fin. de loca.& cond.in 6.caueatur quod ſi litigator querat recedere a iudice per appellationem ab interloquutoria,abſq; alia citatione poſſit deuenire iudex ad ſententiam, & proceſſus validus erit, vt forma-
27 liter ibi in tex. dicitur. Octauo, quando appellans appellatione pendente, aliquid attentat, vel innouat in præiudicium ad-
28 uerſarij appellati,illum ſpoliando. Nono, quando appellans poſt interpoſitam appellationem terminum ſuſcipit ad ſoluendũ id,quod in ſententia continetur,quia, cum illi acquieſcat, appellationem de-
29 ſeruiſſe cenſetur. Decimo pariter, quando appellans poſt interpoſitam appellationem coram iudice a quo, ſimpliciter comparet, & ex hoc actu cenſetur cauſam deſerere, ac ſimiliter appellationi renunciare voluiſſe, cap. ſollicitudinem,de app. & quomodo iſtud vltimũ intelligatur,& procedat. Vide latè, & etiam circa præmiſſa.ibid.Marant.a num.408.vſque ad nu.425.

30 Vndecimo addo,quod deſertio appellationis inducatur,ſi non eſt obſeruata forma ſtatuti, vel conſtitutionis, quod omnis appellatio debeat peti committi infra ſex dies à die appellationis interpoſitæ,Rom.conſil.2. in princ. verſ. ex quo ſequitur Io. de Anan. conſil. 51. per tot. de ſtatuto Ciuitatis Caſtelli, & Cæſenæ, meminit Alexand. conſil. 164. num. 5. & 6. volum.2.

31 Duodecimo, ſi infra menſem non ſint petiti Apoſt li ſolemniter, quando iudex dedit terminum iuris,l.quoniam, C.de appell.vt ibi Rom.num.2.

32 Decimo tertio, quando appellans ſumit aliam viam diuerſam ab appellatione. Ideo commiſsio & proſequutio tertij ad cauſam venientis, non excuſat deſertionem, Bald.conſil.56. in princ. & in fin.volum.4.

33 Decimo quarto ſi infra annum ex appellantis negligentia finita cauſa non fuerit per ſententiam,ſecus ſi ex legitimo impedimento,ad conſil.Gemin.99.in princ. Et per biennium de iure communi, ſi cauſa appellationis non fuerit finita, deſeritur Alexan.conſil.164. num.4. volum.2. non impedito primo anno, biennium datur,nec. diligentia pro expeditione coram iudice facta, ſat erit, niſi magna ſit,& ante finem,ac in fine fatalium facta, ob id non ſufficiunt proteſtationes à principio factæ,Bald.conſil.181. num.5. verſ. quantum ad ſecundum volum.3.

34 Decimo quinto, deſeritur cauſa ob fatalium lapſum.

35 Decimo ſexto, ſi cauſa non infra decẽ dies, ſaltim in vndecimo fuerit commiſſa; & alijs modis relatis per Lancell.de attent. appell.penden. in præfat. cum late congeſtis,num.59.& multis,ſeq.quem ſi occurrat adeas, nam breuitati conſulendum cenſeo.

36 Talis autem appellationis deſertio,ſundatur in l.ſi. §.illud,C. de temp.ad appel. & in c.licet, de ſent. excom. in 6. Rota
37 dec. 119.diuerſ. p. 2. num.11. Sed deſertio multis modis ratione inopiæ, & alijs excuſari poteſt, de quibus late per Lancellot. de attentat.appellat. pendent. 12. ampl.num.49. & ſequen. cuius dicta non refero.

refero. Inter cætera ad deſertionem excuſandam ſufficit in termino 10. dierum in bancho curſorum commiſſionem eſſe, vt per dec. Creſc. 1. de appell. duplici namque ratione, quia pro non deſertione in l. 1. num. 3. ff. ſi quis caut. Secundo, quia tempus decem dierum, non ad proſequendam, neque ad finiendam cauſam, ſed ad illam inchoandam datur. Vnde, illo durante, ſat incipere eſt, etiam a commiſſione, vt ibi Creſc. nu. 3. & deciſ. 48. in antiq. de appell. & dec. 25. in nou. eod. tit. Et quamuis in termino decem dierum commiſſio non ſit in actis præſentata, tamen eam in bancho curſorum fuiſſe, ſi probetur, excuſat à deſertione, quia iam cauſa inchoata dicitur, Canon. in cap. perſonas vbi Abb. num. 8. & Fel. num. 1. ver. circa tertium, tenentes terminum ad proſequendam appellationem dari debere extra Rom. Cur. non in cauſis, quæ in ea tractantur, & quod talis terminus, etiam per iudicem a quo prorogari poſſit, vt ibi Fel. verſ. iſtum terminum. de appell. & in hoc ſat eſt præfata diligentia, quæ etiam appellāti proderit, Bellam. dec. 357. Secus autem ſi datis reuerentialibus infra decem dies cauſa commiſſa non fuerit, nec aliqua ex præfatis diligentijs facta, nam tunc erit deſerta, Cæſar de Graſ. dec. 4. de appell. & deciſ. 3. de reb. Eccleſiæ, non alie. Præterea, ſi dubitatur, quod in termino decem dierum commiſſio expediri non poſſit, aditur R. P. D. Cancellariæ Regens, qui in calce commiſſionis ponit præſentatam: quæ operatur, cum de diligentia appellantis conſtet, & reſcriptum impetrare tunc non valentis, quod per alium
40 menſem tempus illi currat, vt dixit Rota deciſ. 41. de appell. in nou. & Creſcen. deciſione 8. num. 5. eodem titulo, & eſt tantæ efficaciæ, quod à deſertione excuſat, vt per Veſtr. in ſua prax. lib. 3. cap. 3. num. 4. vt latius in cap. de Officio R.P.D. Cancellariæ Regentis, ſupra par. 1. retuli licet, quæuis alia diligentia, etiam quod commiſſio non eſſet infra decem dies redempta, & in manu ſignatoris non ſufficeret ad deſertionem euitandam. Put. dec. 228. par. 1. Tamen idem Put. deciſ. 389. par. 2. & Caſſad. deciſ. 4. de appell. firmat, quod pro deſerta fuit appella-
41 tio habita. Quia ille, qui commiſſionem obtinuerat, ſtetit per viginti tres dies ante quam illam de manibus Curſorum redimeret, non obſtante, quod infra decem dies in ea per D. Regentem fuerit appoſita præſentata, & ea forſan ratione Rota mota fuit, quia in totum triginta dies erant lapſi, quod verum non credo; nam Rota teſte, eod. Put. dec. 389. par. 2. tenuit talem præſentationem à deſertione appellationis vindicare, licet commiſſio ſteterit poſt præſentatam R.P.D. Regentis factam, per vigintiquinque dies in bancho curſorum, vt vbi latè cum allegatis concludit.

42 † Solent autem cauti procuratores, ne (vt dixi) comparendo coram iudice à quo videantur renunciaſſe appellationi, ſi ſimpliciter id faciunt, proteſtari, quod per talem comparitionem non intendunt appellationi interpoſitæ renunciare, de quo expreſſe proteſtantur, circa conſenſum in iuriſdictionem, &c. vt dixit Abb. in cap. ſollicitudinem, num. 3. de appellat. Achil. deciſ. 19. eodem titulo, & ratio eſt, quia ſi talis proteſtatio ommittitur, fit actus iuriſdictionalis, quod procedit, data validitate ſententiæ. Secus autem ſi eſſet nulla, quia non inducitur, ob id eius confirmatio, Gabr. lib. comm. opin. tit. de ſenten. concl. 2. num. 3. & melius, eod. tit. concluſ. 2. à num. 5. ad fin. & concluſ. 4. num. 8. de appell. Tamen præmiſſa declarauit Rota habere locum in principali, nō autem in procuratore, quia non poteſt dominio præiudicare interpoſitæ per eū appellationi renunciando, Verall. deciſ. 29. par. 1. Felin. in cap. gratum 7. limit. de offic. deleg. Alexand. conſil. 22. num.
43 15. volum. 1. † Nihilominus ſi poſt interpoſitam appellationem iudex illum grauauit, citando ad videndum ſe grauari, & regrauari, & appellans compareat, petatque terminum prorogari, non ob id renunciat appellationi, quia fecit propter metum cenſurarum, non autem animo renunciandi appellationi, vti non renunciaſſe præſumitur, cum iſte actus tendat ad remouendum grauamen. Dec. in d. cap. gratum. Innoc. in dicto cap. cum olim el tertio, ad fin. de reſtit. ſpol. Gozad. conſil. 18. num. 9. Achil. dec. 21. de appell.
44 Minus comparendo coram iudice à quo ap-

appellationi renunciatur, quando actus
factus coram iudice à quo nullum ſorti-
tur effectum, quia non nocet appellanti,
Bald. in l. nihil, §. ſi cum filius, num. 33.
in fin. ff. de inoff. teſt. Decius in cap. gra
tum, num. 23. de offic. deleg. vbi Felin.
verſ. Tertio limita. Et ita Rota cenſuit
coram Domino Oradino in vna Vlixbo-
nenſis quartariæ 4. Februarij 1558. Vt
45 pariter ſi teſtes affuturi examinentur, ſi-
ue valetudinarij ad validandam appella-
tionem, Biſign. deciſ. 15. de appell. Ro-
ta coram eodem Domino Oradino in
vna Paduana decimarum 4. Martij 1602
Secus quando fuerunt admiſſa iura, Ro-
ta deciſ. 173. de appellat. in nou. quod
procurator tacite facere poteſt. Bella-
mer. deciſ. 187.
46 † Tunc non dicitur deſerta, quando
iudex non culpa appellantis, ſed culpa
ſua, vel partis non procedit, Caſſad. deci-
ſione quinta, numero quinto, & nono,
de appell. Ceſſat namq. eo caſu negligen
tia, ob cuius odium datur, & intrat
deſertio, Caſ. de Graſ. deciſione tertia,
numero ſexto, de reſtitut. in integ. lap-
ſus termini ad docendum, non operatur
deſertionem. Sed tantum, vt iudex ad
executionem procedere poſſit. Dec. in
capitulo perſonas, numero decimo, de
appellat. Roman. conſ. 306. Rota deciſ.
47 300. num. 4. parte ſecunda, diuerſ. Sen-
tentia ſuper deſertione cauſæ interdum
pura eſt inrerloquutoria, interdum inter-
loquutoria vim habens diffinitiuæ, deciſ.
42. numero tertio, de appell. in antiq.
Quod declara procedere, quando pro-
nunciatur deſerta appellatio a diffiniti-
ua, Biſign. deciſione vigeſimaſecunda,
numero ſecundo, de appellat. Subdens,
48 quod licet pronunciatum ſit ſuper deſer-
tione appellationis, tamen ſi appellatur,
& iterum doceatur de diligeutia appellā-
tis, poterit iudex reponere, Rot. eodem
tit. in antiq. deciſ. 42. num. 1. & ſeq.
quod ſolum in Rota ſeruatur, vt in præ-
fatis deciſ. Fel. in Rub. de re iud. num. 11.
49 Ob id requiritur citatio, Gabr. comm.
opin. tit. de citar. concluſ. 1. numero 214.
50 & ſeq. Quando ad vnum cauſa erit deuo-
luta appellare ad alium non poteſt. Prępo
51 ſi. in rubr. de appell. num. 69. Appellatio
extraiudicialis in cauſis beneficialibus
parte præſente interpoſita, cauſam ad Ro
manam Curiam deuoluit, vt per Veral.
deciſ. 35. numero primo, & quinto, parte
prima, Si cauſam fore deſertam iudex
pronunciat, & ſuccumbens appellat, non
eſt ei commiſſio deneganda, deciſ. 42. nu.
2. in antiq. quod procedit in appellatione
a diffinitiua, vel diffinitiuè vim habente,
nam ſi ab interloqutoria, vel grauamine
eſſet appellatum, mera diceretur inter-
loquutoria, quia principale negotium
non finit, & poſt ſe aliam expectat ſen-
tentiam, Rot. deciſ. 12. de appellat. in
nou. Fel. in Rubr. de re iud. num. 11. Bel-
lam. deciſ. 603. Milis. in ſuo repert. in
verbo ſententia, per quam pronuncia-
ri, &c. Et id verum eſt, dummodo prin-
cipaliter ſit ſuper appellatione pronun-
ciatum, Bald. in l. poſt ſententiam, nu.
2. C. de ſent. & interloq. omn. iudic. cap.
ſignificantibus, il ſecondo, de offic. deleg.
Quia talis ſententia ſuper deſertione la-
ta, facit numerum, Theſaur. deciſ. 122.
num. 12. Et talis ſententia ſuper deſer-
tione reuocari non poteſt, Rota de-
ciſ. 9. de appellat. in nou. niſi modo
pręmiſſo.
53 Sicque, quando iudex pronunciat ap-
pellationem à ſententia primi iudicis ſo-
re deſertam, ſinit eſſe iudex, neque aliter
amplecti, & proſequi valet negotium
principale, quia cauſa reuertitur ad pri
mum iudicem, etiam ſi huic ſecundo, eſ-
ſet cauſa cum toto negotio principali
commiſſa, & prima ſententia aliam poſt
ſe expectaret. Vnde fuit interloquuto-
ria, & ſic clauſula, cum toto negotio
principali hoc caſu intelligitur in euen-
tum grauaminis, alias non, vt late Benint.
deciſ. 3. num. 2, & 3. cum add. Sed cla-
rius diſtinguit Imol. in Clem. ſicut ap-
pellationem num. 7. de appell. dicendo,
quod ſi iudex à quo appellationi non
detulit, quando ab interloquutoria ſit
prouocatum; poterit iuriſdictionem
reaſſumere, Sed ſi vere detulerit, tunc
in negotio principali id facere nequit,
cum per delationem appellationi omnem
à ſe abdicauerit iuriſdictionem, & co-
gnitionem in ſuperiorem transtulerit, c.
cum appellationibus, de appellat. in 6.

55 † Vt in ſimili dicendum eſt, quando
iudex ad quem appellationem interpo-
ſitam fore dixerit, quod iudex à quo ni-
ſi denuo committatur, in cauſa vlterius
ſe ingerere non valet. Sed contrarium
verius concludit, quod deſerta appella-
tione, iudex à quo reaſſumit iuriſdictio-
nem, quia relatio id operatur conditio-
nalem trãslationem in ſuperiorem, qua-
tenus proſequuta appellatio. Vnde illam
non proſequendo, reputatur non appel-
lans, & primus iudex in expenſis con-
demnando procedit, Sic cum ius renun-
ciet, non eſt neceſſaria remiſſio nominis,
nam non proſequendo, cenſetur appel-
latio non interpoſita, ideo coram iudice
à quo remanet. Et quamuis dilatio ſit
acceſſoria appellationi; tamen ſi eua-
56 neſcit principalis etiam & dilatio. Eo
autem ipſo appellationi renunciatum
cenſetur, quando appellans ſponte co-
ram iudice à quo comparet, vel niſi a-
ctus conſequutiue veniat ad geſta per iu-
dicem, Exempli gratia, iudex vt cen-
tum perſoluerem mihi præcepit, prouo-
caui, Sed poſtea coram eodem iudice
comparui, terminum ad ſoluendum pe-
tendo, ſicque appellationi interpoſitæ,
& interponendæ renunciaui, quia iſte
eſt actus contrarius, At ſi comparere
cogatur inuitus, ſecus erit, vel in eo qui
terminum acceptauit à iudice aſſigna-
tum prçuia proteſtatione ſaluum ſibi
fore ius appellandi, vt propterea non
erit renunciatum, quando actus compa-
ritionis tendat in augumentum appella-
tionis, quia ex eo non reducitur renun-
tiatio, & alijs modis relatis per Felinum
in cap. gratum, num. 8. de offic. deleg.
& quamuis appellatio ſit deſerta, iterum
prouocari poterit, Abb. in cap. dilecte,
57 num. 1. de appell. Quod non procedit,
quando iudex appellationem non fore
deſertam pronunciat, quia eo caſu cum
nec negotium principale, neque inſtan-
tiã finiat, mera dicetur interloquutoria,
in deciſione vigeſima prima, de re iud.
in nou. Felin. in Rubr. eodem tit. num.
11. verſic. Quia tamen nihil reſtat, &c.
Et quando dixi, quod aduerſus tale de-
cretum reponi non poſſit, fallit in Rota
particulariter.

58 † Lapſus temporis in ſecunda in-
ſtantia confirmat primam ſententiam,
Clement. ſicut, de appellat. quia perit
etiam cauſa, licet in prima pereant ſolum
acta ordinaria, Bart. in l. cum lis, ff. de
iudic. Innoc. & Doct. in c. cauſam de
teſtibus. Deſerta appellatione, iudex ad
59 quẽ deſit eſſe iudex, Pariſ. conſ. 108. nu.
30. & ſequen. volum. 4. & habetur, ac ſi
non appellaſſet, l. fin. §. illud, C. de temp.
ad appell. Afflict. deciſ. 78. num. 3. Ca-
cher. deciſ. 109. num. 14. Grau. ad Veſtr.
lib. 3. c. 6. num. 16. Ideo deſeritur coram
iudice à quo, & facit ſtatum cauſę, per-
inde ac ſi appellatum non foret, Afflict.
60 dec. 78. n. 3. Veral. loco cit. Deſerere, &
derelinquere inter ſe differunt. Rebuf. in
concord. Franc. in rub. de collator. §. 1.
61 in verbo, deſeritur Commiſſionis appel-
lationis præſentatio penultimo die anni
currentis facta, ſi nulla alia diligentia a-
derit, ad excuſandam deſertionem non
ſufficit, Put. deciſ. 389. num. 1. & 2. par.
2. Subdens, num. 3. Quod quando infra
viginti dies quis inſtat poſt appellatio-
nem coram D. Cancellariæ Regente pro
Signatura commiſſionis, vt ad Banchum
Curſorum deferatur, id excuſat a de-
ſertione, dec. 24. de appellat. in nou.
62 Quando deſertam cauſam iudex declarat
in conſequens exequendam fore ſen-
tentiam dicit, & remanere debet coram
eo exequutio, coram quo deſeritur.
63 Regula, quod dies termini non compu-
tetur in termino, ſimpliciter procedit, &
vera eſt. Sed quando additur ab hac
die, tunc quia iſtæc verba ſeparatio-
nem ſignificant, illico currere incipit,
vt bene per Caſtr. in lege prima, nu-
mero ſecundo, C. ſi quis cautio, &c.
iudex appellationis poteſt ſuper deſer-
tione cauſæ, abſque alia commiſſione,
pronunciare, Rota deciſ. 86. de appell.
in antiq. vti etiam ſententiam confirma-
re. Rota de appellat. in nou. deciſione
64 14. num. 1. & 2. Pariter, ſi appellatio il-
la extraiudicialis fuerit legitime intima-
ta, & cauſa remanſit deſerta, nihilomi-
nus negotium principale remanet in cu-
ria, Rota de appellatio. in nou. in deciſ.
17. num. 1.
65 † Immo, quod plus eſt, non ſolum de-
ſer-

ſertam appellationem pronũciare valet,
ſed alteram partem in expenſis condem-
nare, præſertim, ſi negotium principale,
fuit ibi demandatum cum incidentibus,
& emergentibus, vt fit in Romana Cu-
ria, & pariter ab alijs Principibus, ratio
eſt, quia huiuſmodi deſertio, eſt vnum
incidens, ſiue emergens, de quo tan-
quam de principali eſt ante omnia cogno
ſcendum, cap. 1. & cap. tuam, de or-
din. cogn. quod tamen declara, vt per
Felin. in cap. ex parte, num. 7. & 10.
de reſcript.

66 † Prima lata ſententia, quæ ob deſer-
tionem in iudicatum tranſiuit, ſuccum-
bens cauſam appellationis committit,
& agit, Obtinens patitur agi, nec de
deſertione obijcit; Quæro an valeat pro-
ceſſus? Et affirmatiuè dicendum venit,
eo quia pars poteſt recedere à ſententia
in eius fauorem lata, & conſentire, quod
denuo procedatur, l. 2. §. condemna-
tum, ff. de re iudic. Vnde in conſequens,
ſi ſententia ſecunda primæ reuocatoriæ
feratur, valida erit, Sicque proceden-
do iudex appellatione deſerta, quia con-
ſentierunt partes, & non contradixerunt
cauſam non deſertam pronunciare vide-
tur, & validus erit proceſſus, quia ex par-
tium conſenſu ceſſat defectus iuriſdictio-
nis, Vnde ſi iudex ſecundus cognita pri-
mæ ſententiæ iniquitate, contra illam
pronunciauerit, valebit ſecundus proceſ-
ſus, ac primæ ſententiæ exequutio erit
impedita, quia ex quo conſenſit pronun
ciari non opponendo, paſſus fuit, adeoq.
ſibi præiudicauit, vt ad illius, & rei iudi-
catæ fauorem, amplius redire nequeat;
ſed iſta opinio multas patitur difficulta-
tes relatas per Imol. in Clement. ſicut ap
pellationem, num. 8. eodem titulo, vbi
Doctores quos videre, ſi occurrat, ne
67 graueris, Et ſi ab homine terminus ſta-
tutus ſit ad appellationem proſequendã,
& appellans in termino non compareat,
cenſetur appellatio deſerta, & compa-
rente appellato; appellans reus fit expen-
ſarum, cap. repræhenſibilis, cap. ſæpe,
& cap. perſonas, de appell. Innocent. in
cap. Veniens ad Sedem, num. 30. de
renunc. Ex iſto particulari datur caſus, in
quo poſt ſententiam agi poteſt ad expen-
ſas. Imol. in cap. ex parte, num. 6. de
reſcript. Et appellationem in tempore
non proſequens, ſi à diffinitiua prouo-
catum fuerit infra tempus à iure ſtatu-
tum, latæ ſententiæ ſtare tenetur, ſi ab
interloquutoria, tenetur ſtare iudicio il-
lius, à quo prouocatum eſt, cap. perſo-
nas, de appell. Imol. in cap. cum ſit Ro-
68 mana, num. 2. eodem titulo. Sed pone
aliquis non fuit appellationem proſequu
tus. Vnde deſerta remanſit cauſa, an
tunc contra iudicem, eo prætextu, quod
iniquam tulerit ſententiam agere valeat.
Eo quia ſuam litem fecerit, & Imol. in
cap. ſæpe contingit, num. 22. de appell.
Affirmatiue, quod ſic, tenet, quia eſt di-
uerſus finis ab eo, ex quo non impugna-
tur ſententia, ſed agitur contra iudicem,
qui ad intereſſe tenetur, ex quo male iu-
dicauit, & licet ſuccumbens non prouo-
cauerit, tamen non impeditur, quia ſi
inique contra ipſum, vel iniuſte iudex
pronunciauerit, in ſubſidium contra il-
69 lum agere non poſſit. † Et quando ne-
gligens quis dicatur in appellationis pro-
ſequutione, ſiue præſentanda commiſ-
ſione, iudici arbitrio remittendum fore
cenſuit, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2.
centur. 3. caſ. 204. num. 3. Subdens
quando eſt negligens in appellatione cõ-
mittenda an appellatus ipſum appellan-
tem præuenire poſſit, pariter iudicis ar-
bitrio relinquendum fore aſſerens, licet
ex mente Deci. in cap. oblatæ, colum. pe
nult. verſ. in gloſſa, de appellat. vltimus
70 menſis ſit excuſandus. Et quamuis de-
ſerta fuerit appellatio, tamen non exclu-
ditur, quis à dicendo de nullitate. Ruin.
conſil. 34. num. 10. volum. 5. Sed an ſit
deſerta, necne appellatio, ſi dubitari con-
tingat, pro non deſertione pronuncian-
dum venit. Roland. à Vall. conſil. 34.
num. 3. late volum. 3. Iaſ. in Authen. ad
hæc, num. 3. C. de iudic. vbi ſemper ap-
71 pellationem permiſſam fore, niſi ſpecia-
liter prohibeatur, num. 4. aſſerit.
72 † At ſi deſerta remaneat appellatio, a-
gitur ex prima ſententia, quia fingitur ap
pellatũ non fore. Iaſ. in l. 1. n. 20. ff. de re
iud. Quare iudex à quo poteſt reaſſumere
iuriſdictionem, ſi appellationi non detu-
lerit, quia non eſt ab interloquutoria

prouocatum, ſecus ſi detulerit, nam in
principali iuriſdictionem tunc reaſſume-
re non poterit, niſi illi per iudicem ad
quem remittatur, nam ex quo appella-
tioni detulit, & transfuſa in ſuperiorem
ob id iuriſdictio fuerit, non reaſſumit, vt
latè Imol. in dicta Clem. ſicut appella-
tionem, num. 7. de appellat.
73 † Sententia verò ſuper deſertione cau-
ſæ, eſt interloquutoria. Rota deciſ. 1.
de appellat. in nou. & deciſione 42. eo-
dem titulo in antiq. Tamen præmiſſa
procedunt, quando pronunciatur de-
ſerta appellatio ab interloquutoria. Se-
cus vero ſi à diffinitiua. Rota deciſione
21. de re iudic. in nou. Felinus in di-
cta rubr. de re iudic. num. 11. Ob id,
ad videndum pronunciare cauſam deſer-
tam, requiritur citatio, vt ibi Felinus,
Gabriel, Commun. opin. titulo de Ci-
tat. concl. 1. n. 214. & ſeq. Neque inti-
matio ſufficiens erit, maxime ſtante ap-
pellatione, quæ ſuſpendebat, vt ibi Fe-
linus, & Rota, deciſ. 300. a num. 6. ad
fin. par. 2. Diuerſ.
74 † Spatio autem triginta annorum lap-
ſo, non ſolum pro derelicta cauſa habe-
tur, ſed etiam omnes actiones ceſſas e-
neruat, ita vt plene præſcribantur, &
penitus extinguantur. Rota deciſ. 69.
75 num. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ. Neque
excuſatur deſertio per præſentatam R.
P. Domini Regentis Cancellariæ, quia
non eſt releuans, niſi quando fuerunt
dati Apoſtoli reuerentiales in forma,
nam tunc eum debeat appellans cauſam
committi curare infra decem dies, & cum
non ſit in ſua poteſtate expedire com-
miſſionem appellationis, ſufficit proba-
re diligentiam per eum factam de com-
mittendo cauſam appellationis, & ad
hunc effectum obtinetur, & ſuffragatur
præſentata. Quando verò datus fuit ter-
76 minus iuris. Tunc cum ſit in poteſtate
appellantis redire pro Apoſtolis infra
terminum, non poteſt alias excuſari ſub
prætextu præſentatæ, vt Rota cenſuit co-
ram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio in
vna Peruſina de Vbaldis 10. Iunij 1588.
& in alia Fauentina ſucceſſionis coram
Illuſtriſs. Mellino 24. Iunij 1604.
Prouocari poteſt à ſententia lata ſuper le-

Vide Illu. Pāph. ſup. in c. 1. de Ap. per. n. 4. pag. 13.

Vide hāc dec. in fi. c. nu. 2.

gitimitate perſonæ. Bald. in cap. paſto-
77 ralis, colum. 5. de appell. † Vt etiam à
pronuncia teſtes fore admittendos, vel
non, Specul. titul. de teſte, §. 1. verſ. re-
cepta autem probatione, Bald. in l. arbi-
trio in antiqua lect. vbi Ang. & Rom. ff.
qui ſatiſd. cogan. Vt pariter quando ſe
competentem iudex pronunciat, Aut. ha
bita, vbi Glo. fin. C. ne fil. pro pat. vbi
Bal. colum. 3.
78 † Et pariter ab interloquutoria, ſe-
cum exequutionem trahente, etiam
de iure ciuili, de quibus omnibus, & a-
lijs multis meminit. Iaſ. in l. nemo po-
teſt, ſecunda lect. num. 76. & ſequen. ff.
79 de leg. 1. multos connumerans caſus, &
circa hoc, ſicut iudex à quo poteſt termi-
num appellanti conſtituere, ita pariter
illum prorogare valebit, ſed prorogatio,
vt eius natura requirit, ſit ante finem ter-
mini. Decius in cap. perſonas, num. 11.
de appell. cum add. qui multa ad hunc
propoſitum cumulat.
80 † Deſertio autem appellationis pri-
mam confirmat ſententiam, a qua erat
prouocatum, quemadmodum lapſus ter-
mini hominis ſi non ſeruetur, ita termi-
nus legalis. Calder. conſil. 9. de appell.
Vnde ſententia lata ſuper deſertione
erit confirmatoria primę, à qua prouo-
catum extitit, vt ibi Calder. in fin. verſ.
81 Nec obſtat. Immo ſi iudex appellationis
poſtquam deſerta eſt inſtantia appella-
tionis, primam reuocauerit ſententiam,
& ab hac vltima ſententia prouocatum
fuerit, reſeruata nullitate ſalua, quia ta-
lis appellatio non deuoluit negotium, &
redditur fruſtratoria, ſi primus iudex
dederit ſuæ ſententiæ exequutionem,
valida erit. Alexander conſil. 59. num. 7.
vbi in Apoſtol. volum. 4.
Quod amplia procedere, tam in deſer-
tione à iure commmuni inducta, quam
à ſtatuto, quia deſertio in ambobus facit
rem iudicatam, ad conſil. Fulgoſ. 171.
82 per tot. † Sed iudex deſertæ appella-
tionis non poteſt ſuper iniuſtitia iudi-
care, vel nullitate primæ ſententiæ, cuius
appellatio eſt deſerta, quia adeo per de-
ſertionem confirmata manet, quod iu-
dex appellationis non valeat reuoca-
re, quia per deſertionem iudex à quo
remã-

Digitized by Google

remanet incompetens, vt late Ancharan. conſil. 345. per totum. Immo, quia ceſſat iuriſdictio, omnis ſententia iudicis poſt deſertionem nulla remanebit. Alexander conſil. 114. num. 1. volum. 5. De quo multa cumulat Illuſtriſſimus D. Cardinalis Tuſcus Pract. Concluſ. iur. in verbo Deſertio, concluſ. 223.
83 Tom. 2. † Sed deſerta appellatione, non erit deſerta cauſa nullitatis. Baldus conſil. 48. à num. 6. ad finem volum. 3. Quod declara procedere, ſi à lege municipali, etiam non deſeratur nullitas, nam ambo illo caſu deſertæ erunt, Bald. conſil. 225. volum. 5.

Deſertio autem in multis excuſatur relatis per eundem Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem Tuſchum, vbi ſupra concluſ. 325. per totum. Vt puta ob infirmitatem iudicis, Si appellans legitimo detentus fuerit impedimento, Si non ſteterit per appellantem, ac multis alijs eleganter, & docte vt tanti viri eſt latiſſimè ibi cumulatis, ad quem te remitto. Datur autem differentia inter deſerere, & deſiſtere, quia propriè deſiſtere dicitur ab inchoatione, recedere, non qui differt facere, vt eſt deſerere. Calder. conſil. 16. de verb. ſignificatione.

84 † Caſus euenit, in quo lata ſententia per R. P. Dominum Vbaldum Peruſinum, Rotæ Auditorem, in fauorem Monachorum ſanctiſſimę Trinitatis Cauenſium contra Moniales Sanctæ Sophiæ, in cauſa Salernitana præſtationis annuæ, Procurator Monialium vltimo decendij die adijt Officiū notarij cauſæ, vt notariū ſecum duceret ad interponendam appellationem coram Iudice, ſed eo non inuento, dimiſit cedulam appellationis in officio in manibus ſubſtituti, & deinde acceſſit ad iudicem, expoſuitq. non inueniſſe notarium, neque ſpem habere inueniendi eo dſe, cum eſſet feſtum Paſchatis, proinde rogauit, vt vellet huiuſmodi diligentiam pro ſufficienti habere. Succesſiue intra biduum tranſmiſſa Notario pro Apoſtolis, D. Iudex reſpō dit appellationē admittere ſi, & in quātū. Procurator Monachorū prætendebat rē iudicatam. Vnde ſub die 30. Maij informante pro Monialibus R. Domino Xenophonte Bindaſſio de ſancto Angelo in Vado, Prouincię Vrbinatenſis, & proponente hac cauſa R. P. D. Marco Antonio Coccino Nobili Romano, inter Referendarios apprime erudito, ambabus partibus iura ſua acerrime tuentibus, Signatura Iuſtitiæ pro non deſertione iudicauit, & ob id cauſam appellationis alteri Auditori commiſit.

Tum quia cauſa de ſui natura appellabilis erat, & ſicut obtinenti prius licuerat prouocare, ita pariter ſuccumbenti, vt æqualitas in iudicio ſeruaretur.
85 Tum quia appellationem in tempore interpoſitam, Domini tenuerunt, licet non coram iudice, ommiſſo iuris rigore, cum de ſtylo ſufficiat, quod appellationis cedula tempore iuridico in actis notarij dimittatur, vt in terminis dixerunt. Baldus in Authen. quæ ſupplicatio, C. de precib. imper. offer. Alexand. in l. 1. §. libelli, in addit. ad Ber. in littera G. ff. de appell.

Eo maxime cum in illa ſolemni die Paſchatis Reſurrectionis, valde fuerit probabile notarij copiam haberi nō potuiſſe, merito in dubio pro non deſertione appellationem committendo, inclinatum fuit, cum (vt ſupra dixi) hoc eodem Capitulo tales diligentiæ à deſertione excuſant.

R. P. D. LITTA.
Num. Primo.

ROMANA PECVNIARIA.
Mercurij 17. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta remanet cauſa, niſi infra annum committatur.*

2 *Sententia pro ſe præſumptionem habet.*

3 *Deſertio quando non currat pendente concordia tractatu.*

4 *Fatalia, an dum tractatur concordia currant.*
Limita, vt ibi.

5 *Deſerta appellatione iudex a quo exequitur.*

1 DOmini reſoluerunt coſtare de tali re iudicata, quę venit exequenda

cauſa enim appellationis intra annum
non fuit per Dominum Euangeliſtam cõ-
miſſa, nec aliquid actum, vnde appella-
tio deſerta remanſit, Clement. ſicut, de
appell. & cap. cum ſit Romana, eodem ti-
tulo. Put. dec. 370. in vna Fauentina, lib.
2. in manuſcript. Caſſad. deciſ. 6. nu. 8.
2 de appell. De Iuſtitia autem ipſius ſen-
tentiæ vltra præſumptionẽ, quam pro ſe
habet p tex. in l. herẽnius, §. caia. de euic.
cũ alijs adductis p Alex. conſ. 3. n. 7. lib. 5.
dubitari non poteſt ex reſolutionibus a-
lias factis, quo fit vt omnino ſit exequen
da, cum fructus ſententiæ ſit eius execu-
tio, vt inquit Caſſad. deciſ. 3. in fin. de
dol. & contum.
3 Nec poteſt in hoc caſu dici, quod pro-
pter tractatum concordiæ ceſſet deſertio.
Quia Doctores, qui allegantur per infor-
mantes pro Domino Euangeliſta, loquun
tur in compromiſſo, & licet Ant. Aug.
in epit. in tit. de deſert. §. 8. dicat fuiſſe re
4 ſolutum. Quod non currant fatalia, dum
tractatur concordia, tamen ipſe tenet con
trarium, & ita etiam tenet Andr. Gail.
pract. obſer. lib. 1. obſeruat. 140. Prætetea
contraria opinio ſolum procedit, quando
partes dant facultatem alicui faciendi
concordiam, vt per Alex. conſil. 72. nu.
9. & ſeq. lib. 3. Quem ſequitur Decius in
cap. ex ratione num. 29. 30. & 31. de ap-
pell. Vnde cum Dominus Aloyſius non
tractauerit concordiam de voluntate D.
Franciſci, nec ei Dominus Franciſcus de-
derit aliquam facultatem, ſed ſolum ſe
ingeſſerit D. Aloyſius vti amicus com-
munis, pro ut ipſe met atteſtatur, ideo
non poteſt tali prætextatum iuuari D. E-
uangeliſta vltra quod non probatur ali-
quis tractatus cum de eo atteſtetur ſolũ
D. Aloyſius modo quo ſupra, & Franci-
ſcus nihil concludat in eius atteſtatione,
& tamen ad effectum excuſandi à deſer-
tione propter impedimentum, non etiam
ſufficit depoſitio vnius teſtis partes cita-
ta, & cum iuramento examinati, vt be-
ne deduxit Crot. conſ. 281. num. 16.

Ad illud autem, quod cauſa nullitatis
fuerit commiſſa R. P. D. Gypſio, fuit di-
ctum, quod deſerta appellatione, iudex
à quo exequitur Mohed. deciſ. 36. Ant.
Aug. in dicto titulo de deſert. §. 13. licet
cauſa reſtitutionis in integrum ſit coram
eo tractanda; l. preces, & ibi Bart. & a-
lij, C. de appell. Franc. in cap. ex ratione,
num. 57. eod. tit.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.
Num. Secundo.

FAVENTINA SVCCESSIONIS.
24. Ianuarij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Mater quando agnatos etiam clauſtrales ex ſtatuto Fauentiæ, vltra quartum gradum excludat.*
2 *Statuti præfati intellectus.*
3 *Regula ſi venio vincentem te declaratur.*
4 *Fratres prædicatores ex priuilegio capaces ſunt ſucceſſionis.*

1 FVit per Dños reſolutũ hęreditate M.
Antonij deberi Bartholomææ eius
matri; quamuis enim ex ſtatuto Fauen-
tię, ſub rubrica de ſucceſſ. aſcenden. Ma
ter excludatur ab agnatis intra quartum
gradum adeſt tamen in hoc caſu Patruus
clauſtralis, qui non gaudet beneficio ſta-
tuti, & reducit ſucceſſionem ad terminos
iuris communis, ſecundum quod ſucceſ-
ſio filij ab inteſtato defuncti, ex Senatus
conſulto Tertull. ſpectat ad matrem, quæ
pręfertur patruo, & alijs agnatis, l. 2. ff.
ad Tertullianum Authen. defuncto; C.
eodem titulo, §. ſed cum antea inſtit. eo-
dem, Signorol. conſil. 6. num. 2. Decius
conſil. 71. num. 1. in principio.
2 Statutum enim huiuſmodi intelligitur
dummodo agnati ſuccedãt, & ceſſat eius
diſpoſitio ſi ab alijs excludantur, aut a-
lias nõ ſuccedant. Corn. conſ. 61. n. 3. lib.
4. Dec. conſ. 378. n. 2. cũ ſeq. & iſte eſt ca-
ſus de quo agitur, quia ex ſentẽtia patrui
clauſtralis, cui ex ſtatuto qualiter ſucced.
ab inteſt. præſeruatur ſucceſſio ſecundum
iuris diſpoſitionem denegato eis tãto be-
neficio alterius ſtatuti excludentes alios
agnatos remotiores, qui beneficio ſtatu-
ti matrem excludebat, & facit ceſſare
ſtatutum remouentem impedimẽtum, ꝙ
obſtabat matri, quæ patrui beneficio ad-
mittitur ad ſucceſſionem filij, non conſi-
derata amplius perſona agnatorum, qui
vi-

Digitized by Google

vigore ſtatuti illam excludebant, l. 2. §. ſi ſit agnatus, & §. ſi ſit conſanguinea, ff. ad Tertullian. Bart. communiter receptus in l. 1. §. qui habebant, num. 4. ff. de bon. poſſ. contra tabul. Ang. conſil. 210. circa fi. verſ. Tertio eſt videre, Alex. in Lillam, num. 7. C. de collation. Corn. in dicto conſil. 61. num. 3. Ruyn. de ſtatut. quod ſtan. maſculis, art. 6. num. 119. Hieron. Gabriel conſil. 15. num. 15. lib. 1. Surd. conſil. 416. num. 19. lib. 3. & tenuit Rota in cauſa Bononien. de Albergatis coram Domino Corduba, ſub die 20. Mar-
3 tij 1597. vbi fuit dictum, Quod regula ſi vinco vincentem te, procedit, vbi victus vincit ex eodem iure, non autem ex diuerſo prout hic Bar. & dict. §. qui habebat, & in l. 2. §. fin. ff. ad Tertul. Ruin. in d. conſil. 252. cum illis allegatis in prædictis cauſis.

Nec refert, quod patruus clauſtralis, qui eſt in medio, & eſt ommiſſus à ſtatuto, non ſuccedat, & ſic non proſit matri ad excluſionem agnatorum, iuxta conſil. Grat. 38. num. 19. lib. 1. Dec. conſil. 296. num. 5. verſ. non obſtat, cum alijs allegatis, quia in cõtrarium vrget textus in dicta l. 2. §. ſi ſit agnatus, ff. ad Tertullianũ, vbi agnatus per quem excluditur pater ab aliena familia adoptatus prodeſt matri, quæ eo non extante excludebatur à patre, & ſola ſuccedit excluſo agnato, & per hunc teſt. ita tenet Alex. in d. l. illã, ſub num. 7. verſ. ſed iſtud vltimum, Paul. de Caſtr. conſil. 450. num. 2. lib. 1. Aret. conſil. 27. num. 1. verſ. 2. pro iſta parte, & in conſil. 158. num. 3. Soc. conſil. 28. num. 16. cum ſequen. lib. 4. Curt. Iun. conſil. 49. num. 9. lib. 1. Hieron. Gabriel dicto conſilio 15. num. 15. late. Ondad. conſil. 2. num. 31. cum ſeq. lib. 2. præſertim fauore matrimonij. Aretin. d. conſil. 158. num. 4. Soccin. conſil. 202. col. 4. lib. 2. Gab. dicto conſil. 15. nu. 15. Anto. Gabriel concl. 4. de ſucceſſio ab inteſtato num. 31.

Vltra quod contraria opinio poſſet locum habere, ſi patruus clauſtralis non ſuccederet ex eo, quod de iure communi, vel ſtatuti eſſet incapax ſucceſſionis, quo caſum haberetur pro mortuo, & agnatos non excluderet, ſecus autem in hoc caſu
4 vbi eſt capax ſucceſſionis ex iure communi, prout ex eorum priuilegijs ſunt fratres prædicatores, & ſtatutum illum non excludit, immo ei præſeruat ſucceſſionem ſecundum iuris communis diſpoſitionem & ſolum ei denegat beneficium ſuum, vt tamquam agnatus matrem nõ excludat, & ita non eſt verum, quod ſtatutum excludat à ſucceſſione clauſtralem, ſed tamquam vocatus à iure communi, quod fuit ſibi expreſſe præſeruatum, excludet agnatos remotiores, quamuis ipſe vti poſterior in gradu à matre excludatur, & ita fuit concluſum, &c.

MARQVEMONTIO.
Num. Tertio.

FOROLIVIENSIS DE TORELLIS.
7. Nouembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta cauſa ſi infra triginta dies pro Apoſtolis non redeatur, remanet.*
2 *Præſentata Domini Regentis Cancellariæ, cuius ſit effectus.*

1 FVit dictum conſtare de re iudicata; licet enim à ſententia Rotali fuiſſet appellatum; Tamen conſtat de deſertione, ex quo infra dies 30. non fuit redditum pro Apoſtolis, cap. ab eo, de appell. Clem. quamuis, eod. tit. Bellam. deciſ. 152. Caſſad. deciſ. 7. num. 4. de appell.
2 Nec ſuffragatur, ſi qua adeſt præſentata cõmiſſionis ſignatę manu D. Regentis, quia illa probat diligentiam, & excuſat à lapſu decem dierum ad committendam cauſam appellationis, cuius expeditio pendet à facto officialium, non appellantis. Caſſad. dec. 4. de appell. Veſtr. in ſua prax. cap. fin. num. 5. & ſeq. Secus in redditu pro Apoſtolis, quia à ſolo appellantis facto pendet, vt fuit dictum in vna Fauentina ſucceſſionis 24. Nouembris 1604. coram Illuſtriſsimo Mellino.

De Iuſtitia autem ſententiæ conſtat ex Deciſionibus factis coram Illuſtriſsimo Domino Cardinali Pamphilio, & R. P. Domino meo Iuſto, & Dominus Antonius in termino præfixo ad docendum de cauſis reſtitutionis in integrum, nil deduxit. Ideoque nec illi ſuffragatur commiſ-

Digitized by Google

miſſio reſtitutionis in integrum. Et ita fuit concluſum, Domino Equite tantum informante.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.
Num. Quarto.

TOLETANA FRVCTVVM.
Ven. 16. Maij 1586.

SVMMARIVM.

1 *Lite in Rom. Curia pendente, non poteſt Ordinarius ſe intromittere.*

2 *Cauſa ſemel ad curiam deuoluta, non extrahitur, niſi de certa ſcientia Papæ.*

3 *Sententia lata, poſt Rotalem inhibitionem, tanquam attentata, reuocanda venit.*

4 *Iudex de partibus non poteſt cognoſcere de uiribus inhibitiones Rotæ.*

5 *Clauſulæ quam & quas, omneſq. alios &c. virtus & efficacia.*

6 *Deſerta cauſa in Ro. Curia, in ea remanet Articulus exequutiuus.*
Nec iudices de partibus abſque noua commiſſione, intromittere ſe valent, ibi.

7 *Sententia prima nulla, reddit nullas alias duas ſequentes ſententias confirmatorias ipſius.*

PLures nullitates opponebantur a portionarijs Eccleſiæ Toletanæ contra ſententiam in partibus, ad fauorem Incolarum loci de Bogas ab Ordinario Toletano latam, ſed tantum omiſſis alijs, quæ non placuerunt, & bene tolluntur per informantes, amplexi ſunt illam, quæ deducitur ad effectum iuriſdictionis, propter pendentiam litis in Ro. Cur. coram bo. mem. Cotta, qua ſtante, non potuit Or-
2 dinarius ſe intromittere. Cauſa enim ſemel a Curiam deuoluta non poteſt ab ea extrahi, niſi de ſcientia Papæ, Rot. Dec. 387. alias 48. de reſcru. in nou. Mohed. Deciſ. 320.

3 Præſertim ſtante inhibitione Rotali; quæ fuerat præſentata, & Iudices habuerunt ſe pro inhibitis, & operetur de ſtylo, quod ſententia tanquam attentata veniat reuocanda, Achil. Deciſ. 2. de Attent. Inhibitio enim Rotalis iuſta, vel iniuſta timenda eſt Rot. deciſ. 26. de appellat. in ant.

4 Et ſic tollitur, quod dubitatur inhibitionem non afficere, ex quo Commiſſio, cuius vigore emanauit, continet cauſam diuerſam; & inter diuerſas perſonas, debuit omnino iudex ſe abſtinere, nec velle cognoſcere de viribus inhibitionis, ne alias præbeatur cauſa iudicibus de partibus ſub clypeo, quod inhibitio ſit iniuſta illam contemnendi, Achill. deciſ. 2. de attent. Et fuit dictum in naturali caſu in illa Vrgellenſis iuriſdictionis 30. Aprilis 1580. coram Epiſcopo Lauretano, quæ Deciſio fuit poſtea die 11. Ianuarij 1585. confirmata coram Illuſtriſſimo Blanchetto.

5 Vlterius ceſſat omnis difficultas, quia Commiſſio comprehendit etiam iſtam cauſam, quæ in effectu eſt eadem cum illa, quæ pendebat coram Cotta, & tẽdit ad eundem finem. Tunc enim petebatur reparatio Eccleſiæ; hic vero nouẽniũ decimarũ pro fabtica Eccleſiæ, Vltra 9 cõmiſſio habet clauſulam quam, & quas, deſuper præmiſſis rebuſq; alijs, &c. & alias clauſulas prægnantiſſimas, Adeo, quod, dubitari non poſſit, quin etiam dictam cauſam non comprehendat.

Non obſtat, quod illa lis erat inducta ad inſtantiam incolarum Oppidi de Lulla. Hanc vero ad inſtantiam incolarum Oppidi de Bogas, quia in Commiſſione portionariorum adeſt clauſula omneſq; alios, cuius vigore poterant citari incole de Bogas.

6 Nec obſtat, quod cauſa erat deſerta in curia, ex quo in ea nil actum fuerat per 7. annos, & ſic ſententia de partibus tranſierat in iudicatum, quia nihilominus articulus exequutionis remanebat in Curia, nec poterant iudices de partibus procedere, ſine noua commiſſione; ſic Auditor exequutor. Mohed. deciſ. 36. in fine.

7 Et ex his reſoluerunt Dñi ſententiam eſſe nullam, & reuocandã etiam 9 poſt fuerit confirmata per alias duas, quia hæc nullitas influit in omnes ſententias. Innoc. & alij in c. 1. de confirm. vtil. vel inut. Alex. in l. iudex poſtquam, n. 23. de re iud. Fel. in c. ea quæ, ſub n. 2. eodem tit. de Sent. & re iud.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. SACRATO.
Num. Quinto.

BONONIENSIS
Affrancationis.
Lunę 24. Maij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata ceſſat ceſſante deſertione.*
2 *Fatalia non currunt quando cauſa deducta eſt ad conſiſtorium Principis.*
3 *Nullitas principaliter commiſſa, durat per triginta annos.*

FVit receſſum à deciſione in hac cauſa facta coram bo. mem. Iuſto; nam præciſum illius deciſionis fundamentum conſiſtit in eo, quod in propoſito caſu adeſſet res iudicata, quæ non potuerit cõpræhendi ſub generali diſpoſitione Bullarum Pij Quinti, & Gregorij XIII. ſuper francatione bonorum Eccleſię iuxta not. per Dec. in l. res iudicata, ff. de regul. iur. & Fel. in cap. ſuper litteris, num. 4. de reſcript. Verum negotio maturius diſcuſſo, vel per informantes melius deducto,
1 repertum fuit nullam adfuiſſe rem iudicatam, quia vere non fuit deſerta appellatio, vt habetur in prædicta deciſione, ſed immo Brugnatelli illam fuerunt proſequuti, prout ex actis, quorum ſummarium fuit datum, & quatenus prætende-
2 batur tranſiſſe, fatalia abſque prorogatione placuit replicatio hoc non debere obſtare, cum iam fuiſſet cœptum tractari cum Cardinalibus deputatis ſuper affrancatione, vnde dicebatur applicari illa, quæ habeatur in l. cum anterioribus, §. ſi tamen, C. de tempor. appell. nempe non currere fatalia, quando res eſt de-
3 ducta ad conſiſtorium Principis. † Sed quod videbatur tollere omnem difficultatem fuit, quia per Brugnatellos, ne dũ fuit cõmiſſa cauſa appellationis, ſed etiã ęquæ principaliter cauſa nullitatis quæ durat per 30. annos, Gloſſ. in cap. vnde quæritur, in fin. 35. quæſt. 9. Franc. in cap. dilecta, de appellat. num. 171. Salic. in l. ſi præſens, num. 6. C. quomodo, & quando, Iaſ. in l. 1. num. 17. ff. de fer. Soc. ſen. conſil. 10. num. 12. lib. 4. Corn. conſ. 392. num. 1. verſ. & ideo de iure communi lib. 1. Crau. conſ. 108. num. 4. & in ſpecie ad effectum expreſſionis rei iudicatę. Felin. in dicto cap. ſuper litteris, num. 15. de reſcript.

Non obſtat, quod nullitates, quas prætendunt Brugnatelli non ſubſiſtant de iure, nam præter quod multum conſiderabilis viſa fuit illa, quæ deducitur ex eo, quod iudices deputati à Synodo prouinciali, ſtante proteſtatione partis non docuerint de eorum deputatione ad not. in l. vnic. C. de mandat. Princip. cum alijs per Vant. de offic. deleg. & defec. iuriſd. num. 8. & 10. Fuit dictum aliud eſſe, quod penderet cauſa nullitatis aliud, quod Brugnatelli fouerent bonum ius in eadem cauſa, & ideo non bene inferri de vno ad aliud, iuxta vulg. iur. concluſ.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.
Num. Sexto.

ROMANA PECVNIARIA.
Merc. 9. Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iurium pura, & ſimplex habet viam exequutiuam.*
2 *Clauſula præfixo termino ad expediendam cauſam, quo lapſo, tollitur dilatio.*
3 *Termino præfixo ad expediendam cauſam, ſi non fecerit actor illud prorogare, & labatur ſibi imputet.*
4 *Terminus vt præfigatur niſi agens inſtet ſibi imputet, pro præfixo habetur.*

DOmini concluſerunt Dominum Leonem poſſe petere exequutionẽ inſtrumenti. Mouebantur, quia in eo continentur duæ clauſulæ diuerſæ, & ſeparatę in prima Alexander obligat, & hypothecat, & cedit Leoni omnia iura ſibi competentia contra hæredes Iordani Vrſini, & iſta hypotheca, & ceſſio ſecundum Dominos, eſt pura, & ſimplex, & ſine aliqua conditione, & limitatione. In ſecundã vero promittit ſoluere totam ſummam, in qua factis computis, debitor remanebit poſtea quam lis pendens coram Illuſtriſſimo Cardinali Arrigonio, fuerit terminata, & in hac clauſula eſt ſolum de-
lata

lata ſolutio totius ſummæ poſt termina-
tionem litis, vt in his terminis fuit reſo-
lutum in cauſa Salamãtina penſionis 16.
Februarij 1582. coram bo. mem. Bubalo,
& in cauſa Illerden. Canonicatus 20. O-
ctobris 1593. coram Illuſtriſſimo Cardi-
nali Pamphilio, & propterea cum hodie
petatur exequutio ſuper Caſali, quod e-
rat Iordani, ſuper quo adeſt hypotheca,
& ceſſio pura, non poteſt retardari exe-
cutio reſpectu totius ſummæ. Moueban-
tur etiam, quia iſta dilatio executionis de
bet haberi pro impleta, propter Commiſ-
2 ſionem S.D.N. qui mandauit. † Quod
præfixo termino ad expediẽdam cauſam
& eo elapſo, & cauſa non terminata pro-
cedatur ad exequutionem inſtrumenti.
Et cum terminus fuerit præfixus, & cau-
ſa non fuerit terminata, remanet ſublatũ
obſtaculum dilationis, & proinde eſt, ac
ſi inſtrumentum eſſet purum, & non con-
tineret dilationem ad ſoluendum.

3 Non obſtat, quod cauſa non fuit ter-
minata facto iudicis, qui cauſam remiſit
ad Cancellariam, quia hoc impedimen-
tum non excuſat Alexandrum; debebat
enim facere debitam diligentiam pro ex-
peditione cauſæ in termino præfixo, & ſi
non potuiſſet illam obtinere, debebat pe-
tere prorogationem termini, quæ ſine dif
ficultate fuiſſet conceſſa, & ſibi proui-
dere per nouam commiſſionem cauſæ, &
eo minus ſecundum Dominos venit ex-
cuſandus, quia quo magis differebatur
excuſatio reſpectu ſolutionis totius ſum-
mæ. Et ideo eius multum intererat, quod
cauſa non expediretur, & ob hanc cau-
ſam fuit negligens in procurando expe-
ditionem cauſæ non ſolum in hoc termi-
no, ſed antea per longum ſpatium tem-
poris.

4 Non obſtat, quod commiſſio non con
tineat derogationem regulæ de non tol-
lendo iure quæſito, & ideo non præiudi-
cat creditoribus, quia poſt hanc commiſ-
ſionem non infertur præiudicium credi-
toribus; Cum enim hypotheca in bonis
Iordani ſit pura, vt dictum fuit, aut credi-
tores ſunt anteriores, & eis nullum infer-
tur præiudicium, aut ſunt poſteriores, &
præiudicium naſcitur ex anterioritate hy
pothecæ, & non ex gratia Papæ, ceſ-
ſat, etiam præiudicium ex alio capite,
quia cum Alexander fuiſſet negligens in
tribus annis, & vltra in procurando expe
ditionem cauſę, iſta commiſſio præfixio-
nis termini, in quo cauſa deberet expedi-
ri, eſt conformis iuri communi ſecun-
dum quod conditio habetur pro imple-
ta, quando ſtat per implere debentem, &
omnis æquitas, & ratio repugnat, quod
deberet eſſe in poteſtate ipſius non fa-
ciendo inſtantiam pro expeditione cauſæ
eludere ſuam obligationem in pręiudi-
cium Leonis.

Non obſtat pactum reſolutiuum in e-
uentum, quod Alexander iuraretur ſu-
ſpectus de fuga, vel contra, cum crimi-
naliter ageretur, quia non fuit proceſſum
hac via, & iſtę cautelæ fuerunt appoſitæ
ad effectum euitandi executionem perſo
nalem, & non realem, quæ ſolum pe-
titur.

R. P. D. IVSTO.
Num. Quinto.

ASSISIENSIS
Canonicatus.
16. Iunij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur in bene-
ficialibus, niſi conſtet de bono iure.*

1 Dictum fuit non conſtare de cauſis
reſtitutionis in integrum, quæ re-
leuent, quia cum ſimus in bene-
ficialibus non debet dari reſtitutio in in-
tegrum, niſi conſtet de cauſa, & de bo-
no iure, Tholom. dec. 97. Put. deciſ. 1.
& 2. de reſtitut. in integr. Decius conſil.
436. num. 4. quod vtrumque ceſſat in ca-
ſu iſto, nã de paupertate non conſtat ex
actis, quæ non ſolum eſt probanda cauſa,
vt releuet, verum etiam probandum eſt
cauſa propter illam proſequi non po-
tuiſſe, Put. deciſ. 8. de reſtit. in integr.

De bono iure minus conſtat, quinim-
mo potius conſtat de iuſtitia ſententiæ
ex actis probatorijs, ex motu proprio
Pij Quinti, vt in alia Lnn. 5. Iun. dictum
fuit, cuius ſubreptio non iuſtificatur præ
ſertim ſtante lapſu, in quo nihil proba-
tum fuit, Put. deciſ. 7. de in integr. reſti-
tur.

tut. & ſtante ceſſione litis, & cauſæ factæ per Laurentium, ex quibus videtur reſtitutio in integrum impediri.

R. P. D. IVSTO.
Num. Septimo.
ROMANA SALVIANI INTERDICTI.
Lunæ 21. Ianuarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum datur ex capite ignorantiæ.*
Declara iuſta ignorantia exiſtente, n. ij.
Ab omni parte excuſabili, ibid. num. iij.
4 *Scientia ex quibus fuit præſumpta per Rotam.*

1 Regula iuris eſt pro D. Carolo Gabriellio, quia ex capite ignorantiæ datur in integrum reſtitutio Bart. in l. 1. §. ſi quis autem, ff. de itin. actuq; priu. Mohed. deciſ. 1. de reſt. in integr. & eſt receptiſſima opinio. Felin. in c. vigilanti, n. 2. de præſcr. Alex. conſ. 31. num. 3. lib. 1. Dec. conſ. 305. num. 5. Bald. de præſcr. 4. par. prin. q. 29. Tiraquell. de retract. lignar. §. 35. gloſſ. 4. num. 36. & Rota tenuit vltimo loco coram D. meo Penia in Reatina depoſiti. 4. Decembris 1610. Præſertim in facto non proprio, quo caſu dicitur probari ignorantia iuris præſumptione. Caputaq. deciſ. 207. in fin. par. 3.

2 Tamen vt procedat eadem regula, ignorantia debet eſſe iuſta, & probabilis, non autem craſſa, & ſupina, vel in qua potuerit interuenire aliqua negligentia. Imol. in c. fin. n. 31. de præſcr. Rom. conſ. 127. in fin. Felin. in d. c. vigilanti, num. 4. verſ. limita tertio. Balb. late vbi ſupra n. 5. Alban. conſ. 4. n. 1. vbi dicit, quod ab omni parte debet eſſe excuſabilis ignorantia, quę non eſt, quando ex coniecturis arguitur ſcientia, etiam ſi ſint remotæ, vel quando habuit in genere notitiā; vel quando tenebatur inueſtigare, quæ fuerunt opprobata per Rotam in Florentina iuriſpatronatus 14. Maij 1576. coram S. D. N. Clem. VIII.

3 Ignorantia autem D. Caroli non videtur ſecundum prędicta eſſe excuſabilis & iuſta, quia debebat perquirere poſſeſſorem, cum ſciret prætenſiones aliorum, ſuper domo ſui debitoris, vt dicitur in dicta deciſione Florentina, & Caputaq. deciſ. 116. ſub num. 4. par. 3.

4 Quæ maximè procedunt, quia Dominus Carolus de anno 1594. habuit ſcientiam poſſeſſionis D. Catherinæ, quod probatur ex citatione ab eo producta, facta pro parte Petri, contra D. Catherinam de anno 1591. & ex lite mota, ex quibus inducitur ſcientia, & propterea cum à die ſcientię effluxerit quadriennium, non eſt agendum de reſtitutione, l. fin. C. de temp. in integr. reſt. cap. 1. de in integr. reſt. lib. 6.

Nec obſtat, quod quadriennium non currat niſi à die ſcientię, quia vt ſupra dictū eſt arguitur ſcientia, vel ſaltem negligens ignorantia, quę non impedit curſum quadriennij, vt dicitur in dicta deciſione Florentina iuriſpatronatus.

Nec iuramentum D. Caroli nemine deferente præiudicat, l. 3. in princip. ff. de iure iur.

Neque decretum Capitanei appellationum debebat operari, quominus D. Carolus eſſet diligens inueſtigator iurium aduerſariæ, l. qui cum alio, vbi Doct. ff. de reg. iur. Quinimmo ex tota ſerie facti magna reſultat ſuſpicio iurium alterius, quæ erant requirenda.

Et ideo fuit deciſum.

R. P. D. ORTEMBERGO
Num. Octauo.
FELTRENSIS CANONICATVS.
Veneris 5. Decembris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ad metropolitanum ante ſententiam diffinitiuam non deuoluitur.*
2 *Negligentia Epiſcopi probatur per trinam interpellationem, vt cauſa deuoluatur.*
3 *Negligentia non redarguitur Epiſcopus per modum querelæ, ſed per præfixionem termini.*
4 *Appellatio non datur quando malitioſe Ordinarius differt collationem.*
5 *Appellatio datur quando Ordinarius inſtituere expreſſe recuſat, vel denegat.*
6 *Non concedere medium eſt inter Negationem, & conceſſionem.*
7 *Tempus ſex menſium eſt præſtitutum præſentationi, non inſtitutioni.*

Sala-

SAlamon à Capitulo Eccleſiæ Feltrenſis, in Canonicum electus, bis ab Epiſcopo inſtitutionem petijt, ac eo ad ſecundam petitionem reſpondente ſe negotium huiuſmodi attenta illius grauitate maturius conſideraturum animo poſtea decernendi prout de iure, & pro congruo Eccleſiæ Regimine faciendũ viſum fuerit, à retardata ſibi denegata iuſtitia ad Patriarcham Aquileienſem appellauit, & ſententiam fauorabilem, pariterque inſtitutionem obtinuit de quarum validitate cum dubitaretur, fuit
1 decliſum vtranque eſſe nullam. † Quia cauſa non erat legitime deuoluta per appellationem ante ſententiam diffinitiuã, vel cum diffinitiuę habentem. cap. 1. de for. compet. cap. Romana, §. cum autem, cum ſeq. & c. cum appellationis, in fin. de appel. in 6. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. de refer.

2 Neque probatur negligentia, vt debet, quia requirebatur trina interpellatio ad hoc, vt poſſet appellari, & negotium deuolui ad ſuperiorem Io. And. in cap. dilecto, colum. 2. de appell. Abb. in cap. ex parte, il 2. vbi Dec. num. 3. eodem tit. Fel. in cap. propoſuiſti, prop. fi. de for. comp. Alex. in l. hoc amplius, §. celſus, nu. 13. de dam. infect. Pedem. dec. 12. num. 6. & ſeq. fuit dictum in Calaguritana iuris ingrediendi Mer. 28. Apr. 1580. coram Reuerendiſsimo Domino Patriarcha Alexandrino.

3 Neque habet locum modus conuincendi inferiorem de negligentia per viam querelę. Debebat enim ſuperior procedere per præfixionem termini. Abb. in cap. poſtquam de elect. in fin. & in cap. 2. num. 12. de conceſſ. præben.

4 Nec obſtat, quod vbi Ordinarius malitioſe differt detur etiã appellatio, quia de iure non datur appellatio, niſi poſtquam
5 Ordinarius recuſauerit, vel expreſſe denegauerit inſtituere, aut cõfirmare Doct. in cap. paſtoralis, de iur. patr. Alex. conſ. 81. num. 3. volum. 4. & ad hoc non ſuffi-
6 cit, quod non conceſſerit: Eſt enim medium inter denegationem, & conceſſionem. Doct. in cap. quam ſit, §. electus, vbi Franc. num. 2. de elect. in 6.

7 Quod tanto magis dicendum videbatur, quia nulla ſuberat negligentia Epiſcopi in procedendo, nec aliquod grauamen, aut præiudicium præſentato inferebatur per Ordinarij dilationem, quia tempus ſex menſium eſt præſtitutum præſentationi, non inſtitutioni præſertim quando fit inſtantia coram habente inſtituere, Abb. in c. poſtquam in fi. de elect. & in c. 2. n. 13. & ſeq. de conceſ. præben. Rot. deciſ. 4. de præben. in nou. Siluan. de benef. par. 3. q. 64. num. 1. Lambertin. de iure patron. art. 6. & 9. 3. par. lib. 2.

Et abeſt omnis culpa ab Epiſcopo, quia habebat iuſtam cauſam deliberandi propter rem iudicatam, latam contra præſentatum tamquam indignum ad Canonicatum, quæ aderat in actis.

Nec obſtat, ꝙ Ordinarius videtur detuliſſe appellationi extraiudiciali ꝑ actũ 1
in quo mandauit ſuo fiſcali, vt compareret coram Metropolitano, quia ille actus non continet mandatum Epiſcopi in perſonam fiſcalis, vt compareret corã Metropolitano, ſed tantum exequutionẽ citationis Metropolitani contra fiſcalem emanata. Nec ipſe fiſcalis conſenſit in iuriſdictionem Metropolitani, ſed oppoſuit exceptiones fori declinatorias.

Denique corruit inſtitutio, quã Patriarcha facere non poterat, quia hoc ſpecialiter eſt conceſſum Rotę Auditoribus, per Clem. Audito:, de reſcript.

COMMISSIONIS FORMVLA.

Com. Vrbis.

BEatiſſime Pater, ſi aduerſarius, vel N. in præinſerta pro oratore ſe gerens, S. V. narraſſet, prout non ſine dolo, & fraude tacuit, ad perpetuo A, S. V. oratorem litibus fatigandũ, tres contra ipſum latas fore ſententias conformes, vel duas, quę vigore ſtatutorum Vrbis faciunt rem iudicatã, ſiue vt prætenditur appellaſſe, & quod per annum, & vltra nihil aliud in cauſa fecerit, adeo, quod deſerta remanſit, ſeu in iudicatum tranſitum fecerit, vtique minime pręinſertam extorſiſſet. Et quia parum eſſet, ſententias, & rem iudicatam habere, niſi debitę exequutioni demandarentur, ideo ſupplicat S. V. idem orator, quatenus R. P. D. N. committere, & mandare dignetur, vt conſtito, quod cauſa ſit deſerta, vel

de

de re iudicata, ſeu de deſertione, ac quod alias exequutioni locus ſit, mādata queçunq. exequutiua inſuper neceſſaria, & opportuna, decernat, relaxet, & exequatur, ac exequi mandet, & faciat, vſque ad integram oratoris ſatisfactionem, tam pro ſorte principali, quam expenſis in cauſa factis, ac pręmiſſorum occaſionem, coram eo faciendis, eaſque taxet, & moderetur, ac quodcumque mandatum, ſeu mandata exequutiua decernet, relaxet, ac pariter, exequi mandet, & faciat, etiam ſub ſuo paruo ſigillo, regula contraria non obſtante. Cum poteſtate, &c.

Iſtæc commiſſio eſt pariter in commiſs. reſtitutionis in integrum.

DE COMMISSIONE

RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *RES iudicata deſertioni, dat locum, & non appellatum fingitur, & liti finem imponit.*

2 *Reſtitutio in integrū extraordinariū remediū nūcupatur.*

Sententia in iudicatum tranſiēs licet iniuſta, & iniqua, exequitur, & quare, ibi.

3 *Reſtiutione in integrum pendente, finita lis non dicitur.*

4 *Reſtitutione in integrum pendente damna & intereſſe, ac expenſae non taxantur.*

5 *Reſtitutio in integrum impedit exequutionem ſi calumnioſè non petatur.*

Et ſuſpendit illam, ibi.

6 *Res iudicata ſtricte interpetranda venit, & quomodo, & num. xv.*

In multis ab appellatione differta, ibi.

Petitorium, & poſſeſſorium capit, ibi.

7 *Reſtitutio in integrum in his, quae ſunt iuris, non facti conceditur niſi de facto ſtat mentio.*

8 *Reſtitutio in integrum ad priſtinum ſtatum reſtituit.*

9 *Reſtitutio in integrum ſupplicationis eſt ſpecies, & quando.*

10 *Reſtitutio in integrum quomodo iura extincta viuificet.*

11 *Reſtitutio in integrum appellationis eſt ſpecies.*

12 *Impedimentorum quot ſint ſpecies.*

13 *Probatio plena, vel ſemiplena quando requiratur in reſtitutione in integrum.*

14 *Commiſſio reſtitutionis in integrum abſque alia probatione expeditur in Romana Curia.*

16 *Reſtitutio in integ. cum clauſula Quam, & quas capit poſſeſſorium, & petitorium.*

17 *Mandatum ſpeciale non requiritur ad reſtitutionem in integrum petendum.*

18 *Res indicata, quot habere debeat.*

19 *Reſtitutio in integrum, fideiuſſores non capit.*

Reſtitutionis in integrum petitur interdum in Signatura Papæ interdum iuſtitiæ, ibi.

20 *Reſtitutio in integrum multoties conceditur per iudicem, qui iudicauit.*

21 *Reſtitutio in integrum infra quadriennium peti debet.*

22 *Reſtitutio in integrum quadriennio lapſo, denegatur.*

23 *Reſtitutio in integrum, quare infra quadriennium poſtuletur.*

24 *Quadriennium à die mortis pupilli, quando currere incipias.*

25 *Reſtituitio in integrum reſpectu paupertatis, an lapſo quadriennio detur.*

26 *Impedimentum probare pro reſtitutioin integrum obtinenda non ſufficit.*

27 *Reſtitutio in integrum lapſo quadriennio non tenet.*

28 *Ciuitas ſi de impedimento conſtet an poſt quadriennium reſtituatur.*

29 *Reſtitutio in integrum Eccleſiæ, minori, & ſimilibus, quando poſt quadriennium detur.*

30 *Reſtitutio in integrum, poſt quadriennium in poſſeſſorio non datur.*

Differentia quæ ſit inter minorem, & Eccleſiam in petenda reſtitutione in integrum, ibi.

31 Quadriennium ad reſtitutionem petendam, quando currere incipiat, & nu. xxxiiij. & xxxvij.

32 Quadriennium à principio vtile, & ex poſt facto continuum.

33 Quadriennium ad reſtitut. in int. petendum ceſſat ignorantia ſtante.

34 Reſtitutio in int. quando incidenter petatur.

35 Quadriennij tempus ad reſtitut. petendam, quando utile, quando continuum ſit.

36 Quadriennium iudicis, vel aduerſarij facto impeditus, non currit.

37 Quadriennium ad reſtit. in int. petendã non currit ſtante compromiſſo.

38 Quadriennium ad reſtit. in int. petendam non currit à termino peremptorio.

39 Quadriennium ab vltima ſententia currere incipit.

40 Læſio quomodo conſideretur in reſtitutione poſt qua lriennium petenda.

41 Quadriennij lapſus mentio in reſtitutione in integrum petenda fieri debet.

42 Leſio enormis, vel enormiſſima, quæ dicatur.

43 Leſio quotuplex dicatur.

44 Reſtitutio in integrum poſt quadriennium in beneficialibus non datur.

45 Leſio in beneficialibus conſiderari nequit.

46 Minori denegatur reſtitutio ob lapſum temporis, ob quod perdiderit ius ad beneficium.

47 Reſtitutio in integrum in beneficialibus denegatur etiam ſi culpa procuratoris orta ſit res iudicata.

48 Res iudicata exequenda quando ſit, in beneficialibus, ac quib. clauſulis detur.

50 Reſtitutio in integrum, in beneficialibus non datur niſi conſtito de enormiſſima leſione.

51 Reſtitutio in integrum, vt detur, opus eſt quod aliquid ammittatur.

52 Leſio an probanda ſit.

53 Reſtitutio in integrum, an detur ſtante modica leſione.

54 Reſtitutio in integrum datur, quando agitur de damno.

55 Nullitatis cauſa durante, an tempus ad reſtitutionem petendam currat.

56 Mandatum ſpeciale requiritur ad reſtitutionem in integrum petendam, & num. lix.

57 Reſtitutio in int. quando incidenter petatur, & num. lix.

58 Procurator Dominus litis effectus, an reſtitutionem in integrum petere poſſit.

59 Reſtitutio in integrum conceditur aduerſus ſententiam latam ex falſis inſtrumentis.

60 Supplicatio continet reſtit. in int. lato ſumpto vocabuli.

61 Reſtitutio in integrum eſt de appendicijs primæ inſtantiæ.

62 Prælatus pro Eccleſia, & Eccleſia, abſque ſpeciali mandato reſtit. in int. petunt pro Eccleſia.

63 Mandatum poſt mortem mandantis nõ durat, quando in perſona heredis ſtatu mutatur.

64 Reſtitutio in integrum an vltra vnam vicem peti poſſit, & num. lxviij.

65 Minori circumducto hereditatem illam adeundo datur reſtitutio, & quomodo.

66 Reſtitutio in int. conſtito de bono iure, iterum conceditur.

67 Reſtitutio in int. datur filio adulto aduerſus hereditatem a patre adita in minori ætate.

69 Minori aduerſus non confectum inuẽtarium datur infra annum reſtitutio.

70 Maior leſus in aditione hereditatis, vel confectione inuentarij an reſtituatur.

71 Minori ignoranti ad ignorantiam probandam, quomodo det reſtitutio.

Declara, num. lxxiij.

72 Ignoranti culpa non imputatur.

73 Minor in reſtit. in int. petenda variare poteſt.

74 Minor quæ probare debeat, vt in integrum reſtituatur.

75 Minor reſtituitur denuo ſuper ætate defectu negatæ probationis.

76 Minor reſtitui ſecundo petendo, quando audiatur.

77 Reſtit. in int. in cauſa vbi defecerunt probationes denegata, quando iterum petatur.

Pro-

78 *Probationes nouæ, vel iura, quæ ſint ad reſtit. in integrum, petendam.*

79 *Iuramentum in ſupplementum non ſufficit ad reſt. in int. contra ſententiam petendam.*

80 *Reſtitutio in integrum ad appellandum datur.*

81 *Commiſſio reſtit. in int. ad appellandum datur cum clauſula pro ut de iure.*

82 *Reſtitutio in int. ad appellan. ſemel denegata, non conceditur amplius.*

83 *Commiſſio reſtit. in int. ad appellandum, iudici ad quem dirigitur.*

84 *Commiſſio reſtit. in int. ad appellandum in multis denegatur, vt hic.*

85 *Commiſſio reſtitutionis in integrum ad appellandum, non denegatur abſoluto ab excommunicatione.*

86 *Reſtitutio in int. ad appellandum, valde, à reſtit. in int. ordinaria differt.*

87 *Reſtitutio in integrum ad appellandum, datur ex modica præſumptione.*

88 *Reſtitutus ad appellandum, quid antequam reſtituatur, probare debet.*

89 *Reſtitutio in integrum in Romana Curia bis petitur.*

90 *Reſtitutio gratioſa in int. à ſolis ſupremis Principibus conceditur.*

91 *Iudex nec in officio ſucceſſor latam ſententiā retractare nequeunt, ſeu reponere.*

92 *Signatura Gratiæ rariſſime ſecundā reſtitutionē, niſi pro ut de iure concedit.*

93 *Regula Cancellariæ de iure quæſtio non tollendo in reſtit. in integ. derogare non eſt opus.*

94 *Reſtitutio in integrum gratioſa, quæ dicatur.*

96 *Reſtituitio in integr. pro ut de iure, pendente alia gratioſa peti poteſt.*

97 *Reſtitutio in int. gratioſa in quo differat ab illa pro ut de iure, & nu. xcix.*

98 *Iudex ſi reſtitutio in int. non intrat tacite, abſq. eo, quod pronunciet ad vlteriora procedit, & quando.*

100 *Reſtitutio ad appellandum à prima ſententia lata, facit numerum trium, ſi alia duæ poſtea ferantur.*

101 *Reſtitutio in int. monacho contra Abbatem, an detur.*

102 *Reſtitutio in int. ſi de læſione conſtat datur quæ coram iudice plene probanda eſt.*

103 *Reſtitutio in int. prout de iure, dat formam.*

104 *Signatura Iuſtitiæ dat reſt. in int. pro ut de iure ordinarie.*

105 *Signatura Gratiæ reſt. in int. Gratioſam concedens, vult guſtare cauſas.*

106 *Papa ignorat, quæ in facto conſiſtunt.*

107 *Princeps gratiam cum alterius præiudicio non ſolet concedere.*

108 *Papa omnia iura in ſcrinio pectoris habere præſumitur, interpetratiue, & n. cx.*

109 *Papa eſt Iuris vtriuſque doctor.*

101 *Princeps in ijs quæ iuris ſunt, decipi nequit.*

102 *Reſtitutio, vbi de læſione conſtat, non denegatur.*

103 *Minor ex ſola procuratoris negligentia rem iudicatam paſſus reſtituitur.*

104 *Minor morte, vel infirmitate procuratoris rem iudicatam paſſus in integrum reſtituitur.*

105 *Minor eo ipſo quod nō appellat, læſus di-* (*citur.*

106 *Minor reſtituitur aduerſus tres conformes, non retardata exequutione.*

107 *Baldus veritatis Pater nil ignorauit, & omnia ſciuit, aliorū ſubtiliſſimus.*

108 *Clem. vt calumnijs de re iud. probibet reſt. in int. aduerſus tres conformes.*

109 *Clem. vt calumnijs procedit ſolum in cauſis ciuilibus.*

110 *Reſtitutio in integrum, cœpta exequutionem illam non impedit.*

Et cœpta exequutio in Rota dicitur per relaxationem exequutorialium, ibi.

111 *Minor reſtituitur aduerſus contractū conſtito de læſione.*

112 *Ciuitas Reſpublica, & Caſtra in reſtit. in integrum coadiuuantur ex minorum perſonis, & ſolutionem.*

113 *Minori læſo tutoris auctoritate interueniente, datur reſtitutio.*

114 *Reſtitutio minori conceſſa, an capiat fideiuſſores.*

115 *Reſtitutio minori in re indiuidua maiori prodeſt, & num. cxix. & cxxi.*

116 *Reſtitutio maiori ad hereditatem adeundā ſi minori proderit an detur.*

117 *Minor ætas per dationem curatoris nō probatur in tertij præiudicium.*

118 *Minor aetas ex ſide baptiſmi probatur.*

120 Reſtitutio minoris poſt aditam hereditatem, an diuidua cum maiore.

122 Minori maiori facto ſi infra quadriennium reſtitutum non proſequatur illa caret.

123 Maior ex procuratoris negligentia in integrum non reſtituitur.

124 Reſtitutio in integrum, ſi procuratori non ſit ſoluendo, datur aduerſus lapſum fatalium.

125 Sententia, quæ in iudicatum tranſiuit per noua inſtrumenta non retractatur.

126 Reſtitutio in integrum minoris, & alijs æque priuilegiatis, datur ex inſtrumentis nouiter repertis.

127 Ignorantia geſtorum per anteceſſorem, ſiue procuratorem iuſta eſt.

128 Minorum, & aliorum æque priuilegiatorum perſonæ locum reſtitutioni dant, non impedimenta.

129 Maiori ad adeundam hereditatem minoris, reſtitutio non datur.

130 Minoribus iuris peritis, an detur reſtitutio in integrum.

131 Minor aduerſus delicti confeſſionem, an reſtituatur.

132 Maior ex inſtrumentis nouiter repertis ex clauſula generali non reſtituitur de facili in integrum.

Fallit ſi fuerit reus, ibi. num. cxxxiij.

133 Maiori reſtitutio in integrum ex multis cauſis datur.

134 Maiori quadriennio lapſo, non datur reſtitutio in integrum.

Etiam ex probationibus nouiter repertis.

Et ſi conſtet de bono iure, ibi.

138 Reſtitutione in integrum ex nouiter repertis conceſſa, ſolum nouis iuribus vti debet.

139 Maiori, vt reſtitutio in integrum detur, quæ requirantur copulatiue.

140 Reſtitutio in integrum ſemper peti poteſt, vbi agitur de animæ præiudicio.

Fallit in matrimonio ſpirituali. ibi.

141 Reſtitutio in integrum, heredibus quoque prodeſt.

142 Maiori reſtitutio ex iuris ignorantia quando concedatur.

143 Commiſſio reſtitutionis in integrum datur cum clauſula conſtito de bono iure.

144 Commiſſio reſtitutionis in integrum, an cumuletur cum cauſa appellationis, & nullitatis.

145 Clauſula, Quam, & quas in commiſſione appellationis, & reſtitutionis in integrum, quid operetur.

146 Clauſula pro ut de iure in commiſſ. reſtitutionis in integrum per Referendarium addatur.

147 Signatura Iuſtitiæ reſtitutionē in integrum non concedit, niſi pro ut de iure.

148 Clauſula pro ut de iure in corpore commiſſionis, vel in calce poſita in quo differant.

149 Forus non mutatur ex commiſſione reſtitutionis in integrum.

150 Forus dicitur vbi eſt res ſtabilis, vel mobilis manſura.

151 Reſtitutio in integrum in foro rei petenda venit.

152 Reſtitutionem in integrum petens, quare nullam ſententiam dicere debet.

153 Reſtitutio in integrum ſententiam, vel actum valere ſupponit, ſed ex eo leſionem.

154 Reſtitutio in int. diuerſimode petitur, & cum varijs clauſulis.

155 Appellatione pendente nil nouandum, quomodo intelligatur.

Declara procedere in cauſis ciuilibus, clvi.

156 Clauſula parito iudicato, ſtante reſtitution: in integrum, non retardat exequutionem.

Amplia, tam in cauſa Eccleſiaſtica, quam prophana. num. clvij.

158 Clauſula parito iudicato, quid importet.

159 Clauſula parito iudicato, quid operetur.

160 Clauſula parito iudicato datur ſtantibus tribus conformibus, vel duabus ex ſtatuti diſpoſitione.

Declara, ut hic.

161 Reſtitutionem in integrum aduerſus tres conformes, petens nouam cauſam docere debet.

162 Clauſula parita iudicato conditionaliter in Rota intelligitur, & num. clxi.

163 Citatio partis in exequutione ſententiæ coram diuerſo iudice requiritur.

Offi-

164 *Officialis ſucceſſor non tenetur mandata anteceſſoris, etiam ſuſpicionis fugæ, niſi parte citata exequi.*

165 *Sententia vltima ex tribus in minori parte reformans alias ſententias, nõ eſt cum alijs conformis.*

166 *Iudex inhibitus ex commiſſione reſtitutionis in integrum tribus conformibus tacitis non attentat.*

Impeditur ex ſolutionis allegatione, ibi nu. clxvij.

167 *Reſtitutio in integrum facilius aduerſus duas cõformes, quã tres cõceditur.*

168 *Beneficium per obitum vacare dicitur, tribus latis conformibus ſententijs.*

169 *Clauſula parito, quando detur, ſi vnica ſententia, & ex ea res iudicata adſit.*

170 *Citatio per contradictas, vel edictum, quid ſit, & num. clxxij.*

171 *Citatio per contradictas contra procuratorem reuocatum, quando fieri poſſit.*

173 *Citatio per contradictas, non tollit reſtitutionem in integrum.*

174 *Citationem ſciens, & contemnẽs, appellando non auditur.*

175 *Clauſula parito iudicato an detur latis tribus ſententijs per contradictas.*

Rota non ſeruiat Staphil. opinionem, vt ſupra, num. clxxvi.

177 *Clauſula parito iudicato ſtante vnica ſententia, an ſemper danda.*

178 *Reſtitutio in integrum aduerſus tres cõformes non datur, niſi conſtito de aliquarum iniuſtitia.*

Expenſarũ refectio in hoc caſu arbitrio Rotæ remittenda, ibi, num. clxxix.

180 *Exequutio trium conformium an ob nouam appellationem à tertio ignoranter interpoſitam impediatur.*

181 *Reſtitutio in integrum denegatur ſi tertio ius quæſitum ſit.*

182 *Sententia tres, quando conformes dicantur.*

183 *Tertius, quando cauſam committendo retardet, vel non exequutionem.*

184 *Commiſſio cum clauſula conſtito de tribus conformibus moderetur inhibitionem datur ad partus, & cauſam remittat.*

185 *Inſtrumenta trium ſententiarum de partibus ſat ſunt in Rom. Cur. pro exequutione obtinenda.*

186 *Nullitas ſi in iudicio contra tres conformes obijciatur facit in exequutione interim ſuperſedere.*

187 *Minori an aduerſus interloquutoriam detur reſtitutio in integrum.*

188 *Interloquutoria, quando dicatur præiudicialis.*

189 *Sententiam in ſuum effectum tranſire, nil aliud eſt, niſi in iudicatum.*

190 *Sententia lata in iudicio uniuerſali con tra omnes, facit rem iudicatam.*

191 *Clauſula parito iudicato, ſtante clauſula appellatione remota non eſt conditionalis.*

192 *Commiſſio de re iudicata mentionem non faciendo, ſi ſententia ſit nulla, non erit ſubreptitia.*

193 *Reſtitutio in integrum datur aduerſus quadragenarium præſcriptionem probatam.*

CAP. IIII. S.I.

1 DESERTA appellatione non appellatum fingitur, Rot. dec. 5. num. 5. de appellat. in nou. & cum locus rei iudicatæ ſit, quæ de albo nigrum, & de nigro album facit finemque liti imponit; l. 1. ff. de re iudic. Viu. coll. com. opin. opin. 30. in fin. Lancell. de attentat. appell. pend. parte ſecunda, limit. 53. num. 1. Ioan. Andr. in cap. licet, de ſent. excom. eo quia ſuccumbens non appellauit, vel in alijs inſtantijs iura non deduxit, eaque de nouo forſan reperijt, ſiue indefenſus, ac per contradictas contra ipſum pronunciatum extitit, ſeu ex capite abſentiæ, minoris ętatis, paupertatis, & alijs de cauſis à iure permiſſis, ad reſtitutionis in integrum remedium con uolat, à iure adinuentum, vt ijs, qui illo digni ſunt, ſubueniatur, ea mediante ne
2 indefenſa eorum iura pereant. Et quamuis mandatum exequutiuum per iudicẽ relaxatum ſit iniquum, tamen ſi in iudicatum tranſeat, iuſtum efficitur, tanquã de iuris rigore introductum, vt exequutioni demandetur, quia ſpontanea omiſſio appellationis, ſententiæ turpitudinem purgat. Innocent. in cap. paſtoralis officij, num. 8. de off. deleg. Nam ſenten-

tia, quando in iudicatum tranſiuit pro ſe
preſumptionem habet, vnde ad illius iu-
ſtificationem acta producere non eſt ne-
ceſſe, Abb. in c. cum inter nu. 11. & 22. de
re iud. exceptio autem rei iudicatæ eſt
exceptio litis finitæ, idẽ Abb. in c. ſicut
nobis, num. 3. eodem titulo. Immo iu-
dex tam ſæcularis, quam Eccleſiaſticus
rei iudicatę exceptionem non admittens,
qualiter puniatur, recenſet Menoch. de
arbitr. iud. lib. 5. concl. 439. Quod re-
medium extraordinarium nuncupatur,
Abb. in cap. cum veniſſent, num. 2. de re-
ſtit. in integr. Bart. in l. mandato, vbi gl.
3 ff. de minor. Illave conceſſa, non dicitur
lis finita per rem iudicatam, licet ſecus
dicat tex. in l. 1. ff. de ſent. & re iudic. quod
debet intelligi, poſtquam fuit exequu-
tum. Put. deciſione 311. parte ſecunda,
nam poteſt eius exequutio per reſtitutio-
nem in integrum impediri, ſicut per ap-
pellationem etiam ſi requirat altiorem
4 indaginem. Vnde minus poterit ad dã-
norum, & intereſſe taxationem, ſeu li-
quidationem procedi, etiam poſt tres ſen-
ſententias latas, ſi in illis condemnatio
non adſit, Neq; damna futura, ſententia
continet; quę liquidari in earum exequu-
tione debent, Rota coram D. Gipſio in
vna Calaguritana reſtitutionis in inte-
Vide hãc dec. in fi. c. nu. 1.
5 grum, Veneris 28. Aprilis 1589. Quod
procedit, tam in executione irretractabi-
li, puta pœnæ corporalis, quam etiam in
alia reuocabili, dummodo detur fumus,
quod calumnioſę non petatur, tot. tit. Nil
nou. reſtit. in integ. pend. Cap. Tholoſ.
deciſ. 54. & deciſ. 85. Benint. deciſ. 77.
Et quod nil nouari reſtitutione penden-
te poſſit, habemus titulum expreſſum
in C. reſt. in int. pend. nil. nou. quod pro
regula firmes, ſicut appellatione pen-
dente, cui reſtitutio in integrum ad hunc
effectum æquiparatur; cum in priſtinum
leſum reponere, vtrluſq; ſit naturæ, quod
ſi nouetur, impoſſibile foret; licet retra-
ctandum veniret; quia ſicut appellatio,
actum, & effectum ſuſpendit, ita & reſti-
tutio Odd. vbi ſup. part. 1. quæſt. 42. art.
1. num. 1. & ſequen. Lancell. de Attent.
par. 2. cap. 17. num. 43. vnde Bal. in c.
ſuper quæſtionum, quia vero, col. 1. de
off. deleg. monet cauſidicos (vt latius in-
fra ſubnectam) quod ad reſtitutionem in
integrum petendam diligentes ſint, quia
quando per reſtitutionem in integrum
ſententia reſcindi petitur, non exequitur
poſtea, nam ſecus ſi non petatur & petita
exequutionem retardat ordinare, ſed nõ
ſemper, late Odd. ibi q. 43. per totum.
6 Stricté, nempe res iudicata interpretanda
venit, quod circa eaſdem perſonas com-
pręhenſas, & non vltra operetur, l. cum
quæritur, ff. de re iud. Innoc. in c. dilecto
7 filio Abbati; num. 2. de reſcript. Dicitur
autem reſtitutio in integrum in primum
ſtatum repoſitio, Bar. in l. quod ſi minor,
§. reſtitutio, nu. 1. ff. de minor. Corn. con-
ſil. 125. num. 4. & conſ. 184. nu. 3. vol. 3.
Gozad. conſil. 54. num. 6. quę relationem
habet ad principium, Pariſ. conſ. 19. num.
31. vol. 1. Bart. in l. ab hoſtibus, §. Sed
quoque ſimpliciter colum. 2. verſic. Veri-
tas eſt, ff. ex quib. cauſ. maior Iaſ. in l. in-
terdum, num. 4. ff. de cond. indeb. Dec.
conſ. 436. num. 3. Card. in clem. 1. in 3.
not. de reſt. in integ. Butr. in conſ. 19. nu.
2. Et latiſſimum verbum eſt, multa ſub ſe
continens, l. reſtituere, ff. de verb. ſign.
l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex
qui cauſ. maio. Iſtudq. verbum tam ſec.
Feli. in c. inter dilectos nu. 2. de fid. inſtr.
poſſeſſorium, & petitorium amplectitur,
quod tamen ceſſat, tanquam extraordi-
narium, quando iuris ordinario remedio
ſibi quis ſubuenire valet. Alex. conſ. 63.
n. 3. verſ. ergo ſequitur vol. 2. & conſ. 165.
8 n. 11. verſ. quinimo vol. 6. Ac conceſſa vi-
detur in ijs, quæ ſunt iuris, non facti, niſi
de facto mẽtio fiat, vt in poſſeſſione cum
cauſę cognitione, vel ex certa ſcientia,
Aret. conſ. 19. n. 58. ad fi. & tantũ, quan-
tũ leſio abſtulit, reſtituit, nec plus, nec mi-
nus, Vnde verba in priſtinũ ſtatum repo-
ſitio debẽt intelligi in illo, quo erat ante
leſionẽ vt per Odd. de reſt. in int. par. 1.
q. 1. art. 4. n. 45. quo alia tractat circa hu-
ius verbi ſignificationẽ, ac ethimologiã,
diffinitionem, introductionem, & alia,
quæ cum non ſint noſtri operis intentio
miſſa facio, cum ex eo abunde omnia
9 videre poſſis. At quia læſioni opponitur,
ſupplicationis ſpecies dicitur, redditque
illud, quod iam lęſio abſtulerat, Rui-
nus conſ. 19. num. 4. volum. 3. Pariſ. con-
ſilio 105. nu. 4. vol. 3. l. 1. Si aduerſ. tran-
ſact. l. ſed & ſi per prætorem, §. ſi fine, ff.

ex quibus cauſ.min. Bar.in l. qui propriè
ff. de procur. Couar. in initio, ſecundæ
partis,releɛt.cap. 1. num.1. & ad priſtinũ
ſtatum, quicquid ſublatum fuit,perinde,
ac ſi ſublatum non foret, reſtituit, l. fin.
in fi.C.de ſent.paſ. Sarnen. in Regul. Cã-
cell.in Regul. de ſub colleɛt.q.14.num.4
But. conſil.19.num.2. Innoc. in cap. re-
quiſitus,num.2.de reſtit.in integr. Poteſt
autem ſuperior ſpiritum vitę cauſæ in ſuf-
flare, ideo non eſt ad eum recurſus pro-
hibitus, Rolan.à Val. conſil.74.num.31
volum.1.Bal.in cap.paſtoralis,num.4.de
appellat. & in conſil.203. num. 4. lib. 4.
Pariſ.conſil.54.num.39. volum.3. Rom.
conſil.25.colum.fin.Marſ.ſing.88. Alex.
conſil.88.colum.1.verſ.poſſet, volum. 4.
Iaſ.conſil.16. in fine,volum. 3. Idem Ro-
land.conſil.1.num.76. volum.4. Quam-
uis in multis caſibus reſtitutio in integrũ,
a ſupplicatione differat, relatis per Odd.
vbi ſup. quæſt.1.art.7. per tot. quem vi-
10 deas. Et licet iure extincta viuificet, ea
tamen neque approbat, neque noua
concedit, quia non plus reddit, quam
ſublatum fuit, Imol. in cap. ſuper qua-
tuor,de maior.& obed. Ob id Sarnen.ſu-
per Regul. Cancell.de nou. toll.iur.quæ-
11 ſit. quæſt.17.num. 4.ait;Quod Appella-
tionis ſpecies eſſe videatur,& aduerſus la-
pſum temporis ad tantumdem, quantum
læſio abſtulit,datur, puta ſi ad appellan-
dum reſtitui, cõtingat, intelligitur, quod
poſtea infra decem dies prouocet, quod
verum eſt, quando ſumus in certo, ſed
ſi incerto, vt ad producendum inſtrumẽ-
tum,arbitrarium erit, vt per Zabarel.in
Clem.ab Eccleſia,num. 4. & 34. de reſt.
in integr. & quod conſequitur ex reme-
dio ordinario appellationis in tempore
debito interpoſitæ,eadem via, qua reſti-
tutio competit eius priuilegio ſuccurri-
tur, Iaſ.in l.4. §.condemnatum, num. 2.
ff.de re iudic. & in l.preces, ff. de minor.
quæ appellationi æquiparatur, ac cum il-
la ſimilitudinem habet,ad effectum, vt in
veteri ſtatu omnia remaneât,adeo, quod
exequutionem impediat,Bal.in Authen.
quæ ſupplicatio, C.de precib. Imper.of-
fer. Vital. in tract. de clauſ. in clauſ. in l.
non appell.pend.num.7.Socin.conſ.109.
num.2.volum.4.Ob id citatus,vel appel-
lans,qui iuſte impeditus ex infirmitate,in
fortunio itineris,vel ſimilibus venire non
potuit,licet ſec. Bald.abſque alio ad cau-
ſam admittatur proſequendam,vel ad ap
pellandum,nihilominus ſecund. Anchar.
in Clem.ſi ante, num.11. de dol. & cont.
venit in integrum reſtituendus,&interim
ſuperſedendum, in executione, dummo-
12 do calumnia non adſit. Quot vero ſint
impedimenti ſpecies, ponunt Abb. Imol.
Innoc. & alij in cap. ex ratione de appel.
Cacher.Deciſ.Pedem.12.num.1.& 7. Et
quando impedimentum probandum, ſi-
ue factæ diligentiæ veniant, remitto te
ad late congeſta per Maſcar. de probat.
volum.1.concluſ.116.num.3. & ſequen.
13 Ac an plena, vel ſemiplena requiratur
probatio,diſtringunt,in l. 1. C. ſi aduerſ.
lib.in fin.De læſione probandum fore pri
mo,ſi committitur cauſa reſtitutionis in
integrum, & in hoc ſufficit ſummarie de
illa probare, quia ſi venit reſcribendum,
non eſt neceſſe,quod primo probetur ple
nariè, ſed ſufficiunt præſumptiuæ proba-
tiones, vt tollatur ſententiæ obſtaculum,
& aperiatur via reſciſſoria, quodammo-
do inconueniens eſſet, ſi bis aliquid in
14 duobus iudicijs probandum foret. Iſtud
vero non habet locum in Rom. Curia,
quia abſque eo, quod aliquid probetur,
ſufficit commiſſionem reſtitutionis in in-
tegrum(vt infra dicam) offerre,ſine alte-
rius cauſæ probatione,& paſſim (vt pari-
ter ſubnectam) datur: tamen debent in-
telligi pręfata,quando talis reſtitutio pe-
teretur coram Iudice,qui ad illam peten-
tem admittere non debet, niſi primo da-
to aliquo fumo, ex quo reſtituendum fo-
re ſentiat,Imol. in capitulo ex litteris, de
reſtit.in integr.Eſt autem talis ſummaria
probatio ad aliud iudicium,quod plena-
rium,& incidenter petitur præparatoriũ,
dum poſtea principaliter venit diſcutien-
dum, vt Doct. in dicto capitulo ex litte-
ris. Adeo quod,ſi iudicialiter de illa di-
ſcutiatur, plenæ probationes requirun-
tur,vt Innoc.in dicto capitulo ex litteris,
& Abb.ac præcipuè debet plenè,& mani-
feſte de læſione conſtare, quando contra
ſententiam, vel ſententias concedi inſta-
tur, deciſione quinquageſimaquarta,
Cap. Tholoſ. Rota deciſione ſecunda,de
reſtit.in integ.in nou,& latè Benint.deci-
ſio.81.numero 1 primo, vſque ad nu.11,
Sed

15 Sed ſtricti iuris eſſe,multi ex noſtris do
ctoribus tenuerunt, & Alexand.in l.vni-
ca, num. 6.C.de ſent.quæ pro eo, quod
int.Dec.in cap. translata, in 1.lect. num.
21. de conſt. aſſerens reſtitutionem in
principali facto,acceſſoria non capere,eo
quia contra multas regulas particulares
iuris ſcripti conceditur. Secus autem
quo ad cauſam concedendi,ſiue denegã-
di,quia tunc erit fauorabilis, cum non ſit
contraria in totum regulis iuris humani,
Odd.ibi ſup.quæſt.1.art.13. num. 93. &
16 ſeq.par.1. Neque reſtricta dicitur reſtitu
tio in integrum, ſolum quo ad poſſeſſo-
rium, quando adeſt clauſula Quam, &
quas, rebuſque alijs,& facultas reſtituen
di ex clauſula generali aduerſus lapſum
temporis cuiuſcunque præſcriptionis, cũ
in iſta reſtitutionis in integrum materia
ſat ſit clauſula,petens ſibi ius,& iuſtitiam
ſuper præmiſſis miniſtrari, vel clauſula
omni meliori modo, adeò, quod reſtitu-
tio dicatur petita ſi ex narratis colligi
poſſit, quod opus de illa ſit; Alexan. de
Neuo conſil. 23.num.4.Rimin.Iun.conſ.
4.num.47.Iaſ. in §.rurſus,num. 87. Inſt.
17 de act. Panzir.conſ.46. num.49. Neque
ad illam petendam requiritur ſpeciale
mandatum, cum ſufficiat ſpeciale com-
præhenſum ſub generalitate. Caſſad.de-
ciſ.1.de procur. Sed multum in ſimilibus
facit clauſula non ſe aſtringens, quæ in
articulorum datione communiter appo-
ni ſolet,ſeu quando de aliquo probando
tractatur, de quo vide Dec.7.n.3.de reſc.
18 in no. Triaque res iudicata habere debet.
Primo quod ſit eadem res. Secundo ea-
dem cauſa, ideſt actio. Tertio, eadem
perſona,l.& eadem, §.1.ff.de except.rei
iud. vbi Barto. & doct. Socin. conſ. 18.
num. 44. volumine primo, Grau. conſi.
182.poſt numerum tertium, & de antiq.
temp. parte ſecunda,in princip.num.33.
Vnde vno ex ſupradictis tribus deficien-
te, non obſtabit rei iudicatæ exceptio,
Veral.dec.93.parte tertia. Petitur inter-
dum commiſſio cauſæ reſtitutionis in
integrum in Signatura Gratiæ S. D. N.
Interdum in Signatura Iuſtitiæ,prout de
iure,cum clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa
&c. Sed quia ex multis, & diuerſis capi-
tibus tale remedium per commiſſiones,
etiã gratioſas Papę met porrectas ſuppli-
cationes intentantur, Ideo breuiter illa,
quę earũ occaſione mihi occurrere pote
runt,perſcrutemur; Circa quod,primo re
19 ſtitutioni beneficiũ perſonale eſſe. Ob id
non comprehendere fideiuſſores; niſi de
illis ſpecialis mentio fiat: ſciendum eſt,
quamuis ad hæredes illius, cui compe-
tebat trãſeat, Bar.in l.1.numero ſexto,C.
de fideiuſſor. minor.& in l.minor autem
magiſtratus, §.non ſolum, ff.de minor. &
in l.qui duos,columna ſecunda,ff.de reb.
dub.Quod tamen fallit in fideiuſſore pu-
pilli,l.ſi pupillus,vbi Bar.ff.de acquiren.
hęre.l.minor,& ibi Bar.ff.de proc.Et pro
deſt fideiuſſori iudicij, non contractus,
Bal. in.l. fi. C.de fideiuſſ.min.Aufr. in
deciſ. 55. Capel. Toloſ. in addit. circa
medium ibi: Item niſi in fideiuſſore
minoris,vt late multa congerit Odd.loc.
cit.q.26. ar.1.per tot. ad quẽ te remitto.
20 Et licet in multis caſibus per quemlibet
magiſtratum ſuperiorem illius iudicis,
qui iudicauit, ac interdum per eundem
met iudicem, qui pronunciauit concedi
valeat, Bar.in l.cauſæ,la ſeconda,§.nunc
videndum in 2.oppoſ.ff.de minor.Salic.
in l. placet,C.de ped.iudic.c. ex litteris,
vbi Abb.in 3.col.verſ.Ex hoc dicto, de
reſtitut. in integr. Franc. in cap. dilecti,
quæſt. 9. de appellat. Tamen hoc omit-
to, ſed ſolum de Commiſſionibus reſtitu-
tionis in integr. quæ in ambabus Signa-
21 turis conceduntur dico. Peti igitur poteſt
& debet talis reſtitutio,infra quadriennij
tempus,& non vltra, quod quadrienniũ
currit,a die ſcientiæ rei iudicatæ,dec.29.
22 par.1. diuer.num.1. Quo elapſo de iure
denegatur l.fi.vbi Doct.C.de temp. in
integr. reſt.pet. Dec. conſ. 29. num.2.
& conſ.436. nu.8. Afflict.dec.175.c.1.de
reſt.in integ.in 6.Clem.2.eo.tit.Anchar.
conſ.126.num.3.Innoc. in c.cum ex litte
ris de reſti.in integ.Abb.in c.cum cauſam
num.9.de empt.& vend.Put.deciſ.446.
23 p.2.Veral.dec.136.p.2.Et ideo infra qua
driennium, quia ex Principũ conſtitutio-
ne, non autem ex Prætoris edicto poſtu-
latur; vt tenuit, Alex.in l.admonendi.
nu.4.ibi Caſt. num. 7.ff.de iur. iur. cap.
1. & 2. de reſtit. in integ. in 6. Turzan.
in lib. comm. opin.concluſ. 109. Qua-
driennij vero lapſus poſt commiſſionem
cauſæ impedit inſtantiam reſtitutionis in
inte-

integrum, quod amplius peti nequeat, deciſ. 533. num. 15. par. 3. diuer. Quod amplia etiam ſi detur de bono iure, deciſ. 276. num. 4. & deciſ. 233. eodem lib.
24 Quadriennium autem, de quo in L. ſuperuacuam, C. de temp. reſtitut. petend. quod in perſona pupilli in ætate pupillari defuncti, maiori hæredi ipſius pupilli competit, currere incipit, nedum a tempore, quo maior hæreditatem pupilli adiuit, ſed illico, poſt dicti Pupilli mortem, etiam hæreditate iacente, l. ad diem, & l. cum filius, vbi Bar. ff. de ver. obl. Din. in c. cũ quis in ius de reg. iur. in 6. Ratio eſt, quia ſtatim adire potuit ſuperiorẽ, & non audiuit, vnde ex negligẽtia ipſius, dũ non egit, quãdo agere poterat, & quia hoc caſu maior cõſideratur vt maior, vt latè per Bellam. deciſ. 653. non debet commodũ reportare. Quod declara, vt in deciſ. eiuſdem ſeq. 654. Sed an. reſpectu pau-
25 pertatis aduerſus quadriennium detur reſtitutio. Put. deciſ. 446. par. 2. num. 1. dicit, quod non: & talis ſententia habita fuit pro communi, ex dictis per Abb. in cap. fi. nu. 15. de in integ. reſtit. eo motus medio, quia læſus permittendo lapſum quadriennij, videtur reſtitutionis beneficio, & iuri ſibi competenti renunciaſſe, maximè quando non conſtat paupertatem dediſſe ad præmiſſa cauſam infra di-
26 ctum tempus illam non petendi: Nam non ſufficit probare impedimentum, niſi probetur, quod proſequutus fuiſſet, ſi extitiſſet impedimentum, & id, quando non eſt notorium debet proteſtari, cap. ex tranſmiſſa, de præſcript. vt latè ibi Put.
27 Immo, quod plus eſt, reſtitutio in integrum poſt quadriennij lapſum obtenta, non tenet, de quo Aufrer. ad deciſ. 77.
28 Cap. Tholoſ. circa fi. verſic. Adde quod reſtitutio, vbi ponit, an Ciuitas ſi de impedimento conſtaret, debeat poſt qua-
29 driennium reſtitui, Ang. Aret. & Ioan. de Imol. in §. rurſus inſtit. de actio. Fallit, niſi enormiſſima lęſio adeſſet, quia Eccleſię, minori, & alijs æque priuilegiatis reſtitutio ibi datur, etiam poſt quadriennium Soc. de communi in conſ. 226. col. 12. vol. 2. Rom. conſ. 113. num. 5. Alex. conſ. 3. col. 5. vol. 2. Turzan. vbi ſupra, Ruin. conſ. 222. num. 17. vol. 5. glo. fi. communiter approbata in cap. vnico, de reſtit. in integ. in 6. Alexan. conſ. 9. in fi. vol. 3. Alber. Brun. conſ. 41. col. 8. Caſſad. deciſ. vnic. de empt. & vend. Iaſ. conſ. 54. & cõſ. ſeq. vol. 1. Corn. conſ. 58. num. 5. vol. 3. Quamuis regulariter non dari, niſi ex cauſa, dixit maior Dominorum pars in Rota, vt ex deciſio. 1359. par. 3. diuerſ. quæ eſt Ptolomei. Et quæ nam differentia detur inter Minorem, Vniuerſitatem, vel Eccleſiam, in petenda reſtitutione in integrum, tradit Imo. in c. 1. n. 1. de reſt. in
30 integ. Quod fallit in cauſa poſſeſſorij, quia ſupradictis, licet priuilegiatis, poſt quadriennium quantumcumque cauſa ſit magna, & poſſeſſorium videatur proſpicere totam cauſam, non datur, ſec. Socin. conſ. 266. nu. 26. verſic. Quia quando eſt contentio, volum. 2. Ea ratione motus, quia poſſeſſorium etiam de magna cauſa, dicitur parui præiudicij, Dec. conſ. 28. num. 1. l. vnic. C. ſi de mom. poſ. Bar. in l. admonendi, col. pen. verſic. Sed aduerti-
31 dum, ff. de iur. iur. Quadriennium verò a die ſcientiæ, non autem a die læſionis currere incipit, Bald. conſ. 92. num. 1. par. 1.
32 Adeo, quod a principio eſt vtile, & ex poſt facto continuum, Dec. conſ. 42. in fi. & d. conſ. 436. num. 9. Card. in clem. 1. q. 25 de præſcript. Abb. in cap. 1. num. 12. eod.
33 tit. & in conſ. 32. in fin. volum. 1. Ob id, vt dixit Aym. de antiq. temp. par. 4. num. 187. Læſionẽ, ſeu factum ignorantis, etiã ſi ſtaret per centum annos, numquam operari: Quod dictum quadriennium currat, aſſeruere, Abb. conſ. 89. num. 11. volum. 2. Canon. in c. 1. de reſt. in integ. in 6. Bald. in l. falſam, C. ſi ex falſ. cauſ. Boer. deciſ. 39. num. 4. Paul. de Caſtr. in l. fi. ff. de collat. Alex. conſ. 71. col. fi. volumine primo, & conſ. 4. col. pen. verſ. Ne obſtat ſi diceretur, volumine ſecundo, Socin. conſ. 86. in fin. verſic. Sexto, & vltimo, volumine primo, & conſ. 66. num. 11. volum. 4. Hip. de Marſil. in l. qui ignorantes, num. 17. ff. de falſ. & ſing. 575. incip. multa, & quamplura: Quadriennium autem ad petendam reſtitutionem in integrum ab initio eſt vtile, neq; currit niſi ſcienti, & non ignoranti, hancque opinionem ſequitur Rota repulſa canoniſtarum ſententia, de qua per Card. in Clem. 1. de reſt. in int. Afflit. Deciſ. 175. Rota coram D. Rubeo in vna Romana

domus

Domus de Moronibus 12. Decembris
1586. Caſſad. deciſ. 1. de procurat. In-
tentio autem hæredis, quo ad probabi-
lem ignorantiam, quod quadriennium
non currat, eſt fundata in regula pro ſe,
l. qui in alterius, ff. de reg. iur. vt Rota
in d.deciſ.D.de Rubeis,& quod ignoran
ti quadriennium non currat. Dixit Ruin.
conſ. 68. num. 25.volum. 1. Sed ſi ade-
rit ſcientia, currere incipit à die vltimæ
ſcientiæ, Rot.deciſ.2.de reſtit.in integ. in
nou. vel incipit currere à die lapſus decẽ
dierum, qui ad appellandum dantur.
34 Fruſtra etenim eo lapſo, Minor, vel Eccle
ſia de læſione excipiunt, l.fi. in fine, C.de
temp. in int. reſtit. Sicque illa exceptio
non eſt perpetua, cum tẽporis curſu ſub-
lata ſit. Tumque incidenter petitur, quan
do denuo emergit, vel nouiter proponi-
tur. Bal.in c.iudicis officiũ, col.fin.verſ.
poſt quadrienniũ, de off. ord. Sed quæro
35 quãdo tempus quadriennij ſit continuũ
& quando vtile, nã quando continue cur
rit continuum dicitur, nempe, tam die-
bus feriatis, quam non, tam abſentiæ,
quam præſentiæ, tam copiæ iudicis, quã
non, l. 1. C. de præſcript. long. temp.
Vtile autem tempus non currit diebus fe
riatis, & abſentiæ, ac diebus, quibus nõ
eſt agendi copia, & iſtud tempus vtile
multiplex eſt relatum, per gloſſ. in clem.
vnica, in verbo continuum, de reſtit. in
integrum. Vnde ſubdit ibi Imol.num.17.
Quod an tempus continuum ſit, vel vtile
cognoſcitur, ſi hoc in iure exprimitur,
vel ſi dicatur in totum vtile, vel conti-
nuum, & ſic, ſi aliud non apparet præſu-
mendum ſit. Quare quando tempus ab-
ſentię, vel iuſti impedimẽti, ſubtrahitur,
hoc reſpectu vtile cenſendum erit, Iaſ.in
S.rurſus.Inſt. de Act. Et ſi adijciatur cer-
tum tempus, ac non dicatur continuum,
vel vtile, continuum præſumendum fore
receaſet ibi Imol. num. 18. Ob id tempus
datam iudici ad cauſæ expeditionem, nõ
currit ante præſentatam commiſſionem.
Quod tamen declara, niſi certus appa-
reat terminus, vt puta, quod teneatur
per totum Paſcha cauſam expedire, quia
illud tempus curreret ſine intermiſſione,
ſicque de ſimilibus terminis, quamuis iu
dex ante reſcripti præſentationem iuriſdi
ctione etiã iſto caſu careat. Dec.in c.ſuper

eo, n. 8. de app. Nam quadriennij lapſus
æquiparatur alijs cauſis, ex quibus reſti-
tutio in integrum excluditur, & an quan
do detur, ſeu denegetur elapſo quadrien-
nio, & an, & quando enormiſſima læſio,
nec ne faciat illam concedere, vel dene-
gare; late tractat Odd. vbi ſupra q. 19. ar.
5. & 7. ampliando, & limitando ad quem,
ne idem referam te remitto, & ad pro-
poſitum huius quadriennij multa dubia
ponit, & reſoluit, ead. par.1.q.19.& q.
20. Ac quando in precibus narratur lap-
ſus quadriennij, ſtante iuſto impedi-
mento, vel cauſa, & reſtit. omnino in int.
in precibus facienda mentio eſt ſpecialis
lapſus quadriennij, ac de cauſis impedi-
menti. Et iſto caſu ſolet Signatura reſcri-
bere pro ut de iure in omnibus. Veſtr. in
ſua prax. lib.4.cap.4.cum add. num. 10.
Odd. de reſtit. in integrum, par.1.q.19.
art. 5. num. 64. Nam quadriennium præ-
fatum conceditur vt à principio ſit vtile,
& non incipit currere niſi à die, quo ſcri-
pturæ ſunt reperte ex quibus bonum ius
competere poterit. Bal.in l.falſam, num.
3. C. ſi ex fal. cauſ. Abb. in cap. 1. num.
22. Felin.num.9.de præſcript. Aret.con-
ſil.15. in fine, Tiraqu. de retract. lign. §.
35. Glo.4.num. 11. & 43. Rota coram Vide hãc dec. in fi. c nu. 2.
Domino Orano in vna Calaguritana re-
ſtitutionis in integrum, 12. Februarij
1590. Vnde vt ibi Rota ſubdit niſi reper
tis inſtrumentis mora imputari poteſt.
Et licet quadrienniũ ſit vtile, ac non cur-
rat, niſi à die ſcientiæ rei iudicatæ DD. in
cap. 1. de reſtit. in integrum in 6. Tamen
ſi procurator ſciuerit rem iudicatam, &
cauſam reſtitutionis in integrum, ſi ad il-
lam petendam ſpeciale mandatum habe-
bat, & cauſam non commiſerit, Domino
præiudicat, Sicuti videmus in deſertione
appellationis ex negligentia procurato-
ris cauſata, ex qua, nec Dominus excu-
ſatur, nec ei reſtitutio in integrum com-
petit, Caſſad.dec.5.de appell. Nam ſcien-
tia procuratoris, generaliter Dño nocet,
Aym. de antiq. temp.par.4.verſ. Sat ab-
ſolutis, num. 23. & ſeq. Rota diuerſ. par.
1.dec.719.num.1. & ſequen. At ſi appel-
latũ fuerit, à die latæ ſententiæ in prima,
& ſecunda ſentẽtia tantũ; ratio eſt, quia
cum à tertia ſententia, non poſſit appel-
lari, toto titulo, ff.& C.nec lic. ter.prou.

à die

à die latæ ſententię pars lędi incipit, Quod tamen declara procedere, quando ſententiæ ſunt contra principalem, & verum contumacem latè, Veral. dec. 415. parte ſecunda. Idem autem cenſendum erit in ſententia lata ex falſis inſtrumentis, capitulo cum venerabili, de except. Alex. in l. Admonendi, numero ſeptimo, in fi.
36 ff. de iure iuran. Bald. in l. fi. ſub ſpecie, C. de re iud. Minus quadriēnium currit, quando quis fuit legitimæ facto iudicis, ſiue aduerſarij, vt puta propter iuſtos me tus, vel alias ſimiles cauſas impeditus, Caſſad. deciſ. 1. nu. 1. de reſtit. ſpol. Salic. in l. fi. num. 8. verſic. Oppono, quod eo quadriennio, C. de temp. in integ. reſtit.
37 Fel. in c. 1. n. 11. de pręſcript. Pariter nec curſus quadriennij, vel temporis ad appellandum currit, ſtante compromiſſo facto a partibus, ſecus autem ſi fuerint arbitratores a iudice deputati, Corn. conſ. 63. n. 3. prop. fi. vol. 4. Aut. ſi tamen, C. de temp. appel. Et in dubio contra rem iudicatam pronunciandum fore, voluit, Dec. conſ. 445. num. 44. Soc. conſ. 181. nu. 85. vol. 2. Veral. deciſ. 93. num. 3. p. 3. Ac ꝙ tempus quadriennij, ad reſtitutionem petendam, aduerſus rem iudicatam, a die latę vltimæ ſententiæ, & non primæ currere incipiat, tenuit Bald. conſ. 93. num. 1. vol. 1. Et nō currat a termino perempto-
38 rio ad probandum aſſignato, quia neq; per lapſum huiuſmodi peremptorij erat completa læſio improbanda, Si in ſecunda, & tertia inſtantia intrat regula, non deducta deducam; & non probata probabo, l. per hanc, C. de temp. appel. cap. cum
39 Ioannes, de fid. inſtr. Et non per primam ſententiam, cum non effectualiter ſit pars læſa, ſi ab ipſa fuerit appellatum, quia omnem eius effectum appellatio ſuſpendit, c. veniens de iure iuran. vnde merito, non ab ea, ſed ab vltima ſententia, quæ finem liti imponit, quadrienniū computatur, Rot. deciſ. 2. de reſt. in integ. in nou.
40 At ſi aduerſus quadriennij lapſum, propter enormiſſimam læſionem detur reſtitutio in integrum, tenuit Rota eſſe læſionem declarandam, ex quo læſio conſideratur, non reſpectu amiſſionis totus cauſę, quia fere ſemper quis illam integrè perdit, per dicta Socin. in conſ. 266. num. 24. volum. 2. Sed intellexerunt, quando reſpectu eius, quod ſupereſt habet enormiſſimam læſionem, Achil. deciſ. 6. de in
41 integ. reſtit. Sin vero lapſum ſit quadriēnium, mentio neceſſario ad reſcripti ſubſiſtentiam de pręfato lapſu eſt facienda, Veſtr. in ſua prax. libro 4. cap. 4. nu. 11.
42 Et qualis in præmiſſis dicatur enormis, vel enormiſſima lęſio, dixere, Socin. conſ. 266. vol. 2. Dec. conſ. 180. num. 2. & ſeq. Pariſ. conſ. 12. num. 8. vol. 1. Caſſad. deciſ. 1. de empt. & vend. deciſ. Ped. 142. nu. 15. & ſeq. Alex. conſil. 94. per tot. vol. 2. Bart. in l. interdum, n. 3. ver. Quęro, quod tempus, ff. de min. loquens de tempore ad id dato, & in l. ab hoſtibus, §. Sed quod ſimpliciter, numero 8. verſic. Venio ad tertium, ff. ex qui. cauſ. maior. Vbi etiam tractat, per quantum temporis ſpatium, ſi minor in cōtractu lęſus reperiatur, reſt. in int. petere poſſit, & in l. Diuus, ac in l.
43 fi. ff. de integ. reſt. Immo Odd. loc. cit. q. 4. art. 13. n. 110. & ſeq. Triplicem fore leſionem aſſerit, nempe minima, modica & magna, Sed vtendo verbis magis a noſtris ſcribentibus vt aſſerit vſu receptis, dicit eſſe enormem, enormiorem, & enormiſſimam, quam vis inter modicam & minimam leſionem, parum, aut nihil differentiæ dari, nu. 113. ibi aſſerat vbi abunde pariter tractat, quæ modica, quæ ma-
44 gna ſit læſio, quem adeas. Et licet (vt pręmiſi) Eccleſiæ, & alijs æque priuilegiatis poſt quadriennium reſtitutio detur, tamen eo elapſo ex quamuis cauſa in
45 beneficialibus non competit: ratio eſt, quia in beneficialibus non poteſt conſiderari enormiſſima læſio, Rot. deciſ. 8. de procur. in antiq. Put. dec. 64. p. 1. Et ob id ceſſat, in beneficialibus, quia nemo dicitur lędi. idem Put. deciſ. 63. nu. 8. deciſ. 33. par. 1. & deciſ. 380. par. 2. Veral. deciſ. 330. num. 2. p. 1. Caſſad. deciſ. 1. de
46 reſt. in integ. quamuis denegetur minori ob lapſum temporis, ob quod perdiderat ius ab beneficium, Achil. deciſ. 10. de reſtit. in integ. cauſa reſtitutionis, de qua in c. 1. de reſt. in int. in 6. & cum deciſ. 1. Sarm. videntur concordare deciſ. Caſſad.
47 2. de reſt. in int. Tholom. dec. 97. eorūq; dicta, ampliatq; etiā ſi res iudicata, culpa, vel dolo Procuratoris in beneficialibus cauſata foret, quia, nec pariet tunc danda reſtitutio in integrum veniret,

Caſſad.

Caſſa.dec.5.de app.vbi limitat opinionẽ
contrariorũ aſſerentiũ, non procedere in
48 beneficialibus,quia nõ recipiũt ęſtimatio
nẽ:ideo nõ obſtante reſtitutione in inte-
grũ,res iudicata in eis venit exequenda.
Quod declara, ſi a maiore petita fuerit,
ſecus autem ſi a minore, Veral.deciſ.330
num.1.par.1.Caſſad.deciſ.1. de reſtit. in
49 integ. & deciſ.7.de appell. Et datur in
beneficialibus commiſſio reſtitutionis in
integrum, cum clauſulis parito iudicato,
& conſtito de bono iure,Put.deciſ. 33.
50 par.1.Ideo in beneficialibus non datur re
ſtitutio, niſi ex cauſa enormiſſimæ le-
ſionis, quia nemo in beneficialibus lędi
dicitur,maximè in parochialibus,Put.de
ciſ.380.num.3.par.2.Nam non conſide-
ratur in eis aliquod intereſſe,Put.deciſ.
63.num. 8. & 9.par.1.dec.8.de Proc.in
nou. idem Put.deciſ. 64. par.prima.Et
quod poſt quadriennium,conſtito de bo-
nõ iure detur reſtitutio in integrum in
beneficialibus,dicit idem Put.deciſ.380.
51 parte ſecunda, numero primo. Ad hoc
autem vt ipſa detur,opus eſt,vt quis ali-
quid ammittat, quatenus non conceda-
tur, vel quod acquirere poſſit,& non ac-
quirat, vel quod oneri, quod non ex-
pediat ſe ſubijciat,vnde vt ſuper id co-
gnoſcatur, iudici committitur, Innoc. in
capitulo coram felicis, numero primo,
52 de reſtit.in integ. Et an læſio probanda
ſit,diſtinguas, ſi reſtitutio in integrum in
cidat in aliquo actu iudiciario, vt in om-
miſſa iurium productione in tempore,di-
latione, vel ſimili, non abſorbens princi-
pale negotium, & ſummaria cognitio ſat
eſt ad Bar.in l.minor,num.3.ff.de minor.
Rota deciſ.1.2.& 3. de reſtitutione in in-
tegrum in ant.Si vero incidat peremptə-
rie ad negotium principale, & tunc iterũ
ſubdiſtingue cum Odd. vbi ſupra quæſt.
34. art.6.num.35. Sed circa iudiciariam
reſtitutionem præmiſſa intellige proce-
dere.Quo vero ad illam, quæ conceditur
paſſim etiam cum commiſſione cauſæ
appellationis, & clauſula prout de iure,
& ſi qua mihi iuſta cauſa paſſim datur;
ſed quando petitur gratioſa, maximè ſi
de tertij præiudicio agatur,non alias, niſi
parte citata, &. ſaltim aliquibus cauſis
propter quas,&c.Signatura guſtare vult,
& intendit, vt latius infra dicam, Sed te
nõ lateas, quod quando principaliter pe-
titur reſtitutio in integrum,ceſſat eo caſu
ſummaria iudicis cognitio,an talis ſit ad-
mittenda petitio,quia eſt principaliter de
mandata. At vbi incidenter in judicijs à
Iudice mercenario petitur, Probationes
ſuper læſione, antequam admittatur ſunt
faciendæ, Innoc. in c.cauſa reſtitutionis,
53 n.2.de reſt. in int. Et an reſtitutio in inte-
grũ detur ſtãte modica læſione,licet mul-
ti Doctores inclinẽt ꝓ parte affirmatiua.
Tamẽ magis cõmunis ſentẽtia eſt, quod
non; Dato quod fuerit Eccleſia,vel ſimi-
lis, ac etiam in materia pœnali,quia non
conſideratur modica læſio, vt latè Ga-
briel. in lib. com.opinion.libro ſecundo,
in titulo de reſtit. in integ. concluſione
54 prima. Quod limita non procedere,
quando tractaretur de damno, quia tunc
quodlibet, quamuis minimum præiudi-
cium erit conſiderabile,Dec.in cap. ma-
55 ioribus,num.2.de præben. Præterea du-
rante tempore, quo de nullitate cogno-
ſcitur, tempus reſtitutionis in integrum
petendæ non currit, etiã ſi in cauſa nulli-
tatis ſuccumbat ille, qui inſtabat pro re-
ſtitutione. Quod declara, quando adeſt
iuſta cauſa non petendi illam, vel facto
agentis de nullitate eſſet impeditus, vt
per Achil.deciſ.1.per tot.de in integ. re-
56 ſtit. Speciale mandatum ad reſtitutionẽ
in integrum petendam requiri,dixere.
Caſſad. deciſ.1.num.2.de procur. Bar. in
l. Tirius,num.3.ff.de lib.& poſt.& in l.fi-
lius fam.num.8. ff. de donat. Intellige id
procedere, quando reſtitutio principali-
ter petitur;nam tunc abſque ſpeciali man
dato fieri non poterit,ſecus autem ſi inci-
denter requiratur.Couar.var.reſol.lib.1.
cap.6. num. 1. cap. ſciſcitata, vbi Abb.
num.5.& 6. & glo.de in integ.reſt.Rom.
ſing. 125. Nam non ſolum mandatum
ſpeciale requiritur ad illam petẽdam, ſed
etiam requiritur, quod exprimatur ipſa
reſtitutio,nempe in tali cauſa,& negotio,
57 quando principaliter petatur, Sed non
incidenter. Incidenter autem peti pluri-
bus modis dicitur. Quando per modum
excipiendi,vel replicando, exemplum Ec
cleſia,vel minor petunt ſua bona, excipi-
tur de præſcriptione, Tunc de reſtitutio-
ne in integrum generalis procurator re-
58 plicare poteſt; Sed ſi reſtitutio cauſetur,

poſt-

poſtquam procurator fuit Dominus litis
effectus, ſufficit ad reſtitutionem peten-
dam ſolum ſuum mandatum, Capel. Tho
loſ. etiam in Apoſt. deciſ. 55. Ruin. conſ.
119. num. 16. verſ. Tertio reſpondetur,
volum. 5. Dec. in cap. pręterea, num. 31.
de off. deleg. Ordinariæ tamen abſque
alio mandato ſpeciali per procuratorem
Dominum litis effectum reſtitutio in in-
tegrum peti poteſt, ea ratione, quia
Dominus iam vita functus, alium procu-
ratorem conſtituere nequit, quod ſecus
eſt in alijs caſibus, Innocent. in cap. co-
ram felicis, numero primo, de reſtitut.
59 in integrum. Et non tantum, quando
pendet cauſa principalis, ſed etiam ea fi-
nita incontinenti poſt ſententiam, dum-
modo infra decem dies datos ad appel-
landum petatur, vt Abb. in dict. cap. ſci-
ſcitata, num. 8. Licet id num. 2. Couar.
dicat habere locum in eadem cauſa, ad
deciſ. 1. Caſſad. de procurat. Et quando
adeſt generale mandatum, cum clauſula
ratihabitionis, & cum libera, ac multis
alijs modis per ipſum ibi relatis. Et de
Domino litis effecto, quod reſtitutionem
in integrum petere poſſit, adeſt deciſ.
Cappel. Tholoſ. 55. vbi Aufrer. in ad-
dit. diſtinguit, quod aut petens talem
reſtitutionem officium publicum gerit,
vti ſyndicus Ciuitatis, vel villæ, & eo ca-
ſu poteſt id abſque ſpeciali mandato fa-
cere, quia in publicis officijs non requi-
ritur mandatum ſpeciale, l. munerum, §.
defenſores, ff. de muner. & ita quando
gerit officium, vt quando priuati colle-
gij ſyndicus, ſi eſt in cauſa propria, puta
condemnatus ad aliquid. Secus autem,
ſi ceſſat ſpeciale intereſſe. Petitur, & eſt
pariter concedenda reſtitutio in inte-
grum, reſpectu inſtrumentorum denuo
repertorum, Canon. in cap. inter mo-
naſterium, de re iudic. Bald. in l. 1. nu.
4. C. de cond. indeb. & Salicet. in l. ſi
ſub ſpecie, num. 1. C. de re iudic. Quæ
conceditur quoque prætextu ſententiæ
latæ ex falſis probationibus, etiam ſi
pars, quæ obtinuit velit docere de alia-
rum probationum veritate per alias pro
bationes, vti contra ſententiam per do-
lum latam, vel culpam, aut gratiam, ſi-
ue ſordes, non autem per pecuniam, vt
bene per Aufrer. in addit. ad Cap. Tho-
loſ. deciſ. 55. prope fin. Tamen ſi talis fa-
cultas ſub generali mandato, necne com
prehendatur, licet de ea ſpecialis mentio
non fiat, ſufficit; Exęmpli gratia, quan-
do aderit in mandato procuræ clauſula,
quæ ſemper apponi ſolet, ad omnia alia
faciendum, quæ ſpeciale mandatum re-
quirerent, vel in eo facultas adeſſet ſup-
60 plicandi. Quia verbum ſupplicatio lar-
go modo continet in ſe reſtitutionem in
integ. Caſſad. dict. deciſ. 1. nu. 1. & 3. de
procur. verſic. Nihilominus ſufficit. Et
pariter ſi aderit clauſula cum libera, vel
clauſula ratihabitionis, nam iſto caſu ea,
quæ ſpeciale requirunt mandatum, pro-
curatorem expedire poſſe dixit, Couar.
Variar. reſolut. lib. 1. cap. 6. num. 4. cum
latè adduct. qui per multas ampliatio-
nes quæſtionem diſcutit. Hocque ſcias,
61 quod Procurator, in cuius principalis fa
uore adeſt res iudicata, poteſt, & tene-
tur vigore ſui mandati procurę illam de-
fendere, licet in eodem procuratorio de
cauſa reſtitutionis nihil diceretur, tum
quia reſtitutio eſt de appendicijs primæ
inſtantiæ, vel cauſæ, tum quia licet re-
quiratur (vt dixi) in obtinenda reſtitu-
tione in integrum ſpeciale mandatum,
non tamen requiritur pro defendenda
re iudicata aduerſus reſtitutionem peti-
tam, Caſſad. deciſ. 2. per tot. de procur.
62 idque Fallit, quando pro Eccleſia Præ-
latus reſtitutionem petit, quod abſque
mandato ſpeciali facere valet, vt dixit
Cardin. in Clemen. 1. quęſt. 4. de in in-
tegrum reſt. Tunc autem ſpeciale dicitur
mandatum, quando cauſa ſpecialis ex-
primitur, in qua reſtitutio in integrum
peti debet, Bal. in l. illud, §. ſi quis, nu. 1.
& 2. ff. de minor. Si vero fuerit dominus
litis effectus, eam abſq. ſpeciali mandato
petere valebit, Innoc. in c. ſciſcitata, nu. 1
verſ. Dic quod, de in integ. reſt. vbi tenet,
quod in ſentẽtia lata in cauſa, in qua fuit
procurator, id facere etiam poſſit. At Co-
uar. loco citato, nu. 1. contra ſententiã
63 Innocentij inclinat. Sed oriri poteſt quę-
ſtiõ de facto habui. Lis agitur in Curia,
in qua mater habet intereſſe, & eſt vna ex
duabus ſororibus collitigantibus, ab am-
babus adeſt procurator conſtitutus: Inte
rim moritur vna ex præfatis mulieribus,
relicto marito, & filio in pupillari æta-

te, citatur inſtante parte aduerſa procurator, etiam vti dominus litis effectus, contra ipſum proferatur ſententia, datur de nullitate, petiturque etiam reſtitutio in integrum, quia erat in poſſeſſorio, quamuis mixto, in quo ad effectum ſuſpenſiuum (vt in materia Aegidianæ dixi) non datur appellatio, ac dubium erat, an eſſet procurator iſte Dominus litis effectus, adeo quod ad ſuſtinendam ſententiam ſufficeret. Et licet ordinaria regula vera ſit, quod ſententia ſuſtineatur, tamen procedit, vbi, & quando non mutatus ſtatus, quia cum hæres eſſet minor, qui fingitur eadem perſona cum defuncto iuris interpretatione, ſequitur, quod mandans, qui erat minor ſi pupillus effectus, vnde nihil eſt prouiſum, quare aduerſus dictam mutationem non reuocetur mandatum. Quod pariter cenſendum erit, ſi hæres furioſus relictus ſit, & iſtam eſſe ſolemnem, & nouam limitationem dicunt ad regulam, quod mandatum duraturum poſt mortem mandantis, non reuocetur morte ipſius mandantis, quia regula procedit, dummodo de perſona mandantis ad hæredem non fiat ſtatus mutatio, vt latè per Socin. qui ad contraria reſpondet, in conſ. 112. nu. 13. volum. 1. Anchar. quæſt. 23. num.
64 1. & per tot. Videamus modo, an vltra vnam vicem reſtitutio in integrum peti poſſit, & de minore loquendo, Bald. in l. quamquam, num. 5. C. ſi ſep. in integ. reſtit. pet. dicit, quod in ea petenda minor etiam variat, quare ſi illam ſemel impetrauerit, iterato petere valebit, dummodo neceſſaria iudicata fuerit, ſiue ex noua cauſa, Bald. in addit. ad Specul. in tit. de in integrum reſtitut. verſic. Secundo, & in l. 1. & 2. C. ſi. ſep. in integrum reſtit. pet. qui titulus, per Rotam intelligitur procedere, in quacunque noua probatione, etiam ſuper læſione, vt exemplificatur per Salicet. & alios, in l. fin. C. eodem titulo. Abb. in alleg. cap. fin. nu. 1. 4. & 5. repellendo Ang. ſententiam, qui præfata reſtringit ſolum, quo ad probationem circa ætatem, l. & ſi ſine, §. reſtitutus, ff. de minor. 25. ann. Bar. in l. fin. C. de in integrum reſtit. Mar. Aur. in tractat. de reſtit. in integrum cap. 121. dicit.
65 Quod ſi minor in hæreditaris aditione fuerit circumductus, datur ei reſtitutio; ſubdens, num. 3. quod in huiuſmodi ſupplicationibus, ſiue libellis, debet mentio fieri de minore læſo ex ſui facilitate, quia diligens paterfamilias hæc non feciſſet, & ſi ſecus ponendo in libello, quod eſſet minor, nec concluderet ex ſui facilitate fuiſſe læſum, libellus eſſet ineptus, vt ibi
66 Bar. Et quod commiſſio reſtitutionis in integrum, conſtito, de bono iure, ſit denuo concedenda, apparet ex deciſ. Verall. 9. par. 1. Vnde ſi pater delatam infanti filio hæreditatem, ſuo nomine adi-
67 uerit, vel repudiauerit, quod ius ſibi facere permittit, poſtea filius adultus, vel ſui iuris effectus, reſtitutionem implorare poterit, quæ ſemel conceſſa, poſtea denegabitur audientia, l. fi. §. vbi autem,
68 C. de bon. quæ liber. Et quamuis vltra vnam vicem peti reſtitutio nequeat, vt circuitus euitentur, ne quis ad reſtituendum reſtituatur, ac vt litibus citius ſit finis, Odd. qui hanc concluſionem tractat, par. 1. quæſt. 16. art. 1. Intellige tamen ſuper eodem articulo. Secus vero, ſi ſuper diuerſis articulis, vel interloquutorijs, nam ipſis nouiter emergentibus, reſpectiue peti ſæpius valebit, vt ibi Odd. artic. 4. Et pariter ex noua cauſa id permiſſum erit; quia ex noua cauſa poteſt eadem res pluries peti, l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. Abb. in capitulo fin. de reſtitutione in integrum. Inducit autem talis noua cauſa, nouæ læſionis præſumptionem; An autem intelligatur noua cauſa ſola illa, quæ aderat, ſed non iudici allegata, ſeu quæ de no-
69 uo emerſit, breuitatis cauſa remitto te ad Odd. dicta quæſtione 16. articulo 6. & 7. quem adeas. Immo ſi maior voluerit reſtitui in integrum aduerſus non confectum inuentarium, infra annum, non erit ſibi reſtitutio deneganda, Bald. in l. fin. num. 3. C. in quib. cauſ. reſtit. in int. non eſt neceſſ. & in l. fin. quæſtione 2. C. de iur. delib. gloſſ. in l. auxilium, ff. de minor. Innocen. in cap. conſtitutus, numero tertio prope finem, de in integr. reſtit. Aufr. ad Cappel. Tholoſ. in addit. ad deciſ. 15. verſic. Adde etiam minori.
70 Et an læſio præſumatur in maiore adeunte hæreditatem; vel in confectione inuentarij, & quomodo probetur,

Vide

Vide Guido Papæ deciſione 141. & ſeq.
quæ vera ſunt, ſi minor, vel maior ex fa-
cto patris, ſiue alterius in poteſtate ſit
71 læſus. Datur autem maiori reſtitutio in
integrum, ex clauſula generali, ſi qua
mihi iuſta cauſa concurrēte ignorantia,
etiam ad ignorantiam probandam, A-
lexan.conſil. 71.num.2. & ſequen.vbi in
Apoſtill. in verbo Ignorantia, & conſ.84.
72 num.2.& ſequen.volum.1.Ignoranti au-
tem culpa nequit imputari, & iuſte im-
peditus ignorans dicitur Bal.& DD. in l.
genero, ff. de his, qui not. inf. alias da-
retur abſurdum, quod ſine ſua culpa
ignorans ſuo priuaretur iure. Et licet im-
pedimentum facti non impedlat curſum
præſcriptionis. Tamen bene cauſat re-
ſtitutionem in integrum. Alex.conſ.63.
num. 14. & ſeq. volum. 4. Nam regula-
riter vbicumque quis in pœnam incidit,
ſeu ius ſuum perdit ignorans, reſtituitur
ſemper in integrum. Idem Alex. conſil.
73 45. num.4. & nu.8. volum.5. Quod ta-
men declara procedere, dummodo læſio
concurrat cum iuſta cauſa, & probabili
ignorantia. DD. in l. nam et ſi poſtea,
§. ſi minor, ff. de iure iuran. Felin. in
cap. vigilanti, in 3. limit. de præſcript. &
latè multa congerit in hoc articulo ex-
tendendo, & reſtringendo etiam quan-
do ex præfata clauſula ſi qua mihi, in a-
lijs caſibus maiori reſtitutio detur Illu-
ſtriſſimus Cardinalis Tuſcus Practic. Iur.
Concluſ. in verbo Reſtitutio, concl. 289.
per tot. vbi concl. 290. & ſequen. tractat
an ex dicta clauſula ſi qua mihi maiori
incidenter reſtitutio, vel excipienti detur
ob id ſcienti, & non ignoranti quadrien-
nium ad reſtitutionem in integrum pe-
tendam currere, repulſa canoniſtarum
ſententia dixit Rota coram Domino Ru-
beo in illa Romana domus de Moroni-
bus 17. Decembris 1588. Card. in Clem.
1. de reſtitution. in integrum, Afflict.
deciſ. 175. At ea, quæ ſupra dixi de mi-
nore, qui in reſtitutione petenda variare
poteſt, & denuo illam petere, declara
procedere pariter, ſi denegata illi foret
per errorem iudicis, vel per vitium pro-
bationis aduerſarij, quia tunc iterato ad
illam petendam admittitur, Baldus in l.
cum circa, num. 2. & 3. C. ſe maior, ſi
minor. vbi num. 6. & 7. ſubditur.

74 Minor autem, vt reſtitui in integrum
poſſit quatuor probare debet, & duo pri
ma precipue, nempe minorem ætatem,
Secundo læſionem, Tertio aduerſarij, do-
lum, vel ſui facilitate; Quarto, quod ſit
infra quadriennium, quamuis ad hunc
vltimum non compellatur, quia colliti-
gantis iſtud excipere, munus erit. Alciat.
de præſumpt. regula 1. præſump. 42. nu.
8. & ſequen. Et quod duo illa prima re-
quiſita probanda veniant, colligitur ex
l. non videtur, vbi Bald. C. de in integr.
reſt. min. Oldr. conſ. 108. circa fi. Socin.
conſ. 50. num. 1. vol. 4. Guido Pap. deciſ.
141. Cap. Thol. deciſ. 389. Grau. conſil.
179. num. 8. cum add. Iaſ. de communi,
in l. nam, & poſtea, §. ſi minor, num. 19.
ff. de iure iuran. late Illuſtriſs. & Reueren-
diſs. D. Card. Tuſcus, eodem Tomo Con
cluſ. 286. per totum. Quod, & an ex no-
uiter repertis reſtitutio dari poſſit, tradit
Odd. vbi ſup. par. 2. q. 63. & q. 64. per tot.
75 Preterea ſuper ætate propter defectū pro
bationis negatæ, denuo pariter in inte-
grum reſtituitur, non autem ſuper læſio-
ne, vt dixit etiam Rota teſte Put. dec. 79.
par. 3. ex dictis per Bar. Bald. & Ang. in
l. fi. C. ſi min. ſe maior. vbi de hoc rationē
redduut, videndos, quæ deciſio melius
ſubib per Dominos conſiderato, & diſ-
ſcuſſo, pariter reprobata fuit, ſequendo
illam, Achil. intelligendo reſtitutionem
in integrum concedi, tam ſi probationes
ſiut ſuper ætate, quam ſuper læſione, vn
de ab illa, Put. 29. alleg. ac Ang. ſententia
Domini receſſerunt, vt per eundem Put.
deciſ. 279. per tot. eadem par. 3. Subdēs
76 dicta deciſ. 161. num. 3. Quod ſi minori
concedatur, prima reſtitutio cum clau-
ſula parito iudicato. Tamen ſecunda re-
ſtitutio pro ut de iure, etiam danda erit;
Et ratio eſt, cur ex noua cauſa conceda-
tur, quia ſtante regula, quod reſtitutio ſe-
mel denegata, iterato denegatur, ne in in
finitum vagetur, l. 1. C. ſi ſep. in int. reſt.
poſt. c. fi. eod. tit. Dec. conſ. 436. n. 6. & 8.
Capit. dec. 165. n. 2. niſi cauſa probata ſit
per eadem re particulari, non eſt denuo
audiendus, vt ibi Dec. num. 6. Et vt res fa-
cilius innoteſcat, ponam exemplū: Com-
77 miſſionem reſtitutionis in integrum ad-
uerſus ſententiā cōtra me latam, eo quia
probationes (vt fertur) luce meridiana

I 2 cla-

clariores defecerunt, fuit mihi denegata, ex eadem cauſa non ero iterum audiendus, niſi adſint probationes, ſeu iura
78 noua. Et quæ ſint iſtæ probationes, vel noua iura, ſiue noua defenſio, ponit Specul. in §. quis autem, num. 6. & per to-
79 tum, de reſtit. in integrum. Licet ad eam petendam contra ſententiam, & obtinendam, non ſufficiat iuramentum in ſupplementum, ſecundum Bald. in dicta l. cum circa, num. 1. & in l. 1. num. 5. C. qui.
80 & adu. quoſ. reſtit. in integrum poſt. At ſi ad appellandum reſtitutionem petiero, non ero repellendus, vt in dicto cap. fin. de in integ. reſtitut. quia cum ſit appellatio deſerta, ſecumque rem iudicatam trahat. Auth. ei qui, C. de temp. appel. Clem. ſicut, & Clem. appellanti, eodem titulo, cap. cum ſit Romana, de appell. & exceptio rei iudicatæ, ſit exceptio litis finitæ, Bart. in l. nam, & poſt, num. 5. ff. de iure iur. cap. 1. de lit. cont. in 6. Decius conſ. 436. num. 20. & 21. etiam ſi renunciauerit appellationi ante ſententiam, quia dari poteſt caſus. Quod ſententia feratur, & iniuſta ſit, adeo quod facta renunciatione dicatur eo ipſo læſus, vnde dignus reſtitutione ſit, Deciſ. Cap. Tholoſ. 54. vbi Aufr. in addit. At ſi petatur poſt ſententiam, tunc concedi non debet, quia de læſione non apparet, niſi nouam cauſam, bonam habere probet, vt ibi Aufr. per alleg. doctr. Bart. Vnde,
81 quia facilius datur reſtitutio in integrum ad appellandum aduerſus ſententiam, maxime ſi negligens fuerit procurator in tempore non prouocando, datur commiſſio cum clauſula, prout de iure.
82 Sed ſi ſemel porrecta fuerit commiſſio, & denegata, non erit amplius concedenda. Specul. in tit. de appell. §. quoties, num. 5. Et in §. quis autem, num. 5. de integ. reſtit. Bene, ſi caſu fortuito, aut alias legitimè impeditus fuerit, de iure competit reſtitutio, Innocent. in cap. ex ratione, num. 2. vbi Ioan. And. & Imol. nu. 6. de appell. l. preces, C. eodem titulo.
83 Cappel. Tholoſ. deciſ. 320. Et pręfata commiſſio quaſi ſemper iudici ad quem, & non iudici a quo, dirigitur, deciſ. 2. prope finem, de dol. & contum. in nou.
84 Quę paſſim denegatur excommunicato, excepta tamen cauſa beneficiali, vel matrimoniali, deciſione ſeptima, num. 1. de appellat. in nou. Ac pariter illi, qui extraiudicialiter appellauit, quando ob non proſequutam appellationem in ſui contumaciam lata ſit ſententia, dummodo non doceat de ſuo intereſſe, Rota deciſ.
85 53. in fin. de appell. in nou. Sed dicta reſtitutio ad appellandum non denegatur excommunicato, poſtquam abſolutus fuit, qui pariter poſtea infra decem dies appellare tenetur, Innocent. in cap. cum inter, num. 1. de except. & ita pariter alij infra decem dies appellare tenen-
86 tur. Differentia verò maxima eſt inter reſtitutionem in integrum ordinariam, & ad appellandum, quia prima tollit ſententiam, & ſecunda non, vt multas recenſendo opiniones, dixit Innocent. in cap. fin. verſ. Petij in integrum. de in in-
87 tegrum reſtit. Præterea in reſtitutione ad appellandum ſufficit modica præſumptio, ſiue læſio. Bellam. deciſione 334.
88 Et melius deciſ. 418. Sed ſi ad appellandum fuerit reſtitutus, antequam aduerſus rem iudicatam iudicium intẽtet, ſummariè damnum, vel intereſſe probare debet, vt per Miliſ. in ſuo repert. in verbo reſtitutio ad appellandum, Rota dec. 30. de reſcript. in antiq. & ideo modica ſufficit præſumptio, quia requiritur exacta probatio poſtea in progreſſu cauſæ, Rota deciſ. 5. de reſtit. in integ. in nou. Vnde dixit Bald. in cap. ſuper quæſtionum, colum. fin. verſ. Sed non poſſumus, de off. deleg. quod non valet aſſerere tot eſſe cauſas appellandi, quot reſtituendi in integrum, quia reſtitutio ad appellandum debet appellationem procedere. Tamen ſi lata prima ſententia contra me obtinui reſtitutionem in integrum, ſi poſtea fertur ſecunda, pariter contra eam reſtitutionem aliam implorare valebo. Hęc dicta ſint, quo ad reſtitutionem, quæ ordinaria via iuris petitur, de qua aliqua breuiter recenſui, & recenſere ſtatui, quia ſi multa vellem ex hoc mare magno haurire, longiori opus eſſet ſer-
89 mone. Itaque præmiſſis non obſtantibus in Romana Curia, vti etiam in alijs locis, vbi adſunt Principes ſuperiorem non recognoſcentes, peti his tale beneficium poteſt. Vno modo, vt ſupra recẽſui via iuris per Signaturã Iuſtitię ex clau-

clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, de qua infra loquar. Alio autem modo in Signatura Gratiæ Sāctiſs. D.N. Nam ſi lata ſit contra me ſententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum, quamuis iurè ordinario eius exequutio retardanda non ſit, nihilominus ex præfata clauſula generali, in integrum reſtitutionem petere valebo, cap. ex litteris, de in inte-
90 grum reſt. l. 1. ff. ex quib. cauſ. mai. Quamuis Princeps ſupremus poſſit ſolus reſtitutionem in integrum gratioſam concedere, contra ſententiam, vel alias, l. Diui, vbi Bart. ff. de pen. ca. ſignificantibus, vbi Abb. num. 6. de purg. vulg. quod ſuadeatur, nam ſententia inter partes ius facit, cap. cum inter, de re iud. l. res iudicata, ff. eod. tit. Ideo inferior à Principe met, non poteſt præfatum ius parti quæſitum tollere, vt ibi Alber. in l. 1. & 2. C. ſent. reſc. non poſſ. vnde merito hac de cauſa non
91 valet; Neque iudex, qui ſententiam protulit, neque eius in officio ſucceſſor illam retractare, quod declara procedere in ſententijs, quæ in iudicatum tranſiere, ſecus autem in alijs, quæ eam non habent iudicati naturam, quia iudices reponere partes valent, Dom. in ca. venerabilis, §. porrò, colum. 1. de ſent. excom. Idcirco licet virtute obtentæ commiſſionis reſtitutionis in integrum per Signaturam Iuſtitiæ conceſſæ, non impeditur, quis, quo minus ſuper eadem re aliā gratioſam Signaturā
92 Gratiæ S.D.N. petere valeat. Licet aut raro in Signatura Sanctiſs. ſecūda reſtitutio concedatur, Aut ſi detur, cū clauſula prout de iure, maxime quando ſit quadriennium lapſum, & quamuis commiſſio reſtitutionis in integrum, ſæpe peti nō prohibeatur, quando nouæ ſuperuenerīt deffenſiones, l. fin. C. ſi ſep. in int. reſt. pet. Rota coram Domino Orano in vna Calaguritana reſtitutionis in integrum, Lunæ 12. Februarij 1590. Tamen lapſum quadriennij poſt cauſam commiſſam, vt ibi Rota ſubdit, tollitur, ſi fuerit facta prorogatio præuia commiſſione Signaturę Iuſtitiæ. Put. dec. 446. in fi. par. 2. Quāuis idē ex cauſa iudex facere poſſit, Maurit. de reſt. in int. cap. 49. Odd. eod. tract. par. 1. q. 19. art. 5. num. 59. Et in hac reſtitutione concedenda, non eſt neceſſe de-
93 rogare Regulę Cancellariæ de iure quęſito non tollendo, quando mera gratia non ſit, ſed pro ut de iure. Put. deciſ. 203 par. 2. Sarn. ſuper Regul. Cancell. de iur. quæſ. non toll. q. 17. in fi. vt in prælegata deciſ. coram D. Orano. Derogatio vero dictæ Regulæ de iure quæſito non tollendo, capit omne ius quomodolibet quęſitum, etiam ex priuilegio Sarnen. vbi ſupra q. 15. & cenſuit Rota coram Illuſtriſſimo Seraphino in vna Calaguritana exemptionis Lunæ 13. Iunij 1594. Subdens ibi dictæ Regulæ non derogari, niſi expreſſis verbis, & ius quæſitum non tolli ex clauſula de plenitudine poteſtatis.
94 Et quid clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa contineat, ac quo iure fuerit introducta, & multa de præfata clauſula, tradit Odd. vbi ſup. q. 8. art. 1. 2. & ſeq. Nam ſicut bis peti poteſt. Ita etiam duæ ſunt principales reſtitutiones in integrum. Alia Iuſtitiæ, alia Gratiæ. Illa iuſtitiæ duplex, Alia prætoria, iure prætorio inducta, vt ex edicto minorum, & ſic cauſa ætatis. Alia ex edicto minorum, quæ pariter diuiditur cum officio iudicis detur, Quę propriæ reſtitutio dicitur. Alia iure actionis, quę impropriæ ſub hoc reſtitutionis nomine venit. Ciuilis illa quæ ex principiū conſtitutionibus deſcendit, vt in l. Diuus,
95 ff. de re iud. Reſtitutio autem gratioſa eſt illa, in cuius petitione nil aliud attenditur, niſi indulgentia, & clementia Principis, cuius voluntas pro ratione ſtat. Odd. vbi ſup. par. 1. q. 1. art. 15. num. 90 & ſeq. Quamuis ſecundum eundem ſup. art. 6. n. 58. non ſemper reſtitutionem ex gratia facta reſtitutio dici afferat, vt ibi
96 per eum. Et ſicut pendente negocio principali petitur reſtitutio in integrum, Abb. in cap. 2. num. 18. vt lite non conteſt. Ita pariter pendente prima reſtitutione, prout de iure alia gratioſa requiri poterit, quę non ſolum (vt dixi) petitur aduerſus ſententiam, ſed etiam lapſum fatalium, vel quia non appellabilis cauſa ſit, & alijs negotijs, & cauſas, quæ quotidie occurrere poſſunt, & in quibus, & alijs capitibus, vbi veniret appellatio denegāda, ſeu Principis auctoritate, & brachio opus eſſet, grauatis opem lex indulget, vt in tutore, ſeu hærede petente reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis, ad hęreditatem adeundam, cō-

Vide hāc deciſ. D. Orani in fi. cap.

Vide hāc dec. Illuſ. Seraphini in fine c.

ſectionem inuentarij, aduerſus præſcri-
ptionem, ommiſſas probationes, ad ap-
pellandum, contra contractum, iuramen-
tum, confeſſionem, & alijs de cauſis,
quę euenire poſſunt, ac in iure noſtro con
97 numerantur. Differtque iſta reſtitutio
gratioſa ab alia pro ut de iure. Quia illi-
co ex Principis reſtitutione omnia in
priſtinum ſtatum, ſicut antea erant, re-
ponuntur, nec ab ea datur appella-
tio, quæ denegatur aduerſus Principis
ſententiam, ſicut etiam reſtitutio in inte-
grum, gloſſa in dicto capitulo ſciſcitara,
vbi Ioan. And. & Abb. de in integrum
reſtit. Capel. Tholoſ. in addit. deciſ. 54.
ibi. Idem quando cum adduct. In alia au-
tem ſeruatur ordo iudiciarius, immo
quod plus eſt, quia vitio nullitatis ſubia-
cere poteſt, datur ab ea appellatio, Spec.
in dicto §. fin. num. 1. cap. audito, & cap.
98 ex litteris, eodem titulo. Quamuis cau-
tela ſit ad tollendum ne lites de litibus
fiant, nevè interpoſita appellatione in
longū trahantur, qua cauti iudices vtun
tur, vt ad vlteriora in cauſa procedatur,
quando reſtitutionis in integrum benefi-
cium competere viſum non ſit, etiam ad
rei iudicatæ exequutionem, vnde tacitè
reſtitutio denegatur, vt per Put. deciſ.
279. in princip. par. 3. aſſignato prius
termino ad docendum de cauſis, propter
quas veniat reſtituendus in integrum,
vt infra dicam. Et eſt optima cautela,
ne interim, ex præfata reſtitutione in in-
tegrum, vlterior impediatur exequutio
illa pendente, Lancellottus de attentat.
lite penden. cap. 4. par. 2. in præf. num.
22. Contar. in l. vnica, limit. 7. num. 58
C. ſi de mom. poſ. ac vt ne per tres confor
mes ſententias in cauſa procedatur, ob-
uietur.

99 Similiter, per gratioſam reſtitutio-
nem à Principe contra ſententiam con-
ceſſam, omnes actus prius facti caſſan-
tur, & non in alia Iuſtitiæ, ſicut etiam in
reſtitutione ad appellandum non tollun-
tur geſta in cauſa, vt per Bal. in addit. ad
Specul. loco citato, in verbo cui reſtitu-
tio. Tandem inter ſe differunt, ſicut gra-
tia, à iuſtitia, & rigor, à benignitate.
Sicque videmus, quando petitur reſtitu-
tio aduerſus ſententiam, eo ipſo omnia
in priſtinum ſtatum ſilentij, vel appella-
tionis repoſita fore, adeo quod, ſi poſt
rem iudicatam decretæ forent exequuto-
riales, & res iudicata fuiſſet in cauſa re-
ſtitutionis confirmata, nouis exequuto-
rialibus opus eſſet, quia primæ per reſti-
tutionem in integrum euanuerunt, Caſ-
ſad. deciſ. 13. num. 1. de reſcript. Ioan.
And. in c. beneficio, quæſt. 7. & ibi Imol.
in fi. verſic. Vltimo tangit, de reſtit. in
100 integrum. Si dari contingat commiſ-
ſio reſtitutionis in integrum ad appellan
dum contra primam ſententiam ſufficiūt
quando tres adſunt, duæ aliæ ſententiæ
ad faciendum tres conformes, quia pri-
ma computatur, licet numquam id con-
tingat, ſtante confirmatione primæ per
alias poſteriores, quia licet ſit nulla ex
defectu iuriſdictionis, poteſt in cauſa ap-
pellationis confirmari, Alexander con-
ſil. 122. num. 15. volum. 2. Pariſius conſil.
107. num. 15. volum. 4. Achil. deciſ. 4. de
ſenten. & re iud. Creſcen. deciſ. 48. & A-
chil. 114. in manuſcrip. Sed quando da-
tur contra ſententiam reſtitutio, tres a-
liæ requiruntur, quia prima nihil tribuit,
vt in præfata deciſione Caſſadorus, ac ex
Doct. ſupra allegatis habetur, & in hoc
apparet, quod maioris ſit vtilitatis reſti-
tutio aduerſus ſententiam, quam ad ap-
pellandum, vt dixit Miliſ. in ſuo reper-
torio, in verbo reſtitutio datur minori, &
101 Eccleſię prope fin. Et an Monacho con
tra Abbatem reſtitutio competat, vide
102 dec. 5. de reſtit. ſpol. in antiq. Conclu-
do igitur, quod quotieſcumque de læſio-
ne apparet, quamuis plenè iudici, cui re-
ſcriptum dirigitur, conſtare, ac eam gu-
ſtare debeat, antequam etiam minorem,
aut alium æque priuilegiatum in integrū
reſtituat, Decius conſil. 436. num. 4. & 5.
103 l. verum, §. reſtituitur, ff. de minor. Et
ſic, cum commiſſio ſit limitata, & clauſu-
la, pro ut de iure det formam, regulan-
dam quatenus de iure veniat reſtituen-
dus: ſi de læſione iuridice non apparebit,
ceſſabit reſtitutio, Bart. in l. diem pro-
ferre, §. ſtare, nu. 2. & 3. ff. de arbit. Abb.
in conſ. 41. volum. 1. in princip. Decius in
104 allegato conſil. 436. num. 5. At Signa-
tura iuſtitiæ, quæ numquam conſueuit
denegare commiſſionem cum hac clau-
ſula pro ut de iure, committit ordinariè
cauſam tantum, nec de meritis ſentire
ſo-

Digitized by Google

105 ſolet, niſi interdum ſuperficialiter. Et
id, quando petitur reſtitutio in integrum
gratioſa, non autem quando pro ut de
iure, quia ſi ius aduerſarij eſt radicatum
ſuper acquiſitis, vel in ſententia, in eius
fauorem lata, ſeu alio capite, quando
per Principem gratioſe reſtituitur, tolli-
tur ius præfatum, & reſtitutio certum
nocumentum in damnum illius, contra
quem impetratur, inducit: ideo Sanctiſ-
ſimo D. N. debent narrari, & per Signa-
turam videri cauſæ, ſaltim ſufficientes,
ad illam concedendam, quando ſtante
poteſtatis plenitudine, Princeps, qui ſu-
pra ius diſponere valet, capitulo propo-
ſuit, de conceſſ. præben. & omnia impe-
dimenta, tam prẹterita, quam præſentia,
& futura tollere, ad hoc, vt gratia ſub
aliquo colore fiat, & ſuum ſortiatur effe-
ctum, illam concedit, & ſic practicari ſo-
let ſecundũ Rotã deciſ. 37. nu. 15. & 16. de
106 præb. in antiq. Quia illa, quæ in facto cõ
ſiſtunt, Papã ignorare præſumitur, Biſig.
107 deciſ. 13. num. 6. de prẹb. in antiq. Si fa-
cere debet gratiam cum præiudicio iuris
alterius, quod Princeps regulariter non
ſolet, l. 2. §. merito, ff. ne quid in loc. pub.
ca. mandatum de reſcrip. cap. ſuper eo, de
offic. deleg. c. licet de offic. ord. cap. nunc
vero 9. q. 3. Thom. Faſtol. deciſ. 5. num.
primo. Sanctitati ſuæ, & Signaturæ nar-
rantur cauſæ, ob quas ſaltim de æqui-
tate tali gratia petens ſit dignus, quæ
facta, deinde inrefragabiliter ſeruãda ve-
nit, Rot. de conceſ. Præb. in antiq. deciſ.
108 16. nu. 1. Et licet (vt ſupra dixi) Papam,
vel Principem omnia iura in ſcrinio pe-
ctoris habere præſumatur, ſed ignorare
quæ facti ſunt, intellige iura habere in
pectoris ſcrinio interpetratiue, quia in-
terpetrandi iura poteſtatem habet, c. præ
terea 23. diſt. & ſi aliquãdo in iure erret,
euenit, quod obliuio illum fallere poteſt,
& ideo dixit Bal. in c. 1. de conf. ꝙ licet Pa
109 pa eo ipſo, ꝙ Papa eſt, iuris vtriuſq. do-
ctor dicatur, id intelligitur, non ſcientia,
ſed auctoritate: vel melius dici poteſt,
omnia iura habere in ſcrinio pectoris prẹ
ſumptiuè, propter aſſiſtentiam, & prẹſen-
tiam Illuſtriſſimorum Cardinalium; ſiue
Referendariorum, vel aliorum conſilium
præbentium, vnde cum ſint periti, pars
corporis Sanctitatis ſuæ præſumuntur,
quia dum Princeps ſecum ſapientes non
habet, exempli gratia, quando venatum
vadit, non dicitur habere omnia iura in
110 ſcrinio pectoris, niſi auctoritatiue. vti ne-
que quando dormit, vel in lecto iacet, de
quo late Cagnol. in l. fi. num. 18. cum
101 add. C. de pac. Et ideo, ſtantibus prẹmiſ-
ſis, in ijs, quæ iuris ſunt, decipi Princeps
minimè poteſt; Felin. in cap. ſuper literis
num. 19. de reſcript. Verall. deciſ. 167. nu.
2. par. 1. Ideo, ne dum in illis, quæ in fa-
cto conſiſtunt, dicitur Princeps ſcientiam
habere iure præſumptam, propter reſcri-
ptorum multitudinem, quam continuo
concedendo auget, Felin. in cap. non-
nulli, regula ſecunda de reſcrip. Caſſad.
ſuper Regul. Cancell. deciſ. 4. eod. tit. de
102 reſcrip. Ad propoſitum itaque redeun-
do. Dico, quod reſtitutio non denegatur,
vbi de læſione conſtat, maxime minori.
Bal. in Auth. qui ſemel, n. 1. verſ. 4. fallit,
C. quo. & quan. iud. Card. in Clem. 1.
103 eod. tit. Et ex ſola procuratoris negligẽ-
tia, ſi paſſus fuit ſententiam in iudicatum
tranſire, minor reſtituitur, Abb. in cap. 2.
numero ſeptimo de reſt. in integ. quod in
tellige, dummodo probetur Procuratori
non eſſe ſoluendo. Caſſadorus deciſ. 5.
num. 7. de Appellat. Moder. Peruſ. in
cap. ex ratione col. x. verſ. circa quartum
104 impedimẽtum de App. vt pariter ſi mor
te, vel infirmitate procuratoris in iudi-
catum ſententia tranſiuerit, minori reſti-
tutio non denegatur, quia non potuit ap
pellare, Caſſad. deciſ. 6. num. 5. de appel.
vbi de morte procuratoris in Ro. C. plu-
ries fuiſſe reſolutum, & in Rota obſerua-
tum, teſtatur. Nam eo ipſo, quod minor
105 non appellat, præſumitur læſus, Bar. &
Bald. in l. ſancimus, num. 7. in quib. cau.
reſtit. in integrum non eſt neceſſ. ac etiam
ſi fuerit inſtantia perempta, l. fin. vbi Bal.
C. ſi tut. vel cur. Et ceſſat quoque in mi-
nore reſtitutio, quando contra maiorem
obligatio habuit originem, nam tunc nõ
conſideratur eius perſona, Cæſ. de Graſ.
dec. 1. num. 13. de reſtit. in integrum.
Multaque circa contractum minoris, &
ſimilium priuilegiatorum, & an contra-
ctu tali nullo exiſtente teneat iuramentũ,
tradit Bal. late, quem ſi occurrit videas,
in cap. cum contingat concl. 3. & ſeq. de
iure iuran. Et an ad acceſſoria extẽdatur
iura-

Digitized by Google

iuramentum tradit Odd. vbi ſupra par.
1. quæſt. 45. per tot. Sed minori reſtitutio
in integrum, niſi probata leſione non da-
tur. Quod ſi enormiſſimum damnum
ibi foret illatum, iſtamque probare læ-
ſionem eſt vnum de extremis ad cauſam
obtinendam neceſſarijs, Bero. conſil. 121.
num. 12. volum. 3. Illuſtriſſ. Paleot. deciſ.
304. Et ſi in poſſeſſorio id petatur, tunc
damnũ enormiſſimum requiritur. Achil.
deciſ. 1. de reſtit. in integrum. Rota di-
106 uerſ. deciſ. 34. num. 1. & 2. par. 2. Simi-
liter datur minori, ac quando de illo lo-
quor ſemper intelligo de quæ priuilegia-
tis, reſtitutio in integrum contra tres cõ-
formes, ſeu tertiam ſententiam, quod in-
tellige, ne interim retardetur executio ea
rum. Ratio eſt, quia Clem. vel calumnijs,
de re iudic. loquitur etiam in Eccleſia, pu
pillo, & ſimilibus, vt dixit Bal. in l. prima,
num. 16. C. ne in vn. & eadem cauſa lic.
ter. proh. licet Salic. ibi num. 8. contrariũ
aſſerat, ea motus ratione, quia vbi dene-
gatur appellatio, conceditur reſtitutio, &
ſic Clementina, vt calumnijs loquitur,
quando proponitur nullitas, non autem
quando quis vult ratione minoris ętatis
107 ſpeciali beneficio iuuari. Tamen Bald.
ſententiam veritatis pater qui nihil igno
rauit, & iuriſconſultorum omnium ſubti-
liſſimus, atque in omni iuris articulo co-
pioſiſſimus nominatur à Grau. alios re-
ferente, in conſil. 166. num. 4. & conſil.
582. in fin. & conſil. 400. num. 3. Strac. p.
3. trac. de decoctor. in c. circa tertiam ſpe
108 ciem, nu. 1. vti veriorem dico, verior eſt.
Quia ſi Clem. pręfata tollit beneficium,
ne contra eas de nullitate dici valeat;
quod eſt de iure communi ordinarium
remedium, fortius etiam, & hoc extra-
ordinarium, ideſt hanc reſtitutionem in
integrum ex defectu ętatis minoris tollẽ-
dam, apta erit; quia iſto caſu ad exclu-
dendum ordinarium remedium fortius
ius commune eſſe debet, Bal. in l. ſi con-
ſtante, §. quoties circa fin. verſ. in textu,
ff. ſolut. matrim. & in l. arrogator, colum.
11. ff. de adop. & præfata Clementina lo-
quitur per verba generalia, apta omnia
tollere, quæ exequutionẽ trium ſenten-
tiarum impedire poſſent; ergo etiam, &
hanc, quia qui omne dicit, nihil excludit.
Lis etenim non finitur niſi per ſententiã,

quę in rem iudicatam tranſierit, Dec. 10.
vt lite penden. in no. cap. fin. vbi gloſſ. &
DD. in verbo finita, eodem titulo, vt li-
te pend. deciſ. 44. num. 3. par. 3. diuerſ.
Et quamuis pro vtraque opinione hinc
inde ſint ſcribentium ſententiæ. Tamen
Rota in reſtitutione præfata, prout de
iure conceſſa, communius, vt citius liti-
bus finis imponatur, ſæpius Bal. opinio-
nem ſecuta fuit calumnijs, & malitijs oc-
currendo, ne ſententiæ, cum tot. tantiſvè
laboribus, & expenſis obtentæ, ſint lu-
dibrio, vt dixit Caſſad. in deciſ. 1. num.
3. de reſtit. in integrum, per tex. in l. pro-
perandum, C. de iudic. cap. finem litibus,
de dol. & contum. Licet aliquando ſecu-
ta ſit Saliceti dicta, quando ex nouis, aut
antiquis iuribus apparet ceſſatio malitię,
vel calumniæ, vt ibi Caſſad. Meliſ. in ſuo
repertorio in verbo exequutio trium ſen
tentiarum, Cæſ. de Graſ. deciſ. 1. de in-
teg. reſt. num. 1. Quod vt præfatæ con-
trarietates conciliari poſſint, verum cre-
do, quando de præmiſſis Signatura gu-
ſtat, & tunc ſecundum facti contingen-
tiam reſtitutionem ſine clauſula parito iu
dicato dari ſolet, vt ibidem Caſſad. nu.
3. Rota deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat. in nou.
Cap. Tholoſ. cum addit. Aufr. deciſ. 54.
Mohed. deciſ. 78. & maximè ſi in conti-
nenti id probetur. Couar. pract. quæſt.
cap. 23. num. 7. Menoch. de arbit. iudic.
caſ. 9. num. 3. ac etiam quando ex anti-
quis, & nouis iuribus de bono iure patet.
Sed de his latè in commiſſione nullitatis
differendo, an exceptio nullitatis trium
conformium executionem impedire va-
leat, dixi, vbi vide, & deciſ. 1. de reſtit. in
109 integrum, in no. Pręfatam vero Clem.
vt calumnijs locum habere in cauſis ciui-
libus, in quibus exequutio eſt retractabi-
lis, non autem in cauſis criminalibus,
quando ſententia retractari non poteſt,
ſcias, vt in deciſ. 430. Cappel. Tholoſan.
An minori aduerſus tres conformes da-
tur reſtitutio? Et Rota in hoc articulo va
riæ cenſuit, ſequendo Bal. & Alex. negati
uam ſententiam amplectentium ne tres
conformes tanto labore, ac diſpendio ob
tentæ, ſint ludibrio. Aliquando affirma-
tiuam, Salic. vt per Caſſad. deciſ. 1. num.
3. de præſcrip. Saltim quando ex nouiter,
vel antiquis deductis aliquid appareat,
quod

quod calumniæ præſumptionem tolleret,
& hanc ſententiarum varietatem refert
Apoſt. ad Bal. in l. vnica, num. 26. in
verbo nunquid, ff. ne lic. ter. prou. Co-
uar. Pract. queſt. lib. 1. cap. 25. num. 7.
Rota deciſ. 346. num. 8. par. 1. diuerſ.
110 Tunc autem reſtitutio in integrum non
impedit exequutionem, quando ad illam
eſt deuentum, & cœpta, dico facti, vt
infra dicam, ſeu quando omnes cenſuræ
fulminatæ ſunt, Tunc, niſi parito iudi-
cato, non erit danda commiſſio, vel abſ-
que clauſula non retardata vlteriori exe-
cutione, Put. deciſ. 285. num. 16. & 18.
Alexander conſil. 223. num. 26. Vide
late Lancellottum de Attent. reſt. in in-
tegrum, pend. num. 16. & 18. Alexand. d.
conſi. 223. num. 26. volum. ſexto. Benint.
deciſ. 85. num. 18. Canar. in pract. gua-
rantig. colum. 20. At in Rota dicitur
cœpta per decretum exequutorialium,
& reſtitutio non impedit exequutionem
cœptam. Rota coram Domino Sacrato
in vna Mutinenſis Canonicatus Lunæ
23. Iunij 1603. Et coram Domino Man-
zanedo in alia Burgenſis præheminentia
111 rum 3. Iunij 1605. Reſtituitur pariter
minor in integrum aduerſus contractum
ſicut diximus in beneficialibus, dummo-
do de læſione conſtet, ſec. Couar. lib. 1.
var. reſol. cap. 1. num. 12. & ſeq. cum
add. quod verum intellige, dummodo
obligatio à perſona minoris originem ha
beat, quia quando habet originem à ma-
iore, non conſideratur eius perſona,
neque eo caſu reſtitutionis in integrum
reſpectu retardari debet executio, vt late
tè Cæſ. de Graſ. in deciſ. 1. num. 13. &
14. de reſtit. in int. Ac pari modo Reſpu-
112 blica, Ciuitas, Caſtrum, ſiue Vniuerſi-
tas coadiuuantur in hac reſtitutionis ma
teria ex priuilegio Pupillorum, & Vidua-
rum inter eos exiſtentium l. Rempubli-
cam, C. de iure Reip. lib. 10. l. reſpubli-
ca, vbi Bald. Salic. Caſt. & DD. C. ex
quib. cauſ. maior. Abb. in cap. 1. num.
15. de reſt. min. & hanc eſſe communem
opinionem teſtatur Dec. conſ. 43. in fin.
113 Et pariter de minore ſi fuerit læſus, tu-
toris auctoritate interueniente, quod ei
non debeat reſtitutio in integrum dene-
gari, dixere tex. in l. 2. vbi Bar. & Bal.
C. ſi tut. vel cur. l. ſi quidem, C. de præd.

Vide hãc deciſ. D. Sacrati in fi. cap.

Vide hãc deciſ. D. Manzanedi in fi. ca.

min. Abb. in cap. cum cauſam, de emp.
& vend. Corn. conſil. 196. num. 19. vol.
1. Et in ſimili dabitur in ijs, quæ ſolus tu-
tor geſſit, quamuis conueniri poſſit, l.
114 etiam, vbi Bar. C. ſi tut. vel cur. Et an
reſtitutio conceſſa minori, fideiuſſores
compræhendat, & an, & quando dica-
tur perſonalis, perſonam egrediens illius
cui conceſſa erat, & quando non, vide
Bar. in l. fi. num. 4. ad fin. C. de fideiuſſ.
115 min. Sed non te lateat, quod reſtitutio
conceſſa minori in re indiuidua prodeſt
etiam maiori, Gloſ. ſing. in l. 1. in verbo ra-
tiocinari, C. ſi in com. ea cauſ. reſtit. in
integrum poſt. vbi Bar. l. loci. §. ſi fundus,
ff. ſi ſeru. vendic. & quando in minore ceſ-
ſet beneficium reſtitutionis in integrum,
vide Corn. conſ. 338. num. 8. volum. 1.
116 Quod autem maioribus etiam aduer-
ſus hæreditatis additionem reſtitutio cō-
cedēda ſit, quę pariter minoribus prodeſ-
ſet, res caret difficultate, annuente textu
in §. Pupillus, Aut de hæred. & falc. vbi
glo. Bar. in l. ait prætor, in princ. ff. de
minor. Bal. conſil. 71. num. 2. volum. 4.
Rol. de inuent. par. 2. quæſt. 5. Phanuc. de
inuent. par. 2. num. 24. q. 4. Odd. vbi ſup.
q. 89. art. 7. num. 51. Sed duo ad hunc ef-
fectum requiri, & probari debere dico.
Primum minor ętas, Bal. in l. de ętate,
num. 3. q. 12. ff. de minor. Abb. in cap. in
præſentia, num. 32. de probat. Secun-
do læſio, ſine qua nulla reſtitutio datur,
l. nam, & poſtea, §. minor, ff. de iure iur.
Bar. in l. denique, num. 9. ff. de minor.
117 Nam ob curatoris dationem, minor æ-
tas non probatur in tertij præiudicium,
Alex. conſil. 21. col. 1. volum. 1. Sed fa-
118 cit adminiculum, quamuis bene probe-
tur ex fide Baptiſmi, maxime per ſuc-
ceſſorem data, vt de notario ſucceſſore
loquitur, Decius in Auth. ſi quis in ali-
quo, numero 26. C. de eden. Verall.
deciſ. 351. par. 2. Rota in terminis coram
Domino Coccino in vna Montis Regalis
iuriſdictionis Nouembris 1602. Vtque
reſtitutio iſta maioribus proſit, ſi minori-
119 bus concedatur, ab eo pendet, an ſit di-
uidua, nec ne, vel indiuidua, vt ſupra pro
ximè dixi.
120 At Domini de Rota quando minor
hanc petit reſtitutionem poſt aditam hę
reditatem, diuiduam eſſe dixerunt, per
textum

Vide hãc deciſ. D. Coccini in fine c.

Digitized by Google

textum in l.ſi minor, ff. de acquirenda hæreditate, vbi portio minoris reſtituti aduerſus aditionem hæreditatis, maioribus non accreſcit, Rom. in l. cum hæreditate, num. 5. verſ. & hanc legem, vbi Imol.num. 3. verſ. Et ſi vero, ff. eodem
121 titulo. Pariter in materia inuentarij eſt, cauſa diuidui, Phanuc. de inuent. par. 2. num. 31. qui repræhendit, Pariſ. conſil. 65. num. 59. volum. 3. Vnde ſi materia ſit indiuidua, tunc maior ex perſona minoris conſequitur, quod ex propria perſona conſequi nequit, quæ regula ceſſat diuidua exiſtente materia, Rom. conſil. 195. num. 5. Rota coram Domino Coccino in vna Viterbienſis fidei commiſſi
122 Mercurij 19. Ianuarij 1605. Aſſerendo, minoribus reſtitutionem in integrũ obtentam, dum minores fuerint, & poſtea maiores effecti ſi illã infra quadriennium proſequuti non fuerunt, non competere, l.fin. C.de temp. in int. reſt. pet. cap. 1. de reſtitutione in integrum, Rota in præfata deciſione corã Domino Coccino, Afflict. deciſ. 213. Odd. vbi ſupra, quæſt. 49. art.4.& an ætas ſit iuſta cauſa reſtitutionis in integrum minori, remitto te ad eundẽ, Odd. parte prima, quæſt. 2. art.1.per tot. Subdens art. 30. quæſt. 3. ex minorum edicto reſtitutionem etiam dari, Mutis, Surdis, & ſimilibus morbis impeditis, Senibus, Miſerabilibus, ibi art.4. tranctando an Eccleſia iure minorum in integrum reſtituatur, ampliando, & limitando.

Vide hãc deciſ. D. Coccini in fi. cap.

123 Secus autem in maiore, quia ſola procuratoris negligentia, niſi dolus adſit, non erit ſufficiens ad id, vt eleganter concludit. Alex. conſ. 85. num. 7. vol. 2. l. à procuratore, C. mand. Idque in pœnam principalis, ſeu Domini cõſtituentis inductum fuit, imputet autem ſibi ſi malè fecit in eligendo procuratorem ſomnolentem, & negligentem, qui tempore debito appellare, & alia facere omiſit & tantò minus reſtitutio maiori competit, quantò ſi fuerit præſens, vel ſciuerit, nam tunc, neque etiam exceptione, quod procuratori non ſit ſoluendo, iuuaretur, quia ſi iſta probatio altiorem indaginem requirit, nec illico ſit in promptu, non eſt in conſideratione ad effectum retardandi exequutionem, vt ibidem Alex. num. 7.

& ſeq. cum add. Lancell. de attent. App. pend. quæſtionem late tractans cap. 2. limit. 50. num. 8. parte ſecunda, tit. de attent. pend. reſt. in integ. cap. 13. num. 2. par. 2. & in terminis, Creſc. deci. ſeptima de app. Subdens num. 2. quod in Rom. Curia, vbi pauper litigat in beneficialibus, mediante perſona procuratorum, quibus non eſt ſoluendo, imputandũ pari modo erit ſibi Domino litiganti, ſi talem perſonam elegerit, ſed ſi nõ fuit defenſus, nullo modo appellare valebit infra decẽ dies à die latæ ſententiæ, ſi eſſet fictus cõtumax, citatus domi, & per procuratorem defenſus, ſecus autem ſi procuratori non eſſet ſoluendo, quia etiam poſt decem dies audiretur in ſubſidium, vt ex deciſ. 101. Cap. Tholoſ. & quando non eſſe ſoluẽdo procuratori dicatur, ſi erat quæſtio facti, id ex diſcuſſione apparebit, ſed ſi conſiſtit in iure, cauſa beneficialis, matrimonialis, vel ſtatum infamię, quę cum ſimilibus non recipiunt æſtimationem pecuniarum, iſto facto appellabit Dominus in tempore, ſeu reſtitutionem in integrum ad appellandum petere poterit, de quo ibidem in addi. Aufrer. Sed ſi Procu-
124 ratori ſoluendo non foret, tunc maximè aduerſus lapſum fataliũ reſtitutio danda veniret, l. arbitriũ, §. dolo, ff. de dol. l. fi. ff. de eo p quẽ fact. fuer. Spec. in tit. de app. §. nunc breuiter, nu. 18. verſ. qui ſi pars, Alber. in Aut. ei qui, numero tertio, poſt med. verſ. & attendendum, C. de temp. App. Et pro concordandis iſtis opinionibus, vide Abb. in ca. Significante, prope fi. de app. Florian. in Cle. ſicut, prop. fi. eod. tit. Tamen ſi procurator fuerit infirmus, ſeu alias legitime impeditus, erit iuſta cauſa talis in integrum reſtitutionis petendæ, & dũ petitur, in executione ſuperſedendum erit. Sed lata fuit ſententia contra minorem, & forſan hęredem, quæ in iudicatum tranſacta fuit, ac in ea inſtantia, vrgente ſua paupertate, nequiuit inſtrumẽta pro ſe facientia exhibere, modo habet in promptu pecunias pro ſcripturis extrahendis, & mercede notarij ſoluenda, ac bonum ius ex præfato inſtrumento, vel ſcriptura reſultat, quæ forſan, tam ipſe vti hæres, quam principalis teſtator ignorauit, vel propalare auſus non fuit, ſed poſt ſententiam, & rem iudi-

catam

catam ad eius notitiam deuenit, vel reperijt, aut metus ceſſauit quæro, an res iudicata ſibi obſtet, & an ex noſtra commiſſione reſtitutionis in integrum ſit iu-
125 uãdus, quamuis regula adſit, quod per inſtrumenta denuo reperta. Sententia, quæ in rem iudicatam, tranſiuit, non retractetur, l. imperatores, ff. de re iud. l. ſi ſub ſpecie, C. de poſtulan. & cap. ſuborta.
126 eod. tit. Tamen licet ad rem iudicatam tollendã non ſufficiant: bene ipſorum vigore reſtitutio in integrum aduerſus eã, ex clauſula ſaltim, ſi qua mihi iuſta cauſa concedenda erit, l. 1. in fin. & l. ſed, & ſi per prætorem, §. hæc clauſula, ff. ex quib. cau. maior, Imol. & Moder. in d. l. imperatores, Canon. in cap. ſuborta, de re iudi. Alex. conſ. 69. num. 5. vol. 3. & in conſ. 83. col. 2. vol. primo, maxime ſi hæredes ſint, ſiue minores, ſiue maiores, quia iuſtam ignorantiam habere poſſunt, l. qui in alterius, ff. de reg. iur. Quod reſtringe ad minores, & alios æque priuilegiatos, vt gloſ. in dicta l. imperatores, in verb. in negotio, Io. de Iml. conſ. 3. num. 2. & 3. Butr. conſ. 27. Curt. ſen. conſ. 77. Bal. in l. penultima, C. ſi ex falſ.
127 inſtr. Iuſta etenim ignorãtia rei geſtę in cauſa tractata per anteceſſores, vel interdum per procuratorem, ſubeſt, vt dixit Alex. in d. conſ. 69. num. 7. l. quod vulgo, ff. pro empt. gloſſ. & DD. in l. ſi obligata, ff. de leg. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 257. nu.
128 3. vol. 2. Perſonæ namque iſtorum priuilegiatorum reſtitutioni locum dant, non autem iuſtum impedimentum, l. minor, ff. de minor. l. interdum, ff. de cond. indeb. quia, vt ſup. cit. DD. aiũt, ſi maior iſtum impedimentum probare debet, nõ tenentur id probare, nec minor, neq. alij æquæ priuilegiati. Sufficit etenim illis inſtrumenta denuo reperta allegare, quia fauorabilior eſt reſtitutio in integrum minori competens, & alijs ex edicto de minoribus priuilegiatis, quam maioribus ex d. clauſula ſi qua mihi, Aret. conſ. 104. num. 8. nam licet contra illos currat pręſcriptio, tamen non denegatur reſtitutio, quando abſentes, vel ignorãtes hęredes agere non valuerunt, maxime ſi claras probationes habent, deciſ. Pedem. 158. n. 13. Rol. a Val. conſ. 10. num. 15. vol. 4. Decian. reſponſ. 39. num. 149. lib. 2. In multis autem caſibus mino ri reſtitutio conceditur, & in multis denegatur, quos non tango particulariter, ne prolixus ſim, maxime, quia non eſt tractatus noſtri intentio, ſed de commiſſionibus, & quomodo reſcribendum veniat, cætera illorum, quibus cauſæ demandantur iudicare munus erit.

129 Sed an reſtitutio detur maiori hæredi minoris ad adeundã hæreditatem ipſi minori delatã quęre, & negatiue reſpondit, Cuman. conſil. 130. num. 5. & Bald. de communi atteſtans, conſil. 101. num. 2. volum. 2. Sed hanc quæſtionem ſicco pede tranſeo; Tu autem ſi occurrat, adeas, Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem Tuſcum Pract. Concluſ. Iur. in verbo Reſtitutio, concluſ. 288. per tot. cum ampliationibus, & limitationibus Tom. 7.
130 Sed an minoribus iuris peritis detur reſtitut. in integr. vide Sarmien. ſelect. ſent. lib. 3. cap. 12. Negatiuam ſententiam primo tenẽs, quia dum iuris facilitate peritus ſe læſum dicit, ſuam turpitudinẽ fateri videtur. Iuris enim prudentẽ in ignorantia labi, turpe eſt. l. profeſſo, C. de num. patrim. lib. 10. nam ſi ratio talis cõcedendæ reſtitutiones facilitas, & rerum ignorãtia in minore exiſtentibus, illos comitatur, ceſſare videtur in minore iuris perito, quia talis iuris periti ab omni ignorantiæ excuſatione illum excludit; & ſi iuris prudentia eſt humanarum, atque diuinarum rerum notitia, §. iuris prudẽtia Inſt. de iur. nat. gent. & ciui. qua fronte, qui talem ſe profitetur id allegare poterit cum de iure iuriſperiti reſpondeant? Turpe enim eſt Patritio, & Nobili, & cauſas oranti, ius in quo verſatur ignorare, l. 2. §. poſt hos quibus, ff. de reg. iur. æqualis autem conditionis cum imperito foret, cum induſtria præuenire naturam ſoleat, vbi minoribus viginti quinque annorum reſtitutionem lex indulget, l. prima, ff. de min. 25. an. qui datur, quod rem ſuam bene gerat, tamen iure minoris cenſetur, & quamuis minor ſagax & induſtrius ſit, vt circumuentio excludatur, tamen ſi aderit non erit à reſtitutione excluſus, & cum Minoribus generaliter habito oculo ad ætatẽ, vt priuilegium reſtitutionis ſit indultum, ſatis eſt, vt deceptus, ſeu circũuen-

uentus appareat, vt in ſimili videmus de
priuileg. viduis cōceſſo in l.vn. C.quād.
Imp. int.pup.& vid.quod tam pauperes,
quam diuites capit,vt in fine dicam. cap.
3. de Cōmiſſ.Auuoc.cauſ.&ſic ex multis
ibi congeſtis affirmatiuè ibi Sarmien. cō
cludit. Et an reſtituatur aduerſus delicti
confeſſionem,pariter idē Sarmien. tradit
132 eod.lib.c.13.Maioribus vero nō ita paſ
ſim datur reſtitutio ex dicta clauſula ge-
nerali,ſi qua mihi iuſta, ex pręfato capite
inſtrumentorum nouiter repertorum, &
in ſpecie alteri non eſt concedenda,quia
ſi contra ipſum in rei liberatione prolata
fuit ſentētia abſolutoria & ratione inſtru
mentorum nouiter repertorum(vt dixi)
reſtitutionem petat denegari debet,ſuum
autem erat, antequam litem inciperet,
bene fundare intentionem, ac talia in
promptu habere,& ordinare iura, vel ra-
tiones, quod victoriam ſperare poſſet,
alias iudicium non intentare, niſi illis cla
ris ſufficientibus habitis, l.qui accuſare
C.de eden.l.1.ff.eod.l.qui in alterius in
fi.ff.de reg.iur.Caſtr.in d.conſ.257.num.
133 3.verſ. ſed reſpondeo,vol.2. Qui ſecus
in reo eſſe ibidē affirmat,quia ſi fuit acto-
ri condemnatus in illo iudicio, ſuas non
potuit facere probationes, vel exceptio-
nes exhibere,repertis iuribus poſt con-
demnationem, quæ tempore litis, ſeu
quando fuit conuentus,non erant in eius
poteſtate, merito ex reſtitutionis in inte
grum beneficio ſubueniri illo caſu debet,
cum pręfata clauſula ſi qua mihi, vt poſt
Caſtr.dicit Franc.Cur.Iun. in conſ.18.n.
primo, vol. 2. Immo conſtito de illius
iniuſtitia, ſuperſedēdum erit in executio-
ne, Veral.deciſ.114.num.2.parte tertia,
Et ex his habetur intellectus ad l.admo-
nendi,ff.de iur. iur. Vbi priuatus propter
inſtrumenta denuo reperta, non reſtitui-
tur aduerſus ſententiam, niſi lata vigore
falſi inſtrumenti, vel iuramenti neceſſa-
rio præſtiti per aliam partem, quod ta-
men declara procedere, in actore, non in
reo, vt per Imol.& Caſtr.loco cita.Quam
uis Alex.in l.ſub prætextu, num.5.C.de
tranſ.Iaſ.in l.admonendi, num.10. verſ.
ego teneo,vbi de communi, ff.de iur.iur.
& in l.Imperatores, numero ſexto, ff. de
re iud. Oddus de reſt.in integ. q.72.art.
3.num.53.contrarium teneant, quod nō
proſequor.Et quamuis actori forſan ex
præmiſſis, non competat reſtitutio in in-
tegrum,tamen iuuari poterit exceptione
dolo petis,quod reſtituturus es, l.dolo fa
cit,ff.de dolo except.vel actione indebiti,
officio iudicis,de quibus per Caſtr.d.con
ſil.257 numero tertio,& 4.vol.2.Alex.
conſ.69.n.9.vol.3. Hip.de Marſ.in ſing.
229.Io.And.in add.ad Specu. in tit.de
inſtr.edit. §.poſtquam, num.9.quamuis
Alex.conſ.169.num.12.vol.3. contrariū
aſſerat, & d. conſ.69.num.5.Et iſto caſu
plus operatur exceptio,quam actio,Sta-
phil.de lit.iuſt. cap.ad prędicta,n.1. Rot.
deciſ. tertia de excep. in nou. Et licet
multæ ſint cauſæ, in quibus maiori reſti-
tutio in integrum conceditur. Tamen
Odd.vbi ſupra par. 1. quæſt. 5. art. 2. ad
duas illas reſtringit, Nempe iuſtæ abſen-
tiæ. Et ex clauſula ſi qua mihi iuſta cau-
ſa; & an abſentia ſit iuſta cauſa reſtitu-
tionis in integrum late,artic. ſeq. tractat.
q.6.ſequēti cui te remitto. Quamuis ſec.
Bar. in l.fin. ff. ex quib. cauſ. maio. Sola
abſentia non dat cauſam reſtitutioni in
integrum, ſed cum læſione concomitata.
Sed quadriennio lapſo,maiori,nec etiam
ex noua cauſa datur reſtitutio, hinc eſt,
quod committitur cauſa cum clauſula,
prout de iure,Achil.deciſ.8. de reſt.in in-
134 teg.Quod amplia etiam ſi de bono iure
conſtaret, neque ex probationibus no-
uiter repertis, cap.1.vbi Canon.de reſt.
in int. Minus aduerſus rem iudicatam in
cauſa reſtitutionis, cap. fin. de reſtit. in
integrum.Et quamuis Glo. in l.fin. com-
muniter à DD.approbata teneat indubi-
tanter ſæpe reſtitutionem in integrum
peti poſſe. Tamen loquitur in minori-
bus, & alijs priuilegiatis perſonis,vbi de
iure tale beneficium conceditur. Rot. di-
uer.dec.206. à n.3. ad fi. par.3.Hoc au-
135 tem dicere non omittam, quod ſi con-
cedatur reſtitutio in integrum ex inſtru-
mentis denuo repertis,vt ſolum ipſis no-
uis documentis vtatur, opus eſt, adeo
quod,nulla alia probatio cum ipſis venit
admittenda, l.admonendi ibi quibus ſo-
lis vſurus ſit, vbi Bar. & DD. ff. de iure
iuran. Idque ratione ſuadetur, quia illa
tantum probatio admitti debet, in qua
non fuit ille negligens, Franc. Cur. Iun.
in dicto conſil.18.num.3. Immo, quod
plus

plus eſt, ſi pro habenda reſtitutione iura denuo reperta non ſufficiant, non debet reſtitutio concedi, quia antiqua iura iam lite finita non habentur in conſideratione, neque ex iuribus nouiter repertis ſententia tollitur, ſed præuia in integrum reſtitutione, quæ cum vigore ipſorum retractari petatur, non ſunt alia iura antiqua retro producta attendenda; copulatiuè autem, & inſimul ad hoc, vt maiori reſtitutio detur duo requiruntur.
136 Primo, quod iuſta cauſa illam petendi ſubſit. Secundo, vt conſtet de leſione, & noua cauſa, quæ dicitur, quando nouæ probationes ad illam confirmandam afferuntur, deciſione 229. parte 3. diuerſ.
137 numero ſecũdo, quod verum intellige, de nouis probationibus ſuper ætate, non autem ſuper læſione, vt ibi n. 3. latè, vnde noua lis, vel ſuperueniens, vel emergens ratione illius, quę tunc vertebatur, aliam, & diuerſam a veteri excuſſionem requirit, deciſ. diuerſ. 630. num. 5. eodem lib.
138 Quod in minoribus nõ procedit, & alijs ęque priuilegiatis, Abb. in cap. ex litteris numero 5. & 11. verſ. reſtitutio vero in integrum, eod. tit. de in integ. reſt. Sub-
139 dens nu. 7. verſ. an autem ſit dicendum, id non procedere in cauſa fauorabili, puta in cauſa matrimoniali, & ſimili, quia datur reſtitutio, etiam ſi iuſta cauſa eam petendi fuerit per vnum teſtem, vel iuramentũ probata. Nam vbi agitur de pe-
140 riculo animæ, quandocunque peti poteſt reſtitutio in integrum, quia ſententia non tranſit in iudicatum, quod dic verũ in matrimonio carnali, ratione peccati, vt declarat Felin. in capitulo primo, col. fi. de pręſcrip. in quo nunquam ſententia tranſit in iudicatum. Secus autem in matrimonio ſpirituali, quod tranſit, Put. deciſ. 63. num. 5. & ſeq. par. prima, Alleg.
141 Felin. in cap. lator, de re iudic. In caſibus autem, in quibus reſtitutio conceſſa fuit, hęredibus quoque proderit, Bald. in l. prima, C. de fideiuſ. minor. l. 1. & ibi Bar. num. decimo, 9. not. C. ſi adu. dotem l. non ſolum, ff. de reſtitut. in integrum.
142 Cõceditur etiam reſtitutio in integrum maiori ex cauſa ignorantiæ iuris, ſi de damno euitando agat, Bal. in trac. de reſt. in integ. parte 1. q. 8. art. 11. per tot. Nam quando de illo agitur, maioribus talis error nõ nocet, l. iuris ignorãtia, & l. ſeq. ff. de iur. & fact. ignora, Gram. conſ. 225.
143 numero vndecimo. Datur quoque commiſſio noſtra cum clauſula conſtito de bono iure, & ſic cõditionaliter, vel alia clauſula ſimili, quare ſi non purificetur conditio, ceſſabit reſtitutio, perinde, ac ſi
144 conceſſa non foret. Pariſ. conſ. 11. num. 12. volum. 4. Videamus modo, an commiſſio noſtra reſtitutionis in integrum peti, & cumulari poſſit cum commiſſione cauſæ appellationis, & nullitatis, quæ ita paſſim expeditur in Rom. Curia, cum clauſula, nec non quatenus opus ſit reſtitutionis in integrum, pro vt de iure, ſaltim ex clauſula generali, ſi qua mihi &c. quæ omnia ideo ſimul in vna, & eadem met commiſſione coadunantur, & ſic plura capitula etiam diuerſa, quia in ea peti, & cumulari poſſunt, Rot. deciſ. 7. numero 2. de reſcrip. in nou. Tunc autem ſi non valet appellatio, ſtante re iudicata, petitur ad effugiendas impenſas, ac pro celeriori expeditione, vt eidem iudici etiam cauſa reſtitutionis in integrum committatur prout de iure, quia ſi illud appellationis remedium vtile ſibi non videt, alijs, nempe nullitatis, vel reſtitu-
145 tionis in integrũ iuuari poſſit. Et quamuis ſit cauſa appellationis demandata cum clauſula reſtitutionis in integrum. Tamen ſi in eadem commiſſione aderit clauſula quam, & quas, eius vigore procedi poterit, tanquam in prima, & ſine eo, quod ſpecialiter declarauerit. Sufficit enim, quod in proſequutione cauſæ non ſe aſtrinxerit, At ſi nulla interpoſita appellatio fuerit, non poteſt ex tali commiſſione deficiente cauſa appellationis proſequi. Veniens tanquam in prima, tanquã tertius venit, nec acta ſua facit, minus ſententias, nec ſibi præiudicant. Rota deciſ. 20. de re iudic. in nou. Et coram Illuſtriſs. Seraphino in vna Calagurritana Panis Lunæ 10. Decembris 1597. Vide hãc deciſionẽ in fi. cap.
146 At ſi non aderit clauſula, prout de iure, quando reſtitutio petitur, debet per Reuerend. P. Dominum meum Referẽdarium addi, vel in fine commiſſionis, prout de iure, ſi in corpore commiſſio-
147 nis deſit. Si vero commiſſio erit extra Curiam, cũ poſtea Breue expediatur, in illa particula poſita in calce Commiſſio-

K nis

nis, & cum abſolutione a cenſuris,&c. In
illius fine debet addi clauſula,& pro vt de
iure, quia alio modo per Signaturam
iuſtitię reſtitutio in integrũ non concedi-
tur, quę clauſula, prout de iure importat,
vt iudex, cui commiſſio dirigitur, vi-
deat, an reſtitutio de iure ſit concedenda,
nec ne, Achil. deciſione octaua. numero
ſecundo de reſt. in integ. in fine. Et vbi in
eadem commiſſione cauſa nullitatis, &
reſtitutionis in integrum fuerint inten-
tatæ, eadem ſententia terminari dicun-
148 tur, Put. dec. 429. parte ſecunda, Sed no
tanter ſcias, maximam eſſe differentiam,
quando clauſula iſta, prout de iure appo-
nitur in corpore commiſſionis, vel in fine
in Signatura Placet D. N. PP. prout de
iure, nam verbum, pro vt de iure appo-
ſitum in corpore cõmiſſionis, facit ſolum,
vt in clauſula, in qua appoſitum eſt, pro-
ut de iure, reſcriptum cenſeatur, vt in
facto noſtro, & committitur cauſa appel-
lationis, & nullitatis, nec non quatenus
opus ſit reſtitutionis in integrum, tunc ſi
ſubiungatur, pro vt de iure, reſtitutio ſo-
lũ prout de iure conceſſa erit, & cauſa ap
pellationis, & nullitatis demandata ſim-
pliciter, quia clauſula pręfata tantum
modo illam particulã, vbi adaptata fuit
reſtringit, & appellatio, ac cauſa nulli-
tatis purè commiſſæ remanent. Sed ſi in
Signatura placet prout de iure, appoſita
fuerit, erit adeò tota commiſſio reſtricta,
quod in omnibus petitis cenſenda erit
prout de iure conceſſa, & regulata, quia
talis clauſula in fine reſcripti appoſita,
refertur ad omnia, quæ præcedunt, &
ſupra narrantur, Abb. in cap. ſecundo
requiris, de appellat. Bartol. in l. talis
ſcriptura, ff. de legat. 1. Ideo melius erit,
vt recordentur Domini Procuratores,
componendo commiſſionem, in corpore
talem clauſulam ſuo loco ponere, ſin ſe-
cus, erit arbitrarium Domino Referenda-
rio illam, vel loco ſuo in corpore adde-
re, vel in Signatura Placet, prout de iu-
re, ſecundum quam poſtea illam Illuſtriſ-
ſimus Cardinalis Præfectus regulatur. Fo
149 rus non mutatur in commiſſione, &
cauſa reſtitutionis in integrum, quia eſt
de appendicijs primæ inſtantiæ, & ſic
cauſa vel demandatur eidem iudici, a
quo ſententia proceſſit, vel iudici, co-
ram quo cauſa appellationis introducitur
vel eſt iam introducta, Caſſad. deciſione
ſecunda, numero ſecundo, verſ. ratio dif-
ferentię, de procur. Immo eſt ſpecies ap-
pellationis, quia ea facta, vel conceſſa,
in cauſa proceditur ad inſtar, & ac ſi fo-
ret appellatum, Iaſon in l. 4. §. condem
natum, num. 27. de re iud. l. præſes,
ff. de minor. Sed ſecus eſt in cauſa appel-
lationis, & nullitatis, nam in eodem re-
ſcripto, ſimul iungi non poſſunt, ſed be-
ne copulatiuè, & conditionaliter, quia ſi
ſententia eſt nulla, non indiget, vt ab
ea appelletur, ſi nomine ſententiæ caret,
nec in rerum natura haberi debet, vnde
aduerſus eam cauſam reſtitutionis in inte
grum, ſeu appellationis committere o-
pus non eſt, vt latè in commiſſione ſa-
nat. nullit. memini, quò te remitto, ne
bis idem repetendo tædio afficiaris.
150 Forus autem, vbi res ſtabilis, ac pari-
ter mobilis, quæ perpetuo ſit, ſortitur.
Secus verò ſi res mobilis non ſit manſura
niſi ad tempus, quia iuris fictione ibi eſ-
ſe non cenſetur, l. ex facto, §. rerum, ff.
de hæred. Inſt. Quod tamen crederem
intelligi, vbi principium poſſesſionis in-
cęperat, quia tunc ibi quoque conueniri
poterit, ne detur materia deferendi res
alienas ad domum ſuam, l. non alias. in
primo reſponſ. & in §. 1, ff. de iudic. Inno-
cent. in cap. fin. num. 11. de for. compet.
151 Nam quod in foro rei ordinariè reſti
tutio in integrum petenda ſit, colligitur
ex l. 2. vbi Bart. & l. fin. C. vbi, & apud
quem reſt. pet. deb. & ex Imol. in Clem.
vnica num. 27. de reſt. in Int. Tamen
non ab re erit, vt reſtitutionem in integ.
petens ſententiã nullã dicat, & ſi qua eſt,
in integ. reſtitui petat, vt dicit Abb. in c.
cum olim, el ſecundo num. 10. de App.
Nam hoc modo (vt dixi) cumulari cau-
ſæ præfatæ valent. deciſ. 7. de reſtit. ſpol.
in nou. ad quod vide Bal. tenentem ſimul
ſupradicta intentari poſſe, in repet. l. edi-
tæ, num. 86. Cod. de eden. Innoc. in
cap. conſtitutus in Gloſſ. in verbo nul-
lam, numero ſecundo, de reſtitut. in
integr. Et an in præmiſſis requiratur
litis conteſtatio, vide deciſionem Rotæ
tertiam, de reſtitutione in integrum in
nou. Multum inter ſe reſtitutio, & nul-
litas differunt, Nam reſtitutio in inte-
grum

grum præſupponit ſententiam, vel con-
tractum, ſiue actum valere, ſed ex illo
læſionem oriri. At nullitas ipſo iure nul-
lum contractum, actum, vel ſententiam
prēſupponit, dato quod, nec læſio adſit,
& ſit etiam nulla ſententia. Pariſ. conſ.
97. num. 33. & 34. volum. primo, & conſ.
100. num. 36. eod. lib. Gloſ. & Doctores
in l. non eſt, C. de priuil. min. Quando
petitur reſtitutio in integrum aduerſus
rē iudicatam, diuerſimodè in varijs ſtati-
154 bus intẽtatur. Adſunt mũltoties tres ſen
tẽtiæ conformes, vltra clauſulã, prout de
iure, vt dixi ſolitam, alia clauſula additur
Parito iudicato, ſeu ſiue prēiudicio rei
iudicatæ, aut ſine prēiudicio trium con-
formium, quando aliqua conſiderabilis
nullitas afferatur, & id ratione, quia ſi
reperitur commiſſio, ſignata ſimpliciter
cum clauſula prout de iure, executio im-
peditur regulariter, donec de illa an ſit
admittenda, necne diſcutiatur, Lancel-
lottus de attentat. recurſ. pend. cap. 18.
num. 26. par. 2. Quia cum reſtitutio in
integrum (vt dixi) ſpecies ſit appellatio-
nis, l. præſes, ff. de minor. Ideo ſicut ap-
pellatio iudicatum ſuſpendit, ita pariter
reſtitutio, Benint. deciſ. 185. num. 17. Sed
diſtingue, quod dixi appellatione pen-
dente, nil fore innouandum, intelligen-
dum in actum contrarium ipſius appel-
lationis, ſecus autem in actu appoſito pro
ſecutionis, vt bene Bald. in l. per hanc nu-
mero tertio, verſic. oppono, C. de
temp. appell.
156 Dic tamen in cauſis ciuilibus, non
criminalibus, quando enormitas delicti
exequutionem requireret, ſeu nimium
ſcandalum afferret, regulam cedere,
Baldus in capitulo primo prope finem,
de offic. delegat. Vbi etiam tractat, an
Clerici poſſint Clericum à laicis ca-
ptum eripere, tenendo, quod ſic, eo quia
religioni ſit iniuria, quę in omnes reſultat.
Sed quãdo adeſt clauſula parito iudicato,
tunc reſtitutio in integrum non erit ſuffi-
ciens illorum executionem retardare, d.
clem. vt calumnijs, de re iudi. Bald. in l.
vnic. C. ne lic. ter. prou. Alex. in l. 4. §.
condemnatum, ff. de re iud. Imol. in col-
lect. com. opin. lib. quarto, concl. 25.
Vnde ſi ſtante cõmiſſione cum dicta cla-
uſula parito iudicato fiat citatio ad dicen
dum contra commiſſionem, cum reſcri-
ptum ſit conditionale, niſi prius iudica-
to pareatur, non erit cenſenda lis intro-
ducta, Socinus conſilio 99. columna
tertia, verſic. tertio autem, volumine
quarto, Put. deciſione 429. parte pri-
ma, etiam ſi incidenter petatur, & pe-
ti poſſit coram iudice, Alexan. & Caſtr.
in l. non poteſt, §. ſi minor, num. 6. ff. de
iur. iur. Quod amplia procedere, tam in
cauſa Eccleſiaſtica, quam profana, vel
etiam ſpirituali, criminali, aut mixta,
Gloſ. in d. clem. in verb. quauis, & ibi
Card. 2. quæſtione, ac multis alijs modis,
cum plurimis limitationibus, & amplia-
tionibus relatis, per Imol. vbi ſupra. Im-
portatq; clauſula parito, vt orator poſſeſ-
ſionem dimittat, fructus, reſtituat, ac ex-
penſas reficiat, antequam in cauſa ad vl-
teriora procedatur, deciſ. 3. de except. in
nou. & deciſ. ſecunda, vt lit. cont. in antiq.
Staphil. de lit. Iuſt. capit. quando peti-
tur, num. 8. & 9. c. ſi. de reſt. ſpol. Veſtr.
in ſua prax. lib. 8. cap. 3. num. 10. Tho-
lom. deciſ. 23. Lancel. ubi ſupra num.
127. & 128. Subdens num. 126. per com
miſſionem, cũ tali clauſula, non cenſeri
litem introductam, niſi prius iudicato
160 pareatur, Vnde merito niſi conſtet de
earum, vel aliqua ipſarum iniuſtitia, con-
tra tres conformes, niſi modo præmiſ-
ſo, non eſt retardanda exequutio, deci-
ſione prima, de reſtitutione in integrum
in antiq. deciſione prima, eodem titulo
in nou. de quo vide Vant. in tractat. de
nullitat. in tit. quot. & intra quod temp.
numero ſeptimo, & Salicetus in duabus
ll. C. ſi ſep. in integrum reſtitut. petat.
Benint. deciſ. 85. num. 6. & 9. quæſt. vbi
numero decimo. Id etiam in minore pro-
cedere tenet, niſi aduerſus tres ſententias
tam diffinitiuas, quam interloquutorias
de aliqua cauſa doceat, propter quam
veriſimiliter, reſtitutio, ſtante læſione,
concedatur, Innocentius in capitulo au-
ditis, numero ſecundo, & tertio; & in
capitulo ex litteris, numero primo, & ſe-
cundo, de reſtitutione in integrum.
161 Nam petens ſe reſtitui in integrum ad-
uerſus tres ſententias conformes, de no-
ua cauſa docere debet, dicta l. Minor au-
tem magiſtratus, in ſi. ff. de min. Bellam.
deciſ. 409. vt vide Gabr. omnino in lib.

commun. opin. titul. de exeq. rei iudic. concluſione prima.

162 Sed Rota intelligit hanc clauſulam parito iudicato conditionaliter, Nempe ſi ſuper illis adſit iudicatum, Bald. in l. fin. num. 41. C. de edict. Diu. Adr. Toll. Ruinus conſilio 83. numero ſeptimo, volumine primo. Rota Diuerſorum par-

163 te prima, deciſione 100. num. 2. Vnde bene inoleuit praxis, quod in exequutione ſententiæ, quando ſumus coram diuerſo iudice, & non coram illo, qui pronunciauit, pars, citetur, Quia huic iudici exequenti, neque de veritate, neque de viribus ſententiæ conſtat, quamuis acta viderit, quæ vt fidem faciant, coram ipſo parte citata producenda veniunt, ſeu illa præſente, l. properandum, §. fin au-

164 tem, circa med. C. de iudic. Quare, ſi anteceſſor dederit licentiam aliquem, tamquam de fuga ſuſpectum capiendi, etiam oſtenſa præfata licentia, vel mandato, ſucceſſor ad capturam procedere non poterit, quia niſi illam prælcrutetur, non conſtat ipſi iudici an rite, ſiue iuridice ſit relaxata. Non enim factum iſtud alienum, in quo error eſſe poterit, ſed ſuam ſententiam ſequi debet, quia de ſimilibus geſtis rationem reddere ſuum erit. Ang. in l. 1. num. 22. C. qui & adu. quoſ. Ob id male loquutus fuit, Fulgoſ. conſil. 183. in ſec. dub. quod ſucceſſor in officio eandem exequutionem parte non citata perficere teneatur, quia cum anteceſſore idem officium, & eadem ſunt perſonę, l. properandum, §. ſi mortuo, ff. de iudic. Nam reſpondet. Natt. conſil. 529. quod licet reſpectu officij idem ſint, non tamen reſpectu ſcientiæ, nam anteceſſori ſatis de veritate, & ſententię effectu apparuit, quod in ſucceſſor non multum, quia cauſam non tractauit, neque geſtorum notitiam habuit, vt ibi Natt. vltra, quod iſto medio tempore multa emergere poterunt, quæ talem peruerterent exequutionem, ſiue capturam.

165 Sed quid, ſi latæ ſunt tres ſententiæ conformes, & tertia quæ in pluribus capitibus, vti grauantibus appellantem, declarat male iudicatum, & propterea, reuocat talias priores, eaſque in minori quantitate confirmat in alijs capitibus, Quæro an iſto caſu poſſint vocari conformes? & dico quod non, Immo priores ſententias condemnatorias in maiori ſumma fore nullas ipſo iure, dixit Put. deciſione 323. libro primo, & ita in his terminis in vna Lariſienſis frumenti, coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Blanchetto, 1578. in qua iterum decima die Decembris 1577. Domini tenuerunt, ſententiam pro parte nullam, non poſſe reformari, nec confirmari, ex quo in ſententijs maior ſumma non in eſt in maiori, etiam quod non ſint conformes, vt habetur etiã ex deciſione Biſign. 29. numero ſecundo. Graui conſil. 174. numero ſecundo. Gabr. concluſione 56. libro primo. Quod tamen ſeruare non ſolet Signatura, quando ſumus in Camerali obligatione, in qua licet pro maiori ſumma relaxatum fuerit mandatum. Quamuis deinde in minori ſumma debitum appareat, tum ex priuilegio iuramenti, cum Cameralis obligationis pro ſumma debita exequi mandat, alias daretur inconueniens, quod indirectæ Camerali obligationi, quæ habet exequutionem paratam, & appellantis, vocem non audit, fieret ex via exequutiua ordinaria, vt dixi ſupra parte prima, de Commiſſione appell. à Camerali obligatione.

Fallit in cauſa matrimoniali, vbi defloraretur, puella, vel in cauſa retractabili, vbi de illarum nullitate agitur, quia non reſcribitur cum dicta clauſula parito, deciſ. Cappell. Tholoſan. 430. Et quamuis inhibitum vigore com-

166 miſſionis reſtitutionis in integrum, cum clauſula pro ut de iure, poſt tres conformes non facit, vt iudex in tertia inſtantia procedens, dicatur attentare. Put. deciſione 121. parte prima. Secus ſi vnica lata foret ſententia, quæ pariter in iudicatum tranſijſſet, & poſt inhibitionem ad executionem proceſſum, quia eo caſu eſſet attentata, Put. deciſ. 299. parte prima. Et licet iudex non impediatur vigore commiſsionis noſtræ per reſtitutionem in integrum trium conformium exequutione. Tamen bene per allegationem ſolutionis impediretur, etiam quo ad fructus, quod pariter amplia procedere, in caſu, in quo duæ ſententiæ cõformes rem iudicatam conſtituerent, à quibus

quibus non eſt licitum appellare, vt in ſta tuto vrbis, & ceu omnium locorum conti netur. Pariſ.conſ.109. n.5. vol.4. Bal.in l.vltima, col.fin.C.de ſent. & inter om.
167 Iud. Quamuis facilius concedatur reſti tutio in integrum aduerſus duas confor mes, ex ſtatutis tē iudicatā facientes, quā ſi tres latæ forent ſententiæ, vt bene Ga-
168 briel. late conſ.49. num. primo. Hinc eſt, quod ſi quis pariter contra ſe tres ſen tentias in cauſa beneficiali reportet con formes, eo caſu vacare per obitum illius dicitur beneficium, etiam ſi non fue rit facta executio, Ruinus conſil. 29. columna prima, & ſequen. volumine ter tio, Gabr. lib. com.opin.tit.de re Iudi.
169 concl. 1. num. ſecundo. Aut vnica la ta fuit ſententia, quę pariter tranſitum fecit in iudicatum: iterum Staphil.ibi di ſtinguit. Aut lata eſt parte præſente, aut parte abſente, ſeu per cōtradictas, primo caſu ſi parte præſente, danda eſt com miſſio cum clauſulis ſupra poſitis, Secun do ſi parte abſente, ſolum datur clauſula, refectis expenſis, in quibus aduerſarium fatigauit & id, quia cauſa non fuit plenè diſcuſſa, quare propter dictam abſentiam non tenetur dimittere poſſeſſionem. Nam ſi partium aſſertione merita cauſæ pan duntur, l.fin.C.ſi per vim, vel al.mo. ca pitulo graue, 35.diſt. non debet exequi, & cogi iſto ſecundo caſu, vti ille, qui cita tus, & auditus ſuccubuit. Immò Staphil. ibid. numero vndecimo dicit, etiam in hoc ſecundo caſu dicta locum habere, ſi fuerit primo citatus perſonaliter, & dein de per contradictas, Secus verò ſi fuerit per edictum, quia cū vero ſimiliter igno rantiam præſumere poſſet, non indigebat commiſſione reſtitutionis in integrum; Sed potuit ſibi per appellationem, a die
170 habitę notitiæ prouidere. Dicitur au tem talis citatio per contradictas, vel edictum, quædam iuris fictio, quæ tales ſic pro perſonaliter citatos habere facit, nam ex quadā iuris præſumptione ius fa cere præſumit, talem ſic citatum habuiſſe notitiam, & ad ipſum perueniſſe citatio nem, licet propter abſentiam potuerit nō peruenire, vel etiam ſi ſciuit, ac fuit forte legitimè impeditus in veniendo, ſiue mittendo, vnde ſi iudicem non contem pſit, potius contumacia ficta, quam ve-

ra cenſenda eſt, capitulo venerabilis, S. porro verſ. iiſdem eſt, de ſenten. excom. in ſexto, Vbi ſi primo modo citatus noti tiam non habuit, & ſic comparere non valuit in termino pręfixo, ob id fuerit ab ordinario excommunicatus, ſi ad Metro politanum appellatur, deductis coram eo narratis, in primis venit abſoluendus. Valde autem iniquum eſſet, ſi per talem factā ſic citationē partis ius auferretur, & defenſio, & ſic reſtitutio in integrum, ſiuè appellatio, quę ſi Diabolo in iudicio eſſet deneganda non veniret, capitulo cum ſpeciali de appellation. capitulo cum in ter, de excep. Satis autem eſt, quod ſi ci tatus non compareat, ex lata ſententia afficiatur.
171 Quamuis citatio iſta non eſſet neceſ ſaria, ex quo contumax fuit citatus, ſed fit ex abundanti, ſtante eius malitia in non comparendo, perſonaliter apprehen ſus, vt bene Geminian. conſil. 109. nu.
172 3.& 4. Immo poterit talis citatio fieri contra procuratorem reuocatum, qui alium non ſubſtituit, quia ſicut valeret ſi eſſet contumax vere non comparendo, vel non deffendendo, ita neque iſto ca ſu. Roman.conſil. 367.nu.10.verſ. præ-
173 terea aduertendum. Sunt autem cita tiones iſte per contradictas loco citatio nis per edictum, quę fiunt contra illum, qui ad totā cauſam fuit citatus ex abun danti; & eſt ſufficiens quo ad cauſas de uolutas ad curiam quo ad omnia præter quam ad tollendam reſtitutionem in inte grum, ad conſil. Bellam. 12.nu.23. verſ. nec obſtat. Citatio autem per edictum prætoris, quę hodie fit in ſcriptura per nuncium, ſufficit, vt quomodocumque ad citati notitiam deueniat, quamuis no titia citationem nō efficiat, ſed iudicis de cretum, & fiunt de more locorum per af fixionem; & hinc forenſem per cedulam affixam citari videmus, Ang.conſil.332. num.2. & per totum, & multa de hac ci tatione congerit Illuſtriſſimus, & Reuer rendiſſimus Dominus Cardinalis Tuſcus in Tract.Pract.Concl.iuris in verbo cita tio, concluſ. 256. & 257. Tom. 1. vbi concluſ. 258. & 259. de citatione per præconem ibi tractat.
174 Sed quando expreſſæ de ſcientia ci tationis conſtaret, & de contemptu, tūc

K 3 non

non eſſet appellans audiendus, Rota de-
ciſione 16. de dol. & contum. in nou. Fe-
linus in cap. quoniam frequenter, §. porro
num. 19. vt lit. non cont. Immo lata ſen-
tentia contra citatum, per contradictas,
quæ tranſiuit in iudicatum, non deman-
dabitur exequutioni. Achil. deciſione 9.
175 de re iudicata. Quando autem per con-
tradictas duæ vel tres latę ſententiæ fo-
rent, pariter ibi firmat Staphil. quod pro
pter nimiam partis contumaciam appo-
nitur clauſula parito iudicato, quod du-
rum videtur, nec poteſt eſſe, quia ſi vna
lata eo modo tranſit in iudicatum non
eſt alijs opus, & dato (vt ipſe dicit) quod
plures ſint ſententiæ, nihilominus ſimili
via omnes, quo prima latæ ſunt, & factę
citationes, ac deficit notitia. Vnde ſatis
erit in expenſis in prima, ſecunda, ac in-
terdum tertia inſtantia illum condemna-
re, quia ſi ex capite iuſtæ ignorantiæ da-
tur reſtitutio contra ſententiam, vt ſupra
dixi, locum tale aſſumptum habebit in
hoc facto, in quo ignorauit citationem,
vel progreſſum cauſæ, vnde ęquitas non
patitur, quod æqualis ſit conditionis cũ
eo, qui habuit citationis notitiam, ac iu-
176 re medio condemnatus fuit. Sed opi-
nio præfata Staphil. repulſa fuit per Ro-
tam, & in ea non ſeruatur, quia Rota
vult, vt pareatur iudicato, etiam in illis
terminis, quando non adeſt nullitas re-
ſultans ex eiſdem actis, de qua inconti-
nenti doceri poſſet, vt per Verall. deciſ.
256. parte prima. Sicque paſſim Rota
quotidie ſeruat, vt ex tot poſtea factis
deciſ. Patet coram Domino Corduba in
vna Peruſina bonorum de Seraſinis 10.
Maij 1610. Nam ex tali exequitorialium
relaxatione cœpta dicitur exequtio. Put.
deciſ. 275. par. 2. Ceſ. de Graſ. deciſ. 1. n.
14. de reſtit. in integrum. Et iterum co-
ram Domino Corduba Staphilei opinio,
de qua ſupra repulſa fuit, vt etiam in
vna Burgenſi Decimarum de Scalante
28. Aprilis 1586. & in alia Carthaginẽ-
ſis Decimarum 11. Decembris 1587. co
ram Domino Rubeo. Et tandem corã D.
Sacrato in vna Mutinenſis Canonicatus
Lunæ 23. Iunij 1603. Ea nempe ratione,
quia prima citatio exequitur legitime in
partibus, poſtea in curia per contradi-
ctas. Nec contrariatur deciſ. alleg. Achil.

Vide hãc deciſ. D. Cordubæ ſup. in 1. p.c. 2. exequ. lit. Ap.

Vide hãc deciſioné in fi. cap.

nona de re iud. quia cum ibi verſatur in
dicto capitulo priuilegiato, voluerunt Do
mini, quod à cenſuris abſoluerentur, &
non dicitur, an in Rota, vel alibi inflictę
fuerint. Immo, quod rem iudicatam in
Rota paſſus, etiam per ſolam ſententiam
rotalem in cauſa reſtitutionis in integrũ
non venit audiendus, niſi refectis ex-
penſis, & denuo reſolutum extitit, vt ex
deciſione, Cæſar de Graſ. prima, num. 4.
de re iudicata, cum non præſumatur ca-
lumniari, ſi ſententiæ feruntur per con-
tradictas, & in contumacem ſictum, qui
illas non vidit, ſicuti quando partium aſ-
ſertione cauſæ merita patefacta ſunt,
ideo in dicta Clementina non comprehẽ
ditur. Ibique Staphil. ſubdit, quod clau-
ſula parito iudicato in commiſſione no-
ſtra veniat apponenda, etiam ſi vnica la-
177 ta ſit ſententia, quę in iudicatum tran-
ſiuerit, nec etiam vniuerſaliter placet. Ea
nempe ratione, quia ſi perpendamus ver
ba Clementinæ pręfatæ, vt calumnijs, de
tribus conformibus loquitur, quibus ſtã-
tibus audientia denegatur, quare durum
videtur inferre, quod diſpoſitum in tri-
bus, & quando per tot inſtantias bene om
nia fuerunt rimata, in vna ſola locum eo
dem modo habeat, ſed nè Staphil. perpe-
ram locutum fuiſſe dicamus, intelligitur,
(meo iudicio, vt dixi) locum habere in Ro
ta ad dict. deciſ. Verall. & Put. deciſ. 285
parte ſecunda. Secus quando extra Ro-
tam, & ita procedit Staphil. opinio, de
quo vide Veral. deciſ. 55. parte prima, &
Lancellot. de attentat. cap. 18. num. 10. &
106. Alias extenſionem facere, cum ſi-
mus in exhorbitantibus, maximè vbi mi
litat diuerſa ratio, & ſtatus durum eſſet,
l. 1. ff. de conſtit. princ. cap. ſanè, de priuil.
Nam ad meram illorum pœnam, quæ
per tres ſententias pertinaciter ſuccubue
runt, inducta fuit Clem. præfata, vt ex
lectura patet; ergo eam extendere, quan-
do vnica ſententia adeſt, abſurdam fo-
ret, quia cui licet, quod eſt plus non de
bet licere in pœnalibus, quod eſt minus,
& inter plus, & minus, & ſic inter vnam,
& tres inſtantias, debet differentia dari;
capitulo cui licet, de regul. iur. in ſexto,
plus autem dicitur contumax ſuccumbẽs
per tres ſententias, illo, qui per vnam,
igitur pœna appoſita in caſu maiori, non

deber

debet extendi ad caſum minorem; & hanc
ſententiam contra Staphil. ſecuta in hoc
etiam fuit Rota coram Ptolomęo de men
ſe Martij 1538. in vna Toletana Heremi
torij, vt in dicta dec. vbi Petrus Ortiz ſuæ
Eccleſiæ debere quaſdam decimas prætende
bat; & Petrus de Viſſio ex aduerſo ſuæ
Parrochialis fuit abſolutus, & in expen-
ſis cõdemnatus Ortiz. & cum appellatio
nem ultimate proſecutus eſſet; in iudica-
tum ſententia tranſiuit. Tamen obtenta
aduerſus lapſum fatalium per Ortiz. reſti
tutione in integrum, fuit in Rota dubita-
tum, an abſque expenſarum refectione
eſſet audiendus, & Domini vnanimiter
pro affirmatiua reſoluerunt, ea ratione
moti, quia quando adeſt vnica ſententia,
& pendet articulus reſtitutionis, omnia
conquieſcunt; ſecus autem ſi tres confor
mes, quia miſerationis gratia tunc reſti-
tuitur, & eo caſu datur clauſula parito iu
dicato. Veral. deciſ. 255. lib. 2. Neque
178 per Rotę auditorium, a quo addiſcere
in iudicando omnes debemus, contra
tres conformes in integrum reſtitutio im
petitur, niſi prius conſtet de earum, vel
alterius ipſarum iniuſtitia, vt habetur in
deciſ. quinta, de reſtit. in integrum, in
antiq. per doctrinam Innocent. in capi
cum ex litteris, eodem titulo. Nam ſi de
iure contra vnam ſententiam competit
reſtitutio in integrum, ergo refectis expẽ
ſis non erit denegãda. Et quamuis Veſtr.
in ſua prax. lib. 8. capitulo tertio, nume-
ro vndecimo, verſ. & prędicta, aſſerat, cui-
dam, qui contra ſententiam per contradi
ctas reportauerat, in integrum reſtitu-
tionem denegatam fuiſſe, eo, quia poſt
dictam ſententiam pati voluit executo-
riales, cenſuras, & brachium ſeculare,
& in eis indurato corde perſeuerauit, Sed
(vt dixi) quando contra ſententiam
reſtitutio petitur, debent illam petentis
probationes luce meridiana clariores eſ-
ſe; & quando ad eius oppugnationem
venit, nunquam defertur iuramentum in
ſupplimentum probationis, Baldus in
l. cum circa numero quinto, C. ſi min. ſe
mai. dix. & in l. in conſilio, numero
quinto, C. quib. & adu. quos. in in-
teg. reſt. poſ. & quamuis loco cit. Veſtr.
eadem Staf. verba recenſendo, cum Sta-
phil. tranſeat, tamen ſtantibus ſupradi-
ctis validiſſimis rationibus, ac Rotæ reſo
lutione relatã per me, opinionem verio-
rem credo, quia auctoritates Doctorum
non diſcuſſis legibus, & rationibus per
eos adductis, ſequi, periculoſum eſt; Nos
autem aues imitamur, qua vna volan-
te, cæteri inconſultę ſequuntur. Dec.
conſ. 549. late Sammient. ſelect. ſent. libro
primo, c. ſexto numero quarto, circa me-
dium. Ideo, quarum ſententiarum melior
179 ſit, cogitãdum relinquo. Sed nõ abs re
erit, quando reſcribi in hoc caſu contin-
gat, expenſarum refectionem Rotæ arbi-
trio demandare, propter multa, quæ ob
cauſæ perſonarum facti, ac iurium qua-
litatem ponderanda veniũt, Argum. tex.
in lege tu magis, C. de teſtibus. Erant
180 propter nouam appellationem, a tertio
ignorante interpoſitam, illarum exequu
tio ſi ſuperſedenda, vide Rebuff. ſuper
concordat. Franc. in Rubric. de friuol.
appellatio. §. ab interloquutoria, verſic.
item tres ſententiæ ſuſpenduntur, cum la
181 te adductis. Sed quando tertio eſt ius
quæſitum, venit reſtitutio in integrum
deneganda, Ruin. conſ. 97. nu. 7. volum.
3. Veral. deciſ. 136. parte ſecunda, niſi co-
lorata cauſa deguſtata, vt per Achil. dec.
9. & 4. de reſtit. in integrum.
182 At ſi tres conformes adſint late, Ver-
bi gratia contra Titium, quæ in omni ma
teria rem iudicatam conſtituunt, l. fin. C.
ne lic. tert. prou. Maximè in caſu quando
ſententię idem ius reſpiciunt, & cauſam
eandem, quæ multo magis rem iudicatã
faciunt, l. cum quæritur, & duabus ll.
ſeq. C. de except. rei iud. Veral. deciſ. 93
par. 3. & ſunt conformes in ſubſtantia,
& effectu. Quod ſufficit ad hoc, vt dican
tur, & ſint ſententiæ conformes, Curt.
Iun. conſ. 74. num. 1. & 2. volum. 2. Ruin.
conſ. 114. num. 11. & num. 32. volum. 5.
Gabr. com. opin. tit. de exeq. rei iud. con-
cluſ. 1. nu. 13. Theſaur. Deciſ. 112. & 128.
num. 7. Rota in vna Romana ſucceſſionis
coram D. Orano 23. Maij 1589. Et locus (Vide hãc deciſionẽ in fine c.)
eſt exequutioni. Clem. 1. de ſent. & re
iud. Præpoſ. in cap. fin. num. 2. de appell.
Creſc. deciſ. 1. & deciſ. 22. de ſent. & re
iud. Et quamuis dici aliquando poſſit ter-
tiam ſententiam expreſſe duas primas nõ
confirmare. Tamen ſufficit, quod in ſub-
ſtantia idem contineat, quod duæ primę,

cum

cum illis in facto principali cõueniendo. Vnde ſi cum alijs conformis vltima ſit, erit valida, Bal. in l. creditor, §. cum de ſorte, num. 1. ff. ſolut. mat. Nam ad effectum ne ſententia dicatur conformis, opus eſt, quod adſit difformitas circa ſubſtantiam, & qualitatem, principalem. Rota coram Domino Orano, in illa Romana ſucceſſionis 23. Maij 1597. Ob id quando tertius à duabus primis ſententijs prouocauit, ac de nullitate dixit, conſequenter omnia acta, & ſententias præcedentes ſuas facit, ita & taliter, quod ſi lata fuerit alia ſententia contra illum, iſta tertia cum alijs cõformis dicetur, Achil. deciſ. 3. de appell. Rota Diuerſ. deciſ. 71. par. 3. Ideo quando tertius committit nouam cauſam, iſto caſu venit tamquam in prima; ſed quando venit per viam appellationis, & nullitatis, & reſtitutionis in integrum, omnia acta prius geſta, ſua cenſetur, facere. Et licet poſt appellationem de nullitate tantum dare vellet, Tamen, quia ſi ex tenore commiſſionis apparet principaliter prouocare, idem in effectu erit ſolũ de nullitate docere, quia committens cauſam nullitatis ſententiæ ſub aſſertione, quod ſua intereſt declarari, nullam dictam ſententiam, vel ſententias, ipſum afficere fatetur, vt Rota cenſuit coram Domino Aldobrandino, poſtea Clemente Octauo fel. record. in vna Cathanienſis Legitimationis 13. Februarij 1581. Et quamuis iſte tertius vti ad duas alias priores ſententias non citatus, illis ſe non affici diceret, ſed ſi prouocet, & de nullitate dicat, adeo ſuas illas facit, quod ſibi debet imputari præiudicium appellando illatum, & de nullitate dando, eo quia tamquam ad nouam cauſam, vt in prima venire poterit. Et quamuis replicari poſſet per ipſos tertios ad cauſam venire velle vigore commiſſionis in actis præſentatæ, ac clauſulæ Quam, & quas; principaliter velle pro ſuis principalibus experiri, non autem pro admiſſis ad cauſam in ſtatu, & terminis, quibus reperitur; Tamen Rota coram Domino Penia, in vna Montis Regalis iuriſdictionis, Veneris 1. Iulij 1595 Dixit, hanc cautelam cauſæ naturam non mutaſſe, nec effectum quin fuerit appellatum; & tamen fuerit commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis.

Vide hãc deciſ. D. Orani in ſ. cap.

184 Poterit præterea alia oriri quæſtio. quis ſuccubuit per tres ſententias conformes, nihilominus appellatione non contentus, appellationis cauſam Rotæ demandari facit. Pars appellata; porrecta commiſſione reformatoria, obtinet Auditori Rotæ, cui præinſerta dirigebatur, reſcribi, vt quotidie fieri ſolet, vel Auditori Cam. vt ſuam moderetur inhibitionem, conſtito de tribus conformibus, &
185 cauſam ad partes remittat. In Curia non adſunt, niſi tria publica ſententiarũ inſtrumenta de partibus, ex quibus ſententiæ conformes apparent, ſed non adeſt proceſſus, Pars aduerſa dicebat de nullitate, eo quia Rota ſolet regiſtra videre, tamen fuit reſolutum pro moderatione inhibitionis, quia Domini dixerunt, pro illa obtinenda præfatum inſtrumentum ſententiarum ſufficere, ſicq; ſi pars aduerſa de nullitate dicebat, ſuum regeſta, vel proceſſus exhibere erat, quia pro ſententijs ſtabat præſumptio, & ad id, quod dicebatur, Rotam non credere ſententijs, niſi exhibito regeſto, ac ex actis illis iuſtificatis verum eſſe, quando agitur de executione ſententiarum, vel quando Rota eſſet iudicatura, Domini dixerunt, quod tunc non uenirent dicta inſtrumenta attendenda, ſed ad effectũ remittendi cauſã, ac de tribus cõformibus per dicta inſtruměta, conſtare ſat erat, vt latè Put. deciſ. 204. parte prima. At ſi trium conformium ſententiarum executio tractetur, & in actis aderit commiſſio cauſæ nullitatis, poſtea proteſtatio partis, quod prius de nullitate iudex videat, ceſſari in executione debet. Put. deciſ. 60. parte 3. Pariſ. conſ. 107. in princ. parte quarta. Si cõtingat, quod inſtetur pronunciari ſuper nullitate, quatenus tales ſentětiç ſint, parte opponente in primis reuocandę veniunt. Niſi altera pars collitigans reficiendo expenſas nullitati cedat. Bart. in l. cũ inquirebatur, num. 4. de re iud. deciſ. 2. de lit. cont. in antiq. & deciſ. 8. in fine, de reſtitutione ſpol. in nou. Cæſar de Graſ. deciſ. 9. de cauſ. poſſ. & propr. Put. deciſ. 72. par. 3. Vant. de nullit. tit. quot. & int. quæ temp. num. 11. Nec obſtat dicere, ſi conſtat de iuſtitia ſententiarum, poſſit ſimul; & ſuper iuſtitia, & ſuper nullitate

pronun-

186 pronunciari ad dec. Bellam. 295. Quia
conclusio procedit parte non opponen-
te; Secus quando opponit, Cæſar de
Graſ. dicta deciſione. 9. nu. 8. & deciſ. 17.
Vbi alias citat deciſiones de cauſ. poſſ. &
propr. & deciſ. 30. num. 2. de re iudic.
Ferret. conſil. 165. num. 4. Rota coram
Domino Finetto, in vna Viterbienſis re-
ſtitutionis in integrum 1. Iunij 1569. &
coram Domino Coccino, in alia Pampi-
lonenſis de Stella Mercurij 24. Nouem-
bris 1564. Et an reſtitutio in integrum
detur ſuper modico damno, tradit Dec.
in cap. maioribus, num. 2. de preben.

Vide hãc deciſ D. Coccini in fi. cap.

187 Et an minori detur reſtitutio in integrũ
aduerſus interloquutoriam, & licet pri-
ma facie dicendum, quod non videatur,
eo quia interloquutoria eſt modici præiu-
dicij, & reuocari (vt dixi) per iudicem
valet contrario imperio, l. quod iuſſit, ff.
de re iudic. Tamen Bart. in l. minus, nu.
6. ff. de reſtitut. in integrum. Et alij rela-
ti per Odd. vbi ſupra parte ſecunda, quæ-
ſtione 68. art. 1. num. 2. verſ. In con-
trarium, affirmatiuam amplectuntur, eo
quia negari nequit, quin interloquuto-
ria, grauamen non dicatur, ergo ſi gra-
uando lædit, conſequens venit reſtitutio.
Sed, vt ibi Odd. num. 4. Reſoluendo di-
188 ſtinguit, ad modicum, vel magnum
præiudicium difficultas reducetur ſi mo-
dici præiudicij, prima verior ſententia, ſi
magni, puta quando tangit merita cau-
ſæ principalis, & illi præiudicat, puta
circa fori competentiam, exceptiones
dilatorias, excommunicationis, & ſi-
milium, ac non poſſit reparari tale dam-
num per diffinitiuam, tũc erit magni præ-
iudicij, & locus reſtitutioni erit, vt ibi
Oddus late ad quem te remitti. Vbi q.
ſeq. 69. art. 2. tractat an minori poſt
decendij lapſum detur reſtitutio in inte-
grum ad appellandum, & aduerſus om-
miſſam appellationem, idem bis repete-
re non cenſui, ſat eſt vt loca habeas, vbi
quæſtiones videre poſſis. Nam ſenten-
tia in ſuum effectum tranſire, nil aliud
189 eſt niſi in iudicatum. Roland. à Vall.
conſil. 77. num. 16. volum. 2. Clauſula
parito iudicato habet, vt dixi in ſe con-
ditionem quatenus adſit iudicatum, Bal.
in l. fin. num. 41. C. de edict. Diu. Adr.
Toll. Ruin. conſil. 83. num. 7. volum. 1.
Rota diuerſ. deciſ. 100. num. 12. par. 1.
190 Sed ſi in iudicio vniuerſali lata ſit ſen-
tentia eo caſu in omnibus facit rem iudi-
catam; & quando adeſt clauſula appel-
191 latione remota, Tunc dicta clauſula non
eſt conditionales, cum ſit purificata res
192 iudicata, vt Rota in alleg. Deciſ. num.
35. Commiſſio, ſi ſtante re iudicata men-
tionem de illa non faciat, ſubreptitia non
erit, quando ſententia, ex qua res iudi-
cata prætenditur, nulla ſit, quia nun-
quam in iudicatũ trãſit, ob id mentionẽ
de illa facere ſuperuacaneum erit. Felin.
in cap. ſuper litteris, num. 15. de reſcrip.
Quare ſi ſententia contra ſententiam fe-
ratur, & vltima reuocando primam de
illa mentionem non faciat, non erit ob
id inualida, ſi prima ſit nulla. Caſtr. in
l. 1. num. 2. C. quan. prou. non ſit neceſs.
Rota deciſ. 644. num. 2. & 3. parte pri-
193 ma diuerſ. Datur autem reſtitutio in
integrum aduerſus præſcriptionem qua-
dragenariam bene probatam. Rota Di-
uerſ. deciſ. 387.

R.P.D. GIPSIO, SED MELIVS PLATO.

Num. Primo.

CALAGVRITANA
Reſtitutionis in integrum.
Veneris 28. Aprilis 1589.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutione in integrum pendente, ceſ-*
ſat damnorum, & intereſſe liqui-
datio.
2 *Damna futura in ſententia non conti-*
nentur.
3 *Euentus litis, incertus eſt.*

1 FVit reſolutum pendente, iuditio re-
ſtitutionis in integrum non poſſe de
ueniri ad liquidationem damnorum,
quæ Gundiſaluus prætendit ſe pati du-
rante hoc iudicio, & poſt ſententias ad
ſui fauorem latas, quia in his dãnis non
2 dum reperitur condemnatus Nicolaus.
Sententiæ etenim non comprehendunt
hæc damna futura, ideo liquidari in exe-
quutione dictarum ſententiarum non poſ
ſunt. Achil. deciſ. vltima de fruct. Non

etiam

etiam poſſunt liquidari propter præſentẽ moleſtiam, quam patitur ex iſto iudicio reſtitutionis; quia adhuc in eo non eſt lata ſententia per quam conſtet Nicolaum eſſe iniuſtum litigatorem, incertus e-
3 nim eſt litis euentus poſſetque contingere, vt Nicolaus obtineret, quod ſi ſuccubuerit, tunc erit tractandum de condemnatione damnorum, & expenſarum.

R. P. D. O R A N O.
Num. Secundo.

C A L A G V R I T A N A
Reſtitutionis in integrum.

Lunæ 12. Februarij 1590.

S V M M A R I V M.

1 *Quadriennium ad reſtitutionem in integrum petendam, currit à die repertarum ſcripturarum.*
2 *Reſtitutio in integrum pluries peti poteſt, quando nouæ defenſiones ſuperueniunt.*
3 *Quadriennium ad reſtitutionem in integrum petendam per iudicem prorogari poteſt.*
4 *Reſtitutio in integrum non requirit derogationem regulæ de iure quæſito non tollendo.*

DOmini reſoluerunt Monaſterium de Nagera in cauſa reſtitutionis in integrum etiam poſt lapſum plurium annorum à tempore rei iudicatæ commiſſa fore audiendũ. Nam cum quadriennium, quod ad petendã reſtitutionem conceditur, ſit à principio vtile nõ incipit currere niſi à die quo repertæ ſunt ſcripturę, ex quibuſquis bene potuit ius videre ſibi cõpetere. Bal. in l. falſam, num. 3. C. ſi ex falſis inſtr. Abb. in cap. 1. num. 22. & poſt eum, Felin. num. 9. de præſcript. Ant. Conſ. 15. in fine cum adductis per Tiraquel. de retract. lignar. §. 35. gloſſ. 4. num. 2. & 43. Proinde Monaſterio nullum imputari poſſe temporis curſum niſi poſtea, quam inſtrumenta ad ea facientia inuenit, atque tunc non ita ſimpliciter, cum ſi poſt modum alia ad eundem finẽ, & præcedentium declarationẽ tendentia contigerit in lucem edi, non pro eorum iuriũ, ſeu poſtremo repertorũ habita tẽporis ratione in eundem iuxta tradita per Rip. in l. admonendi nu. 22. vbi Caccial. num. 14. ff. de iur. iur. Dubitaui autem non poſſe, quin Monaſterium inter cætera de nouo produxerit aliqua quorum probabilem habuerit ignorantiam vt eſt Bulla confirmatoria Benedicti X. de anno 1334. in Archiuio Monaſterij Vallis Oleti reperta.

2 Nullo vero pacto refragari, quod ſæpius fuerit petita reſtitutio, nam omiſſo, quod hoc non ſit prohibitũ, quando nouæ defenſiones ſuperueniunt, l. fi. C. ſi ſep. in integrum reſt. pet. hic tantum vna impetrata videtur, ſi quidem commiſſio reſtitutionis obtenta de anno 1556. fuerit aduerſus tres ſententias ſuper liquidatione fructuum tantum, altera verò de anno 1560 impetrata ſine ſpeciali mãdato l. illud, in fin. ff. de context. Bero. conſil. 152. num. 18. lib. 1. cum allegatis neceſſarium eſt fateri ſolam ſupereſſe ſignatam de Anno 1585. vigore cuius Aluarus conuenitur.

3 Nec prætendi poſſe lapſum temporis Quadriennij poſt commiſſam cauſam, quoniam illud fuit vigore commiſſionis emanatæ à Signatura Iuſtitiæ prorogatũ, quod ſufficit, Put. deciſ. 446. in fin. lib. 2. cum iudex ex cauſa etiam hoc facere poſſit, Maurit. de reſtitut. in integrum, Cap. 48. & cauſam ſufficientẽ videri impedimenta per dictum Aluarũ paſſa ſub prætextu, quod in partibus res iudicata nõ fuiſſet pariter oppoſita, quib⁹ addebãt impetratam aduerſariorum aduerſus lapſum quadriennij aliam commiſſionem manu Sanctiſſimi ſignatam, iuxta trad. per Moder. Peruſ. de reſtitut. in integrum par. 1. quæſt. 19. art. 5. num. 59. & iura de nouo reperta infra quadriennium fuiſſe pro parte Monaſterij producta. Vnde etiam, quod poſt modum lapſum concedatur tempus quadriennij datum ad finem cauſam, non per hoc expiraſſe iuriſdictionem, ſit reſolutum in Rota, teſtatur Papaz. in addit. deciſ. Rota fin. num. 4. de reſtit. in integrum in nou. quem ſequitur Contard. in repet. l. 1. limit. 8. num. 42. C. ſi de moment. poſſeſſ.

4 Minus obſtare, quod in commiſſionibus

bus non adſit derogatio regulæ de iure quæſito, quia cum reſtitutio non ſit merè gratioſa, ſed ex iuſtitia, & ſic de iure non fuit neceſſaria, Samen. ſuper dicta regula, quæſt. 17. in fine, & regula non procedit, vbi prætenditur ius quæſitum ex lapſu inſtantiæ, Put. deciſ. 203. lib. 2.

Quare concluſum non modo ex præmiſſis Monaſterium audiendum, ſed etiã extra omnem difficultatem, ſtante vltima commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata, dum vtraque parte informante reiecta petitione dicti Aluari ſupplicantis, perpetuum ſilẽtium Monaſterio imponi, mandauit, cauſam hanc reſtitutionis in integrum intra annum terminari.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.
Num. Tertio.

CALAGVRRITANA PANIS.
10. Nouembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non citatos non afficit.*

2 *Citatio per proclama contra intereſſe putantes ſeruatur in Rota.*

3 *Reſtitutio in integrum cum clauſula quã, & quas facit, quod procedatur prout in prima.*

4 *Appellatione non interpoſita, appellationis cognitio ceſſat.*

5 *Tertius ſententiam nullam declarari inſtare nequit, ſi eum non afficit.*

1 CVm in hoc iudicio Dominus Indicus non ſit principalis, Maioratus enim non ad eum, ſed ad Dominam Catharinã ſpectat, Domini cenſuerunt, neque acta, neque ſententias poſſe ei nocere, & multo minus D. Catharinæ, quæ numquam fuit citata ad cauſam, & tamẽ Rota perpetuo obſeruauit, vt ſaltem fiat 2 citatio per proclama contra intereſſe putantes, Put. deciſ. 91. & 236. num. 3. lib. 3. Achil. 3. de rei iudic. Quantum vero ad Don Indicum, licet commiſerit cauſam appellationis, cum clauſula reſtitutionis in integrum, tamen in eadem commiſſione, adeſt etiam clauſula quam, & quas, cuius vigore potuit procedere, tanquam in prima etiam fine eo, quod hoc ſpecialiter declarauerit. Sufficit enim quod in proſequutione cauſæ non ſe reſtrinxerit, maximè cum nulla fuiſſet re ve 4 ra interpoſita appellatio, de qua conſtet, vnde non poterat cauſam appellationis non exiſtentis proſequi, veniens autem in prima venit vti tertius, nec facit ſua acta, neque ſententias, neque ſibi præiudicant, ad deciſ. Rot. 20. de re iud. in nou.

5 Non obſtat deciſio in cauſa Cataniẽ ſi corã Sanctiſs. D. N. quia eo caſu Tertius commiſerat cauſam ſub aſſertione, quod ſua intereràt ſententiam declarari nullam, quod eſſe non poterat niſi ex eo, quod ſententia ipſum afficeret, vt fuit dictum 13. Febr. 1580. Sed quia allegabatur Comitiſſam in exequutione remiſſoriæ feciſſe actus, per quos ſibi præiudicauerit, Domini reſeruarunt hoc particulariter videndum.

R. P. D. MANZANEDO
Num. Quarto.

BVRGENSIS PRAEheminentiarum.

Veneris 3. Iunij 1605.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris negligentia in non appellando facit, quod intret res iudicata.*

2 *Reſtitutio in integrum Rota, prout iuris fuerit, commiſſa facit, quod relaxatis exequutorialibus, ſit exequutio cœpta, vt non ſuperſedeatur in exequutione.*

3 *Maxime quando exequutoriales ſunt intimatæ ante commiſſam, cauſam reſtitutionis in integrum, & latius vt hic.*

1 LEgitimo Procuratore citato, & non appellante, ſententia lata tranſit in rem iudicatam abſq. eo, q procuratoris negligentia, dolo tamen excluſo, aliquo modo obſtare poſſit, nec reſtitutionis cauſam iuſtam talis negligentia præbet, imputet namque ſibi qui negligentem procuratorem conſtituit ex Rot. 27. de appell. in nou. Caſſad. deciſ. 5. de appell. pe-

deciſ. 439. p. 3. lib. 3. diuerſ. nu. 2. Vnde ex hoc capite DD. Portionarij iuuari nõ valent.

2 Minus illis ſuffragatur cauſam reſtitutionis in integrum eſſe commiſſam, qua pendente non debeat ad exequutione dictæ ſententiæ procedi, ſi quidem dicta commiſſio fuit cum clauſula pro ut de iure. Vnde cum antequam dicta commiſſio reſtitutionis concederetur, litteræ exequutoriales prædictæ ſententiæ, & rei iudicatæ fuerint decretæ, ex quo illarum exequutio cenſetur cœpta, vt tenet Rota, & fuit dictum in illa Cartaginenſi Decanatus 16. Decembris 1587. coram bonæ memoriæ Bubalo, quin, & prædictæ litteræ exequutoriales fuerunt in partibus intimatæ dictis Portionarijs perſonaliter antequam cauſa reſtitutionis committeretur ex quo cum prędicta commiſſio inuenerit dictam exequutionem iam cœptam non poteſt illam retardare ex not. per Rip. in l. 4. §. condemnatum, nu. 30. verſ. aliquando petitur reſtitutio, ff. de re iud. tenet Alex. conſil. 223. num. 6. lib. 6. Paul. de Caſtr. licet loquatur de nullitate, in authent. quæ ſupplicatio, nu. 3. verſ. vel dic melius, C. de precib. Imper. offer. Put. deciſ. 285. lib. 2. de reſtit. in integrum deciſione decima, Cæſar de Graſ. deciſione prima, numero 14. de reſtitution. in integrum. Faciunt not. à Bartol. Soccino conſil. 78. numero quarto in fine, volum. 3. & à Lancellotto de attent. 2. par. cap. 18. de attent. reſtit. in integr. pend. num. 131. Quæ fortius procedunt in caſu noſtro, quo non ſolum litteræ exequutoriales fuerunt intimatæ dimidijs Portionarijs perſonaliter, & inſimul congregatis, quin ipſi dictis litteris ſe paratos obedire obtulerũt poſtea quã retento termino ad reſpondendum dixerunt, quod parebant, & acceptabant ſententiam, dictaſque litteras exequutoriales, erantque parati omnia in eis contenta adimplere, ex quibus reſultat prædictæ ſententiæ expreſſa approbatio, ad notat. per Corn. conſil. 259. num. 6. volum. 1. & Gozad. conſil. 98. numero 19. Quin vt per informantes notatur, nõ ſolum cœpta, quin & finita fuerat dicta executio, ex eo quod ſimus in iuribus incorporalibus, & Portionarij ſe obtulerint paratos adimplere omnia contenta in ſententia, ex quo patientiam præbuerũt Capitulo, quoad præheminentias controuerſas, & in ſententia contentas, ad notat. per Abb. num. 7. & Butr. num. 12. in cap. fin. de iud. & per Innocent. in cap. cum noſtris, numero tertio de conceſſ. præben. & per Bart. in l. ſi prius, ff. de nou. oper. nunc. & in l. à quo, ff. de damn. infect. & per Caſſad. deciſione ſeptima, n. 2. verſ. 4 facit, de cauſ. poſſeſſ. & propr. quæ magis indubitanter procedunt ex reſolutione Rotæ hac eadem die facta coram Domino Coccino, in cauſa prædictæ reſtitutionis, quia Domini dixerunt obſtare tranſactionem ad effectum reſtitutionis.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Num. Quinto.

MONTIS REGALIS

Iuriſdictionis.

Lunæ 9. Decembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Scripturis extractis parte non citata, quando detur fides.*

2 *Scriptura lite pendente, ac abſque citatione partis extracta quando probent.*

3 *Libri officialis publici an probent contra eum, contra quem res eſt geſta.*

4 *Actus iudiciales ſolemnitatibus non egent.*

5 *Scriptura pro adminiculo interdum inſeruiunt.*

1 Domini dixerunt iura, ſuper quibus fundata eſt deciſione in hac cauſa facta, 6. Aprilis 1602. eſſe in forma probanti. Cum enim teſtes examinati recognouerint manus ſcribentium, qui deponunt Iacobum Spinum eſſe commentarienſem, & Petrum Viennum Notarium, & hoc etiam probat legalitas Ciuitatis Montis Regalis, vtique fides dicti Iacobi, quod in libris carcerum conſtet de carceratione Monachorum facta de anno 1566. & de anno 1598. eſt in forma probanti, cum ſit de pertinentibus ad ſuum officium, Aymo. qui alios allegat. de antiq. temp. parte prima, §. quarto limita-

mitatur num.62. Et de Commentarienſe in ſpecie eſt conſil.crimin. Berta7.42t numero 27. & ſequen. volum. ſecundo, Quæ carceratio de anno 1566.ſumit adminiculum, etiam ex confeſſione ipſiuſmet inquiſiti, & pariter ſunt in forma probanti, mandatum de carcerando, & excarceratio ad ſupplicationem cuiuſdam Viſitatoris, cum fuerit extracta à dicto Petro Vienna actuario, de quo conſtat ex eius atteſtatione, cui de ſtilo Rotę creditur. Put. deciſione 475. libro ſecundo, Verall. deciſione 215.numero primo, & 266. parte ſecunda. Quando enim iura ab actuarijs ſunt extracta, ſatis ſunt in forma probanti, Bartol. in Auth. ſi quis in aliquo, verſic.ſecundo oppono, ſub numero ſecundo, vbi Dec. numero 15.& ſequen. C. de eden. Rota deciſ. 1. de fid.inſtrum. in nou.

2 Nec facit quod dicta iura fuerint extracta lite pendente, & ſine partis citatione, quæ tamen requiritur, Decius in dicta Auth. ſi quis in aliquo, numero nono,& decimo. C. de edend. Rot. deciſione 36. & 37. de probat. in antiq. Verall. deciſione 127. parte ſecunda, quia cum alia ſint extracta ab ipſomet actuario ſatis ſunt in forma probanti, vt dictum eſt, Cum vero fides ſit facta à Iacobo,ipſius ſucceſſore,in officio,Commentarienſis nulla requirebatur citatio, Perinde enim eſt, ac ſi fides fuiſſet facta ab ipſomet Commentarienſi,cuius tempore fuerunt factæ carcerationes, vt de Notario ſubrogato, dicit Decius in dicta Auth. ſi quis in aliquo, numero vigeſimo ſexto, C. de eden. Verall. deciſ. 351. parte ſecunda.

3 Minus etiam releuat, quod libri officialis publici non probant contra eum, cum quo res geſta fuit,Aymo.loco præcitato, numero 71. Imol. conſilio 96. in fine. Vnde non debet probari in præiudicium exemptionis, quam Monaſterium pretendit a iuriſdictione Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, Quia hic proriè nõ agitur contra tertium, ſed contra Monaſterium, ex cuius Monachorum carceratione prętendit Reuerendiſſimus Archiepiſcopus eſſe in poſſeſſione exercendi iuriſdictionem.

4 Non obſtat, quod mandatum de excarcerando ad ſupplicationem viſitatoris careat loco,loci inuocatione,& rogitu, quia cum ille ſit actus iudicialis, ijs non eget ſolennitatibus, Bald. in l. quædam in 2. lectura,num. 1. ff. de eden. & in cap. quoniam contra,num.9.de prob. vbi Felin.num.4.

5 Nec releuat quod confeſſio inquiſiti extracta ex Archiuio, ab Archiuiſta, non ſit in forma probanti, cum ſimus extra territorium, & intra perſonas, quas adhuc non conſtat eſſe ſubditos Cardinalis conſilio 72.num.8. Verall. deciſione 42.lib.1.Quia principale fundamentum in hac ſcriptura non fuit factum, & ipſa non inſeruit,niſi pro adminiculo.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Num. Sexto.

VITERBIENSIS FIDEICOMMISSI.

Merc.19.Ianuarij 1605.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus aditam hereditatem minoribus competit, Probata Minori ætate, ac læſione copulatiue.*

2 *Curatoris deputatio non probat minorem ætatem in tertij præiudicium.*

3 *Scriptura per compulſum producta non præiudicant producenti.*

4 *Baptiſmi fides, quæ probet.*

5 *Scripturae lite pendente parte non citata a ſucceſſore in officio extracta probant.*

6 *Reſtitutio in integrum minori conceſſa, quando maiori proſit.*

7 *Reſtitutio in integrum poſt aditam hereditatem, non eſt diuidua inter maiorem, & minorem.*

8 *Reſtitutio in integrum a minore obtenta, ſe maior factus illam non proſequitur, non prodeſt.*

1 Dubitaui an minoribus Fratribus de diuita eſſet concedenda reſtitutio in integrum aduerſus aditum hæreditatis quæ prodeſſet etiam maioribus, & quantũ attinet ad primam partem dubij nõ controuertebatur minoribus cõpetere reſtitutionẽ in integrũ, S. pupillis, & ibi

L

ibi Gloſſa in Auth. de hereditat. & Falcid. & poſt eam, Bart. in l. ait prætor, in principio, ff. de minor. Baldus conſilio ſeptuageſimo primo, numero ſecundo, libro quarto, late Rolan. de inuent. parte ſecunda, quæſtione quinta. Phanucc. de inuent. parte ſecunda, numero vigeſimo quarto, quæſtione quarta, cum alijs late congeſtis per Moder. Peruſ. de reſtitutione in integrum quæſtione 89. articulo ſeptimo, nume quinquageſimo primo. Sed ad hunc effectum duo copulatiuè debent probari, ſcilicet ipſum aſſumptum, nempe minor ætas, Bart. in leg. de ætate, in tertia quæſtione, numero duodecimo, ff. de minor. Abb. in capitulo in præſentia, numero trigeſimo ſecundo, de probation. Et læſio ſine qua nulla datur reſtitutio, l. nam poſtea, §. minor, ff. de iure iuran. Bartolus in lege denique, §. primo, ff. de minor. cum alijs adductis.

2 Quantum attinet ad primum requiſitum, minor ætas, non videbatur probata in perſona Marci, quia datur ſolum deputatio Curatoris, quæ non probat minorem ætatem in præiudicium tertij. Alexander conſilio vigeſimo primo, columna prima, volumine primo,
3 Et aliud inſtrumentum, quod fuit productum à Dominico, per compulſum, & ideo non præiudicat producenti, ſed ſolum probata videbatur in perſona Octa-
4 uij, pro quo datur fides baptiſmi, quando concurrentibus adminiculis probat deſcendentiam, ætatem, & ſimilia, vt fuit reſolutum in cauſa Regienſis Prioratus 29. Aprilis 1592. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Mellino, & in cauſa Aretina Cappellaniæ 10. Maij 1591. coram Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Peruſino, Hic autem adeſt deputatio Curatoris, quæ licet non probet, negari tamen non poteſt, quin faciant adminiculum.

5 Nec facit, quod iſta fides baptiſmi ſit extracta lite pendẽte, quia ſatis eſt, quod fuerit data à ſucceſſore in officio, vt de Notario ſubrogato, dicit Dec. in Authen. ſi quis in aliquo num. 26. C. de edendo, Verall. deciſ. 351. parte ſecunda, & in terminis ſimilis fidei, fuit dictum coram me in cauſa Montis Regalis iuriſdictionis 9. Decembris 1602.

Quantum attinet ad ſecundum requiſitum, nempe læſionem, Domini non fuerunt concordes, ſed dixerunt, quod in hoc coadiuuaretur probatio.

6 Circa ſecundam partem dubij, An reſtitutio in integrum conceſſa minoribus, proſit etiam maioribus, pendet ex eo, an materia ſit diuidua, vel indiuidua, quia ſi materia eſt indiuidua reſtitutio prodeſt etiam maioribus, Secus ſi indiuidua, Gloſſa in lege vnica in verbo patrocinante, vbi Doct. C. ſi in vna eademque cauſa. Bald. in dicta l. denique, §. ſed vtrum, numero quinto, ff. de minor. Afflict. deciſione 213. late Moder. Peruſ. in dicto tractatu, quæſtione quadrageſima ſexta, articulo quarto, numero decimo.

7 Sed in caſu de quo agitur, ex quo reſtitutio petitur à minore poſt aditam hereditatem, materia eſt diuidua, vt eſt text. in l. ſi minor. ff. de acquirenda hereditate, vbi portio minoris reſtituti, aduerſus aditionẽ hereditatis non accreſcit maioribus inuitis, Roman. in leg. cum hereditate, ſub numero quinto, verſic. Et hanc legem, vbi Imola, ſub numero tertio, verſic. ſi vero, ff. eodem titulo, de acquiren. hered.

Non obſtat, quod hoc modo quis decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra diſpoſitionẽ iuris, l. qui ex duabus, §. qui ſemel. ff. eodem titulo, quia cum agatur de reſtitutione obtenta, poſt aditam hereditatem, iſte eſt caſus ſpecialis, vt bene reſpondet, Bald. in dicta leg. cum hereditate.

Nec obſtat, quod Pariſius conſilio ſexageſimo quinto, numero 59. libro tertio, teneat quod in his terminis materia ſit indiuidua, quem ſequitur Moder. Peruſ. de reſtitutione in integrum, parte prima, queſtione 46. articulo quinto, numero 21. quia Pariſius loquitur in caſu minus dubitabili, nempe confectionis inuentarij, cuius materia eſt diuidua, vt per Phanuc. qui Pariſium reprehendit, de inuent. parte ſecunda, numero trigeſimo primo.

Preſupponit enim id, de quo queritur, nempe materiam eſſe indiuiduam, & ideo dicit, quod maior conſequitur,

ex

ex perſona minoris, quod ex propria perſona conſequi nō poteſt, quę regula non procedit quando materia eſt diuidua, vt per Roman.conſil. 195.num. 5.

8 Non obſtat, quod de anno 1594. fuerit petita à maioribus tunc minoribus reſtitutio in integrum, quia quicquid dicendum eſſet, an illa petitio ſuffragetur, & an de illo tempore maiores eſſent minores; tamen ſufficit ad hoc vt non competat, quod non fuerit proſequuta, poſtquam fuerunt effecti maiores, intra quadriennium, l.fin.C. de temp. in integrum reſtit. & in capitulo primo de reſtitut. in integr. in 6.

R. P. D. ORANO.

Num. Septimo.

ROMANA SVCCESSIONIS de Iuſtis.

23. Maij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtito de duabus conformibus vigore Statuti Vrbis, quomodo intelligatur.*

2 *Sententia prima condemnans ad legati integram ſolutionem, & ſecunda ad legati ſolutionem, vſque ad quantitatem legitimæ, conformes dicuntur, & ſtatuto de duabus conformibus dant locum.*

3 *Conformitas effectualis, non uerbalis attenditur in ſtatuto de duabus conformibus.*

4 *Difformitas non conſideratur, ubi adeſt differentia in ſubſtantia, uel qualitate.*

5 *Diuerſæ ſententiæ ſunt, ſi una ſuper meritis, & alia ſuper deſertione ferantur, & quare.*

6 *Rota in expenſis de ſtilo ſemper condemnat.*

7 *Sententia citato actore ad lites, nulla non dicitur.*

OLimpia Cingolina declarata fuerat per ſententiam Auditoris Cameræ heres Conſtantiæ ſuæ filiæ in legato duorum millium ei loco dotis relictorū cuius confirmatio cum dictæ quantitatis moderatione, vſque ad legitimam
1 contineret. Interim in vim Statuti Vrbis pro commiſſione exequutoriali dictarum ſententiarum, Signatura reſcripſit, vt conſtito de duabus conformibus ad exequutionem earum procederetur. Quare locus fuit quæſtioni. An ſententiæ eſſent conformes, & Dominis placuit af-
2 firmatiua reſponſio. Nam licet prima cōdemnet ad integrā legati ſolutionem, ſecunda verò ad ſolutionem legati vſque ad quantitatem legitimæ non ideo dicitur alteri de formis, neque reſpectu quantitatis, quia in minori ſumma conuenit, l. inter pares §. fin. de re iudicat. l. diem proferre, §. ſi plures vbi poſt gloſſ. Bartol. Bald. ff. de recept. arbitr. Alexander conſilio ſeptuageſimoſeptimo, numero primo, libro ſecundo, Afflict. deciſione 362. in fine. Couar. lib. primo variar. reſol. capitulo ſecundo, numero ſexto. Paleott. deciſione 134. incip. lata fuit in manuſcript. neque reſpectu rei ex quo ſententia prima eſt ſuper ſucceſſione matri in bonis prędefunctæ filiæ debita ſecunda ad legitimam reſtricta. Nam etiam ſi in confirmatoria ſit primæ quæ oritur ex noua cauſa, nihilominus negari non poteſt, quin ſaltem implicitè comprehenſa dicatur in petitione legati, quod ſufficit ad hoc, vt dicantur conformes, l. fin. & ibi Bartolus ſub numero ſecundo, ff. quod cum eo idem Bartolus in leg. ſi is ad quem, ſub numero tertio verſic. ſed aduerte, ff. de acquirenda hereditate.
3 Put. deciſione 292. libro primo. Cum non attendatur verbalis, ſed effectualis conformitas, Gabriel de exequ. rei iudicat. concluſione prima, numero trigeſimo quarto. Couarru. practicarum quæſtionum capitulo vigeſimo quinto, numero ſexto, maxime, quod dicta bis mille ſumma fuit Conſtantiæ loco legitimę legata, vt conſiderari poſſit diffor-
4 mitas neceſſarium eſt, quod inter eas adſit differentia in ſubſtantia, vel qualitate principali. Zabarell. Clemen. prima. 1. oppoſitione de ſententia, & rei iudicat. Aymo. conſilio 183. & fuit deciſum coram Reuerendo P. Domino meo Penia in vna Bononien. donationis 9. Iun. 1598

5 Nec aduerſatur conſ. Cornei 14. n. 2. lib. 4. quia ibi duæ ſententiæ erant diuerſę etiam in effectu, & ſubſtantia vna enim etat lata ſuper meritis cauſæ, alia ſuper deſertione appellationis, & ſic vna erat diffinitiua, altera interlocutoria, quod hic dici non poteſt, cum ambæ fuerint late ſuper eodem legato, & diffinitiuè. Hæc ad rem pertinēt, quod ſententia confirmatoria contineat condemnationem in omnibus expenſis, etiam factis in prima in-
6 ſtantia. Quia ex ſtilo Rotæ ſemper fit condemnatio in expenſis etiam quod ſententia reformetur in ſumma, Caputaq. deciſione 56. lib. 1. Couar. dicto libro practicarum quæſt. cap. 25. num. 5.

7 Non obſtat pretenſus defectus citationis ad ſententiam, quia cum citatus ad eam fuerit Dominus Hieronymus Verona Actor ad lites in actis conſtitutus, ſententia, quo ad minores non patitur aliquam difficultatem citationis, Vant. de nullitat. tit. quot ex quibus mod. null. num. 123.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Num. Octauo.

PAMPILONENSIS PAROCHIALIS de Stella.

Merc. 24. Nouembris 1604.

SVMMARIVM.

1 *Nullitates ante omnia parte petente ſunt reuocandæ.*

2 *Pronunciari ſimul ſuper nullitatibus, & iniuſtitia, quomodo intelligatur.*

3 *Mandatum ſpeciale requiritur ad ratiſicandum acta præterita.*

1 DOmini dixerunt, quod niſi Abbas cedat nullitatibus, debet proferri ſententia reuocatoria, quia parte opponente in primis nullitates ſunt reuocandæ, Bartol. in l. cum quærebatur, numero quarto, ff. de re iudicat. Rota deciſione ſecunda de lit. conteſtat. in antiq. & 8. in fine, de reſtitutione ſpoliat. in nou. Cæſar de Graſſis deciſione nona de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Put. deciſione ſeptuageſima ſecunda, libro tertio, cum alijs, per Vant. de nullitat. titulo quot, & infra, quod temp. numero vndecimo.

2 Non obſtat, quod cum ex deciſionibus factis coram Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis meis Cardinalibus Seraphino, & Pamphilio; conſtet de iuſtitia ſententiarum poteſt inſimul pronunciari ſuper nullitatibus, & iuſtitia, vt per Aegidium deciſione 295. Quia hæc concluſio procedit parte non opponente. Secus autem parte opponente, Cæſar de Graſſis dicta deciſione nona, numero octauo, & duodecimo qui alias deciſiones refert. de cauſſ. poſſeſſ. & propr. & 11. numero tertio, de ant. & re iudic. Verallus deciſione 264. libro primo in manuſcrip. Put. deciſione ſeptima, numero primo, & ſecundo, libro tertio. Ferret. conſil. 265. numero quarto, & fuit reſolutum in cauſa Viterbienſis reſciſſionis contractus, prima Iulij 1469. coram R.P.D. Finetto, & alias ſæpius.

Nec ad hunc effectum Innocentiana aliquid ſuffragatur, quia procedit, quando ſententia eſt nulla, ex inordinato proceſſu, vel ommiſſione iuramenti ſuper horreſcentia, non autem comprehendit alias nullitates, maximè ex tribus prout eſt iſta, nempe ex defectu mandati.

3 Non obſtat, quod poſtea fuerit datum per partem mandatum, in perſonam Domini Caparoſſi, cum clauſula, cum ratificatione geſtorum; Et ideo per tale mādatum cenſentur ratificata omnia geſta per Dominum Caparoſſam, antequam haberet mandatum, Caſtren. in l. Iulianus, numero ſeptimo, ff. qui ſatiſd. cog. quia verba mandati ſonant in futurum, non autem in præteritum, vltra quod, aliqui ex DD. dicebant, requiri ſpeciale mandatum, vt per Ruin. conſil. 62. num. 27. libro quinto.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. Nono.

CAESARAGVSTANA exemptionis.

Lunæ 13. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Regula de iure quæſito, tapit omne ius quomodo*

modolibet quæſitum.

2 *Regulæ de iure quæſito, niſi expreſſis verbis derogare Papa non intendit.*

3 *Clauſula de plenitudine poteſtatis non derogat regulæ de iure quæſito non tollendo.*

1 DOmini ſteterunt in deciſis coram R. P. Domino meo Orano, nam regula de non tollendo iure quæſito, habet locum in iure quomodolibet quæſito etiam ex priuilegio, iuxta deciſ. Mohed. 182. Sarnen. ſuper regula de non tollen. quæſt. 15. circa fin. Gozad. conſil. 14. nu. 22. Roland. conſil. 2. numero 23. libro quarto.

2 Non obſtat, quod dicitur regulam non obſtare, vbi conſtat Papam voluiſſe præiudicare, quia de hoc quæritur an voluerit, & propter proteſtationem in regula appoſitam conſtat nolle quibuſcumque vtatur verbis, & clauſulis, niſi expreſſè deroget Regulæ. Sarnen. in 1. regul. quæſtione quinta, num. 5. Et fuit dictũ in cauſa Burgenſis iuris ſepeliendi, coram bonæ mem. Cæſaris de Graſſis 10. Iunij 1575. quæ habetur in titulo de reſcript. deciſ. 9.

3 Non obſtant Pariſ. & Gozadinus allegati, qui volunt clauſulam de plenitudine poteſtatis operari in tertij præiudiciũ, quia hoc non habet locum in terminis regulæ in qua proteſtatio tollit conſenſum, & voluntatem ab actu gerendi vbi ei nõ derogatur, & ita nulla poteſt alia formula introduci per quam poſſit dici conſtare de mente Papę niſi faciat regulæ mentionem, & ita fuit deciſum coram R. P. Domino meo Blanchetto in vna Mediolanenſis fructuum 24. Aprilis 1592. in proprijs terminis huius clauſulę.

Non obſtant auctoritates allegatæ, Sarnen. Curtij Iunioris, Caſſadori, Veralli, & aliorum, quia fuerunt alias ſublatæ per Rotam in deciſion. bonę mem. Cæſ. de Graſſis deciſione prima, numero quinto, de verborum ſignificatione.

DE COMMISSIONE

RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *RESTITVTIO in integ. ſemper prout de iure per Signaturam Iuſtitia conceditur.*

2 *Clauſula pro ut de iure, Principis voluntatem oſtendit.*

3 *Clauſula parito iudicato non obſtat quando verbalis praſtanda patientia venit.*

4 *Clauſula parito iudicato ex ſtilo Signaturæ non datur, niſi adſint tres conformes.*

5 *Rota munus non eſt de ſtilo Signaturae iudicare.*

6 *Exceptiones contra commiſſionem non opponens, valde ſibi praeiudicat.*

7 *Clauſula prout de iure quare per Signaturam Iuſtitiae commiſſioni reſt. in int. ponatur.*

8 *Papa in beneficialibus latas habet habenas.*

9 *Reſtit. in int. in beneficialibus datur, cum clauſula dimiſſa poſſeſſione.*

10 *Commiſſio reſtitutionis in int. plura continens, ſi vnum tantum ſit verum ſuſtinetur.*

11 *Reſtitutionis in integrum cauſa pendente, nil nouandum venit.*

12 *Commiſſio reformatoria cum clauſula cõſtito de tribus vel quod alias executioni locus ſit, facile datur, & quare.*

13 *Iudex relaxando mandatum abſque pronuncia, quando benefaciat.*

14 *Appellatio datur à ſententia, quod reſt. in int. non competat.*

15 *Appellatio ab vlteriori proceſſu, laudabilis eſt, & quare.*

16 *Rei iudicatae ſuper illa diſcuti patiens praeiudicat.*

Commiſſio reſtitutionis in int. non de-

negatur contra deſertionem, & curſum fatalium.
17 *Commiſſio reſtitutionis in integrum datur ſi breuis terminus aſſignatus fuerit.*
18 *Præſcriptio contra abſentem cauſa Reipublicæ, non currit durante abſentia.*
19 *Reſtitutio in integrum abſenti cauſa Reipublicæ datur.*
Fallit, num. xxiij.
20 *Reſtitutio in integrum datur ab hoſtibus accedere impedito.*
21 *Abſentia cauſa Reipublicæ dicitur neceſſaria.*
22 *Abſentia quot ſint ſpecies.*
24 *Abſenti datur reſtitutio ad appellandum.*
25 *Abſenti reſtitutio datur, ſi procurator non appellauerit.*
26 *Officiales Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, durãte officio inconſulto Papa, non moleſtantur.*
27 *Clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa repulſa, Vulpiani ſententia in vſu eſt.*
28 *Clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa, non alterat reſtitutionis naturam.*
29 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium datur abſque litis conteſtatione, & quare.*
30 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium non habet opus reſtitutione aduerſus ſententiam.*
31 *Reſtitutio in integrum aduerſus peremptam inſtantiam datur.*
32 *Reſtitutio in integrum, an detur contra præſcriptionem.*
33 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem triginta annorum datur ex capite ignorantiæ.*
34 *Reſtitutio in integrum hæredi, ex capite ignorantiæ, quando detur, vel denegetur.*
35 *Reſtitutio in integrum aduerſus longi temporis lapſum, non ita de facili concedenda.*
36 *Minori an aduerſus quadragenariam præſcriptionem detur reſtitutio.*
37 *Reſtitutio ſucceſſori aduerſus ſententiam ex capite ignorantiæ an detur.*
38 *Minori aduerſus tres conformes an reſtitutio detur.*
39 *Reſtitutio in integrum ceſſat, vbi adeſt nullitas.*
40 *Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum, contra Eccleſiam non currit.*
41 *Eccleſia enormiter læſa, perpetuam habet reſtitutionem in integrum.*
42 *Eccleſia aduerſus aliam Eccleſiam reſtitui in integrum petens, expenſas reficere debet.*
43 *Hereditas minori quando damnoſa dicatur.*
44 *Minor aduerſus ommiſſam inuentarij confectionem reſtituitur, & num. xxxxvi.*
45 *Minor reſtitutione aduerſus ommiſſum inuentarium pendente, à creditoribus nequit moleſtari.*
47 *Minor aduerſus aditam damnoſam hereditatem reſtituitur, vt repudiet illam.*
Ita etiam, vt adeat, num. xlviij.
Declara, vt hic.
49 *Minori ad repudiandam hereditatem, ſi res integra ſit datur reſtitutis.*
50 *Minor hereditatem ſimpliciter adiens creditoribus tenetur.*
51 *Reſtitutio in integrum duos in ſe effectus habet, & quos.*
52 *Res iudicata, quid ſit.*
53 *Iuriſdictio in cauſis commiſſarijs, lata ſententia in Romana Curia expirat.*
54 *Commiſſio exequutorialis quare in Ro. Curia expediatur.*
55 *Commiſſio exequutorialis dicitur ſtilus Papalis.*
56 *Clauſula, uel quod alias exequutioni locus ſit, quare commiſſioni exequutoriali addatur.*
57 *Exequutionem petens quando acta producere teneatur.*
58 *Commiſſio exequutorialis ibi in iure ſun detur.*
59 *Deciſio iuris canonici preualet in concurſu iuris ciuilis etiam in terris imperij.*
60 *Commiſſio exequutorialis an dicatur ſuperflua in Romana Curia.*
61 *Iuriſdictio territorij ratione prouenit.*
62 *Sententia lata in Romana Curia, ad Papam in cauſis delegatis iuriſdictio deuoluitur.*
63 *Commiſſio exequutorialis non & datur in tribunalibus Rom. Cur. in ordinarijs cauſis.*

Com-

64 Commiſſio exequutorialis in cauſis extra Romanam Curiam delegatis, non eſt neceſſaria.

65 Innocentiana maximam dat Rotæ Auditoribus iuriſdictionem.

66 Ordinario delegati ſententiam exequi denegante, illam met delegatus exequitur.

67 Clem. Auditor, de reſcrip. intellectus.

68 Iudex à quo appellationi deferens, non poteſt amplius ſuam exequi ſententiam.

69 Commiſſionis exequutorialis impetratio, parum multoties vtilis eſt, & quare.

70 Exequutio quod cœpta ſit facti requiritur in præiudicium reſtitution. in integrum.

71 Commiſſio reſtitutionis in integrum, reformatur, cœpta exequutione, & quomodo.

72 Commiſſio reſtitutionis in integrum retardat effectum commiſſionis exequutorialis exequutione non facta.

73 Reſtitutio in integrum gratioſa contra rem iudicatam dari non ſolet.

74 Termini quatuor ſubſtantiales, commiſſione deficiente, ſeruari ſolent.

75 Commiſſio exequutorialis non tollit iudicium attentatorum.

76 Clauſula præfixionis termini locum ſubſtantialium, quare commiſſioni exequutoriali addit.

77 Terminorum ſubſtantialium vſum quis introduxerit, & quales ſint, ibi.

78 Clauſula, uel quod alias exequutioni locus ſit, virtus.

79 Clauſula omnes, & ſingulas expenſas taxet, cum verbis præfatis eſt ponenda in commiſſione, & quare.

80 Expenſarum taxatio de factis non faciendis intelligitur.

81 Expenſae procuratoris, & Aduocati, iudicis arbitrio relinquuntur.

82 Litterae exequutoriales extra ſtatum Eccleſiaſticum, quomodo diriguntur.

83 Litterae exequutoriales Regibus, quibus verbis tranſmittantur.

84 Reſtitutio in integrum, an datur in materia poſſeſſoris, & quando.

85 Incola in Ro. Cur. dicitur ille, qui ſedem ibi conſtituit.

86 Roma eſt communis patria.

87 Aetas per teſtes probari poteſt.

88 Incolarum appellatione veniunt etiam diſtrictuales.

89 Diſtrictus dicitur Territorium propriè, vel Dominium ciuitatis.

90 Territorium vnde dicatur.

91 Reſtitutio in ſpolio, ſiue ſpolij purgatione, ſit quatuor modis.

92 Sententia reſtitutionis in integrum poſt quatuor annos dicitur abſque iuriſdictione lata.

93 Reſtitutio in integrum per ſententiam, Titium reſtituendum verbalis eſt.

94 Reſtitutio in integrum in beneficialibus non datur ſine titulo colorato.

95 Sententia ſuper electione in iudicatum non tranſit.

96 Reſtitutio in integrum non datur in denegatione reſtitutionis in int. vel interloquutorijs.

97 Subrogatus ad exequutionem procedere nequit, niſi parte citata.
Diſtingue vt hic.

98 Sententia Thori ſeparatoria non tranſit in iudicatum.
Fallit quo ad expenſas, quia tranſit in iudicatum, ibi.

99 Appellandum an ſit à ſententijs, quæ tranſeunt in iudicatum.

100 Probationes non requiruntur in reſt. in int. aduerſus ommiſſas probationes.

101 Commiſſio reſtitutionis in integrum aduerſus ommiſſas probationes, non datur niſi parte citata.

102 Eccleſia, vel minori, an atteſtatione publicatis ad teſtes producendos reſtituatur.

103 Citatio partis an requiratur in relaxatione mandati, vel ſequeſtri vigore ſententiae.

104 Reſt. in int ad reſpondendum poſitionibus aliquãdo datur maxime eidem.

105 Poſitioni non reſpondens, quam ſubeat pœnam.

106 Reſtitutio in int. non poteſt abſque mandati peti.
Fallit vt hic.

107 Sententia lata de peritorum conſilio, an poſt decendium tranſeat in iudicatũ, & an peritioribus repertis, retractetur, ibi.

108 Exceptio rei iudicatae, ex quo probatum in cauſa non fuit, vt exceptionem

nem pareat, maxime in beneficialibus, quae requirat.

109 *Sententia an in reſtitutione in int. ſit neceſſaria, & quando.*

110 *Clauſula parito iudicato, quid importet.*

111 *Clauſula dimiſſa poſſeſſione, reſeruatis expreſſis in fine litis quando per Signaturam detur.*

112 *Reſtitutio in int. per uerba quantumcumque generalia non cenſetur ſublata.*

113 *Reſt. in int. gratioſa contra eum qui uigore ſententiae beneficij poſſeſſionem cœperat, quid operetur.*

114 *Clauſula conſtito de bono iure conditionalis verificanda eſt.*

115 *Reſtit. in int. ex ſummarijs probationibus datur in palatio.*

116 *Probationes, & proceſſus nouus in reſt. in int. obtinenda fieri poſſunt.*

117 *Non deducta deduci poſſunt in cauſa appellationis, & reſtitutionis in integrum.*

118 *Clauſula prout de iure intelligitur, tam de communi, quam municipali.*

119 *Succumbenti in cauſa nullitatis quadriennium, à die latae ſententiae incipit.*

§. I I.

1 COmmiſſio reſtitutionis in integrũ iudicato in omnibus paritum, etiam quo ad expenſarum refectionem, adeo, quod in nullo parendum remanebat amplius, porrecta fuit, in qua Signa-
2 turæ Iuſtitiæ cauſam reſtitutionis in integrum committi, petebatur, conceſſaq. extitit, ſed cum clauſula prout de iure, quæ clauſula, licet omittatur, nihilominus ſemper tacite commiſſio illam in ventre habet, adeo quod ſemper intelligitur prout de iure, Creſc. deciſ. prima de reſcrip. l. nec damnoſa, & l. reſcripta, C. de prec. Imp. offer. l. omnes. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. Denotat autem clauſula prout de iure, & ſignum dat intentionis Principes, vt iuſta præſumatur, quæ ſemper præſumitur talis, qualis eſſe debet. Baldus in capitulo licet, 1. not. de offic. ord.
3 Quamuis Rota in vna Toletana Cappellaniæ 14. Aprilis 1595. coram Illuſtriſsmo Cardinali Mellino dixerit, clauſulã parito iudicato non obſtare, quin ad vlteriora procedi queat, quando reſpectu negotij principalis nil aliud ille, contra quem reſcribitur, præter patientiam verbalem tenetur præſtare, ex deciſ. Put. 252. parte prima, & Mohed. 225. & ita pariter cenſuit Rota in alia Burgenſis iuriſdictionis, corã D. Seraphino 19. Octobris 1588. neque talem clauſulam, quo ad expenſas obſtare, quando præſupponitur res iudicata, & de illa non apparet, & idem quoque cenſuit Rota coram Illuſtriſſimo Mellino in vna Toletana Cappellaniæ ſupra relata. Et coram eodem Domino Seraphino Rota cenſuit in vna Mediolanſis cappellaniæ 13. & 27. Maij
4 1591. aſſerendo ſtilum Signaturæ eſſe talem dare clauſulam, quando adſunt tres conformes, & non vna etiã ſi nõ interpoſita appellatione, vel non proſequta in iudi-
5 catum tranſiuerit. Quamuis Rotę munus eſſe non credo iudicare de Signaturę ſtilo, variabili ob caſuum diuerſitatem, Sed caute pars, contra quam talis exhibetur commiſſio, agat, opponendo contra illam omnia quæ ſuum fauorem concernunt,
6 Nam alias iuriſdictionẽ tribueret, adeo, quod ſi agi illius vigore patiatur, valde ſibi præiudicaret, & Iaſ. in l. præſcriptione numero tertio, vbi Bar. 3. col. & Fulg. in primo not. C. ſi con. iuſ. vel vtil. pub. reprobando Bal. ſententiam in l. fi. C. ſent. reſc. non poſ. Dec. & Scrib. in cap. cęterũ de reſcrip. & quatenus auxilio clem. vt calumnijs, de re iud. ibi, nullatenus audiatur, iuuari vellet non valeret, quia quando corã iudice actus fieri non potuit ſine iuriſdictione, ſi pars patitur, quod ille actus fiat inducitur conſenſus, Bellam. deci. 707. verſ. propterea quia, Quare cum hoc partis vtilitatem reſpiciat, Achil. deciſ. 27. alias 12. de reſcrip. imputet ſibi, ſi cauſam agi paſſa fuit de re iudicata non opponendo non tunc, vel alias exceptiones ſibi competentes, quas & opponere poterat, Iaſ. in l. vniuerſa, C. de prec. Impe. offer. Bar. in l. eleganter, col. 2. ff.

Vide hãc deciſ. Illu. Mellini in fi. cap. num. 1.

Vide hãc deciſionẽ in fine c. nu. 2

a. ff. de dolo. Videtur autem talia patien
do renunciaſſe fauori ſuo, vnde regula-
ſuccedit, quod ſcienti, & patienti iniuria
7 inferatur, Sed quęro qua de cauſa in cō-
miſſione reſtitutionis in integrum, in-
prophanis Signatura iuſtitię apponat cla
uſulam, prout de iure, & dico rationem
eſſe, quia in prophanis talis reſtitutio nō
conceditur, ſed cauſa committitur iudici,
vt dixi ſupra primo cap. iure medio ter-
minanda, & cum Papa nolit ius tertij,
maximè ex ſententia quæſitum in cau-
ſis prophanis tollere, ideo ponitur dicta
clauſula, tunc vero abrogat, quando ſpe-
cialiter exprimit derogare, vel tollere-,
ſiue ſit pręiudicium extinctiuum, ſiue di-
latiuum, cap. quamuis, & cap. ſi propter,
de reſcrip. in 6. cap. ſi ſuper, & cap. ſtatui-
mus, de offic. deleg. eod. lib. Rebuf. in-
Gloſ. concord. Franc. in verbo forma mā
dati Apoſtolici, verſ. duodecimo, de iu-
8 re tertij. Secus autē eſt in beneficialibus,
vbi Papa latiores habet habenas. Staph.
de lit. Iuſt. cap. eſt notandum, num. 15.
cap. ex tuarum, de vſu pal. l. 1. §. ſi quis a
Principe, & §. merito, ff. ne quid in loc.
pub. ca. 2. de præd. in 6. & latè Gabr. lib.
5. com. opin. in tit. de iur. quęſ. non toll.
concl. 1. numero 9. & ſeq. Papa etenim
beneficiorum Dominus eſt, Clem. 1. in
fi. vt lit. pend. c. 2. de præb. in 6. Rot. diu.
9 par. 1. deciſ. 240. num. 25. Datur autem
in beneficialibus commiſſio reſtitutionis
cum clauſula dimiſſa poſſeſſione, vt Sta-
phil. ibidem ca. quando petitur num. 93.
& in cap. verum quia, num. 11. Veſtr. in-
ſua prax. lib. 8. cap. 3. num. 13. alias reſti-
tutio non competit in illo caſu, vt ſupra
10 dixi. Vnum autem in hoc propoſito non
te lateat, quod & ſi plura narrentur in-
commiſſione pro obtinenda reſtitutione
in integrum contra ſententiam, tamen-
ſi cetera ſint falſa, vnum fore verum ſuf-
ficit, ſecundum, Bellam. deciſione 280.
11 Pendente itaque reſtitutionis cauſa-,
nil nouandum fore in negotio principali,
dicit text. in l. vnica, C. ſi in integ. re-
ſtitut. petat. Specul. §. vlt. num. 1. de-
reſtit. in integ. Quod etiam pro regula
obſeruandum ponit Caſſador. deciſ. 5. nu.
5. de appell. Innocent. in cap. cum ex lit-
teris, num. 4. & 6. de reſtit. in integrum,
l. qui proprio, §. item, ff. de proc. l. nam
poſtea, §. ſi minor, ff. de iure iurand. Co-
uarru. pract. quæſt. cap. 27. num. 7. l. vni-
ca, C. in integ. reſt. poſt. nec quid not. ſi.
Aufr. ad Capel. Tholoſ. quæſt. 54. Pariſ.
conſil. 54. colum. fi. volum. 4. §. condem-
natum, vbi Iaſ. num. 26. ff. de re iudic. Ac
Imol. Alexand. & Cuman. ob id, ſi cauſa
reſtitutionis pendente, ſententia interim
lata exequutioni mandetur, omnia per
viam attentati erunt reuocanda. Pariſius
conſil. 100. num. 80. & ſequen. volum. 1.
& num. 81. aſſerens id procedere, dato e-
tiam dubio, an reſtitutio in integrum-
eſſet concedenda, nec ne, & altiorem re
quireret indaginem. Et in tantum præfa-
ta vera ſunt, quod reſtitutione in integrū
pendente, neque expenſæ, neque damna
liquidari valent, licet damna priora non
comprehendantur in ſententia. Rota co- Hāc dec.
ram Illuſtriſſimo Plato in vna Calagurri- eſt ſuppo
tana reſtitutionis in integrum, Veneris ſitā in l. 9.
12 28. Aprilis 1589. Quod tamen limita nō pag. 117. num. 1.
habere locum. Quando adſunt tres ſen-
tentiæ conformes, quia reſpectu penden-
tiæ cauſæ nullitatis, earum exequutio nō
impeditur, deciſ. 3. de except. in nou. Be-
nint. deciſ. 8. nu. 85. num. ſexto, & nono.
Et circa iſtam clauſulam conſtito de tri-
bus te non lateat, quod dum reſcribitur
conſtito de tribus ſententijs cōformibus,
de validis intelligendum erit. Immo ſi
pars opponat, non poterunt iſtæ ſenten-
tiæ confirmari, vt Rota cenſuit coram-
Domino Orano in vna Laudenſis pecu- Vide hāc
niaria Veneris 1. Iulij 1588. Immo non- deciſionē
ſolum clauſula de valida intelligitur ſen- in fi. cap.
tentia, ſed etiam quatenus in iudicatum num. 3.
tranſiuerit, quamuis multum verbum-
arbitrio Rotæ in hac clauſula parito iudi
cato operetur, vt cenſuit Rota coram D.
Peniæ bo. mem. in illa Fauentina Mona- Vide hāc
ſterij 22. Iunij 1607. Quare ad citius cau- deciſionē
ſas expediendas, Praxis Romanę Curiæ, in fi. cap.
adinuenit, vt præſentata in actis commiſ num. 4.
ſione reſtitutionis in integrum, pars illam
reformari inſtet, petendo eidem iudici, cui
cauſa reſtitutionis in integrum deman-
data fuit, vt præfixo aliquo Breui, & pe-
remptorio termino ad docendum de cau
ſis propter quas veniat reſtituendus in-
integrum, quo elapſo, & nihil, quod re-
leuet, docto, conſtito de re iudicata, vel
quod alias executioni locus ſit, exequa-
tur

tur, &c. vt in Formulario Commiſſionis, cuius vigore ſolet ſtatui terminus ordinariè ad ſecunda, vel arbitrio iudicis, illud etiam ex cauſa prorogando, vnde termino aſſignato elapſo, & alias non docto de cauſis, propter quas veniat re-
13 ſtituendus, poterit exequi ſententia. Tamen id faciat relaxando mandatum, abſque eo, quod pronunciet reſtitutionem fore, vel non concedendã, quia dum procedit ad vlteriora, tacite illam reijcit, declaratq; non competere, vt dixi in præcedenti capitulo, & bene. Rom. conſ. 310. n.
14 2. verſ. vnde viſus cum add. At ſi nullam cõpetere reſtitutionem pronunciauerit, appellationi locus erit, dabiturque commiſſio cauſæ appellationis, ſed ſi pars nõ appellet, ſibi imputet, Deci. conſil. 436. num. 6. quod cauti iudices, (vt dixi) faciunt, non pronunciando, & ſic materiam appellandi tollunt, & ita obſeruat Rota, Cæſ. de Graſ. deci. 3. num. 13. de reſtit. in
15 integ. Nam iſte proceſſus ad vlteriora repulſioni, & expreſſe declarationi æquipollet, cap. ex parte, el 2. & ibi Abb. de App. Bar. in l. a procedente in fi. C. de dilat. Rom. conſ. 220. Vnde quoque cauti litigantes, debent ab huiuſmodi proceſſu ad vlteriora appellare, Ferret. conſ. 83. n. 6. Alias dato etiam, quod res iudicata ad eſſet, ſi patiatur illam in ſui fauorem habens ſuper ea diſcuti, & ferri ſententia, & valebit, & erit attendenda. Feli. in cap. cum inter monaſterium, num. 16. & 23. de re Iud. Rom. conſ. 174. num. 8. Aret. conſ. 73. col. 2. verſ. & profectò articulus, Dec. in cap. quoniam contra, num. 38. de probat. Rebuſ. cum alleg. in l. quod iuſſit, num. 14. ff. de re iud. & DD. in l. vnic. C. de in integ. reſtit. Afflic. deciſ. 356. num. 3. Cap. Tholoſ. deciſ. 54. Cephal. conſ. 180. num. nonageſimoſecundo, volumine ſecundo, tractantes, an pendente cauſa reſtitutionis in integrum impediatur executio, de quo vide etiam Puteum deciſio. 446. libro ſecundo, in
16 fine. Commiſſio noſtra, pariter non denegatur contra deſertionem, & fatalium curſum, quoties appellatio remanſit deſerta, ob dilationis pendentiam, quæ curſum biennij non impedit, & tamen ipſa pendẽte nihil poteſt fieri, Caſſad. dec. 9. n. 10. verſ. dato ſine præiudicio veri, de app.

17 Ac etiam quando nimis breuis terminus aſſignatus eſſet, in quo ob loci diſtantiam teſtes examinari, ſeu iura haberi nõ poſſent, vt ibidem Caſſad. Quia conſtat de legitimis impedimentis, ex quibus proſequendi appellationem impoſſibilitas, ſeu producendi iura cognoſcitur, contra dictam peremptionem datur cõmiſſio reſtitutionis in integrum. Alex. conſ. 42. num. 13. vol. 3. Rom. in l. ſecunda, ff. de
18 re iud. & conſ. 220. num. 9. Abſenti autem ex cauſa Reipublicę ſiue publica, illa durante præſcriptio non currit, ob id ſi indefenſus ſuccumbat, datur in integrum reſtitutio, & tanti temporis, quanti reipublicæ cauſa abſuit, vt dixit Innoc. in cap. ex tranſmiſſa, numero primo, verſ. licet dari poſſit de pręſcript. Et ob id totum tempus pręfatæ neceſſariæ abſentiæ
19 ſubducitur. Pariter, vt ibidem Innoc. nu. 2. dixit, ſi bello vel hoſtium in ſidijs præpeditus quis fuerit, ita quod accedere ad litis proſecutionem minime potuerit, vt ętiam videtur colligi ex cap. Pia, & c. por
20 oro 16. quæſt. 4. Licet condemnatio interceſſerit, detecta poſtea abſentia reuocabitur, tam in principali, quam quo ad expenſas, per viam reſtitutionis in integrũ, etiam ſi non fuerit appellatio interpoſita, ſeu ex præfata cauſa pronuncietur, pariter ſi fuerit ſententia diffinitiua nulla, reuocabitur vti ſecũdum diuerſas opiniones relatas per Innocen. in capitulo querelam, num. 2. in verbo deſtinauerit, de procur. cap. præſentium, cap. cum Bertoldus de ſent. & re iudic. l. quęſitum, ff. eod. tit. Quod amplia quoque, ſi in iudicio ſiſtere promiſiſſet ex pręfata cauſa, quia etiam ſi foret promiſſio pœnalis, daretur exceptio, vt ibi Imol. l. 2. ff. ſi quis caut. l. ſi cum die, §. ſi quis ex litigatoribus, ff. de arbitr.
21 Abſentia nempe ex cauſa Reipublicę dicitur neceſſaria, & voluntaria, quę abſenti nocere non debet, nec alteri, immo in fauorabilibus, pro præſente habetur, l. abſentia, ff. de regul. iur. vt pariter, qui ex cauſa religionis abeſt, neceſſario abeſſe dicatur. Caſtr. in l. filius familias, §. pro-
22 curator, in fi. ff. de procur. Quot autem ſint abſentiæ ſpecies, ſicco pede pertranſire duxi, cum ſit extra tractatus noſtri ſcopum poteris late videre per Odd. vbi ſupra

pra parte prima, quæſt. 5. per totum,&
in ſpecie, art. 7. & ſequen. vbi pleniſſi-
me materiam abſentiæ diſtinctiſſime tra-
23 ctat. Idq. declara procedere, dũmodo nõ
reliquerit, vel relinquere potuerit pro-
curatorem, aut ſi tempore, quo cępit eſſe
abſens, nõ adhuc erat cęptum iudicium,
quia tenebatur illo caſu procuratorem
relinquere, l. Papinianus exuli, vbi Bar. in
princ. ff. de minor. Sed præſuppoſita le-
gitima defenſione in hoc caſu, nihilomi
nus ita ad appellandum reſtituitur, quẽ-
admodum indefenſus ad totam cauſam,
l. fi. ff. de in integ. reſtit. l. qui abſente,
C. de procur. Innoc. loc. cit. num. 2. verſ.
24 vbi autem. Tunc vero iuſta aderit cauſa,
ſi procurator non appellauerit, quo caſu
eo maxime reſtituendus erit, quia vbi ali
cuius dolo factum eſt, quo minus quis
compareat, & contra ipſum pronuncie-
tur in cauſa, quæ non recipit intereſſe, ad
id reſtituitur, Quod ratione huius abſen-
tiæ ſibi contingit, cap. ex literis, de in in-
teg. reſtitut. Hinc videmus Summum
25 Pontificem in extrauag. cum Matthæus,
de Hęret. mandare ne contra Officiales,
vel Nuncios Sanctę Sedis Apoſtolicę,
etiam per inquiſitores hęreticę prauita-
tis, abſque ſpeciali Sanct. Suæ reſcripto
de pręfato canone, ſiue extrauaganti
faciente mentionem, procedere vetuiſſe.
26 Quare ſi abſentibus tale priuilegium
impertitum fuit, ne publicis deditis mu-
neribus, indefenſi remaneant, non erit
illis reſtitutio in int. deneganda, vt ſupra
dixi ex clauſula generali ſaltim ſi qua mi
hi iuſta cauſa per Signaturam iuſtitiæ, ac
pro vt de Iure, & tam minori, quam
maiori, Specul. in §. fin. colum. penult.
verſ. quid ſi hæres ex quib. cauſ. maior.
27 Et licet Vulpianus, in l. hoc edictum, eo-
dem tit. de præfata clauſula, ſi qua mihi
iuſta cauſa, loquendo. in d. legis fine po
ſita, ac pariter in l. 1. eodem tit. illam nõ
eſſe hodie in vſu dicat, vt pariter aſſeruit
Alex. in l. admonendi, nu. 5. ff. de iur. iur.
quia ſuccurritur per Principum conſti-
tutiones, & per Senatus conſulta, de iure
ciuili. Nihilominus verius contrarium
28 eſt, quia ſi committitur cauſa, fit ſecun-
dum iuris diſpoſitionem, ideſt ex præfata
clauſula generali, quæ reſtitutionis na-
turam non alterat, vt dixere Paul. de
Caſtr. in d. l. admonendi, num. 7. & Alex.
num. 5. de quo vide omnino Pariſ. conſ.
19. num. 247. vol. 2. Viſa poſtea per iu-
dicem limitata reſcripti forma, in con-
ſequens guſtat, an cauſa adſit talis, quod
reſtitutio concedenda veniat, vel dene-
ganda, ſi de non iure agentis apparebit.
Rot. dec. 16. num. 1. de reſt. ſpol. in nou.
de quo late, Gab. lib. 2. com. opi. in tit.
29 de reſt. in integ. concl. 2. Reſtitutio in
integrum aduerſus lapſum fatalium, ideo
abſque litis conteſtatione conceditur,
quia petitur non principaliter, ſed inci-
denter, dummodo iudicis officio non po-
ſtuletur, Rot. dec. 3. num. 1. de reſt. in in-
tegrum in nou. & ideo incidenter, quia
ortum habuit ante, ex lite pendẽte, deci.
Biſign. vnic. eod. tit. vnde dicta de cauſa,
vt ibi Biſign. ſubdit, ad illam impetrandã
non requiritur ſpeciale mandatum, deciſ.
2. nu. 1. & dec. 3. nu. 1. eod. tit. in antiq.
30 Nam quando aduerſus fatalium lapſus
obtenta ſit reſtitutio in integrum, non
eſt alia aduerſus ſententiam reſtitutione
opus, cum illa ſufficiat, & ratio eſt, quia
illa ſententia non eſt noui iuris inducto-
ria, ſed potius prioris declaratoria, &
ideo ſat eſt reſtitutionem aduerſus id,
quod declarabat habere, vt ibidem Bi-
ſign. num. 3. Incipit etenim currere à fi-
ne lapſus fatalium, vti etiam ad appellan
dum. Cęſ. de Graſſ. deciſione 13. num.
31 3. de reſtitutione in integrum. Neque
minus erit aduerſus inſtantiæ peremptio
nem deneganda reſtitutio, ſi iuſtum ad-
fuerit impedimentum. Alexand. conſil.
42. num. 13. volum. 3. Saltim ex dicta
clauſula generali. Pariſius conſil. 100.
32 num. 7. volum. 1. Sed an contra pręſcri-
ptionem reſtitutio detur, videamus: &
breuiter dico, quando contra ignorantẽ,
etiam ex ignorantia præſumpta decurſa
fuerit, tunc datur. Pariſ. vbi ſupra, pro
vt eſt caſus in l. ſi partem, verſ. ſi per fun
dum, ff. quom. ſeru. ammit. l. qui in alte-
33 rius, ff. de regul. iur. Vnde aduerſus pręſ-
criptionem triginta annorum venit ex
capite ignorantię reſtituendus. Balb. in
Tract. de pręſcrip. in 4. par. quar. par. in
princ. quęſt. 20. Tiraq. in trac. de retrac.
in verbo ignorans ſed circa pręſcriptio-
nem quadraginta annorum, qualis eſ-
ſe Ignorantia debebat vera, ſiue vero-
ſimi-

Digitized by Google

ſimiles. Vide Benint. deciſ. 69. per tot. Sed an ex capite ignorantiæ reſtitutio detur in integrum. In hoc iuris tritiſſima regula pro affirmatiua eſt, de qua Bart. in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de itin. actuq. priu. Mohed. deciſ. 1. de reſt. in integ. Felin. in cap. vigilanti, nu. 2. de præſ. Alex. conſ. 71. nu. 3. vol. 1. Dec. conſ. 303 num. 5. Balb. de præſc. 4. par. 4. par. princip. q. 29. Tiraq. de retract. lign. §. 35. gl. 4. num. 36. Et ſic Rota cenſuit coram D. Penia Decano, in vna Reatina depoſiti. 18. Decembris 1600. Maxime in facto non proprio, in quo iuris præſumptione ignorantia probari dicitur. Verall. deciſ. 207. par. 3. Sed vt regula præmiſſa procedat, iuſta ignorantia adeſſe debet, ſiue probabilis, non autem craſſa, vel ſupina, ſiue in qua aliqua negligentia interuenire poſſit. Innoc. in c. fi. n. 31. de præſ. Felin. in d. cap. vigilanti, num. 4. verſ. limita tertio. Balb. late vbi ſupra num. 8. Alban. conſ. 18. n. 1. vbi dicit, quod ab omni parte ignorantia excuſabilis eſſe debeat. Quod ceſſat quando ex coniecturis ſcientia arguitur, etiam ſi remotæ coniecturæ ſint, vel quando habuit in genere notitiam, vel quando tenebatur inueſtigare, quæ fuerant alias approbata per Rotam in vna Florentina iuris patronatus 14. Maij 1576. coram D. Aldobrandino, poſtea Clem. VIII. fel. rec. quæ eſt diuerſ. dec. 387. par. 1. Et quando aliquis debebat perquirere, quæ ſua erant, vt in dicta deciſ. Florentina, & Veral. deciſ. 116. ſub num. 10. par. 3. Et quando ex coniecturis adduci poteſt ſcientia puta per lapſum temporis, poſſeſſionem partis aduerſæ citationem contra ipſum exequutam, & reproductam, ac ſimilibus, de reſtitutione in integrum agendum non erit, l. fin. C. de temp. in integ. reſt. cap. 1. de reſtit. in int. in 6. Sicque Rota coram D. Iuſto in vna Romana Saluiani interdicti Lunæ 28. Ianuarij
34 1602. cenſuit. Quod generaliter verum non eſt, quia ſi in caſu dictæ legis probabilis ignorantia, & iuſta aderit, vt in herede, circa debitum ſolutũ per teſtatorem neſciente, & ſimilibus, tunc dari poterit. At ſi fuerit ignorantia craſſa, vel ſupina, eo caſu denegatur, ſec. Felin. in cap. vigilanti, num. 4. de præſcript. Imol. in cap. fin. colum. 46. eodem tit. Alex. conſ. 71. num. 3. volum. 1. & conſ. 4. nu. 19. volum. 2. & conſil. 72. num. 6. vol. 3. Et multa circa hanc materiam reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ breuiter, & elegantiſſime collegas ex deciſ. Rom. Saluiani interdicti corã D. Iuſto Lunæ 28. Ianuarij 1602. ſupra relata. Quod fallit in herede maximè ſuo agente; tunc etenim intrat præſumptio, quod vel facta defuncti ſciuerit, vel quod apud ipſum remanſerint teſtatoris documenta, ex quibus veritas felici poſſit, vt latè Benint. deciſ. 71. num. 8. & ſequen. Sed quod ex clauſula generali præfata, ſaltim veniat reſtituendus, dixit Corn. conſil. 184. nu. 9. volu. 3. & eo facilius, ſi ex facto alieno, de quo ignorantia præſumitur, vt idem Corn. conſil. 219. num. 12. volum. 2. Dec. conſil. 564. num. 19. Gozad. conſil. 56. num. 11. Ruin. conſil. 26. num. 19. volum. 3. & conſil. 64. nu. 8. & 19. volum. 4. Pariſ. conſil. 23. nu. 211. volum. 1. At ſi ceſſabit cauſa ignorantiæ probabilis, veriſimilis, ſeu præſumptæ, erit deneganda, quia ignorantia non probabilis, vim ſcientiæ habet, & non poteſt dici ignorantia iuſta, vel veriſimilis, neque probabilis, ſed dicitur nequitia, & potius diſſoluta, ideo iſto caſu cum ſcire nolit, habetur pro ſciente, Bald. in l. qui contra, C. de inceſt. nupt.
35 Benint. deciſ. 21. num. 3. & 4. Nam ille eſt tutus, immo tutiſſimus in iſto facto, quod ei reſtitutio non competat, vt per Alexan. in l. cum filius, §. in hac, num. 4. ff. de verbor. oblig. Et quamuis poſſet contra longiſſimi temporis præſcriptionem allegari ignorantia, ſemper apud incertum poſſeſſio remaneret, l. bonum publicum, ff. de vſucap. Vnde cum ſit contra caſum d. legis ad miſerorum ſegnitiem & longi temporis errorem, non debet ex abrupto, etiam ex præfata clauſula generali concedi, cap. vigilanti, de preſcript. vbi Abb. & Doct. Anchar. conſ. 170. nu. 4. & 5. Bart. in l. ſi quis autem ff. de itin. act. priu. alias ſi concederetur ita de plano aduerſus dictã præſcriptionem, ſequeretur abſurdum, quod cauſa, vel præſcriptio non eſſet legitimè finita, cum habens pro ſe præſcriptionem, maximè triginta annorum, ſit pleniſſima mu-

Vide hãc deciſ. D. Peniæ in fine cap. num. 5.

Vide hãc dec. in fi. cap. n. 6.

munitione ſecurus, l. omnes, in fine, C. de præſcrip. 30. an. Et ſic tollit reſtitutionem, quod tamen declarat Fran. Aret. in conſ. 104. in numero quinto, in præſcriptione quadraginta annorum. Quia aut ſit ex capite ſcientię, aut ignorantiæ, in prophanis tamen loquendo, non datur reſtitutio in integrum, Secus autem erit, ſi 20. ſeu 30. annorum erit, licet ſub iudice adhuc litem eſſe aſſerat, ſed an adverſus præſcriptionem quadraginta annorum minori in integrum reſtitutio detur? pro parte negatiua reſpondet Alexan. in conſ. 169. numero tertio, volumine ſecundo, & conſilio 84. numero tertio, & quarto, volumine primo. Et quod ex capite ignorantiæ concedatur ſucceſſori in hæreditate aduerſus ſententiam. Nihilominus pro parte affirmatiua tenuit Anchar. conſ. 170. numero primo, Dec. conſil. 175. numero decimo tertio, Franc. Aret. viden. in conſil. 104. numero quinto. In hac autem commiſſionis conceſſione cauſæ ignorantiæ ponderandæ, & perpendendæ bene veniunt, & tunc, ſi viſæ fuerint releuantes, poterit concedi commiſſio, ſin ſecus, denegari. Licet in Signatura S.D.N. gratioſa reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem peti poſſit, cum ſupradicto moderamine, & concedi ſolet ex cauſa, quamuis minor, contra quem non eſt completa præſcriptio, poſſit ſe excuſare ex capite ignorantiæ geſtorum ab auo, & durante tempore minoris ætatis, præſcriptionem etiam ſtaturariam ceſſare facere Put. deciſione 443. numero quinto, parte prima.

Sed an aduerſus præſcriptionem ſtatutariam, quadriennij, vel quadriennalem, triginta, vel quadraginta annorũ, & alijs caſibus ſimilibus reſtitutio detur, quomodo, & quando in pluribus alijs caſibus remitto te ad Odd. vbi ſupra par. 2. q. 87. 88. & 89. Quem ſi abunde videre vis, adeas in pluribus articulis. Et an contra tres conformes minori concedatur reſtitutio? variè modo negatiuam, Bald. & Alexan. ſententiam, ne tres ſententiæ tanto labore, & diſpendio obtentæ, ſint ludibrio, vt late Caſſadorus deciſione prima, de reſtitut. in integrum, ſaltim quando vel ex nouis, aut antiquis documentis aliquid calumniæ ſuſpitionem excludens non apparet; & aliquando affirmatiuam amplexi ſunt ſententiam, Rota diuerſ. parte prima, deciſione 46. & deciſione 346. numero octa-

39 uo, & ſequen. Quia eo caſu ceſſat reſtitutio, vbi nullitas ſeſe offert, deciſione 180. num. 2. eadem parte prima diuerſ. Neque datur, niſi quando petenti enormiſſimum afferatur damnum, vel probetur deciſione 34. numero primo, & ſecundo, parte ſecunda, diuerſ. Licet talis præſcriptio contra Eccleſiam nõ currat,

40 vt per Abb. in capitulo cum contingat, numero vndecimo, de foro comp. & in capitulo auditis, num. 5. de reſtit. in integrum ibi. Cui datur etiam poſt quadraginta annos, Card. Clem. 1. quæſt. 9. eodem titulo, quamuis glo. ibi contrariũ aſſerat, quam ſequitur, & approbat alia glo. in cap. ad audientiam, eodem titulo. Quod ne nimiũ in diuerſam meſſem vager, ac falcem ponam, vlterius non proſequor, Quamuis ex ſpeciali priuilegio, coram iudice Eccleſiaſtico poſſit Eccleſia vti proprio ipſius Eccleſiæ iure, eamque contra laicum petere, cap. 1. ubi Abb. nu. 18. eodem titulo, Rom. ſing. 112. Innoc. in cap. cum ſit generale, ubi Abb. num. 10. Marian. Socin. num. 13. de for. compet. quod eſt ex particulari illius priuilegio, licet contrarium tenuerit Couarr. uar. reſol. capitulo quarto, numero ſecundo, quod tamen pro communi concordia præfatorum Doctorum intellige, quando iudex Eccleſiaſticus eſt communis clerico, & laico, Sed unũ dicit Corn.

41 conſil. 181. num. 49. uolum. 2. Aduerſus enormem lęſionem Eccleſiæ in perpetuum reſtitutionem competere, idque credo verum, & de præſcriptione longiſſimi temporis meminit Decius conſil. 36. num. 2. Et quod contra præſcriptionem 40. ſed minorem centum annorum Eccleſię reſtitutio in integrum impertiatur, dixit Ruin. conſ. 103. num. 6. & 20.

42 cum late adduct. vol. 5. Tamen ſi Eccleſia, vel Collegium aduerſus aliam Eccleſiam, Collegium, vel ſimiles æque priuilegiatos petat ſe in integr. reſtitui, expenſas reficere debet, Achil. deciſ. 14. de re iudic.

43 Damnoſa dicitur minori hęreditas, quan-

quando pro ære alieno ſoluendo non-
ſufficit, Guid. Papa deciſ. 152. num 2.
vnde ſi tutor fuerit in ipſius damnum-
moroſus, minor nō reſtituitur, Gui. Pap.
deciſ. 433. numero 4. Similiter, quando
contrauenit voluntati teſtatoris, vel bo-
na alienauit, Caſtr. conſ. 259. numero
octauo, volum. 1. Grau. conſ. 193. nu-
mero primo, & ſequ. & num. 5. & melius
conſ. 204. num. 24. in fin. Et quando
poſſit contra tutores agere, ſi ex eorum
defectu id factum fuit, dicunt Bar. in l. ſi
in facti, numero vndecimo, verſ. Et ideo,
C. de iure delib. Ruin. conſ. 119. num.
18. verſic. Poſtquam, lib. 5. Rol. a Val.
44 conſ. 10. num. 11. & ſeq. volum. 2. Re-
ſtituitur etiam minor aduerſus omiſſam
inuentarij confectionem §. fin. verſic.
Pupillis, & ibi gloſſ. in verb. nihil Auth.
de Hered. & falc. glo. in l. auxilium in-
verbo ceſſabit, ff. de minor. Bart. in l. ait
prætor in princ. ff. de iud. Bald. in l. fin.
in princ. & numero quinto, verſic. Se-
cundo quęro, C. de iur. delib. & in l.
fin. num. 4. ff. ex quib. cauſ. integr. re-
ſtit. non eſt neceſſ. & in l. 1. ſub numero
primo. verſic. Secundo not. C. ſi hær. ſe
ab hæred. abſtin. Ang. in l. 1. §. ſi hæc ſti-
pulatio, numero primo, verſic. Tempus,
quod datur, ff. ſi cui pluſquam per leg.
falc. & in Tract. de inuent. num. 4. Paul.
de Caſtr. conſ. 36. numero ſecundo, vo-
lum. 2. Guid. Pap. dec. 473. num. 4. Bald.
in l. fi. in 2. colum. verſic. Item fallit. C.
in quib. cauſ. in in integr. reſt non eſt ne-
ceſs. & in l. fi. in princ. C. de iur. delib.
Innoc. in cap. fi. vbi glo. in verbo ad ap-
45 pellationem, de in integrum reſt. Adeo
quod, interim præfata reſtitutione pen-
dente, a creditoribus moleſtari non va-
leat, Bald. in l. ait prętor, in princip. ff.
de minor. per reg. l. 1. C. de reſtitut. in in
tegrum poſt. Et in terminis Sforza Odd.
in tract. de reſtit. in integrum parte ſe-
cunda, quæſt. 89. articulo 7. num. 54.
ibi num. 55. Ampliat, id procedere pari-
riter in caſu in quo poſſit dolus præſumi
contra minorem, propter nimis tarde-
petitam in integrum reſtitutionem, Be-
ro. conſil. 69. num. 69. volum. 1. Rolan. à
Val. conſil. 10. num. 6. volumine 4. deciſ.
46 Pedem. 55. num. 18. par. 3. Quamuis con
trarium aſſerat Suarez, in lib. com. opin.
in verbo minores, num. 174. Et illam de
negandam, niſi probato hæreditatem,
de qua agitur fore damnoſam, in eo af-
firmant, deciſ. Guido Pap. 141. Natt. con
ſilio 214. num. 9. volum. 2. Alexander
conſil. 21. num. 6. volum. 1. Franc. Marc.
deciſ. Delfin. 49. num. 4. parte prima-,
Minſing. 4. cent. Obſ. num. 6. Rolan. in
tract. de inuent. par. 2. q. 5. artic. 1. verſ.
Sed non quod, Ioan. Maur. in tract. de
reſtitut. in integrum, cap. 120. & 130. nu-
47 mero primo. Sed aduerſus aditam here-
ditatem, vt poſtea illam tamquam dam-
noſam repudiare valeat, pariter mino-
ri reſtitutio datur, l. 1. vbi Bal. C. ſi ſe ab
her. abſtin. l. impuberibus. vbi gl. unic. &
Doct. ff. de acquiren. hered. Bart. & glo.
in l. ait prætor, §. reſtitutus, ff. de minor,
l. neceſſarijs, ubi Bart. in princip. ff. de-
48 acquir. hæred. Ac ſimiliter, ut illam adi-
re quæat ex capite ignorantiæ, puta-,
quia abſens neſciuit teſtamentum, Ale-
xan. conſil. 20. num. 30. volum. 1. & con-
ſil. 163. num. 3. uolum. 2. & conſil. 86.
num. 2. uolum. 3. Bart. in l. panthomius,
ubi Imol. & Caſtr. ff. de acquir. hered.
Quod procedere declara, dummodo non
adſit præſcriptio quadraginta annorum,
quia tunc non datur, Alexand. in dicto
conſil. 163. numero ſeptimo, & conſilio
49 151. in fin. uolum. 2. Sed quando ad he-
reditatem repudiandam cum beneficio
legis, & inuentarij conceditur reſtitutio,
debet re integra concedi, uidelicet quan
do bona hereditaria non ſint diſtracta, l.
quod ſi minor. §. ſceuola, ff. de min. Quia
ſi adeſt diſtractus, incaſſum reſtitutio pe-
titur, & idē ſi ſe hæreditati immiſcuerit,
quia ex illo actu iam alijs ius eſt quęſitū,
quod hæreditarijs bonis non ſufficien-
tibus heres de ſuo adita ſimpliciter here
50 ditate, teneatur creditoribus, Confectio
nempè inuentarij hęreditatem iacentem
præſumere facit, Rol. à Val. conſ. 63. nu.
55. & ſequen. volumine quarto. Vnde-
omnia iura adeunti ſunt reſeruata, per-
inde ac. ſi non adijſſet, l. fi. §. in computa-
tione, vbi Bald. in prima oppoſ. C. de iur.
51 delib. Habet autem in ſe reſtitutio in in-
tegrum duos effectus, ſcilicet effectum
deciſiuum, qui conſiſtit in ſententia, &
effectum ſuſpenſiuum, & iſte conſiſtit
in ipſa in integrum reſtitutione intro-

ducta

ducta in iudicio, & ſuſpenſiuus effectus operatur pendente reſtitutione in integrum, prout in appellatione, vt nil noue-tur. Benint. deciſ. 85. num. 15. Bald. in l. fi. colum. 2. C. ſi ex falſ. inſtr. Eſt autem
52 res iudicata ſec. Modeſtiuum Iureconſultum noſtrum, in l. 1. ff. de re iud. illa, quæ per abſolutionem, vel condemnationem liti finem imponit, vt per Veſtr. in ſua prax. libro octauo, cap. vltimo, numero primo, ex actione iudicati, ſeu in factum, quæ ex hac re iudicata deſcendit, & oritur, vt litigatores in iudicio, quaſi contraxiſſe videantur, adeo, quod is, cum quo lis fuit propter ſententiæ condemnationē, finita ex quaſi contractu conueniri poſſit, igitur lex, vt liti finis aliquando fit, vnius validę, ſeu validarum ſententiarum, quæ rem iudicatam conſtituunt, executionem dare ſtatuit, nam ideo valida ſententia, vel ſententiæ eſſe debent, quia ſi nulla ſit ei ſententię nomen, nec competit, nec executionis priuilegium, præcipuè ſi a parte opponatur, vt plenius in commiſ. ſanat. nullit. dico, & dixit Specul. de exeq. ſent. §. nunc dicen-
53 dum, numero quinto. Sed quia in cauſis commiſſarijs in Rom. Cur. lata ſententia iuriſdictio expirat, ex eo etiam, quia commiſſa cauſæ deciſione, non eſt executio demandata, de quo vide Bertach. in verbo cognitio, numero decimo
54 verſ. 5. cum adduct. Ob id expeditur commiſſio vulgariter executorialis nuncupata, quę vt dixit Put. deciſ. 376. num. 8. parte prima, fit ad cautelam in præfata curia, vbi iudici a quo, ſeu alteri demandari petitur, quod conſtito de re iudicata exequatur ſuam, vel aliorum ſententiam, & ideo ponitur clauſula conſtito de re iudicata, ne vltra alias rationes cogatur ſupplicans ad obſeruationem quatuor terminorum, vt facere debet narrata re iudicata, ob non proſequutionem appellationis infra debitum tempus, & additur alia clauſula, vel quod alias exequutioni locus ſit, ac mandatum, ſeu mandata opportuna, & neceſſaria præmiſſorum occaſione, ſub ſuo paruo ſigillo regula contraria, non obſtante, decernat, & relaxet, expenſas ve taxet, & moderetur, &c.
55 Et ſtilus iſte vocatur Papalis, de quo meminit Rota deciſione ſecunda, verſic. Et habet, de appellat. in antiq. ſuffulta auctoritate text. in cap. plerumque, de reſcript. & in l. fin. C. de temp. appel-
56 lat. Et ideo ponitur clauſula, vel quod alias exequutioni locus ſit, quia vigore ſtatuti Vrbis, de quo libro primo, cap. 178. Duæ ſententiæ conformes (vt dixi) faciunt rem iudicatam. Sed quia ex alio capite, priuilegio, ſeu diſpoſitione, exequutioni locus eſſe poteſt; ideo ponuntur ibi præfata verba, tuncque locus ſtatuto erit, quando litigantes illi ſubſunt, & in omnibus tribunalibus. Pariſ. conſilio 109. numero ſeptimo, volumine quarto, & ob id ſtatutum Vrbis, quod duæ ſententiæ habeant vim trium, & rem iudicatam conſtituant, pariter in præfata Clementina vt calumnijs comprehenditur, vt ibi Pariſius numero decimo quinto, fit autem iſta commiſſio exequutorialis in Romana Curia, fit ad cautelam, Put. deciſione 376. numero octauo, parte prima. Couar. vbi
57 ſupra. Sed an, & quando ille, qui ſententiam exequi petit, acta producere teneatur, & ſeutentiam, latè recenſet, Bald. in cap. in præſentia num. 2. verſ. Quarto numquid, de renunc.
58 Namque iſta ex diſpoſitione capituli ſignificaſti, & in cap. litteris, de offic. delegat. Superflua videtur, quia ibi Summus Pontifex delegatum ſuam exequi poſſe ſententiam, ſeu iudici ordinario eius exequutionem remittere poſſe, dicit, qua exequuta, cum ſuo munere functus dicatur, videtur vana, & inanis, ac ea opus non eſſe, Immo, quod infra annum iudex delegatus Papæ ſuam ſententiam exequi poſſit, dicit Specul. in §. nunc dicendum, numero tertio, de exeq. ſent. & regula, quod ſuam ſententiam iudex delegatus exequi non valeat, militat de iure ciuili, ſecus autem de iure Canonico, vt ex ſupra relatis apparet. Sed habemus, quod ſi aliquid reperitur de iure Ciuili dubium, quando de iure
59 Canonico deciſum ſit, ſtatur deciſioni iuris Canonici, etiam ſi ſimus in terris Imperij, capitulo per venerabilem, §. medium qui fil. ſint legit. Vnde Paulus Apoſtolus ad Coloſſ. capitulo 6. dicit; Neſcitis quoniam Angelos iudicabitis,

quãto magis, & ſæcularia? Idemq. ha-
betur in cap. 1. de noui. oper. nunc. &
per canon. in cap. Rainucius de teſtam.
Alex. in l. a diuo Pio, num. 3. de re iud. &c.
vnde ſi ius canonicum ita ſeruat, ſuper-
flua erit talis commiſſio, maximè in dele
gatis à Principe, vt dixi etiam a Summo
60 Pontifice, & ita tenuit Marant. de ordin.
iud. parte quarta, diſtinct. 5. num. 45. &
par. 6. §. Tertius, & vltimus actus nume-
ro quarto. Sed pro huius quæſtionis re-
ſolutione, nec dicendum, nec præſumen-
dum venit, quod Romanæ Cur. Praxis,
in eis compilandis, expediendis, ac vten
dis tamdiu vſu ſit recepta, ac abſque iu
ris, & rationis adminiculo id fecerit.
Quod primum pateat, quia paſſim
tenorem commiſſionum ſuper cauſarum
deciſione, ſi in eis dicimus audiendas,
decidendas, cognoſcendas, fineque de-
bito terminandas committere, & man-
dare, vnde ex facultate, attributa, illis ſic
per ſententiam deciſis, vel expeditis, ſuo
delegatus eſt munere fũctus, adeo quod
in cauſa ſe amplius intromittere, nequit,
ſtante, q̃ cauſę cognitio demãdata ſibi iã
expirauerit, vnde caret iuriſdictione, niſi
denuo vigore noſtræ commiſſionis de-
tur, ad executionem procedere non po-
terit, quia ex defectu iuriſdictionis om-
nia nulla forent, & de facili pars ita exe-
quutionem obtinens, in expenſis iniu-
rioſe tamen quando victoriam reporta-
uit, veniret condemnanda. Vnde nimi-
rum ſi per noſtram commiſſionem exe-
cutorialem dictam denuo iuriſdictio ex-
citatur, iura etenim, & rationes in con-
trarium ſupra allegata vera ſunt; Sed
pro concordia dicendum venit, quod
talis cõmiſſio in Curia Romana, non
ſit dicenda ſuperflua, immo neceſſarijſſi-
ma, & vrgentiſſima, quia propter Papæ
præſentiam in ea non datur ordinariæ,
ſed aut ex generali delegatione ipſius
Pontificis, vti in iudicibus ordinarijs vi-
demus, aut vt in facto noſtro ſpeciali
commiſſione in ea iudicatur, Archid. in
61 c. experientiæ 11. q. 1. Et ratio eſt, quia
iuriſdictio prouenit ratione territorij, ob
id merito in ſua iuriſdictione ordinariè
Epiſcopi in delinquentes animaduertere
poſſunt, capitulo cum contingat de fo-
ro cõp. c. placuit, 6. q. 3. c. de raptor. At
in facto noſtro, cum iſte iudex delegatus
ſit, non habet territorium, Gomeſ. in
compen. vtr. Signat. verſ. præſentiam
Papæ, &c.

Quamuis ſecun. Bald. in cap. 1. colum.
5. verſ. nota quod, de offic. deleg. Non
habet territorium, niſi circumſcriptum,
quia caret poteſtate terrendo delinquen
tes. l. fin. ff. vbi, & apud quos, & ordi-
naria iuriſdictio territorio cohæret, tan-
quam proprio ſubiecto. Quare ſubdit
ibidem Bald. in cap. de cauſa, colum. 4.
verſ. nota quod differentia, eodem titu-
lo. Quod iudex ordinarius præeſt vniuer
ſitati, & territorio, & vbi delinquens fo-
rum ſortitur, neque poteſt declinare ſe-
cus in Delegato, qui non præeſt iuriſdi-
ctioni, neque in territorio, cum propriè
quid habeat, & quamuis territorio ca-
reat, Tamen eius iuriſdictio territorio
62 arctatur vt ibi Bald. Igitur iure medio,
lata ſententia, iuriſdictio ad Papam con-
cedentem deuoluitur, & in conſequens
noſtra commiſſio in qua exequutio de-
mandatur finaliter neceſſaria eſt cenſen-
da, vt bene Felin. in cap. ſi quis contra,
63 numero quinto, de foro competen. Hinc
videmus quod quando Vrbis Guberna-
tor, Auditor Cameræ, vel Tribunal Il-
luſtriſſimi Vicarij, cauſas cognoſcunt,
quia illis data fuit ordinaria iuriſdictio,
non indigent poſtea commiſſione execu
toriali in cauſis ordinarijs, vt ſcriptum
reliquit. Quintil. Mandoſ. magnus pra-
cticus, & Aduocatus in Rom. Cur. qui
multa ædidit in tractat. commiſſ. in com-
miſſione exequutoriali, verſic. cauſa-
rum Auditoris, & ſic concludo, & iuri-
bus, & rationibus ſupra narratis ita in
Romana Curia ſeruari, & iura pro con-
traria parte adducta locum habere extra
64 Romanam Curiam, quia ibi non adeſt
præſentia Papæ. Ob id vſque ad debitum
finem cauſam perducere delegati poſ-
ſunt, vel exequendo, vel iudicibus ordi-
narijs exequutionem demandando. Ad
quod etiam conſidero, quod tales com-
miſſiones exequutoriales in Romana
Curia facile expediuntur, ſecus extra
Curiam, ideo ex diuerſitate cauſæ, mu-
tatur etiam ſtilus, Staphil. de aduocato,
§. non eſt videndum numero ſecundo
cum adduct.

Et

Et de delegato an ſuam poſſit exequi ſententiã, multa tradit Fel. in caſi quis cõtra n. 5. de foro comp. vbi in fine Delegatũ Principis exequi non poſſe teſtatur de iure ciuili; ſicque in praxi ſeruari aſſerit, & in hoc caſu Rotæ Auditor concurrit, cum quolibet exequutore. Caſ. de Graſ. deciſ. 14. de præben. Qui non ſolum ex diſpoſitione Clem. Auditor de reſcrip. poteſt Beneficia conferre, ſed purificare, quod purificatum non fuit, & neceſſariũ antecedons ad collationem. Bellam. dec. 57. Quamuis in litteris particularis datus ſit exequutor. Nam in hoc caſu procedit præfata Clementina, cum nil referat, ex quo ad Papam collatio pertinet, per quem prouiſio fiat. Glo. fin. in fin. in præfata Clem. Vnde Bonif. ibi dicit, quod facultas exequutoris ſtante lite, eſt totaliter in Rotæ Auditorem tranſlata. Et alias ita iudicatum fuiſſe teſtatur Gomeſ. in Reg. Cancell. de Trien. poſſ. q. 83. num. 11. Ac præfata vera fore, quatenus priuatiuæ exequutori facultas data non ſit, ea ratione, quia iuriſdictio numquã priuatiue, ſed cumulatiue data cenſetur. Felinus in capitulo Paſtoralis, colum. prima, & ſecunda de offic. delegati Et hoc forte ſi in modo examinandi certa particularis forma data foret, & forma iuris communis alterata, nam difficultate res tunc non careret, per conſil. Rom. 397. Pariter ſi in gratia diſpoſitiue mentio litis facta foret, quia ſi illa expreſſa, Papa examen nihilominus ordinario committeret, maior in hoc reſideret difficultas; vt Rota cenſuit in vna Legionenſis Canonicatus 25. Octobris 1574. coram Domino Aldobrandino, poſtea Clemente Octauo fel. rec. Clementina vero præfata, locum ſibi vendicat, quando eſt quæſtio an agenti beneficium ſit debitum, ſed non quando agitur ad quem ius patronatus ſpectet, vel ius conferendi, & quod habet locum Clementina, quando pronunciatur beneficium eſſe debitum ex iure quæſito à Papa, vel eius Legato. Secus ſi pronuncietur debitum ex iure ab alio quæſitum, Imol. in capitulo ſuper eo, numero octauo, & numero duodecimo de offic. delegat. Iterum Clementina Auditor locum non habere ſcias, quando

Vide hîc dec. in fi. c nu. 6.

Rotæ Auditor ſit extra Romanam Curiam, vt latè Decius in capitulo ſuper eo, num. 11. cum adduct. de offic. delegat.

65 Hinc videmus alias regulam per Ro-
tam fuiſſe firmatam, quod licet annum
ad ſuam ſententiam exequendam dele-
gatus habeat de iure, capitulo quærẽn-
ti, de offic. delegat. tamen Auditor Ro-
tæ ſuam ſententiam exequi minime pote-
rat, niſi ex Illuſtriſsimi, & Reuerendiſ-
ſimi Domini Cardinalis Cancellarij, ſeu
Camerarij ordine prouideatur, vt col-
ligitur ex deciſione 39. de ſentent. & re
iudic. in antiq. & idem dixit Caſſadora
in deciſione 13. num. 4. de reſcript. &
in deciſ. 3. de dolo & contum. Licet ho-
die Domini Rotæ Auditores habeant
ampliores facultates ex Bulla Innocen-
tiana, ad hoc, ne tam ampla regeſta
fiant, prouidendo litigantium indemni-
66 tati, quod non proſequor. Sed quando
iudex ordinarius, cui delegatus ſuæ ſen-
tentiæ exequutionem rogauerit, vel com
miſerit, obedire, vel exequi recuſat,
tunc hoc probato idem delegatus ad il-
lius exequutionem procedere poterit,
vt habetur in capitulo ſignificaſti, de
offic. delegat. Bar. in l. à Diuo Pio, nu.
2. de re iudicat. Guido Pap. deciſ. 60.
67 Nec ſupradictis contrariare videtur
Clem. Auditor de reſcript. quia loquitur
in diuerſis terminis: Nam ibi Auditor
duarum perſonarum vice fungitur, vi-
delicet iudicis officio in ſententiando, &
exequutoris in conferendo, vnde per ta-
lem collationem iniuria, vel præiudi-
cium nemini affertur, quia ſi ad Papam
pertinet talis collatio, nihil refert (vt di-
xit inibi glo. in verbo circuitus, & in
verbo prouidere. An per Auditorem
68 ſeu exequutorem conferantur. Vnum
in hoc ſcias, quod ſi iudex, à quo appel-
lationi detulit, non poteſt amplius, tunc
ſententiam ſuam latam exequi, ſed iu-
dex ad quem cauſæ appellationis cogni-
tio demandatur, quia ex illo actu dela-
tionis appellationis, à ſe iuriſdictionem
omnimodè abdicauit, adeo quod am-
plius in cauſa ſe ingerere nequit, Rol.
à Vall. late conſil. ſeptuageſimoſeptimo,
69 num. 2. volum. 2. Sed maximum funda-
mentum faciunt procuratores in diligen

tiã hanc commiſſionem executorialem
impetrando, quam impetratam, licet in
actis producant, parum, aut nihil pro-
deſt, quando poſt, vel ante reperitur ex-
pedita commiſſio noſtra reſtitutionis in
70 integrum. Si non in totum conſumata,
ſaltem cœpta dicitur exequutio iuris,
& quando conſumata, ſeu cœpta, tunc
dicitur exequutio facti, vnde illo caſu nõ
retractatur facta, nec cœpta impeditur
poſt per superuenientem commiſsionem
reſtitutionis in integrum, & quatenus
obtineatur poſt præmiſſa commiſſio, at
exequutio impediatur, ſtatim reforma-
tur, quod commiſſio reſtitutionis in in-
71 tegrum ſtet perinde, ac ſi ſignata
fuiſſet cum clauſula parito iudicato, vel
ſine retardatione vlterioris executionis,
aut ſine præiudicio vlterioris legitimæ
exequutionis, ſecundum facti contin-
gentiam, quæ clauſula legitimè additur
per Signaturam, ſi aliquid releuans op-
ponit veniens contra exequutionem.
72 Sed quando ſolum adeſt exequutio iu-
ris, & ſic commiſſio exequutorialis præ-
ſentata, tunc per commiſſionem reſtitu-
tionis in integrum retardatur eius effe-
ctus, donec videatur, an veniat conce-
denda, vel deneganda, ob id bene præ-
miſſæ cœptæ exequutiones iuris, & fa-
cti vocantur, alias in exequutione iuris
ſequeretur abſurdum, quod contra regu
las re integra, nullum effectum apporta-
ret reſtitutio, vt per dec. Benint. 85. nu.
15. Et ſi illa cœpta, vel conſumata ex ta-
li commiſsione reſtitutionis in integrũ,
quis reportaret commodum, aliud ori-
retur iure reſiſtente, quod ex ſui mora,
vel negligentia vtile quis ſentiret, vnde
dum Domini procuratores, eam expedi-
re commiſsionem curant, in vno ſatisfa-
ciunt, quia diligentes apparent, & vtili-
tatem ex ea reportare poterunt, ſi cauſa
reſtitutionis in integrum (vt dixi) non
committatur reperta, ſeu expedita
commiſſione, reſtitutionis in integrum,
Quamuis iſta exequutorialis modo ta-
men, & forma prænarratis in actis pro-
ducta fuerint, nil obeſſe valebit ad reſi-
ſtendum cauſę reſtitutionis in integrum,
vt dixi, ob id non eſt faciendum funda-
mentum, quando ad cauſæ reſtitutionis
commiſſionem impediẽdam allegant in
actis commiſſionem exequutorialem fo-
re præſentatam, & quod præfata com-
miſſio exequutorialis reſtitutionem in
integrum impedire nequeat, de commu-
ni, Rip. in l. 4. §. condemnatum, num. 31.
& in fi. verſic. Aliquando petitur reſti-
tutio, ff. de re iudic. Rota diuerſ. deciſ.
346. num. 6. parte prima, vbi plures ci-
tantur Deciſiones Put. Cott. & Verall.
Put. deciſ. 285. lib. 2. Alexand. conſil. 62.
colum. 2. verſic. Nam præſupponitur,
& conſil. 223. colum. fin. verſ. quia ita,
vol. 6. Caſtr. in Auth. quæ ſupplicatio,
num. 3. verſic. vel dum melius, C. de
prec. imper. offer. Socin. conſil. 68. num.
4. circa fi. volum. 3. Cotta, deciſ. 161. &
deciſ. 178. Caſ. de Graſ. deciſ. 21. de re-
ſtit. in integrum, & latè Lancell. de atten
tat. reſtit. pend. cap. 18. num. 13. 116. &
118. & maximè quando commiſſio, pro
ut de iure ſignata fuit, exequutionem im
pedire non poteſt, cum iudicato de iure
in primis, & ante omnia parendum ſit,
Verall. deciſ. 248. incip. licet ſecundum,
Staphil. lib. 1. & 155. eodem libro, & ita
coram Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo
Domino Cardinali Blanchetto, tenuit — Vide hãc deciſionẽ in fi. cap. num. 7.
Rota in vna Arianenſis tertiæ partis, die
73 Lunæ 5. Iulij 1574. Immo, quod plus
eſt, aduerſus rem iudicatam non ſolet
dari gratioſa reſtitutio, Bald. in l. 1. nu.
11. C. ne lic. ter. prou. Alexand. in d. l. 4.
§. condemnatum, num. 26. ff. de re iudic.
Couar. pract. quæſt. cap. 25. num. 71.
Minſing. ſing. obſeru. centur. 3. deciſ. 84.
Etiam ſi conſtaret de bono iure, Rota de
ciſ. 286. num. 6. parte tertia diuerſ. Et de
hac commiſsione gratioſa in integ. reſt.
vide Caſſad. deciſ. 2. num. 1. de procur.
Quamuis præuia commiſſione aſſigna-
tionis termini ad docendũ de cauſis pro
pter quas veniat reſtituendus ille, qui cõ
miſsionem impetrauit prædictam, nihil
quod releuet termino lapſo docto, con-
ſtito de re iudicata exequatur hoc facto
conſultum ſit.
74 Commiſsio autem exequutorialis præ
fata, non tollit iudicium attentatorum,
neque illud impedit, cum priuilegiatum
ſit, Quia in primis, & ante omnia ſunt re
uocanda, & procedendum in attentantis
odium, eoque magis cum alteri parti ſit
ius quæſitum, quod tollere Papa non in-

M

ten-

tendit, vt per Verall. deciſ. 14. parte 1.
75 Quando exequutorialis non eſt in actis,
ordinariè quatuor termini ſubſtantia-
les ſeruantur, videlicet ad docendum
de appellatione, & eius legitima proſe-
quutione, primo pro prima, ſecundo pro
ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro
quarta, vt per Veſtr. in ſua prax. lib. 8.
cap. vlt. num. 8. deciſ. 35. de ſent. & re
iud. in antiq. Sed ne nimis in longum
cauſa iam per rem iudicatam finita tra-
hatur, vt etiam appellandi anxia tolli
poſſit, à pronuncia ſuper deſertione, vel
ſuper re iudicata, quæ de iure denegari
non deberet, vti Veſtr. loco citato, cap.
76 10. num. 5. in fin. verſic. Solent, Conſue-
uit poni in dicta commiſſione exequuto-
riali clauſula, vt præfixo aliquo breui, &
peremptorio termino, loco dictorum ter
minorum ſubſtantialium, eidem Aduer-
ſario ad docendum de appellatione, vel
eius legitima exequutione quia lapſo, &
nihil, quod releuet docto, vel ad docen-
dum de cauſis, propter quas veniat re-
ſtituendus in integrum, conſtito de re
iudicata, vel quod alias executioni lo-
cus ſit, ad exequutionem procedat; de
qua clauſula præfixo aliquo breui, & pe-
remptorio termino ad docendum, de ap-
pell. vide latè, Bar. in l. 1. num. 9. ff. nil.
77 nou. appel. pend. Sed quis terminorum
ſubſtantialium ſeruationem introduxe-
rit, & de illis, vide deciſ. 2. de reſcript.
in nou. Et quales ſint alij termini ſubſtã-
tiales, quorum omiſſio vitiet proceſſum,
78 vide Bellam. deciſ. 17. Talis autem clau-
ſula, vel quod alias exequutioni locus ſit
dat iudici facultatem ſententiam exequẽ
di, ſi veniat relaxanda exequutio, vti in
ſimili de alia clauſula expenſas taxet, &
moderetur, Vbi neceſſario omnes, & ſin
gulas expenſas verba ſunt apponenda,
79 Quia ſi abſque illis verbis ſimpliciter ta-
xandi expenſas facultas tribuatur, intel-
ligitur ſolum de coram ipſo factis; quan-
do vero ſunt appoſita illa verba, omnes,
& ſingulas, comprehendit omnes expen
ſas in tota cauſa, coram quocumque iu-
dice paſſas, vt latius ſupra tetigi in com-
miſs. appell. loquendo de expenſarum
taxatione, pro quo vide quæ recenſuit
Veſtr. in ſua prax. lib. 8. num. 10. cum
80 adduct. Et quando de expenſis taxandis
loquebar, intellige de factis, non autem
de faciendis, vt latè dixit Mandoſ. in
tract. commiſſ. in commiſſ. exequutor.
in verbo factas, quamuis etiam compre-
hendantur (vt ſubdit ibi) expenſę facien-
dæ in ipſamet taxatione coram eodem
iudice, nam licet futuræ illę dicantur,
quia ſunt de eodem actu contiguo, & in-
ſtantia connexę, eędem eſſe apparent.
81 Expenſę tamen pro procuratore, & Ad-
uocato in taxatione de ſtilo Curiæ non
ponuntur, vti ibi per eum, quem videas,
ſed arbitrio iudicis taxantis ſunt repoſi-
tæ. Seruatis autem terminis ſubſtantia-
libus, vel loco illorum alio Breui, & pe-
remptorio, qui eſt ordinariè ad ſecundã,
vel alias iudicis arbitrio, iuxta formam
commiſsionis, ſi extra ſtatum Eccleſia-
82 ſticum, litteræ relaxatæ diriguntur. Pri-
mum Principis nomen, & tituli, vbi ve-
niunt exequendæ; deinde aliorum iudi-
cum, & iuſtitiæ miniſtrorum apponun-
tur, pręcipiendo inferioribus miniſtris
poſt benigna ſolita verba, etiam ſub ex-
communicationis pœna; ſed quando cõ-
tra inferiorem (vt dixi) fulminãtur, Tol-
83 litur perſona Regum, & cæterorum Prin
cipum, & loco illius alia ſubnectũtur ver
ba, puta in Domino exhortamur; & ratio
eſt, quia contra tales ſupremos, non
dantur per Cancellariam litteræ conten-
tioſæ, quamuis talis delegari, ac iudices
Papæ, & potius exhortatio Papę met, in
mandatis Apoſtolicis appoſita, exhor-
tationis, ſiue conſilij loco ſuccedant,
ſicque neceſſario parendum veniat, vt di
xit Staphil. de lit. iuſt. cap. petenti com-
mitti, num. 8. Soccin. conſil. 260. num.
84 26. volum. 2. Qui in materia poſſeſſorij
non dari reſtitutionem in integrum aſſe-
rit, rationibus ibi per eum adductis, quẽ
vide Caſ. de Graſſ. deciſ. 16. num. 14. de
prob. Sed Domini de Rota concedi vo-
luerunt, quando appareret ex aliquibus
ſignis, ꝙ circa poſſeſſoriũ inferretur enor
miſſima læſio, & damnum, Achil. deciſ. 5
de reſtit. in integrum. Et ad id faciunt
add. per Rip. in cap. ſæpè, colum. 1. de re
ſtitut. ſpoliat. & Franc. de Curt. in l. ad-
monendi, num. 203. ff. de iur. iur. Immo
quod etiã maioribus in ſententia lata in
poſſeſſorio, detur reſtitutio, voluit deciſ.
Caſ. de Graſ. 2. de reſtit. in integ. Licet
in

Digitized by Google

in minori non habeat difficultatem, dato, quod in poſſeſſorio adſit res iudicata gloſ. & doct. in l. vnic. C. ſi de mom. poſ. Menoch. de adipiſc. poſ. rem. 4. nu. 81. Odd. de reſt. in integ. parte ſecunda, q. 68. art. 6. per totum. Loquendo in minore, & ideo dari ex damno, quod circa fructus patitur, dum diſcutitur ſuper proprietate, & minor ex ſua fragilitate læſus apparet. Quod etiam procedere in maiore ibi num. 49. aſſerit, qui iuſta cauſa reſtituitur ad poſſeſſionem ob eius abſentiam ammiſſam; vt etiam ſi aliud adeſſet legitimum impedimentum. Quod tamen limitat multis modis, à numero quinquageſimo ad fin. ibi relatis.

85 Incolatus licet non contrahatur, niſi per decennium, tamen in Vrbe Roma fallit; nam eo ipſo, quod quis habitat, & conſtituit domicilium, aut ſedem, dicitur incola, & Ciuium Romanorum priuilegijs gaudet, ſec. Io. de Plat. in l. vnic. C. de priuileg. corp. Vrb. lib. 11. Luc. Pet. in ſua prax. tit. qui. for. ſubd. num. 4. glo. in

86 l. Ciues in verbo collectiones iuxta, C. de in col. lib. 10. Ea ratione, quia Roma cōmunis eſt Patria, quilibet de Imperio Romano in ea dicitur, l. Roma, vbi Bar. ff. ad munic. Dec. in cap. meminimus, n. 19. de app. Bar. videndus, in d. l. Ciues, num. 9. l. in Vrbe Roma, ff. de ſtat. hom. Alc. in diſput. cap. 21. Ac præſumptio eſt, vt quis de illa Ciuitate, in qua inhabitat ſit, Bar. in l. is poſtquam, num. 15. ff. de acquir. hæred. Gram. deciſio 61. nu. 21. Biſign. deciſ. 19. num. 3. de appellat. Ideo conciues, vti fratres extra eorum patriam ſe diligere ſolent, Hoſt. in cap. accedens il ſecondo 1. col. verſic. Quin immo, & ibi Abb. num. 7. Fel. num. 1. vt lit. pend. Marant. de iud. par. 6. vlt. actu in verbo, & quandoque apppellatur, nu. 39. Domicilium autem conſtituere inco-

87 latum dicitur, & domicilium contrahitur in dubio per aſſiduam in loco habitationem, & quando duxit vxorem in loco quam alio nunquam tranſtulit, ibi dicitur continuo habitare. Rota deciſione 105. num. 1. & ſequen. Diuerſ. parte 2. Probatio ætatis per teſtes fieri poteſt Bart. in l. de ætate, ff. de minor. Grat. conſil. 42. numero quarto, volu. 1. Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 37. num. 3. & 11.

ac ſi uis ſcire quomodo Forenſis ſtatutis Ciuitatis, ubi reperitur ligetur, uideas deciſ. Illuſtriſſimi Card. Scipionis Lancellotti, Illuſtriſs. Card. Horatij Lancellotti hodie uiuentis, qui ambo Auditores Rotæ fuere, in illa Ianuenſis, ſiue Romana pecuniaria 20. Iunij 1580. ac aliam deciſionem Illuſtriſſimi Mellini in una Romana Cambiorum Ven. 4. Decēb. 1592.

Vide hāc deciſionē in fi. cap. num. 8.

Vide hāc dec. in fi. cap. nu. 9.

88 Incolarum appellatione, veniunt etiam diſtrictuales, Rebuf. in l. pupillus, §. incola in princ. ff. de verb. ſignif. Abb. conſil. 52. numero ſexto, libro ſecundo. Quia diſtrictus eſt propriè dominium, vel

89 territoriū accedens Ciuitati, in ſubiectione, vltra fines, ſimul cum Ciuitate ſtatutos, intra quos, quicquid eſt, vocatur territorium, l. pupillus, §. territorium, ff. de verborum ſignificatione, Vnde bene diſtrictus vrbis dicitur infra quadraginta miliaria circumcirca. Rota coram Illuſtriſs. Pamphilio in una Balneoregienſis bonorum 30. Octobris 1589.

Vide hāc dec. in fi. c. nu. 10.

90 Territorium dictū a iure terrendi, quod magiſtratus habet, Aret. conſil. 77. num.

91 1. & ſequen. Reſtitutio in ſpolio, ſeu ſpolij purgatio fit quatuor modis. Primo quo ad poſſeſſionem. Secundo, quo ad expenſas. Tertio, quo ad fructus. Quarto, quo ad damna, & intereſſe, vt dixit Rota deciſione 626. num. 3. par. 3. di-

92 uerſ. Sententia in cauſa reſtitutionis in integrum lata poſt quatuor annos abſq. iuriſdictione dicitur, Clem. unica in uerbo fieri, de reſtit. in integrum, ubi gloſſ. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 13. de reſtitut. in

93 integrum. Reſtitutio in integrum, quæ fit ex uerbis ſententiæ, Titium fore reſtituendum, uerbalis eſt. Caſſador. deciſ. 3. num. 17. de cauſ. poſſ. & propr. At in

94 beneficialibus reſtitutio in integrum nō datur ſine titulo colorato, ne detur uitioſus ingreſſus, deciſ. Caſſad. prima, num. 1. 4. & 7. de reſtitutione ſpoliatorum.

95 Sententiam ſuper electione in rem iudicatam non tranſire, tenuit Innocent. in c. olim, nu. 5. de dol. & contum. Reſti-

96 tutio in integrum non datur in interloquutoria, quia damnum non ex eis, ſed ex contumacia ſequitur, idem Innocen. in cap. coram Felicis, nu. 2. de reſt. in int.

97 Subrogatus non poteſt ad exequutionē procedere, niſi citata parte, Bald. in l.

Ordo,

Digitized by Google

Ordo, colum. fin. verſi. nota in hoc, C.
de exequ. rei iudic. Et quamuis Fulgoſ.
conſil. 183. contrarium teneat, ea ratione
ſuffultus, quia idem anteceſſor, & ſucceſ-
ſor ſunt. Tamen pro conciliandis dictis
opinionibus, Decius capiti ratione, in
21. de appellationibus, dicit quod Fulgo. ſen
tentia ſuccedit, quando ſucceſſor vidit
acta, ſiue proceſſum cauſæ. Secus vero
ſi non habuit notitiam. Quod fallit,
quando pro parte facta eſſet executio,
& commiſſio procederet de toto debito,
quia tunc citatione opus non eſſe, vt ibi
Decius, in multis alijs caſibus relatis,
per Alexand. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Quamuis ſubrogatus non ſemper naturam eius, in cuius
locum ſubrogatur ſapiat, quod contingit, quando reſpectu eius, de quo
agitur eadem non ſubeſt ratio, l. ſi eum,
§. qui iniuriam, ff. ſi quis caut. cap. eccleſia, ut lit. penden. Imol. in cap. ab excommunicato, num. 10. de reſcript. Sententia
lata ſuper tori ſeparatione, non tranſire
in iudicatum, dicit Felin. cap. lator, numero 4. & ſeq. de re iudic. quem videas.
Et quamuis non tranſeat in iudicatum,
(ut dixi) tamen id non procedit quo ad
expenſas, in quibus ſuccumbens condẽnatus fuit. Felin. in cap. lator, num. 10.
de re iudic. ubi num. 11. tractat an ſententia lata ſuper matrimonio ſpirituali,
in iudicatum tranſeat, & multa ad hunc
99 propoſitum cumulat. Sed an ab huiuſ-
modi ſententijs, quæ in iudicatum non
tranſeunt, prouocandum ſit. Puta ſuper
Thori ſeparatione, cauſa matrimoniali,
peritorum relatione, conſilio ſapientis,
& ſimilibus. Et infra decem dies prouocandum fore, dixit Benint. deciſ. 93. per
100 tot. Quando in commiſſione reſtitutio-
nis in integrum aderit clauſula quam, &
quas inſerta, illius vigore ptont in prima
procedi poterit, Rota coram Illuſtriſſimo Pamphilio in una Toletana Decimarum 19. Februarij 1593. Sed an in reſtitutione in integrum aduerſus ommiſſas
probationes requiratur læſionis probatio, & negatiue dicendum eſt. Nam
eo ipſo, quod conſtat de ommiſſa probatione, læſio detegitur. Secus uero ſi edere inſtrumenta ommiſerit, nam tunc,
quod illa ad cauſam faciant probare, ne-

Vide hãc dec. in fi. c nu. 11.

ceſſe erit. Idque patere poterit ex eadem
inſtrumenti lectura, ex qua ſtatim læſio
apparebit. Imol. in cap. auditis, num.
101 9. de reſtit. in integrum. Sed quicquid
ſit de iure non dantur in praxi tales com
miſſiones, niſi parte de cuius intereſſe
agitur, & cui ius quæſitum eſt citata,
102 Et an Eccleſia, vel minor atteſtationi-
bus publicatis ad teſtes producendos re-
ſtituatur, Ibidem Imol. tradit num. 16.
103 & 17. Sed pariter an requiratur partis
citatio quando relaxatur mandatum exe
quutiuum, & ſequeſtrum vigore ſententiæ? Ad tradita per Gabr. lib. commun.
opin. Tit. de citat. concl. 1. num. 24. &
ſequen. Et requiri Rota dixit in vna Romana S. Thomæ, coram Domino Cocci
no 10. Decembris 1603. cum ſatis conueniens videatur, quod alia pars ſuas deducere poſſit defenſiones, quas ſibi competere de facili poſſent, dictam impediendo exequutionem. Hancque ſententiam
multoties Rota ſequuta fuit, coram Illuſtriſſimo Blanchetto in cauſa Taurinenſis Cappellæ 24. Februarij 1576. Et in
vna Barchinonenſis bonorum coram Illuſtriſſimo Seraphino 16. Februarij 1582
quæ eſt deciſ. 300. par. 2. diuerſ. Quare
ſi abſque alia citatione iudex procedat,
& nulliter facit, & ſpoliat, vt in deciſ.
104 D. Coccini allegata. Poſitionibus reſponſurus, illis in tempore non reſponſo
preces in Signatura Sanctiſſimi deferri curauit, pro gratioſa in integrum reſtitutione ad illis reſpondẽdum ſupplex orando, Gratia interdum concedi ſolet, quando ex aliqua iuſta, vel rationabili cauſa
reſponſum non fuit. Addita tamen clauſula reſtrictiua conſtito de bono iure, nõ
uoque præfixo termino ad reſpondendũ
Præcipuè Eccleſiæ gratia concedetur, ne
ex Prælati contumacia cauſam perdat.
105 Pæna vero non reſpondentis eſt, vt pro
confeſſis poſitiones habeantur, quia confeſſione ſtante ſententia poſtea cõtra ſic
confeſſum ferri poteſt, habetur autem
pro confeſſo omnia in eis contenta, Sed
non ipſo iure pro confeſſo habetur, quia
requiritur iudicis interloquutio pronunciando illas pro confeſſis haberi ea ratione, cum ſit ficta ſententia, ob id iudicis interloquutio neceſſario requiritur, &
vbique ſic in praxi ſeruari dixit Bald. in
cap.

Vide hãc dec. in fi. c. nu. 12.

Vide hãc deciſionẽ in fi. cap. num. 13.

cap. cum in cauſa colum. prima de iura-
106 men. calum. Reſtitutio autem in inte-
grum, cum contra ius commune petatur,
non poteſt abſque mandato peti, ſecun.
Bald. in Rubr. de in integrum reſtitut. in
principio. Quod fallit in eadem cauſa,
in qua procurator ſuccubuit, vel iſi pe-
tatur ad minoris, ſeu Eccleſiæ fauorem,
vt late Innocentius in cap. ſciſcitata, nu.
1. de reſtitut. in integrum. Et an ſenten-
107 tia lata de peritorum conſilio poſt tem-
pus datum ad appellandum tranſeat in
rem iudicatam, & an peritioribus reper-
tis retractari poſſit, ſeu contra illam con-
cedi reſtitutio in integrum, omnia bene
vide ad partes diſputata, & tractata per
Dec. in cap. propoſuiſti, num. 16. cum ad-
108 duct. de probat. Exceptio rei iudicatæ,
ſententiæ, in qua non fuit probatum, vt
exceptionem maximè in beneficialibus
pariat, requirit, quod non ſit mutata
perſonarum condictio, & ideo ſententia,
ex quo non fuit probatum, non obſta-
bit illi, contra quem lata fuit in cauſa
beneficiali, ſi litem renouat contra ſuc-
ceſſorem in illo beneficio, de quo actum
fuit, quod memoriæ tenendum aſſerit,
Felin. in cap. aduerſario tuo, num. 4. verſ.
109 & eſt memor. de except. Præterea vi-
deamus an in reſtitutione in integrum,
ſemper ſententia neceſſaria ſit, & licet
regula ſit generalis, vt per DD. in l. 1. C.
ſi adu. lib. Tamen Rota id non obſeruat,
quando aliquid reſtituendum venit, nam
abſque alio procedit ad vlteriora, ac il-
lum pro reſtituto habet abſque alia ſen-
tentia, in negotio principali proceden-
do, Verall. deciſ. 256. & 261. par. 1. Sed
requiritur ſententia, quando incidenter
per modum exceptionis, ſiue replicatio-
nis exequutio petitur. Odd, vbi ſupra
parte prima, quæſtione 41. art. 6. nu. 17.
In beneficialibus autem reſtitutio in inte
grum non committitur, ſed gratioſe con
ceditur, addita tamen clauſula conſtito
de bono iure, ac multoties parito iudi-
cato, Veſtr. in ſua prax. lib. 8. cap. 3. nu.
9. Bellam. dec. 38. Quæ clauſula multa
importat.
110 Eſt enim conditionalis ſuſpendens iu-
riſdictionem, vſque quo pareatur; ſed
quando aderit clauſula parito iudicato
arbitrio Rotæ ſecus erit, quia intellige-
retur prout de iure Rota coram Domi- Vide hãc dec. in fi. cap. n. 14.
no Manzanedo in vna Anconitana bo-
norum, Veneris 22. Ianuarij 1607. At
ſi ſtante commiſſione cum dicta clauſula
parito, nec pareatur, indignus audientia
quis agens efficitur, Rota coram Illuſtriſ- Vide hãc dec. in fi. cap. n. 15.
ſimo Arrigonio in vna Toletana Parro-
chialis de Marrambros Veneris 4. Mar-
tij 1594. Vtque poſtea dixit coram
Domino Caualerio dat dicta clauſula
parito conditionalem iuriſdictionem,
quod non ſolum pareatur, ſed plene pa-
ritio probari debeat, vt in Deciſione co
ram eodem Domino Caualerio in vna Vide hãc dec. in fi. c. nu. 16.
Pampilonenſis de Oranzo Veneris 18.
Iunij 1610. Poſſeſſionis dimiſſionem,
fructuum reſtitutionem, ac expenſarum
refectionem, vt ibi Veſtr. Quod tamen
limita non procedere, quando vna ſen-
tentia per contradictas lata ſit, quia ſo-
lum in expenſarum refectione reus erit;
ſed ſi plures latæ fuerint ſententiæ per
contradictas ſecus erit. At quando pau-
pertatem orator allegaret, Signatura re-
111 ſcribere ſolet cum clauſula dimiſſa poſ-
ſeſſione, reſeruatis fructibus, & expenſis
in fine litis, addito ſæpe pariter pro ut
de iure vti ibi Veſtr. quem ſequitur Odd.
vbi ſupra parte prima, quæſt. 41. num. 7
112 & 25. Reſtitutionis autem in integrum
beneficium non cenſetur per verba quan
tumcumque generalia appoſita in lege,
vel reſcripto, ſublata, cum ſpecialiter
illa conceſſa ſit à iure, ob id verba gene
ralia, quod moleſtari, vel inquietari non
poſſit directe, vel indirecte à quauis per-
ſona, non tollitur ſpeciale reſtitutionis in
integrum priuilegium. Decij conſil. 143.
nu. 16. volum. 4. Nec per quemcumque
verba generaliſſima ſtatuti, ſublata cen-
ſetur, nec illi derogant, niſi ſpecialiter
mentio fiat, & ſtatutum omne remediũ
excludens, tantum ordinarium tollere
videtur, & non aliud late Rolan. à Vall.
conſil. 68. num. 28. & ſequen. volum. 3.
Boſſ. in prax. crim. Tit. aduer. rem iud.
num. 24. Balb. in tract. de præſcript. in
4. par. par. princ. q. 22. colum. 2. in fin.
113 Riminal. conſil. 261. num. 38. Vigore
rei iudicatæ, quidam beneficij poſſeſſio-
nem adeptus fuit, ac aduerſarius gratio-
ſa in integrum reſtitutione obtenta, ex
Papæ gratia, denuo in Rota ſequeſtrum
per

Vide hic dec in fi. cap. n. 17.

per rem iudicatam reuocatum, apponi
inſtabat, coram Illuſtriſſimo Mellino in
vna Brixienſis Parrocchialis, Mercurij
2. Decembris 1592. Fuit de hoc dubitatum, ſed negatiue poſtea reſolutum extitit, & quamuis res iudicata omnia in pristinum reſtituere videatur; Tamen quia res iudicata aderat, aduerſus quam non poterat aduerſarius audiri, niſi obtenta gratioſa reſtitutione in integrum, l. prima, §. fin. vbi Bart. numero ſecundo, verſ. ideo dico, ff. de quæſtio. Tamen talis reſtitutio gratioſa non tollit effectũ rei iudicatæ, Afflict. deciſ. 342. Sed tantum operatur audiẽtiam aduerſario prohibitam ante dictam rem iudicatam, qua mediante audiri poteſt cum priſtina reſtitutione, ſed non tollit effectum rei iudicatæ circa appoſitionem ſequeſtri, quod vigore rei iudicatæ ſublatum fuerat. Nec faciunt verba reſtitutionis aduerſus rem iudicatam, & omnia inde ſequuta, quia cum iſta reſtitutio non tollat effectum rei, ſed ſit conceſſa ad effectum, ac vt adhibita cauſæ cognitione de rei iudicatæ iuſtitia videatur, antequam aduerſarius iuſtificet ſuam gratiam, ac de bono iure doceat ſuo, non operatur iſtud effectum, quod ſuæ poſſeſſionis commodo priuetur poſſeſſor Peregr. Deciſ. 18.
114 lib. 1. Et ſæpiſſime, maximè in Signatura Papæ, dum petitur reſtitutio in integrum, additur clauſula in commisſione, conſtito de bono iure, quæ facit conditionem verificandam, Sarn. in comp. Vtr. Signat. num. 84. Veral. deciſ. 258. num. 3. par. 2. Put. deciſ. 456. par. 2. Pariſ. conſil. 12. num. 13. volum. 4. Quã-
115 uis in hoc reſtitutionis articulo palatium non deſideret plenas probationes, ſed ſummarias, & quales quales duntaxat. Veſtr. in ſua prax. lib. 8. cap. 3. num. 9. verſ. addo pro breuiori, in fi. Bel-
116 lam. deciſ. 38. circa med. Et pariter in hac reſtitutione in integrum obtinenda, nouus proceſſus, & nouæ probationes fieri poſſunt. Quia cum regulariter appellationi æquiparetur. Miſinger. ſing. obſeruat, centur. 2. Declar. 21. Lancell. de attent. app. pend. limit. 22. principali num. 11. & de attent. reſt. in integrum pend. numero tertio, ac de attent. reſtit. in integr. pend. num. 3. & melius num.
120. Sicut in cauſa appellationis non de-
117 ducta deduci poſſunt. Ita pariter in cauſa reſtitutionis in integrum, quia ſi de quo magis videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo minus. Aut multo magis, C.
118 de Sacroſan. Eccl. cum ſimil. & quando alicui iudici demandatur cauſa pro ut de iure decidenda, intelligitur tam de iure
119 communi, quam municipali. Dec. conſil. 517. num. 6. Si aliquis in cauſa nullitatis ſuccumbat, illo caſu quadriennij tempus à die latæ ſententiæ labi incipit, ca. 1. de reſt. in integ. in 6. Dec. in cap. ex ratione, vbi Felin. num. 4. de appell. Rot. in nou. eodem titulo de Appell. deciſ. 15. & eodem tit. in antiq. deciſ. 29. Sarn. in Reg. Cancell. de Annal. q. 14. num. 7. Rota diuerſ. deciſ. 49. num. 3. lib. 3.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

Numero Primo.

TOLETANA CAPPELLAE.

Veneris 14. Aprilis 1595.

SVMMARIVM.

1 *Patientia verbalis interdum ſufficit, vt iudicato dicatur paritum.*
2 *Expenſae litis non debentur vna lata ſententia.*

1 Domini dixerunt Clauſulam parito non obſtare, vt non poſſit procedi in cauſa, nam reſpectu negocij principalis ſufficienter eſt paritum, quia cum Confraternitas non teneatur aliquid præſtare, ſufficit patientia verbalis, Put. dec. 252. lib. 1. Mohed. deciſ. 275. & fuit reſolutum in cauſa Burgenſis Iuriſdictionis 29. Octobris 1586. coram Reuer. P. D. Decano, & alias ſæpius.

2 Quantum vero ad expenſas, clauſula non obſtat, quia præſupponit rem iudicatam, quæ hic non adeſt cum ſuper expenſis adſit ſolum vnica ſententia, à qua fuit appellatum, vt in his terminis fuit reſolutum in cauſa Mediolanenſis Cappellaniæ 13. & 17. Maij 1591. coram R. P. D. Decano in qua etiam fuit dictũ, Stilũ Signaturæ eſſe, vt detur huiuſmodi Clauſula ſolum quando adſunt tres conformes, & non vbi adeſt vnica ſententia,
etiam

etiam quod ob non interpoſitam, vel non proſequutam appellationem tranſiuerit in rem iudicatam.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. Secundo.

MEDIOLANENSIS Cappellaniæ.
Lunæ 13. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito iudicato non comprehendit expenſas quando circa eas vnica ſententia lata ſit.*

2 *Signatura de ſtilo non concedit clauſulam parito iudicato, niſi quando adſunt tres conformes.*

3 *Appellatio infra decem dies à die intimationis interpoſita, ſuſtinetur.*

1 FVit reſolutum ſatis conſtare de paritione ad effectum, vt poſſit procedi in cauſa reſtitutionis. Cum enim in omnibus ſit paritum, præter quam in expenſis, ſuper quibus non adeſt niſi vnica ſententia, à qua fuit appellatum, non videtur comprehendi hoc in reſcripto ſub
2 clauſula Parito, cum ſtilus Signaturæ ſit, vt detur huiuſmodi clauſula in caſibus tantum, in quibus adſunt tres cõformes, non autem vbi adeſt vnica ſententia, licet ob non interpoſitam, vel non proſequutam appellationẽ tranſiuerit in iudicatum, quod tamen hoc caſu non videtur, quia ab vltima ſententia fuit appellatum infra decem dies à die intimationis, qui videtur ſtilus illarum partium, vt fuit in multis cauſis dictum, & in ſpecie coram R. P. D. Comitulo in cauſa Mediolanenſis del Mezzabarba.

IN EADEM.

Lunæ 27. Maij 1591.

IN reſolutis, maxime ad effectum, de quo agitur, cum non tractetur de perpetuo præiudicio, ſed de differenda tantum ſolutione in finem litis.

R. P. D. ORANO.

Num. Tertio.

LAVDEN. PECVNIARIA.
Ven. 1. Iulij 1588.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ſententiae exequutionem impedit, etiam ſi tres conformes ſint.*

2 *Clauſula conſtito de tribus conformibus, intelligitur de validis.*

3 *Cauſa introducta coram uno iudice nulliter introducitur coram alio.*

4 *Commiſſio tacita litis pendentia obtenta, non tribuit iuriſdictionem.*

5 *Sententia prima nulla non poteſt per alias confirmari.*

6 *Rota non exequitur aliorum ſententias, niſi guſtato de illarum iuſtitia.*

DIxerunt Domini ſententias de partibus ad fauorem Gabrielis latas eſſe nullas, & conſequenter non
1 eſſe agendum de illarum exequutione, quia nullitas impedit exequutionem, etiam ſi ſint tres conformes, Achil. deciſ.
2 2. de re iud. cum vulg. Nec aliquid operatur Commiſſio, quia clauſula conſtito de tribus in ea poſita intelligitur de tribus ſententijs validis. ad l. 4. §. condẽnatum, cum ibi notat. de re iudic. & tenuit Rota de anno 1573. in cauſa Cæſaraguſtana Campanarum, coram Domino meo Seraphino, & de anno præterito in cauſa Caputaquenſi Vnionis, coram R. P. Domino meo Bubalo, & aliàs ſæpius.
3 Nullitas autem eſt clara ex defectu Iuriſdictionis, quia cum ad inſtantiam ipſius Gabrielis eſſet iam introducta lis coram Prætore Laudenſi, non potuit pro eadem cauſa, & ſuper eadem re alius iudex adiri, vulg. l. vbi cœptum, ff. de
4 iudic. & Commiſſio deſuper obtenta, nõ facta mentione de dicta lite non valuit, neque aliquam tribuit iuriſdictionem. Rota deciſ. 20. de reſcript. in antiq. Aegid. deciſ. 46. latè Felin. in cap. ſuper litteris, ſub num. 12. in ſexta regula. de reſcript. præſertim ſtante oppoſitione, Butius in cap. cum M. Ferrarienſis, num. 59. de Conſtit. Afflict. deciſ. 354. num. 2. cum

5 cum alijs allegatis. Neque obſtat, quod prima ſententia fuerit per alias duas confirmatas, tum quia ſtãte nullitate primæ non potuerunt alij iudices parte opponente illam confirmare, Rota deciſ. 72. lib. 3. Caputaquen. deciſ. 766. lib. 1. in manu ſcript. & ſi confirmant, nulliter agunt, vt fuit reſolutum in cauſa Paduana Decimarum, ſub die 4. Iulij 1576. coram Domino meo de Graſſis deciſione ſecunda de ſententia, & re iudicata, aliàs 104. Tum quia hæc nullitas influit in omnes ſententias, quæ laborant eodem morbo. Innocent. & alij in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. Alexan. in l. iudex, poſteaquam, ſub nu. 23. de re iudic. Felin. in cap. eaque, ſub numero ſecundo eodem titulo, de ſentent. & re iudic. Pariſius conſilio 107. numero 7. libro primo, & in ſimili caſu reſoluit Rota 16. Maij 1586. coram me in vna Toletana fructuum de Boghas.

6 Et maxime, quia ex his, quæ deducuntur per informantes pro dictis de Spernazzottis, earum iuſtitia non eſt ita clara, vt abſque alia cognitione ad illarum exequutionem deueniendum ſit præſertim cum ſint late extra Rotam, quo caſu non exequuntur, niſi cognita illarum iuſtitia, iuxta deciſ. Mohed. 318. Paleot. dec. 308. Ant. Aug. de exequutione rei iudicat. nu. 7. & paſſim ſeruatur.

R. P. D. P E N I A.
Num. Quarto.

FAVENTINA MONASTERII.
Die 22. Iunij 1607.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula parito iudicato de valida ſententia intelligitur.*

2 *Clauſula parito iudicato intelligitur quatenus in iudicatum ſententia tranſiuerit.*

Ita nulla ſententia exiſtente, ibi, & num. iij.

3 *Reſcriptum Principis recipit interpretationem à iure.*

5 *Citatio, vbi agitur in materia cenſurarum eſt neceſſaria.*

6 *Clauſula arbitrio Rotæ, multum operatur in clauſula parito iudicato.*

7 *Memoriale in præiudicium tertij non tribuit iuriſdictionem.*

8 *Clauſula arbitrio Rotæ ceſſat, vbi adeſt nullitas ex tribus.*

9 *Procurator monaſterij particularis non poteſt pro tota congregatione comparere, nec illi præiudicare.*

10 *Abbas non bene citatur pro cauſa cum religione, & quare.*

CVm Reuerendiſſimus D. Paulinus anno 1602. menſe Octobris obtinuiſſet ſibi commendari Abbatiam Sanctæ Mariæ de Criſpino Congregationis Vallis Vmbroſæ, tunc vt prætendebatur vacantem per obitũ cuiuſdam Petri Frãciſci Valgemini, & obtento Breue Apoſtolico, ac monitorio ab Aud. C. modo Abbate, & Monacis inde pulſis poſſeſſionem accepiſſet, & deinde ab eodem A. C. exequutionem litterarum ſupradictę Commendę expeditarũ petijſſet, & Locumtenens A. C. non contra Abbaté de Criſpino Riccius procurator comparuerat in actis, & citatus fuerat, ſed cõtra Congregationem Vallis Vmbroſæ non citatam, nec monitam, quæ Abbatiam prædictam alteri contulerat, condemnando illam ad reſtitutionem fructuum à die obitus dicti Valgemini ſub pœnis, & cenſuris, ſuſpenſionis à diuinis, interdicti, ingreſſus Eccleſiæ, alijſq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, præterquã excommunicationis ſententiam pronunciaſſet, & cauſa introducta in Rota, idem D. Paulinus, tam contra Abbatiam de Criſpino, quam contra Congregationem prędictã ſententiã fauorabilẽ, cum condẽnatione expenſarum reportaſſet, & idem nouus Abbas de Criſpino, quia in priori libro prohibita fuerat appellatio cauſam reſtitutionis in integrum à S. D. N. Paulo V. cum clauſula parito iudicato mihi committi obtinuiſſet. Dubitaui an conſtaret de paritione, ad effectum vt ſuper negotio principali ad vlteriora procedi in cauſa potuiſſet, & ſæpè propoſita cauſa videlicet die 19. Ian. & 19. Feb. & 28. Maij nõ potuit capi aliqua reſolutio quibuſdam Dominis opponentibus, clauſulam parito iudicato ſic eſſe prçciſè conditionalẽ, vt nõ prius cẽſeatur tradita iuriſdictio, q̃

de paritione conſtet, vnde, & fructus, & expenſæ vſque ad obolum reſtitui debēt antequam in cauſa reſtitutionis procedatur, Rota in vna Placētina Parochialis die 1.Iulij 1602.coram bo.me.Litta,& coram eodem in Regienſis beneficij die 13.Ian. 1597.vbi fuerunt allegati plures deciſiones, & in vna Pampilonenſis Prioratus die 26. Aprilis 1602.coram D.Ludouiſio, Veſt.in prax.lib.8.c.3.n.10. Alijs
2 vero affirmantibus clauſulam parito iudicato non operari ſupradictum effectū, quando ſentētia eſt nulla, quia intelligitur quatenus ſentētia tranſiuerit in iudicatum, vel alias mereatur exequutionē, quia reſcriptum Principis recipit inter-
3 prætationem à iure communi, cum quo ſe conformare cenſetur, ne adeuntes indebitè grauentur, vnde dicta ſententia non meretur executionē, & clauſula parito iudicato nihil operatur. Ferret.conſil. 308.Incip.die 1.Aprilis,n.5.verſ.nec obſtat Rom.conſ.334.incip. circa primum conſultationis articulū, n.1.& ſeq. Fel.in c.cauſam quæ, nu.6.verſ.& iſtam regulā, de reſcrip.Rota apud Verall.dec.264.incip.nullitas ex eiſdē actis par.2.& in vna Regienſis S. Thomæ die 10. Decembris
4 1576.coram bo.me.Robuſterio, vbi iam tunc Auditores clauſulam parito iudicato intelligebant cōditionaliter quatenus adſit iudicatum, & tunc fuit alleg. text. in l. ſi quis legauerit, la 1. & ibi Iaſ.ff.de leg.1.& Bal.in l.fi.C.de edict. Diu.Adr. toll.quod maximè locū habebat in hac pacti ſpecie vbi licet in iſtis eſſet procurator particularis D.Damiani Abbatis, & Conuentus de Criſpino, nullus tamen aderat pro generali Congregatione, cum ſufficienti mādato, qui legitimè citari potuiſſet in cauſa vbi eo magis erat neceſſa-
5 ria citatio, quia agebatur de materia cenſurarum, quæ ſine præuia perſonali citationem infligi non poſsūt. Mohed.dec.7. vt lit.pend. Put. dec. 67.incip.& fuit dubitatum, num 2. lib.1.

Et quia Domini tenentes primam ſententiam pro clauſula parito iudicato reſpondebant, Doctores, & deciſiones Rotales proximè allegatas loqui, quando fuit appellatum, quia appellatio ſuſpendit iudicatum, ex aduerſo replicabatur id multo magis habere locum, quando ſententia eſt nulla, præſertim ex defectu citationis, prout in caſu propoſito, in quo Vallis Vmbroſæ, quæ non conſtituerat legitimum pprocuratorem ad hanc cauſam, nec fuerat citata, fuit condemnata ad reſtituendum fructus ſub pœnis, & grauibus cenſuris Eccleſiaſticis.

6 Dum hæc in Rota magna contentione vtrinque diſputarentur, & qui tenebant pro clauſula parito iudicato commemorarent actum, & de reſcriptis cū hac clauſula, ſi ſub prętextu iſtius exceptionis eluderentur, neque Rotam debere iſtam viā aperire præſertim cum in reſcripto non eſſet appoſita alia clauſula arbitrio Rotę, ideo agētes pro Monaſterio de Criſpino porrectis Sāctiſs.memorialibus cōtrouerſiā arbitrio Rotę dirimēdā ſupplicauerūt quibus cū Sanctiſſimus annuiſſet alia rurſus orta fuit contentio, quia cū memoria-
7 lia nō tribuāt iuriſdictionē in præiudiciū partis non debebat fieri hæc interprætatio, vnde cum D.Paulinus his intellectis pro defendenda clauſula parito iudicato ad Sanctiſſimum veniſſet, & ſuper memoriale porrecto Sanctiſſimus iuſſiſſet, vt ego adirem ſuam Sanctitatem, die 18.Maij viua voce reſpōdit ſe omnia committere arbitrio Rotæ, qua relatione facta, & cauſa iterum propoſita, Rota cenſuit de paritione conſtare. Præualuit enim opinio dicentium clauſulam parito iudicato intelligi vigore ſentētiæ validæ, quia ſententia nulla nihil eſt, idē etiam ſentiebat Sanctiſs. licet dubitationū in Rotæ arbi-
8 trium reijcerent. Ceterū ad effectum, vt huiuſmodi arbitrio ſit locus, nullitates, quæ contra ſententiā opponuntur, debēt eſſe claræ quales ſunt tres illæ ſubſtantiales ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati, & ex eiſdem actis patentes, & apud graues exerceri iudiciū; neq. enim cuiuslibet iudicis arbitrio committi debet, vt ſub prętextu cuiuslibet oppoſitione nullitatis clauſulæ parito iudicato te-
9 mere effectum impediat. Nec ſuffragabatur D.Paulino dicere procuratorē ab Abbate, & Monaſterio de Chriſpino cōſtitutum quandoq. comparuiſſe nomine totius Congregationis, quia fuit reſponſum non habuiſſe à Congregatione mandatum ſufficiens, & in ſententia non fuiſſe condemnatum D. Damianum à

Abba-

Abbatem, etiam Conuentum de Chriſpino, ſed vniuerſam Congregationem, & ideo procuratore Monaſterij particularis, nec pro vniuerſa Congregatione comparere, nec præiudicare potuiſſe, cũ aliud ſit ſinguli, aliud vniuerſi, Decius conſil.61.num.3.quod ſępe Rota approbauit, & ſignanter in cauſa Agrigentina ſancti Angeli die 30. Aprilis anni 1604. coram Domino Coccino.

Minus vero ſuffragabatur alia pręten ſio ex eo deducta, quod cum Abbas, & Conuentus de Chriſpino haberet ſolam adminiſtrationem, & eſſet ammouibilis, non expediebat D.Paulino agere contra ipſum, ſed potius contra vniuerſam Congregationem, quia fuit reſponſum primo adminiſtratorem ad nutum ammouibilẽ eſſe legitimum centradictorem ad defendendum ſuam poſſeſſionem contra tertiũ licet non contra ſuperiorem, Rota dec.1. num.1.de reſtit.ſpol.in nou.

10 Secuudo fuit reſponſum, Abbatem particularem non habuiſſe facultatem cõparendi per tota Congregatione, Dec.dicto conſil.61.num.3.Faſtol.dub.23. & præſertim in re valde præiudiciali.

Et ex his fuit concluſum interueniſſe manifeſtum defectum citationis ad ſentẽtiam. Demum non obſtabat, quod procurator Abbatis de Chriſpino produxerit multa iura, & priuilegia reſpicientia totius Congregationis ſtatum, ex quibus oritur præſumptio mandati, quia fuit reſponſum, procuratorem ea produxiſſe nomine iſtius Abbatis, & Conuentus particularis non autem nomine totius Congregationis, à qua nõ habebat mandatũ.

R. P. D. PENIA.

Num. Quinto.

REATINA DEPOSITI.

18. Decembris 1600.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum habens omnia requiſita eſt in forma probanti.*

2 *Cameralis obligatio ex ſolo decreto non vulneratur.*

3 *Taciturnitas in non petendo depoſitum facit adminiculum.*

ANno 1581. Petrus Vincentius de Sanctis depoſuerat penes Agamẽnonem Dilectum de Reate ducatos mille auri in auro, reſtituẽdos ad eius beneplacitum, & deſuper fuerat etiam confectum inſtrumentum publicum rogatum per Curtium Piaueianum notarium Reatinum, cum iuramento, & obligatione Camerali.

Petro Vincẽtio vita functo, Marcellus de Sanctis nepos, & heres illius, depoſitũ ab heredibus Agamemnonis, tunc etiam defuncti repetebat quos reſtitutionem, aut recuſantes, aut differentes, conuenit coram Aud.Cam.executiue agendo contra ipſos vigore obligationis Cameralis, A.C.mãdatum exequutiuum relaxauit, quod R. P. D. Marcheſanus reuocauit in
1 gradu appellationis, dubitaui, An inſtrumentum depoſiti publicatum ab eodem notario, qui de eo fuerat rogatus releuaret ad effectum de quo agebatur, & Rota vtraq. parte informante releuare cenſuit. Primo, quia erat in forma probanti, & habebat omnia requiſita ad publicum inſtrumentum, & conſequenter dicebatur continere probationem probatam, Bal. in l. intereſt notab. vlt. C. de ſolut. Decius conſil.36. nu.2.verſ.nam inſtrumentum, & dicit facit rem certam, Bart. l.1.nu. 8. verſ.reſponde primo, ff.de nou. oper.nunc.

Secundo, quia ceſſabat illa grauis oppoſitio, quę fiebat coram Aud.Cameræ, vbi non fuerat productum inſtrumẽtum depoſiti publicatum ab eodem notario rogato, ſed ſolum quodam ſumptum ex notis originalibus productis notarij defuncti extractum, & publicatum per Archiuiſtam, cui ſumpto licet Aud. Cameræ adhibuerit fidem, & mandatum exequutiuum, eius vigore relaxauit iuſtius proceſſiſſe videbatur R.P. Dominus Marcheſanus Iudex ab Audit. Cameræ poſtea deputatus, qui dictam exequutionem reuocauit. Iſta enim difficultas litis coram me videbatur ſublata, ex quo non aderat defectus ſubſcriptionis notarij, cum foret productum inſtrumentum publicatum, & ſubſcriptum ab eodem notario rogato.

2 Atque ex his fuit concluſum inſtrumentum releuare cæterum, quia infor-

mantes pro Marcello inſiſtebant viæ executiuæ, exequutio autem informantes pro Paulo, & Aegidio de dilectis prætendebant viam exequutiuam ceſſaſſe ex eo, quod obligatio Cameralis fuerat vulnerata per ſententiam R.P.Domini Marcheſani ideo de hoc videbatur particulariter agendum, & videndum, an per dictam ſententiam eſſet vulnerata obligatio Cameralis, vel ſolum decretum, ſeu mandatum exequutiuum Aud. Cam. Nam regula eſt, quod ſolo decreto vulnerato non intelligitur vulnerata obligatio Cameralis; ad effectum enim vt obligatio Cameralis cenſeatur vulnerata non ſufficit vulnerari decretum, ſiue mandatum exequutiuum, quod ſi ſolum vulneratum ſit, non extenditur ad vulnerandam obligationem, ut fuit deciſum in cauſa Romana cenſus die 27. Iunij 1580. coram bon. mem. Cantuccio.

Rurſus ſi vulnerata fuerat obligatio Cameralis, & negocium redactum ad viam ordinariam, licet inſtrumentum releuaret adhuc tamen remanebant aliquæ primariæ difficultates diluendæ deſumptæ ex coniecturis relatis per informantes pro dilectis, in quibus ſequentes mihi videbantur vrgentiores.

3 Primo, quia aderat taciturnitas ſexdecim annorum, quo toto tempore non videbatur veriſimile Petrum Vincentium diſtuliſſe petere ſuum depoſitum, ad Pariſium conſilio 137. numero 12. verſic. aduertendum inſuper, libro quarto, Afflict. deciſione 13. num. 21. verſic. nona coniectura.

Altera quia Agamemnon ſuperuixerat vſque ad annum 1591. decem videlicet annis poſt receptum depoſitum, vnde ſi Petrus Vincentius non rehabuiſſet illud viuente Agamemnone, non erat veriſimile poſt obitum Agamemnonis dilaturum, petendo ab ipſius heredibus, Soccin. ſen. conſil. 89. numero quinto, verſic. item adſunt, libro tertio, Afflict. dicta deciſione decima tertia, numero vigeſimo primo.

Tertia deſumebatur ex inueriſimilitudine tantæ quantitatis, habito præſertim reſpectu ad perſonam Petri Vincentij, non admodum diuitis, & loci Ciuitatis, videlicet Reatine, vbi non facile haberi ſolent tot ſcuta aurea.

Poſtrema difficultas oriebatur ex præſcriptione 16. annorum, quam contra ſimilia depoſitorum inſtrumenta inducit ſtatutum Reatinum, & ſimiliter ſtatutum Vrbis.

Ita quod licet prædictum inſtrumentum releuaret, ego non auderem illi dare exequutionem ante habita conſilia Dominorum ſuper iſtis difficultatibus.

R. P. D. IVSTO.

Num. Sexto.

ROMANA SALVIANI interdicti.

Lunæ 28. Ianuarij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum datur ex capite ignorantiæ.*

2 *Ignorantia probabilis eſſe debet.*

3 *Ignorantia quando excuſabilis non ſit.*

1 Regula iuris eſt pro Domino Carolo Gabriellio, quia ex capite ignorantiæ, datur in integrum reſtitutio, Bart. in l. prima, §. ſi quis autem, ff. de itin. actuque priu. Mohed. deciſione prima, de reſtitut. in integrum, & eſt receptiſſima opinio Felin. in cap. vigilanti, num. 2. de præſ. Alexander conſil. 71. num. 3. lib. 1. Decius conſil. 303. num. 5. Balb. de præſ. 4. par. quar. par. princip. quæſt. 29. Tiraqu. de retract. lignar. §. 35. gloſ. 4. num. 36. Et Rota tenuit vltimo loco coram Domino meo Penia in Reatina depoſiti 18. Decembr. 1600. Præſertim in facto non proprio, quo caſu dicitur probari ignorantia iuris præſumptione, Capuraq. deciſ. 207. in fine par. 3.

2 Tamen vt procedat eadem regula ignorantia debet eſſe iuſta, & probabilis, non autem craſſa, & ſupina, vel in qua potuerit interuenire aliqua negligentia, Imo. in cap. fin. num. 31. de præſ. Felin. in dict. cap. vigilanti, num. 4. verſ. limita tertio, Balb. late vbi ſupra, num. 8. Abb. conſ. 18. in. 1. vbi dicit, quod ab omni parte debet eſſe excuſabilis ignorantia, quod nõ

eſt

eſt quando ex coniecturis arguitur ſcientia, etiam ſi ſint remotæ, vel quando habuit in genere notitiam, vel quando tenebatur inueſtigare, quæ fuerunt approbata per Rotam in Florentina. Iurispatronatus 14. Maij 1576. coram Sanctiſſimo Domino noſtro.

Ignorantia autem Domini Caroli nõ videtur ſecundum prædicta eſſe excuſabilis, & iuſta, quia debebat perquirere poſſeſſionem, cum ſciret prætenſiones aliorum ſuper domo ſui debitoris, vt dicitur in dicta deciſione Florentina, & Caputaquen. deciſione 116. ſub numero 4. parte tertia, quæ maximè procedunt, quia Dominus Carolus de anno 1594. habuit ſcientiam poſſeſſionis Dominæ Catherinæ, quod probatur ex citatione ab eo producta, facta pro parte Petri, cõtra Dominã Catherinam de anno 1591. & ex lite mota, ex quibus inducitur ſcientia, & propterea, cum à die ſcientiæ effluxerit quadriennium, nõ eſt agendum de reſtitutione, l. fin. C. de tempor. in integrum reſtitut. cap. 1. de reſtitut. in integrum lib. 6.

Nec obſtat, quod quadriennium non currat niſi à die ſcientiæ, quia vt ſuprà dictum eſt, arguitur ſcientia, vel ſaltem negligens ignorantia, quæ non impedit curſum quadriennij, vt dicitur in dicta deciſione Florentina Iuriſpatronatus.

Neq iuramentum Domini Caroli nemine deferente præiudicat, l. 3. in principio, ff. de iureiurand.

Neque decretum Capitanei appellationum debebat operari, quo minus Dominus Carolus eſſet diligens inueſtigator iurium aduerſariæ, l. qui cum alio, vbi Doctor, ff. de regul. iur. Quinimo ex tota ſerie facti magna reſultabat ſuſpicio iurium alterius, quę erant requirenda.

Et ideo ita fuit deciſum.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.

Num. Septimo.

ARIANENSIS TERTIAE partis punctorum.

5. Iulij 1574.

SVMMARIVM.

1 *Quadriennio lapſo non datur reſtitutio in integrum regulariter.*
Etiam ſi adeſſet læſio enormiſſima, ibi.
Nec retardatur exequutio, ibi.

2 *Reſtitutio non datur quando agitur de lucro captando.*

1 DOmini dixerunt Epiſcopo non eſſe dandam reſtitutionem in integrũ. Regula enim eſt contra ipſum, quod elapſo quadriennio hoc remedium extinguatur, capitulo primo de in integrum reſtitutio in ſexto. Præſertim cum læſio non ſolum enormiſſima ex qua ſolet hęc concedi. Ant. Auguſt. deciſio. 7. de reſtitut. in integrum, numero primo, & no-
2 no, Sed nec enormis conſideratur. Agit enim Epiſcopus, ſeu fabrica ſuæ Eccleſiæ ad lucrum captandum, non ad damnum euitandum, quo caſu non datur reſtitutio, Grat. conſil. 67. num. 16. cum ſequen. libro primo. Ideo dixerunt non eſſe retardandam exequutionem ſententiæ R. P. D. mei Robuſterij. De Iuſtitia enim eius euidenter conſtat. Epiſcopus enim non poterat hoc iure, vt portiones non deſeruientium deſeruientibus non decreſcerent, Priuare Capitulum ſine ipſius conſenſu, cap. fin. de his quæ fiunt à maior. part. capit. Abb. in cap. ad audientiam, numero quarto de Clericis non reſidentibus, Franc. in cap. vnico, §. Statuimus, eodem titulo in ſexto.

Non obſtat Clem. ut hi qui, §. illi vero, de ętate, & qualitate, & cap. 4. ſeſſ. 22. Concilij Tridentini. Sunt enim diuerſi termini auferre ab his qui negligunt ordinibus ſacris initiari, quibus ratione intereſſentiæ fructus debentur, & priuare eos quibus per ius non decreſcendi acquiritur portio non deſeruientium. Primo enim in caſu delinquẽtes puniũtur. Secũdo vero ſequeretur abſurdũ, ꝙ ſatisfacientes muneri ſuo priuarentur

illis quę conſuetudo eis aſſignat, quam conſuetudinem Concilium met approbat, vt in fine cap. 31. ſeſſ. 21. Nec ab hac opinione diſcrepat, Card. in dicto §. illi vero, num. 21. immo videtur illi adherere, dum vult, quod ſi certa quantitas, videlicet intereſſentibus debeatur, non præſentium portio deſeruientibus aſſignetur.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO

Num. Octauo.

IANVENSIS SEV Romana pecuniaria.

Die 20. Iunij 1580.

SVMMARIVM.

1 *Forenſis quando ligetur ſtatutis ciuitatis in qua reperitur.*
Declara vt hic.

IN cauſa Ianuenſi, ſeu Romana pecuniaria, pendente coram Aud. Cam. inter Dominos de Nigronibus, & Dominum Hieronymum Picaluam propoſui in Rota infraſcripta dubia. Videlicet.

An ex præmiſſis conſtet ſolutionem partitarum, de quibus in præſuppoſitis fuiſſe deſtinatam in Vrbe. &

An Dominis de Nigronibus obſtet præſcriptio ſtatutaria, de qua in libro 1. Statut. Vrbis, cap. 101. & lib. 4. capitulo 18.

Et die Lunæ 20. Iunij 1580. Circa primum dubium Domini reſoluerunt nõ conſtare ſolutionem fuiſſe deſtinatam in aliquem certum locum, licet ex natura rei dictus Picalua poſſit conueniri in loco, vbi prætenditur ipſum habuiſſe pecunias, de quibus agitur, & ſic in Vrbe, iuxta text. in l. ſi hæres abſens, §. primo cum ibi not. per Doct. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. 1. C. vbi de rat. agit. op.

Quo verò ad ſecundum dubium fuit reſolutum, quod dicta ſtatuta obſtent Dominis de Negronibus, quia licet forẽſis regulariter non ligetur ſtatutis iuxta not. per Doct. in l. fin. de iuriſd. omn. iud. cum ſimilibus, tamen id procedit in his, quæ oriuntur à principio & ex natura contractus. Secus in his quæ oriuntur ex poſt facto, & poſt ipſum contractum ſcilicet propter negligentiam, ſeu moram, quia tunc ſi ſolutio non eſt deſtinata in certo loco, ſed ſimpliciter eſt facta, attendit ſtatutum loci, vbi eſt facta petitio, quia ibi dicitur contracta negligentia, ſeu mora, vt in terminis ſimilis ſtatuti de preſcript. debiti, quod eſt deciſorium, concludit Bart. in l. cunctos populos, num. 18. & 19. C. de ſumm. Trinit. cuius opinionem ſequitur ibi Salic. colum. 3. in princ. verſ. quero, quia predicta Signor. num. 12. Fulgoſ. verſ. ſed mouet Aretin. num. 12. verſ. inter Bart. vbi dicit eſſe communem, Iaſ. in prima lectura num. 9. & in ſecunda, nu. 66. vbi dicit, quod Doct. ſequuntur Bartol. in omnibus, & num. 159. dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, quia communiter tenetur. Et latè ibi, vbi etiam atteſtatur de communi, Ang. in l. ſi fundus, num. 3. de euiction. Matth. in d. l. fin. de iuriſd. omn. iud. num. 25. & 29. verſ. modo redeundo, vbi inquit, quod alij Doctores tranſeunt cum Bart. Ancharan. in cap. Canonũ ſtatuta n. 12. verſ. in quantum de Conſtit. Curt. in cap. fin. in ſecunda quæſtione num. 49. verſ. limitatur de conſuet. Corn. conſil. 105. colum. fi. verſ. ex quo refert volum. 3. Socc. conſil. 99. colum. 1. verſ. quibus ſuppoſitis, volum. 1. Barb. conſil. 15. ſub num. 33. volum. 2. vbi dicit, quod cum Bart. tranſeunt Doctores, Ruin. conſil. 112. num. 12. volum. 5.

At in caſu, de quo agitur verſamur in his, quæ oriuntur ex poſt facto propter negligentiam, ſeu moram, & in caſu, in quo petitio eſt facta per Dominos de Nigronibus in Vrbe, vbi viget hoc ſtatutũ de præſcript. debiti, propterea dicendũ eſt, quod ipſi, licet ſint forenſes legari debeant hoc ſtatuto, & in ſpecie de ſtatuto Romano, de quo agitur, propter hãc doctrinam Bart. alias fuit reſolutum in Rota in cauſa Romana mercedis coram R.P.D. de Rubeis die 12. Martij 1572. Licet tunc dictum fuerit non eſſe locum dicto ſtatuto, ex quo ſolutio erat deſtina ta in certo loco. Et licet contrarium dicatur eſſe deciſum in quadam cauſa Cameri-

meria de anno 1553. Tamē domini præter id, quod multum dubitabant de fide illius deciſionis, ex quo non inuenerunt in eorum libris hanc deciſionem factam, dixerunt, vel illam eſſe corruptam vel nō attendendam, quia eſt contra dictā doctrinam Bart. a tot doctoribus vti communem amplexam & approbatam.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

Numero Nono.

ROMANA CAMBIORVM.

Veneris 4. Decembris 1591.

S V M M A R I V M.

1 *Incola vrbis non dicitur heres etiam quod per decem annos habitauerit, quando acceſſit per litibus, & pecunijs hereditatis exigendis.*

2 *Priuilegium ciuilitatis, eſt perſonale.*

3 *Heres quando in incolatu non repræſentet perſonam defuncti, & num. 5.*

4 *Statutum de duabus conformibus exequendis requirit probationem incolatus & ciuilitatis.*

6 *Proceſſus exequutiuus, quare ad herede tranſeat.*

7 *Domicilium defuncti quando tranſeat in heredes.*

1 PRætendebat Dominus Franciſcus Cincius eſſe locū exequutioni duarum conformium contra Antonium Mariam, vigore ſtatuti ex duplici capite, Primo, quia Antonius Maria erat incola, cum habitauerit in Vrbe per decem annos, & vltra; Secundo, quia Petrus Ioannes, ex cuius perſona vti illius heres egit Antonius Maria, fuit effectus Ciuis Romanus ex priuilegio. Ideo dubitaui an eſſet locus exequutioni duarum conformium, vigore ſtatuti, Et Domini cōcluſerunt non eſſe locum exequutioni, & ratio, quæ mouit Dominos fuit, quia licet Antonius Maria habitauerit in Vrbe vltra decem annos, tamen cum ad Vrbem ſe contulerit pro exigendis creditis Petri Ioannis cuius eſt heres, & pro terminandis litibus, quas habet occaſione illius hæreditatis per iſtam habitationem non contraxit domicilium in Vrbe, Aymo. quæſt. 6. nu. 16. lib. 2. & conſequenter cum in Vrbe domicilium non contraxerit, non poteſt dici incola, l. pupillus, §. incola, ff. de verbor. ſignificatione.

2 Nec mouebat Dominos priuilegium ciuilitatis tributum Petro Ioanni, quia eſt perſonale, & non tranſit ad heredes, Bald. in l. 1. verſ. eodem modo, C. de patri. qui filij diſtraxer. Dec. conſil. 66. ſub num. 10. ver. & ad hoc facit, Bero. conſ. 155. num. 39. volum. 2. Tiber. Decian. reſp. 2. num. 119. volum. 2.

3 Nec obſtat, quod heres eſt eadem perſona, & repræſentat defunctum, §. 1. in auth. de iur. à min. præſt. Bal. & Imol. in l. ſi conſtante, §. vltimo, ff. ſolut. matrii quia repræſentat perſonam defuncti in iure actiuo, & paſſiuo creato, & formato in perſonam defuncti; alias ſecus Arct. quæſt. 123. num. 4. Rolan. à Val. q. 6. num. 15. volum. 3. Vnde cum hoc ius non fuerit creatum, & formatum in perſonam Petri Ioannis defuncti, quia ſententiæ ſunt latæ contra Antonium Mariam eius hæredis, res iudicata contra heredem, non facit eſſe locum exequutioni contra eum ex perſona defuncti.

4 Non obſtat, quod Petrus Ioannes cępit agere contra dictum Frāciſcum, quia ſtatutum diſponit, quod duæ ſententiæ conformes faciant rem iudicatam, & reſtringit inter ciues Incolas, & diſtrictuales, ideo non attenditur principium; ſed an ij, contra quos ſunt latę ſententię, ſint Ciues incole, vel diſtrictuales quia tunc ſtatutum producit hunc effectum, & qualitas adiecta verbo intelligitur tantum tempore verbi, l. non ſolum, §. ſi damnū ff. de noual. actio, l. Titius, ff. de milit. teſtam.

5 Præterea fuit conſideratum, quod licet hæres ſit eadem perſona cum defuncto, tamen qualitas perſonę non tranſit ad hæredem, Sarnen. in reg. de triennal, q. 23. num. 6. Tanto magis, quia hoc ſtatutum eſt ſtrictè intelligendum Aym. q. 118. num. 4. Ideo non debet extendi de perſona ad perſonam, in qua non reperitur qualitas expreſſa.

6 Nō obſtat, quod proceſſus executiuus ha-

habeat executionem paratam contra hęredes, quia hoc prouenit ex eo, quod huiuſmodi obligatio ex perſona hæredis immutari non poteſt l. 2. §. his ff. de verb. oblig. Sed cum ſententiæ non ſint latæ contra defunctum, ſed contra hæredem, & incipiat finis iudicij & non initium, hoc non poteſt applicari in iſta ſpecie.

7 Non obſtat, quod licet domicilium non tranſeat ad hęredes, tamen tranſit effectus, vt ex illo tex. not. Paulus in l. hæres abſens in princ. ff. de iud. quia vltra quod ille text. non procedit in his, quæ cohęrent perſonæ defuncti, vt declarat ibi Curt. Iun. ſub num. 5. procedit ſolum ad effectum, vt hęres non poſſit declinare forum defuncti.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO

Num. Decimo.

BALNEOREGIENSIS bonorum.

Die 30. Octobris 1589.

S V M M A R I V M.

1 *Diſtrictus Vrbis dicitur infra quadraginta milliaria.*

2 *Statuta Vrbis antiqua per noua ſubrogantur.*

3 *Tiburtina ciuitas licet ſit infra quadraginta milliaria, tamen non eſt in Vrbis diſtrictu.*

1 FVit per DD. reſolutum diſtrictum Vrbis infra quadraginta milliaria per noua ſtatuta conſtitum, comprehendere omnia loca, quæ intra dictum ambitum continentur, ſublata differentia ſolutionis ſalis focatici.

Et moti fuerunt, quia in c. fin. ſub tit. de verb. ſignif. lib. 1. in nou. Statuentes, qui ſciebant pluries in Rota fuiſſe dubitatum, quomodo intelligeretur diſtrictus qui per antiqua ſtatuta non reperiebantur expreſſe firmatus ad tollendam hãc difficultatem declararũt, quod diſtrictus Vrbis paſſibus 40. millia circum quæq; finitur, vnde ſequitur, quod omnia loca exiſtentia intra dicta quadraginta milliaria compræhendantur ſub diſtrictu, cũ per appoſitionem finium cenſeatur incluſum quicquid intra dictos fines continetur, l. æde ſacra, §. fin. ff. de contr. empt. Bal. in Rub. C. eod. tit. quæſt. 22. Socc. conſ. 86. num. 6. & conſ. 127. nu. 21. lib. 2. cum alijs alleg. & maximè, quia ſtatutũ vtitur verbo finitur, quod opponitur in principio, & totum, quod inter ipſos eſt complectitur vt bene ponderatur per informantes pro D. Corradino.

Neque habendæ ſunt aliquæ rationes an loca exiſtentia intra quadraginta milliaria ſoluant ſal focaticum, prout ad effectũ, vt diceretur de diſtrictu videbatur requiri in ſtatutis antiquis, lib. 3. c. 257. iuxta deciſionem Putei 24. lib. 3. quam pluries DD. ſequuti fuerint. Quia in conſtitutione fel. recor. Gregor. XIII. ſuper confirmatione ſtatutorum illud ſtatutum, vna cum omnibus alijs ſtatutis antiquis fuit penitus obrogatum, per noua ſtatuta, quę cum in dicto capitulo fin. & in pluribus alijs in quibus fit mentio de locis exiſtentibus intra diſtrictum, vt in capitulo 54. cum ſeq. lib. 3. generaliter, & indiſtinctè loquantur non adhibita iſta diſtinctione ſolutionis ſalis focatici generaliter quoque, & indiſtinctè debent intelligi vlg. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. de pretio de public. præſertim, quia de tempore quo fuerint condita noua ſtatuta nulla amplius aderant loca quæ ſoluerent iſtud ſal focaticum Cameræ Vrbis, Vnde ſit multum inuериſimile, quod ſtatuentes voluerint reſtringere diſtrictum ad loca ſoluentia ſal focaticum, quod ſciebant amplius non ſolui.

Et ita ceſſat, quod dicebatur noua ſtatuta recipere interpretationem ab antiquis iux. not. per gloſſ. Bart. & alios in l. ſciendum, ff. qui ſatis cog. quia diſtinctio antiqui ſtatuti non adaptatur nam quando fuerunt condita antiqua aderãt multa loca, quæ ſoluebant ſal focaticum Cameræ Vrbis, & ideo potuit per ſtatutum declarari, quod illa tantum loca, quæ ſoluebant eſſent de diſtrictu quod ſtatutum quo uſque viguit fuit obſeruatum etiam quod illa loca amplius non ſoluerent Cameræ Vrbis, vt in deciſionibus in Rota factis, ſed cũ poſtea fuerit

rit ſublatum ſtatutum antiquum, & tempore nouorum ſtatutorum nulla adſint loca, quæ ſoluant Cameræ Vrbis non poteſt hoc diſtinctio accomodari ſtatutis nouis, quę nunquam recipiunt interpretationem, vel diſtinguuntur ab antiquis, vbi materia antiqui eſt diuerſa, & non adaptatur nouis Iaſ. in dicta l. ſciendum, num. 2. & ſub num. 4. in ſecunda limit.

2 Præſertim, quia tam ex Bulla confirmationis ſtatutorum, in qua penitus abolentur ſtatuta antiqua, & ordinatur, quod nulla alia, quam noua allegari poſſint, quam etiam ex pluribus Capitulis ponderatis per informantes, in quibus ſimpliciter diſponitur de locis exiſtentibus intra diſtrictũ apparet de mente ſtatuentium, quod voluerunt derogare antiquis, quo caſu non ſumitur ex ijs interpretatio ad diſtinctionem noui, & poſt Imol. Alex. & alios, declarat Iaſ. in dicta l. ſciendum, num. 4. in tertia limit.

Non obſtat, quod ſecundum hunc intellectum videatur data maior iuriſdictio Populo Romano, quam antea habuerat cum intra quadraginta milliaria adſint multæ Ciuitates, & Caſtra ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, & alijs Dominis, quæ non ſoluebant ſal focaticum, & per conſequens non ligabantur ſtatutis antiquis, & hoc modo ſubijcerentur Populo Romano, quia iſta ſubiectio intelligitur tantum ad effectum, vt in illis ſeruentur ſtatuta Vrbis in caſibus, in quibus particularia ſtatuta locorum non loquuntur non autẽ, vt ex hoc cenſeatur data aliqua iuriſdictio Populo cum latius pateat diſtrictus quam territorium, vt probant Aret. conſ. 77. num. 3. & ſeq. Cagnol. in l. fin. num. 4. ff. de iuriſd. om. iud. & colligitur ex ipſis ſtatutorum cap. 54. & 56. lib. 3. ex quibus conſtat nonnullas Ciuitates eſſe de diſtrictu Vrbis, quas tamen certum eſt habere proprium territorium, & propria ſtatuta, quibus deficientibus, tunc demum recurritur ad ſtatuta Vrbis, iuxta conſ. Rom. 218. vbi addit Socin. conſ. 7. volum. 3. nu. 7. verſ. præterea, libro primo.

Et ceſſat omnis difficultas quia huiuſmodi ſtatuta cum ſint condita ex mandato & à deputatis, a Papa, ſint Papalia ad not. per Bart. in l. ſtipulationum, quæ eſt l. 5. in princ. num. 4. de verb. oblig. & ſæpius reſoluit Rot. in pluribus cauſis & non eſt dubium, quod Papa potuit ſubijcere omnia loca exiſtentia intra 40. milliaria ſtatutis Vrbis, prout facere voluiſſe ex ſupradictis liquet.

3 Quod dicitur in ſtatutis nouis lib. 3. cap. 56. factam fuiſſe mentionem Ciuitatis Tiburtinæ tanquam ſeparatæ à diſtrictu, quam tamen notiſſimum eſt, eſſe infra 40. milliaria non ob. quia fuit expreſſa Ciuitas Tiburtina ad tollẽdam dubitationem, quã potuiſſet oriri ex antiquis deciſionibus Antonij Auguſt. in tit. de reſtit. §. 14. vt in deciſ. 77. lib. 3. quæ dicunt ſtatuta Vrbis non ligare Tiburtinos.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO.

Num. XI.

TOLETANA DECIMARVM.

19. Febr. 1553.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ex iure proprio impedit trium conformium exequutionem.*

2 *Clauſula parito iudicato importat ante omnia integralem exequutionem.*

3 *Tertius veniens iure proprio ad cauſam non ſolum tanquam principalis, ſed in ſtatu, & terminis quibus reperitur, exequutionem impedit.*

4 *Tertius non citatus, non afficitur ex lata ſententia.*

5 *Tertius quando veniens ad cauſam faciat ſententias ſuas.*

POſt latas tres ſententias contra Ducem ſeniorem de Beſar ſuper iure decimandi ad fauorem Archiepiſcopi Toletani, fuerat commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, cum clauſula ſine præiudicio legitimæ exequutionis, & moderitus Dux prætẽdens decimas iſtas ad ſe vti primo genitum de domo ſpectare ratione maioratus tanquam tertius, & pro ſuo intereſſe mediante perſonam procuratoris, ad hoc ſpecialiter conſtituti oppoſuit ſe, & venit ad cauſam appellando à ſententijs latis quatenus ſibi aliquod præiudicium inferre poſſent,

& non

& non nullos alios actus fecerit, quouſq.
prædicta commiſſio reſtitutionis in inte-
grum fuit ad inſtantiam Archiepiſcopi
reformata, vt ſtaret cum clauſula parito
iudicato, à quo tempore citra procur.
moderni ducis nihil amplius egit in cau-
ſa, ſed obtinuit nouam commiſſionem
prout in prima ſuper iniuſtitia, & inuali-
ditate ſententiarum, cum clauſula quam,
& quas, & ſine præiudicio trium confor-
mium, & quia pro parte Archiepiſcopi
habitus fuerat recurſus ad Signaturam
Gratiæ, vt apponeretur huic vltimæ
commiſſioni clauſula parito iudicato,
& pro parte Ducis pertendebatur etiam
delendam eſſe clauſulam ſine præiudi-
cio trium conformium, cum ſententiæ
ipſum non afficiant, & tamquam ter-
tius potuerit impedire illarum exequu-
tionem, S. D. N. mandauit, quod in Ro-
ta diſcuteretur quomodo in hac cauſa
eſſet procedendum, & ideo dubitaui, an
modernus Dux potuerit impedire exe-
quutionē trium conformiū, vel potius de
beat procedi cū clauſula parito iudicato.
1 Et Domini, cum præſupoſito, quod Dux
modernus veniat ex propria perſona tā-
quam primogenitus de domo, & in ma-
ioricatu ſucceſſor vigore inueſtiturarū
antiquarum non autem tamquam heres
Ducis ſenioris dixerunt ipſum poſſe im-
pedire exequutionem, & per conſequens
non eſſe apponendam clauſulam parito
2 Iudicato, quod & ante omnia fiat inte-
gralis executio, iuxta notata in cap. fina-
li, de reſtitut. ſpol. Staph. de litter. inſt. §.
dicendum, num. 42.

Communis eſt enim Doctorum om-
nium concluſio, quod tertius veniens pro
ſuo intereſſe impedit exequutionē rei iu
dicatæ, & eſt audiēdus ſuper iuribus ſuis
Inno. in cap. veniens, lect. 2. ſub num. 3.
Quem ibi omnes ſequuntur de teſt. Rot.
deciſ. 2. de re iudic. in antiq. Etiam ſi
tractetur de exequutione trium confor-
mium. Cardinalis in Clem. vt calūnijs,
q. 4. & ibi Vitali. nu. 89. & ſeq. de re
iud. Rot. deciſ. 13. eodem tit. in antiq. &
dec. 14. de probat. in nou. Alex. conſ. 83.
num. 13. lib. 3. Gab. concluſ. 1. de re iud.
num. 19. Et fuit reſolutum in cauſa Bur-
genſis vnionis de Elnes, coram Domino
meo Orano 26. Nouembris. 1588.

3 Et iſte tertius impedit exequutionem
ne dū veniendo ad cauſam in ſtatu & ter
minis, in quibus cauſa reperitur, ſed etiā
principaliter committendo cauſam pro
vt in prima, vbi venit principaliter pro
ſuo intereſſe, non autem ad alterius de-
fenſionem, Ioannes And. in c. 2. n. 2. verſ.
ille autem prouiſus. & ibi Gemin. ſub nu.
9. vt lit. penden. in 6. Couarruuias pract.
quæſt. cap. 15. & principaliter in princip.
& tenuit Rot. in cauſa Corduben. ſtatu-
torum 24. Februarij 1590. coram D. meo
Seraphino.
4 Maximæ, quod ſententiæ non loquun
tur de moderno Duce, nec ipſum affi-
ciunt, cum non fuerit citatus ſaltim per
proclama prout requiritur ad effectum,
vt ſententia lata contra poſſeſſorem ma-
ioricatus præiudicet ſucceſſoribus, iuxta
opinio, quam ſequitur Rota vt per Achil.
deciſ. 3. de re iudic. Put. deciſ. 81. lib.
3. Vt in iſtis terminis reſolutum fuit e-
tiam in cauſa Hiſpalenſis decimarum
de Villalua die 15. Iunij 1582. coram
bonæ memoriæ Lauretano, & in omnem
euentum moderno Duci, tamquam ſuc-
ceſſori licita fuit appellatio, vt per Alex.
in leg. filius familias, §. Duci, nu. 9. in fin.
de leg. 1. cum alijs per Pinell. in leg. 1. in
3. parte ſub num. 60. in 3. limit. in C. de
bon. mater. præſertim cum potuerit conſi-
derari aliqua negligentia Ducis ſenioris
qui ſuccubuit ex eo, quod examinauit
teſtes ruſticos, & vaſſallos, ommittens
examinare alios teſtes integros, quos mo
dernus Dux examinare intendit, quo ca-
ſu ſententias non afficere ſucceſſores in
maioricatu indiſtincte trad. Doc. allega-
ti per Pinell. ſub dicto num. 5. in 4. limit.
& Molin. de primogenitu Hiſpan. lib. 1.
cap. 8. num. 7. & ſentit Rot. in dicta cauſa
Hiſpalen. decimarum de Villalua.

Neque obſtare, quod modernus Dux
veniēdo ad cauſam reſtitutionis in inte-
grum poſt latas tres ſententias videtur
feciſſe ſententias ſuas, Put. deciſ. 71. lib. 3.
cum cenſeatur admiſſus in ſtatu & termi
nis in quibus cauſa reperitur, & aliter ad-
mitti non potuerit, c. 2. §. fin. vt lit. pend.
in 6. Fel. in cap. cum ſuper, num. 15. de
re iud. Couar. pract. quæſt. c. 13. in prin-
5 cip. Quia illud procedit, quando tertius
venit pro ſuo intereſſe deducēdo princi-
pāliter

paliter ius ſuum, quod non habet connexionem cum iure litigantis, vt poſt Io. Andream Gemin. & alios in d. cap. 2. Reſoluerunt Domini in prædicta cauſa Cordubenſis ſtatutorum, maximè; quod ex comparitione prioris conſtat: ipſum non fuiſſe admiſſum in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperiebatur: ſed veniſſe pro ſuo intereſſe tamquam tertius, & appellaſſet à ſententijs, quatenus in eis ſibi fieret aliquod præiudicium, qui eſt modus proprius, quãdo tertius venit pro ut in prima, cum certi iuris ſit tertium poſſe appellare, etiam poſt tres ſententias, Abbas poſt alios in dicto capitulo cum ſuper num. 16. Dec. in cap. ſua nobis, num. 10. de appellat. Couarr. pract. quæſt. c. 15. num. 18. & tanto magis, quia in commiſſione reſtitutionis in integrum, adeſt clauſula quam, & quas vigore cuius poteſt procedi pro ut in prima.

Nec etiam obſtare, quòd pro parte Archiepiſcopi prætendatur Ducem modernum non poſſidere, vel ſaltem dici intruſum ſtante poſſeſſione vigore ſententiarum, capta per Archiepiſcopũ viuente Duce, quia hęc poſſeſſio Archiepiſcopi controuertitur, & ideo Domini dixerunt, quod aut eſt facta exequutio, & tradita poſſesſio Archiepiſcopo, & non eſt opus clauſula parito, ſed modernus Dux audietur manente executione, cum nullibi reperiatur, quod tertius poſſit reuocare exequutionem factam, niſi prius in cauſa obtineat, & ſi interim Archiepiſcopus prętendat ſe turbari in ſua poſſeſſione, agat interdicto retinendæ, & petat mandatum de manutenendo, aut non eſt facta exequutio, & intrat, quod modernus Dux impediet exequutionem.

Exceptis tamen decimis perceptis per Ducem ſeniorem, in quibus ipſe condem natus fuit, quarum reſpectu Commisſio remanere debeat, cum clauſula ſine præiudicio trium conformium, quia non conſtat de aliquo intereſſe moderni Ducis, cuius ratione poſſit impedire exequutionem, cum veniat ad cauſam ex propria perſona, & tamquam ſucceſſor in maioricatu non autem in perſona, vel iure ipſius Ducis ſenioris.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Num. XII.

ROMANA S. THOMAE.

Lunæ 10. Nouembris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an requiratur in relaxatione mandati vigore ſententia, & num. vij. & viij.*

Opinio controuerſa inter Doctores, ibi.

Rota tenet affirmatiuam, num. ij.

3 *Exequutio parte non citata duobus concurrentibus fieri poteſt.*

4 *Citatio non requiritur, quando fit exequutio ſuper eadem re ſuper qua lata fuit ſententia.*

5 *Spolio agens ſe pro ſpoliato haberi fatetur.*

6 *Attentata non conſiderantur ab eo, qui in lite non fuit.*

7 *Opinio communis relinquitur, quando per concludentiores rationes conuincitur.*

9 *Clauſula in citatione ad ſententiam ad videndum relaxari mandatum, cuius effectus ſit.*

Quod verum eſt, quando materia eſt appellabilis, ibi.

Secus ſi in appellabilis, ibi.

10 *Citationem ad videndum exequi mandatum facere, etiam ſi adſit res iudicata, tutius eſt.*

1 DOmini dixerunt, quod licet articulus ſit valde controuerſus, an in relaxatione mandati vigore ſententiæ requiratur citatio ex trad. per Gabr. de citat. concl. 1. num. 129. & ſeq. tamen magis placuit opinio affirmatiua, quia ex citatione non grauatur ille, qui petit exequutionem, & videtur ſatis conueniens, quòd alia pars poſſit deducere ſuas defenſiones, quæ ei poſſunt competere pro impedienda exequutione, & hanc opinionem alias Rota ſequuta fuit,
2 coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Blanchetto in cauſa Taurinẽſis Cappellaniæ 24. Februarij 1576. & in cauſa Barchinonenſis bonorum ſub num. 5. coram Reuerendiſſimo Domino meo Patriar-

triarca Alexandrino 16. Februarij 1582. quare iudex procedendo abſq. tali citatione nulliter proceſſit, & ideo ſpoliauit, ideo fratres reſtituendi veniunt.

In reuolutione tamen regiſtri, duo vidi, quæ non deducebantur. Alterũ eſt, quod ſententia fuit lata prima Decembris, 1589. & redintegratio Capituli 26. Februarij 1590. Appellatio verò fuit interpoſita per fratres. 18. Nouembris 1596. quare dubitaui, quod in hoc caſu non requireretur citato, ex deciſione 25. nu. 3. circa med. de appell. in nou. quæ vult, quod poſſit fieri exequutio parte non citata, duobus cõcurrentibus vnum, quod vere appellatio ſit deſerta, alterum, quod de hoc iudex ſit certus, & ita intellexit hãc deciſionẽ Rota corã Reuerendiſs. Patriarca in allegata cauſa Barchinonenſis num. 3. & in d. cauſa Taurinenſis coram Illuſtriſſimo Blanchetto. In præſenti verò caſu non modo appellatio fuit deſerta, ſed non fuit interpoſita, & ſatis iudex erat certus, cum ex reuolutione actorum non conſtabat de appellatione.

Nec deciſiones Illuſtriſſimi Blanchetti & Reuerendiſs. Patriarchę, repugnant quia ibi Iudex non fuerat certus de deſertione appellationis.

4 Secundum, vt ex reuolutione actorum vidi eſt, quod exequutio fuit facta ſuper eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia, quo caſu dicit Gabr. ex communi opinio. Doct. loco præcitato nu. 131. non requiri citationem, & eſt deciſ. Acoramb. 7. circ. fin.

Hac diuerſitate facti, ſtante, ex ſolita benignitate Dominorum meorum ſtatui iterum ſententias eorum audire.

Et proſequendo in reliquis deciſionẽ non ſubſiſtit, quod capitulum non ſpoliauit fratres, ex quo ipſi numquam habuerũt poſſeſſionem reſpectu Capituli, ſtante, quod citarunt conductorem viridarij Eccleſiæ ad videndum decerni, & relaxari mandatum, ſine tamen præiudicio iurium Capituli. Put. dec. 32. lib. 2. cũ
5 alleg. Nam cum Capitulum poſte à egerit ſpolio, ſatis eſt, quod ex iſto actu habuerit ſe pro ſpoliato. Solo enim animo perditur poſſeſſio. Butr. in cap. cum ad ſedem, num. 25. de reſtit. ſpoliat. & cum fratres, eſſent iam in poſſeſſione Eccleſiæ, & viridarij potuerunt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis poſſidendo etiam in præiudicium Capituli, Bald. in l. pen. C. de pign. act. & ſatis eam ſibi mutarunt, cum litem ſuſtinuerint contra Capitulũ, & conabantur probare per ipſos non fuiſſe Capitulum ſpoliatum, & tamen inſtante Capitulo contrarium fuit reſolutum.

6 Non obſtat dum dicitur, quod in omnem euentum ſpolium commiſſum erga Capitulum fuit attentatum, & ideo licet primum ſit, debet nihilominus ante ſecundum purgari. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 68. de acquir. poſſ. Caſtr. conſil. 400. incip. priuſquam. col. fin. verſ. tertia ſimiliter. Decius conſil. 200. num. 5. Menoch. in primo remed. recuper. num. 383. & fuit reſolutum in cauſa Cortonenſis bonorum 19. Decembris 1586. & 7. Martij 1587. coram Cardinali Platto. Nam fuit reſponſum, quod aut attentata prætendũtur ex lite, & nulla lis erat inter Capitulum, & Fratres, quia Capitulum numquam fuit citatũ, nec vnquam de eo tempore interuenit in cauſa. Clem. 2. vt lit. pend. Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. nu. 11. & quamuis lis fuerit introducta contra Petrum Colonum Capituli; nihilominus ipſum Capitulum non afficiebat. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, num. 25. & 26. vt lit. non conteſt. aut prætenduntur attentata ex eo, quod poſt appellationem interpoſitam à Petro à decreto de immittendo, iudex relaxauit mandatum, & hoc caſu dato etiam, quod eſſet locus appellationi, nihilominus reſpectu Capituli non poſſunt conſiderari attentata, cum Capitulum non eſſet in lite per ſupradicta.

EADEM
Veneris 17. Decembris 1604.

QVia poſt rem iudicatam ob non interpoſitam appellationem fuerat facta exequutio abſque alia citatione ſuper eadem re, ſuper qua fuerat iudicatum, & inter eaſdem perſonas, inter quas fuerat pronũciatum, ideo dubitaui, an huiuſmodi exequtio fuiſſet valida, & Domini negatiuè reſoluerunt,

quia licet articulus ſit dubius, & controuerſus, vt per Gabr. de cit. concl. 1. num. 129. & ſequen. Tamen æquior eſt & humanior ſententia, quod requiratur talis citatio. Alexan. in l. à diuo Pio, §. in venditione, num. 30. & ſequen. ff. de re iudic. Caſſad. deciſ. 6. num. 2. de cauſ.poſſ. & propr. Et in hac opinione magis incaleſcunt iura, vt per Alexan. loco præcitato, Franc. in cap. ex parte, num. 90. de appell. bene Duenas reg. 94. in ſecunda ampliatione.

7 Nec facit, quod contraria ſententia videatur magis communis, vt per Gab. Caſſad. Alexan. quia quicquid dicendum eſſet, hodiè ſtante, quod multi ſuperuenerunt ſcriptores nō mediocris auctoritatis, qui prædictam ſententiam ſequuti ſunt, tamen à communi opinione receditur, quando conuincitur per concludentem rationem. Fel. in cap. 1. nu. 54. de conſt. Gabr. conſ. 100. num. 45. & ſeq. & conſ. 101. nu. 10. vol. 2.

Non obſtat, quod Rota dec. 25. nu. 3. de appel. in nou. videatur dicere contrarium, quia deciſio nihil tale dicit, ſed ſolum additio, quæ allegat Innocentium, qui tenet contrariam ſententiam, nec mouetur alia concludenti ratione.

Minus facit dec. Acoramb. 7. par. 2. quia in caſu illius deciſionis præceſſerat mandatum & poſtmodum fuerat datus quidam merus exequutor.

EX ANNOTATIONIBVS R. P. D. Coccinni Decani. lib. 2. annotatione 502.

8 Veneris 21. Iulij 1606. in Congregatione R. P. D. Lancellottus in cauſa Romana ſpolij domus inter monaſterium S. Ambroſij de maxima, & Lactantiū Roncionum, conſuluit Dominos, an poſſet mandari exequi mandatum in ſententia abſq; noua citatione ad videndum exequi mandatum, & Rota cenſuit poſſe, quia licet articulus ſit valde controuerſus, an poſt rem iudicatam poſſit deueniri ad exequutionem ſententiæ abſq; noua citatione, maxime, quando ſententia fecit tranſitum in Iudicatum ob non interpoſitam appellationem vt per Gabr. De citatione concl. 1. num. 236. & ſeqq. in quo opinionem negatiuam tanquam æquionem tenuit Rota coram me in cauſa Romana S. Thomæ in formis 10. Nouembris. 1603. & 17. Decembris 1604. Tamen quando mādatum eſt relaxatum in ſententia. etiam, quod in citatione ad ſententiam non adſit, & ad videndum relaxari mandatum ſi materia non eſt appellabilis, poteſt mandatum exequi abſque alia citatione, & ratio eſt, quia ſentētia habet ſecum exequutionem, vt per Grat. conſ. 76. in fi. vol. 2. Gabr. loco præcitato, numero 131. In materia, verò appellabili; ſecus dicendum eſſet per deciſiones in cauſa Romana S. Thomæ. Hinc Rota eadem die coram eodem in cauſa Romana de Capizucchis, cenſuit tutius eſſe, quod pars citaretur ad videndum mandari exequi mandatum, etiam quod fuiſſet relaxatum in ſententia, quæ tranſitum fecerat in iudicatum ob non interpoſitam appellationē & in citatione ad ſententiam adeſſet etiam, & ad videndum relaxari mandatum, quia materia erat appellabilis, & ſatis videbatur conueniens, quod alia pars poſſet deducere ſuas defenſiones, quæ ei poſſent competere pro impedienda exequutione.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETTO.
Num. XIII.
TAVRINENSIS CAPELLANIAE
24. Februarij 1576.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta appellatione pendente, eſt attentata, & ſpoliatiua.*

2 *Iudex ſciendo cauſam appellationis commiſſam exequendo attentat.*

1 FVit reſolutum poſſeſſionem Alexan
dri eſſe attētatam, & ſpoliatiuā, quia
appellatione pendente, Cum enim Anto
nius commiſerit cauſam appellationis in
termino ſibi præfixo, cauſa nō poteſt dici
deſerta. Nec obſtat, quod in ſecundo ter-
mino non certiorauerit ipſum iudicē de
huioſmodi cōmiſſione, quia ex hoc nō in
ducitur deſertio, Dec. in c. perſonas, n. 3.
2 de app. & eo magis eſt dicendū in hoc ca
ſu cū ex præſentatione Breuis directi Epi
ſcopis Vercellēſi, & Hiporegienſi potius
reddi caſus dubius accedēte annotatio-
ne nominis Antonij à tergo Breuis, &

ideo non debebat procedere ad exequutionem, arg. l. ſi fundum, & ibi Alber. n. 5 C. de rei vend. erat præterea citand. Antonius in exequutione ſententiæ, Dec. vbi ſupra, Fel. in c. ex ratione, in fi. & Franc. ibidem, n. 81. de app. Et plures huius appellationis refert Gabr. de cit. concl. 1. n. 121. Non obſtat dec. 25. n. 3. de appel. in nou. quia procedit quādo iudex erat certus, hic autem non modo non erat certus immò de contrario dubitare potuit ſtante dicta præſentatione, & hæc opinio dominis viſa eſt magis æqua cum pars appellans poſſit docere de aliquo impedimento, per quod iudex poſſet, & deberet retardare exequutionem.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.
Num. XIII.
BARCHINONENSIS BONORVM.
16. Februarij 1582.

SVMMARIVM.

1 *Attentata fiunt geſta appell. pendente. Etiā ſi pro Apoſtolis non ſit redditū, ibi. Etiā ſi tranſmiſit ad curiam pro commiſſione cauſæ, ibi.*

2 *Citatio ante decretas exequutorialis requiritur, vt cauſa dicatur deſerta.*

3 *Exequutio quando parte non citata fieri poſſit.*

4 *Sētētia requiritur ſuper deſertione cauſa.*

1 Domini reſoluerunt pro attentatis. Fundata enim eſt intentio adminiſtratorum ſuper pendentia appellationis toto titulo vt lit. pend. ex aduerſo duo deducūtur pro excuſatione. Primum eſt, quod cum eſſet datus terminus iuris ad redeundum pro Apoſtolis, adminiſtratores non redierunt, Clem. quāuis de app. Sed hoc fundamentum non placuit, quia ſecunda Octobris aſſeſſor, ad quē iudex remiſerat appellantes, detulit appellationi, & præfixit terminū 80. dierum, vnde ſufficit, quod iudex dederit Apoſtolos, nam poſtea non tenetur amplius pars cō parere, & petere, Apoſtolos Bal. in l. eos, §. fin. nu. 2. & ibi Salic. n. 5. in fi. C. de ap-
2 pel. Nec obſtat, quod non conſtet de acceptatione, quia ſatis cōſtat ex eo, quod pars tranſmiſit ad Curiam, & cauſam cō mitti obtinuit, vt detur de comparente poſt exequutam citationem, Rota deciſ. 21. de dol. & contum. in nou. Maxime cū pars aduerſa commiſerit etiam cauſam, appellationis dictorum Adminiſtratorū, & ita apparet non habuiſſe cauſam pro deſerta, Secundum q pro excuſatione deducitur eſt ex eo, quod non ſufficit infra 80. dies facta fides de commiſſione cauſæ. Hoc quoque fundamentum reiectum fuit ex pluribus. Primo, quia debuit pars citari antequam decernerentur exequutoriales, & tunc diceretur appellatio deſerta. Dec. in c. perſonas; n. 10. de app. Ae-
3 gid. dec. 217. in fi. & licet Rot. dec. 25. de appel. in nou. velit q poſſit fieri exequutio parte non citata hoc tamen procedit duobus concurrentibus, vt ibi dicitur, vnum eſt, vt vere appellatio ſit deſerta; alterum quod iudex de hoc ſit certus, hic verò neutrum concurrebat. Nam lapſus termini ad docēdum de appellatione nō inducit deſertionem, ſed tātum operatur, vt iudex poſſit procedere ad exequutionem, Feder. conſil. 128. Dec. in d. cap. per ſonas, num. 10. & ibi Fel. num. 9. Rom. ſing. 163. cum alijs alleg. neque etiam erat certus de deſertione, quia terminus 80. dierum non poteſt incipere niſi à die ſcientiæ. Tempus enim proſequendæ appellationis eſt vtile, nec currit impedito, Arch. in c. anteriorū, n. 52. q. 6. Tiraq. de retr. conu. §. 36. gl. 4. n. 9. in fi. & huiuſmodi termini recipiunt interpræationem à iure Caſſad. dec. 9. n. 10. de app. & quod requiratur citatio, fuit reſolutū 24. Febr. 1576. in vna Taurinen. Cappellaniæ coram R. P. D. Blauchetto, & hinc eſt, quod
4 iſto caſu requiritur ſententia ſuper deſertione, vt dicit Lap. allegatus à Rota dec. 25. de app. in nou. in additione magna poſt med. vnde cum iudex pronuntiauerit cauſam deſertā male fecit, quia re uera non erat, & cum eſſet appellatum, non potuit procedi ad exequutionem, quia, licet ſententia ſuper deſertione dicatur interloquutoria Rot. dec. 1. de app. in no. & dec. 42. eo. tit. in antiq. Tamen id procedit, quando pronunciatur deſerta appellatio ab interloquutoria. Secus ſi pronunciaretur deſerta appellatio à diffinitiua, Rota deciſione 21. de re iudic. in nou. Felinus in dicta Rubr. de re iudica. num. 11. Et ideo requiritur citatio, vt

per

per Felin. ibidem Gabriel. de citatio. concluſ. 1. num. 214. & ſeq. neq; ſufficit intimatio maxime ſtante appellatione, quæ ſuſpendebat ad not. per Feli. in rub. de re iud. numero tertio & ex his concluſum pro reuocatione attentatorum.

R. P. D. MANZANEDO.

Num. XIV.

ANCONITANA BONORVM

Vener. 12. Ianuarij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito Iudicato conditionalis ſuſpendit iuriſdictionem donec Iudicato pareatur.*

Fallit in clauſula parito arbitrio Rotæ, vt hic num. ij.

3 *Rotæ Auditores dubia ſuperflua, & difficultate carentia proponere non tenentur.*

1 DVbitaui An ſententia Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Seraphini tunc Rotæ Auditoris, eſſet nulla, & informantes pro D. Petro Gratiano affirmatiuam duobus potiſſimis fundamentis protegebant. Primo quod cauſa fuerat in primis commiſſa cum clauſula parito iudicato quæ non eſt dubium quin ſit conditionalis, & ſuſpendat iuriſdictionem vſque dum iudicato ſit paritum; Secundo, quia in ſecunda commiſſione quo ad paritum adeſt clauſula arbitrio Rotæ, quæ intelligitur prout de iure, Peregrinus deciſione 239. circa finem lib. 2. Cęſar de Graſſis, deciſ. octaua, num. 1. de ſent. & re iudic. vnde opus erat vt prius diſputaretur, An arbitrium intraret de iure, quod cum non fuerit particulari dubio diſputatum dicitur pro parte Gratiani nunquam de parito conſtaſſe, & iuriſdictionem ſemper fuiſſe ſuſpenſam, & ex defectum illius prædictam ſententiam fuiſſe nullam.

2 Prędictis tamen nō obſtantibus Domini pro validitate ſententiæ reſpondendo cenſuere, quia quamuis clauſula parito ſuſpendat iuriſdictionem, nihilominus clauſula arbitrio, & ſi intelligatur prout de iure dat cognitionem cauſa, vnde ſi Rota arbitrabatur paritum fuiſſe, conditio Clauſulæ parito purificabatur, & iuriſdictio ſuſpenſa ex dicta clauſula parito remanebat radicata; Sed ſic eſt, quod de prędicta paritione conſtabat prout & hodio conſtat quod Gratianus recuperauerit poſſeſſionem domus, vt in inſtrumento publico de quo in ſummario de Tancredis num. 1. quin & quod recuperauerit ſcuta 438. ſibi reſtituenda pro penſionibus domus & expenſis litis vt in duobus inſtrumentis in eodem ſummario numero ſecundo videtur, ergo quod conſtabat de paritione, & quod ſic erat purificata conditio, clauſulæ parito, & aderat iuriſdictio.

Non obſtat, quod per dubium particulare non fuiſſet diſputatum, An intraret arbitrium cum ſatis fuerit cum Dominis, fuiſſe communicatum & bulla fel. rec. Pij Quarti expoſcit quod auditor de per ſe
3 in conſultis Dominis cauſam non valeat expedire, non autem inducit neceſſitatem proponendi dubia ſupérflua & carentia difficultate vt alias Rota tenuit in vna Gerundenſis augumēti die 30. Martij 1607. coram R. P. D. meo Lancellotto; & ideo non fuit opus diſputare formaliter, an intraret arbitrium circa d. paritionem; ſed ſatis fuit Illuſtriſſimum Seraphinum cauſam cum dominis communicaſſe, & de illorum ordine ad illius expeditionem ſententiamque ferendam proceſſiſſe.

Quibus non obſtat, quod dicitur pro Gratiano, quod ſcuta 438. quæ habuit, & continentur in prædictis inſtrumentis non fuerunt pro penſionibus domus & expenſis litis ſibi ſoluta, ſed in aliam cauſam quia.

Reſpondeo, quod cum ſimilis ſumma eſſet Gratiano reſtituenda, & cauſa iudicati, & prædicta inſtrumenta cantent expreſſe in eamdem cauſam iudicati prædictas ſolutiones illi fieri, & pro prædictis penſionibus & expenſis ceſſat obiectio cum ſimus in claris l. ille aut ille de leg. 3.

Vlterius quia & ſi ſolutiones prędictæ fuiſſent ſimpliciter factæ Gratiano abſq; cauſæ expreſſione, erant applicandæ in

O 2 cau-

cauſam eligendam a debitore, l. 1. vbi Bart. & alij, ff. de ſolut. Pariſ. conſ. 122. num. 6. lib. 4. Vnde cum Tancredi declarauerint in cauſam iudicati prædictas ſolutiones feciſſe, non videtur de paritione dubitandum.

Minus obſtant credita allegata a Gratiano, quæ non ſunt contra Tancredos, ſed contra D. Comitiſſam Gratiani vxorem.

Vnde ſolutio facta a Tancredis debet cedere in extinctionem debiti ipſorum, & non in extinctionem debiti Comitiſſæ cum ſoluens cenſeatur potius nomine proprio, & in extinctionem propriæ obligationis, quam pro alio ſoluiſſe, l. et magis, ff. de ſolut. Decius conſil. 446. num. ſecundo, & tertio.

R. P. D. CORDVBAE.
Eodem num. 14.

CVSENTINA PENSIONIS.

Die 6. Nouembris 1596.

SVMMARIVM.

1 ***Signatura in cauſis penſionis ordinaria reſcribere ſolet cum clauſula ſine retardatione.***

PLacuit DD. Procedendo cum clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis,
1 quę licet fuerit remiſſa arbitrio Rotæ, & huiuſmodi arbitrium ſit a Iure regulandum Cæſar de Graſ. dec. 8. nu. 2. de re iud. Rota diuerſ. 348. nu. 4. par. 1. & dec. 641. nu. 1. lib. 3. Tamen cum fuerit reſolutum pro validitate penſionis, & ſententiam A. C. eſſe iniuſtam, & reuocandam, cum non iuſtificetur ex actis, de iure eſt, quod ſiat ſolutio, & non recedatur a regulari, & ſolito ſtilo Signaturæ, quod in cauſa penſionis procedatur ſine retardatione, Mohed. dec. 9. de cauſ. poſſ. Io. Paul. dec. 338. Sarn. in tract. breuium n. 4. & in ſimili fuit dictum in vna Compoſtellana penſionis 7. Nouembris 1584. coram R. P. D. Decano.

ILLVSTRISSIMO ARIGONIO
Num. XV.

TOLETANA PARROCHIALIS DE Mazarambroz.

Die Veneris 4. Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 ***Clauſula parito iudicato ni pareatur, tollit audientiam.***

1 CVm in commiſſione mihi pręſentata extet clauſula parito iudicato, Domini dixerunt Franciſcum non poſſe audiri, nec illius iura eſſe admittenda, niſi prius pareat, & pręſertim, quia dicta iura non releuant, & ſunt etiam extracta lite pendente abſq; compulſorialibus, Rot. in deciſ. 36. de probat. in antiq. nam non releuāt, & quo ad Tarmias, per quē Frāciſcus prætendet probare valorem huius beneficij non eſſe talem, ſuper quo potuiſſet imponi maior penſio ducatorum 200. fuit dictum bene probari aſſenſum ex illis fructibus ibidem deſcriptis, ſed non concludere negatiuam, quod non haberet alios fructus, & licet in alia cauſa fuit dictum Tarmias probare, id fuit, quia ex teſtibus, & aliunde conſtabat illud beneficium non habere alios fructus, niſi illos deſcriptos in ipſis tarmijs: & cominus eſſe faciendum fundamentum ſuper huiuſmodi tarmijs, quia etiam ſine incertis conſtabat de longe maiori valore vſq. ad ſummam ducatorum ſexcentorum ex de poſitionibus Teſtium, & ex mandato, & quia etiam pro tanta ſumma in expeditione litterarum ipſe Franciſcus ſoluit annatam in Cancellaria, & conſtat quouſque hoc beneficium eſſe capax maioris penſionis ducatorum 200. nempe ex illa concordia poſtea ſubſequuta, in qua fuit concordatum, quod penſio augeretur vſque ad ſummam ducatorum 400.

Circa alia iura per quæ prętenditur conſtare de mente Didaci volentis reſignare pro quacumque modica penſione, minus ipſo releuant, tum quia eſt ſcriptura, quorundam teſtium exa-

examinatorum parte non citata, l. ſi quando C. de teſtib. & ſine iuriſdictione; Tum etiam quia conſtat de contrario ex mandato ipſo,& quia etiam Didacus ſtatim atque habuit notitiam de tam modica penſione reclamauit,& litigauit, vt ex litteris miſſiuis ipſius Didaci, & ex depoſitionibus duorum Teſtium examinatorum, quando cauſa pendebat in partibus.

Nec obſtat prætenſa caſſatura, de qua in mandato vltimo loco exhibito, quia vltra quod non eſt in forma probanti cum fuerit extractum ſine compulſorialibus, Rot. in dicta deciſione 36. de probat. in antiq. nihilominus fuit dictum, quod non per hoc cenſeretur data ampla, & abſoluta facultas procuratori de reſeruanda quacumque minima penſione, ſed ſemper mandatum eſſet intelligendum de penſione aſcendente ad illam quantitatem ſecundum arbitrium boni viri propter illa verba,& ſatis procuratoribus bene viſa, &c. & non vt procurator in tam magna quantitate poſſet præiudicare ſuo principali, Caſſad. in deciſione prima num. 3. de empt. & vendit.

Quo ad alia iura, Domini dixerunt non probare prætenſam ratificationem; quia eſt quædam aſſertio ipſiuſmet. Fráciſci, & quia etiam iam Didacus contradixerat,& conteſtatus fuerat litem ſuper nullitate reſignationis, & pendente hac lite, fuit coactus defalcare illam ratam.

R. P. D. CAVALERIO.

Num. XVI.

PAMPILONENSIS DE ORANZO

Ven. 18. Iunij. 1610.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito iudicato conditionalem tribuit iuriſdictionem.*

2 *Clauſula parito iudicato conditionalis plenę probanda uenit.*

3 *Affirmatiua ſi ex actis probanda, ex ipſorum reuolutione probatur.*

CVM cauſa erectionis nouæ Parrocchialis in loco de Oranzo fuiſſet commiſſa Ordinario Pampilonenſi, cum clauſula appellatione Remota,& lata deinde ſententia, fuit cauſa commiſſa in Rota, cum clauſula parito iudicato.

1 Verum quia dicta clauſula tribuit iuriſdictionem conditionalem,in tantum vt iudex nullam habeat iuriſdictionem, nec poſſit procedere priuſquam ſit paritum, Put. deciſ. 429. lib. 1. Pariſ. conſ. 94. nu. 8. lib. 4. Et fuit dictum in vna Calaguritana Cappellæ Sanctę Crucis 13. Ianuarij 1589. coram bonæ memorię Orano, & alias ſępe in Rota reſolutum. Fuit dubitatum ſuper huiuſmodi paritione, & Domini dixerunt de ea non conſtare, Quia

2 conditio eſt plene, & concludenter probanda, l. Lurius, ff. de cond.& demonſtr. Io. de Anan. in c. ſi conſtiterit num. 6.& ibi Felin. ſub num. 5. de accuſat. Idem Felin. in rubr. de probat. nu. 3. vbi etiam Dec. n. 154. Ruin. conſ. 68. n. 18. lib. 1.

In caſu autem propoſito ad probanda paritionem non dabatur niſi quædam fides extraiudicialis,quę non facit fidem.

Dabatur inſuper vnicus teſtis,qui etiã quod non pateretur aliquas exceptiones nihil probat,cum ſaltem duo requirãtur l. vbi numerus, ff. de teſti. cum vulgar.

3 Et vbi affirmatiua debet conſtare ex actis ex ipſorum reuolutione ſatis dicatur probata negatiua, Dec. conſ. 483. nu. 5. Afflic. deciſ. 107. num. 5. in fin. & num. 6. fuit dictum in vna Senogalienſis Siluæ 24. Maij 1577. coram bonæ memoriæ Cotta, quæ eſt deciſ. 64. num. 2. part. 1. diuerſ.

ILLVSTRISS. MELLINO.

Num. XVII.

BRIXIENSIS PAROCHIALIS.

Merc. 2. Decembris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum, omnia in priſtinum ſtatum reponit.*

2 *Reſtitutio in integrum, niſi probata cauſa de iure non prodeſt,*

Fallit in reſtitutione Principis gratioſa ibi.

3 *Reſtitutio in integrum gratioſa, non tollit effectum rei iudicatæ.*

Claudius Rota obtinuit rem iudicatam ad ſui fauorẽ ſuper iſta Parrochiali, cuius vigore fuit reuocatũ ſequeſtrum prius appoſitum, poſtea Ioannes Baptiſta Poltranga obtinuit à S. D. N. reſtitutionẽ in integrũ gratioſam aduerſus rem iudicatam,& omnia inde ſecuta, & petebat coram me nouam appoſitionem ſequeſtri, Ideo dubitaui, An ſequeſtrum eſſet reapponendũ, Et Domini ſub die 8. Iunij concluſerunt ſequeſtrum eſſe reapponendum per naturam reſtitutionis, quæ omnia reponit in priſtinum ſtatum, & propter vniuerſalitatem illorũ verborũ aduerſus rem iudicatã, & omnia inde ſequuta, verum quia aliqua de nouo deducebantur ab informanti-
2 bus pro Claudio, volui iterum dubitare ſuper eiſdem, & dubio a me propoſito Domini pro maiori parte receſſerunt a reſolutione facta : Moti fuerunt ex eo, quod ad fauorum Claudij adeſt res iudicata, aduerſus quam Ioannes Baptiſta non probata cauſa non poterat audiri, niſi obtinuiſſet reſtitutionem in integrum ex gratia Principis l. 1. §. vlt. vbi Bart. n. 2. verſ. ideo dic. ff. de queſt. l. diui, ff. de pen. Abb. in cap. 2. circa fin. verſic. tamen doctores, de purg. vulg. & niſi in ea expreſſe fuiſſet reſtitutus aduerſus rem iudicatam l. cauſas, vbi Iaſ. num. 4. C. de
3 tranſact. idem Iaſ. in l. vlt. nu. 7. C. vt lit. penden. Iſta autẽ reſtitutio gratioſa non tollit effectum executionis rei iudicatæ. Afflict. dec. 341. Sed efficit ſolum, quod Ioannes Baptiſta, qui antea abſq; iſta reſtitutione gratioſa aduerſus rem iudicatam non poterat audiri, nunc ea obtenta audiatur, vnde cum per iſtam reſtitutionem non tollatur effectus rei iudicatę, non poteſt apponi ſequeſtrum, quod vigore rei iudicatæ fuit reuocatum.

Nec mouebant Dominos illa verba aduerſus rem iudicatam, & omnia inde ſecuta, quia cum iſta reſtitutio non tollat effectum rei iudicatæ, ſed ſit conceſſa ad effectum, vt adhibita cauſæ cognitione videatur de iuſtitia rei iudicatæ, ante quam Ioannes Baptiſta iuſtificet ſuam gratiam, & doceat de ſuo bono iure, non operatur iſtum effectum, quod Claudius priuetur commodo ſuæ poſſeſſionis. Peregr. dec. 18. in cauſa Calaguritana Archidiaconatus lib. 1.

DE COMMISSIONE

RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

§. III.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum, quodammodo appellationis ſpecies eſt.*

2 *Emptor an rem reſtituere, vel ſupplere velit iuſti pretium arbitrium habet.*

3 *Venditor læſus, licet iurauerit nil aliud petere tamen iuſtum pretium petit.*

4 *Læſio conſideratur habito reſpectu ad diẽ celebrati contractus venditionis, & num. xij.*

5 *Valoris mutatio in immobilibus quo tempore præſumatur.*

6 *Clauſula, & ſi plus valet donauit captioſa dicitur, & quare, & eius intellectus.*

7 *Læſio enormis, quando dicatur, & qualis enormiſſima, & num. xiij.*

8 *Læſio habet locum in omnibus cõtractibus, & remedium reſciſſionis.*

9 *Iuramentum minoris in contractu venditionis reſtitutionem impedit. Declara quando, vt hic.*

10 *l. ij. C. de reſcind. uend. locus erit etiam ſi illi renunciatum ſit.*

11 *l. ij. C. de reſc. uend. habet locum etiam in ſubhaſtatione per viam Curiæ tantum.*

13 *Læſio manifeſte probanda.*

l. ii.

14 l. ij. C. de reſc. uend. an habeat locum in terris Sancta Romana Eccleſia ſubiectis.

15 Mora de iure canonico purgatur ſemper quo ad pœnam.
Fallit in foro penitentiali, & nu. xvi.

17 Mora purgatio de canonica æquitate lite conteſtata impeditur.

18 l. ij. C. de reſc. uend. non procedit, quando vna pars adimpleuit, alia non.

19 Adimplementi onus à quo probandum ſit.

20 Contractui contraueniendo vna pars, poteſt alia etiam contrauenire.

21 Mora inter mercatores ſemper purgatur iuramento non obſtante, & quare.

22 l. ij. C. de reſc. vend. non habet locum fide data.

23 l. ij. C. de reſc. uend. non habet locum in vniuerſitate, quo ad pœnam periurii, & infamiæ.
Quæ procedunt tam in actore, quam reo, ibi num. xxiiii.

24 l. ij. C. de reſc. uend. non habet locum in iis quæ vſu conſumentur.

25 Bona quæ vſu conſumuntur abſque ſolemnitate alienari poſſent.

26 l. ij. C. de reſc. uend. an habeat locum in eo, qui cum iuramento, & iudicis decreto renunciauit.

27 l. ij. C. de reſc. uend. non habet locum in minore, ſed maiore.

28 l. ij. C. de reſc. uend. tranſactionem, & omnem contractum capit.

29 l. ij. C. de reſc. uend. an tollatur ex clauſula ſi quid plus valet donauit.

30 l. ij. C. de reſc. uend. non intrat, quando ambæ partes eodem tempore implere debebant.

31 Scientiam geſtorum per procuratorem, ut in pœnam Dominus incidat habere non præſumitur.

32 Spoliatus ante omnia uenit reſtituendus uſque vd quadrantem.

33 Poſſeſſione ſua priuandus, nemo uenit ſine cauſa.

34 Spoliatus quæ probare teneatur.
Et quando fructus reſtituere debeat ibi numero xxxv.

36 Spoliatus nõ ſolum fructus perceptos, ſed quos percipere pareat, reſtituere tenetur.

37 Rota ſpoliatores non uiolentos à die mote litis ad fructus condemnare ſolet, & quomodo id procedat.
Declara, ut num. xxxviij.
Amplia etiam ſi fructus ſint conſumpta, num. xxxix.

40 Spolii actio Eccleſiæ etiam competit.
Amplia etiam ſi res fuerit perempta, num. xli.
Amplia ſi momento poſſederit, & num. xlij.

43 Spolium ultimum purgatur.

44 Spoliatus etiam contra heredem ſpoliantis reſtituitur.

45 Spoliatus etiam contra Eccleſiam uenit reſtituendus.

46 Spoliatus in poſſeſſorio uſque ad mille annos reſtituendus uenit.

47 Spoliator nulla præſcriptione tutus dicitur.

48 Spoliator ſi cedat Spolio, non auditur, niſi illo purgato.

49 Spoliatus non integre reſtitutus in quacunque iudicii parte petitorium ſuſpendit.

50 Reſtitutio in integrum in cauſa poſſeſſorii, niſi fuerit priuilegiatus denegatur.

51 Cap. reintegrandae etiam ad rem mobilem ſe extenditur.

52 Cap. reintegrandae remedium in fore conſcientiae periculoſum,

53 Cap. reintegrandæ rem habet locum etiam in cauſis laicorum.

54 Cap. reintegrandæ rem perpetuo ſine temporis præfinitione competit.

55 Probanda quæ ueniant pro rem. cap. reintegrandae intentando.

56 Cap. reintegrandae, uel ſpolio agens contra ſucceſſorem ſpoliatoris, ſpolii modum narrare debet.

57 Spoliati ſucceſſor ex rem. c. reintegrandae pariter reſtituitur.

58 Spoliatus petitorium intentando, ſi illi renunciat reſtituendus uenit, & quare.

59 Spoliatus rem. cap. reintegrandæ, contra titulum, & bona fide poſſeſſorem reſtituitur.

60. Regula de triennali ſpoliatori non ſuffragatur.

Regu-

61 *Regula de triennali in quibus conciliis inuenta, & edita.*

62 *Regula de triennali tuetur illum, qui titulum eoloratum habet.*

63 *Spoliatus poſſidens ex gratia Apoſtolica reſtituitur ſi ſpolietur à ſecundo ſpoliatore Motu proprio gratiam habente, & certa ſcientia.*

Fallit niſi adſit decretum irritans, ibi, numero lxiiij.

65 *Spoliatus paſſus ſuper proprietate probationes, non reſtituitur.*

Declara, vt hic.

66 *Spolio agens, quando non audiatur niſi cognitio prius de proprietate, vt in cauſa matrimoniali.*

67 *Conuerſus, vel profeſſus tranſiens de vna Religione ad aliam quando reſtituatur.*

68 *Reſtitutio in quibus cauſis niſi de Titulo conſtet, non detur.*

69 *Cumulato petitorio, & poſſeſſorio, ſpoliatus non reſtituitur.*

70 *Cumulatio petitorij, & poſſeſſorij, quando in ſpolio detur.*

71 *Spolium in beneficialibus diuerſum facit iudicium à ſpolio in prophanis.*

72 *Spoliatus non reſtituitur ſi de ſuo non iure conſtat.*

Limita niſi conſtet de non iure proprietatis notoria proſequentis, & numero lxxiij.

Quod non intrat in prophanis, & nu. lxxiiij.

Limita quando conſtat de non dominio ſpoliatoris, ibi, num. lxxv.

76 *Spoliatoris dominium, quando probatum dicatur.*

77 *Spoliatus non reſtituitur, quando proprio ſuo facto, vel contractu cecidit à poſſeſſione.*

Exemplifica in multis, vt numero lxxviii.

79 *Reſignatio nulla, licet non abdicetur titulus, tamen abdicat poſſeſſionem, & reſtituitur.*

Limita in conditionali reſignatione, ibi, num. lxxx.

Limita dummodo reſignatio facta ſit ante ſpolium, num. lxxxi.

Limita in reſignatione ſimoniaca, nu. lxxxii.

Limita ſi reſignãs nõ poteſt agere cõtra reſignatarium ſi ab ipſo ſpolietur, tamen bene contra tertium, ibi num. lxxxiii.

Limita ſi reſignans ſpolietur ante admiſſam reſignationem à ſuperiore, quia reſtituitur, num. lxxxiiii.

85 *Poſſeſſionem ex contractu nullo transferens, non reſtituitur.*

86 *Spoliatus beneficio reſeruato, in quo fuerat intruſus propter decretum irritans, non reſtituitur.*

87 *Spoliatus intruſus in beneficio vacante apud Sedem, non reſtituitur.*

88 *Spoliatus intruſus in beneficio alteri per reſeruationem reſeruato, non reſtituitur.*

Limita, vt numero lxxxix.

Limita, vt numero xc.

Limita, vt num. xci.

92 *Spoliatus intruſus in beneficio litigioſo ex collatione ordinarii, non reſtituitur.*

93 *Spoliatus intruſus in beneficii collectorum, & aliorum reſeruato, non reſtituitur.*

94 *Intruſus in beneficio, quis dicatur.*

Limita quo ad beneficia collectorum, & ſimilium, ut numero xcv.

Limita multis aliis modis, ut ibi

Limita ibi, numero xcvi, xcvii, & xcviii.

99 *Spoliatus per iudicem etiam iniuſta regulariter reſtituitur.*

Limita quando ordine non ſeruato iniuſte, uel nulliter iudex proceſſerit, & num. c.

Concorda ſupradictas opiniones, & numero ci.

102 *Spoliatus ab incompetenti iudice reſtituitur.*

103 *Spoliatus reſiſtentiam faciens exequutioni etiam iuſte reſtituitur, & quando.*

104 *Spoliatus beneficio, de quo erat incapax non reſtituitur.*

Exemplifica in ſimoniaco, & multis caſibus, numero cv.

Limita in ſimoniaco ignorante, ibi. numero cvi.

Limita, ut numero cvii.

108 *Execrabilis non reſtituitur.*

Limita

Limita, num. cix.

110 Spoliatus Hæreticus non reſtituitur.

111 Hæretici filius tam ante, quam poſt patris delictum natus, paterna hæreditate priuatur.

112 Hæretici filius, penſionibus priuatur.

Amplia ibi, num. cxiij.

114 Rota exequitur meritis non guſtatis ſententias Inquiſitorum hæretica prauitatis.

115 Laicus ad beneficium non reſtituitur.

116 Inhabilis ad beneficia, & alia, quando non reſtituatur.

117 Spolium vltimum ſemper purgandum uenit.

118 Spolij vitium tanquam reale, rem ſequitur ad quem vadat.

119 Exceptio ſpoliationis illum, qui vnde vi tenetur capit ſolum.

120 Excommunicatus non poteſt intentare poſſeſſorium reſtitutorium.

Declara ſi excommunicatio opponatur per partem, num. cxxi.

122 Spoliatus an in iudicio adipiſcendæ reſtituatur.

123 Spoliatus in iudicio adipiſcendæ, quando reſtituatur.

124 Spoliatus ſuper petitorio agi ſinens non reſtituitur.

125 Spoliator poſt tres conformes non auditur, niſi purgato ſpolio.

126 Spoliator quæ reſtituere teneatur.

127 Succumbens per tres conformes indignus eſt reſtitutione, & quomodo detur commiſſio.

128 Succumbens per tres conformes, perdit beneficium cap. Odoardus:

129 Spoliator violentus, vel doloſus, non reſtituitur.

130 Spolium doloſum, quando dicatur.

131 Spolium non purgato quando ſe reintegratio non eſſet facta, ſed facienda veniret, quomodo intelligatur.

132 Minor viginti annorum, an in ſpolio conueniri poſſit.

133 Reſtitutio in integrum in ſpolio aduerſus rem iudicatam non datur.

134 Reſtitutio in integrum non ita de facili conceditur cauſa appellatione remota commiſſa.

135 Exceptio rei iudicatæ quando non præiudicet.

136 Reſtitutio in integrum fiſco ad pœnam augendam non datur.

137 Reſtitutio in integrum minori ad adeundam hæreditatem cum benef. l. & inuentarij datur.

138 Hæres pupilli quando inuentario non confecto reſtituatur ad paternam hæreditatem adeundam.

139 Reſtitutio in integrum carcerato non prodeſt, & quare.

140 Reſtitutio in integrum Eccleſiæ datur aduerſus ommiſſa per procuratorem.

141 Reſtitutio in integrum in beneficialibus datur in poſſeſſorio.

Fallit, vt num. cxli.

142 Reſtitutio in integrum datur ſucceſſori, ſcripturis nouiter repertis.

143 Reſtitutio in poſſeſſorio quare detur in beneficialibus.

144 Nullitate ex eiſdem actis probata, intrat reſtitutio in integrum.

145 Iniuſtitia ex eiſdem actis retardat exequutionem, & tollit clauſulam parito iudicato.

146 Conductor rem locatam retinet donec totum intereſſe ſoluatur.

147 Reſtitutio in integrum, quando exequutionem ſuſpendat.

148 Reſtitutio in integrum datur, quando per poſſeſſionem infertur damnum enormiſſimum.

149 Reſtitutio in integrum non eſt probibita, niſi expreſſe dicatur.

150 Reſtitutio in integrum, quando excommunicatis detur.

151 Reſtitutio in integrum, appellatione remota non denegatur.

152 Reſtitutio in integrum non impedit exequutionem factam.

153 Reſtitutio in integrum in criminalibus datur à ſolo Principe.

154 Maior aduerſus non confectum inuentarium, raro reſtituitur in integrum.

155 Inuentarium ab hærede confectum an fideicommiſſario prodeſt.

156 Reſtitutio in integrum contra Fiſcum aduerſus lapſum fatalium non datur.

Reſtitu-

157 *Reſtitutio in integrum datur, quando ob mortem procuratoris cauſa non fuit defenſa.*

158 *Exequutoriales contra intruſum lite pendente exequuntur.*

159 *Appellatio datur in ſpolio ob mixturam attentatorum.*

160 *Tertius quando ſpoliatum ne reſtituatur impediat.*

161 *Reſtitutio in integrum ceſſat, quando per reſtit. in integrum fuit obtenta ſententia reuocatoria.*

162 *Clauſula cum facultate reſtituendi in integrum, non derogat ſententijs latis.*

163 *Bona fideicommiſſio ſubiecta, quomodo alienare poſſint.*

164 *Inuentarium citatis praiudicat, & quo ad illos eſt validum.*

165 *Clauſula conſtito de re iudicata facit iudicem mixtum, & inducit conditionem.*

166 *Verbum, De, quid denotat.*

167 *Clauſula conſtito de aſſertis conditionalis eſt.*

168 *Commiſſio reſtit. in integrum datur, teſtibus lapſis fatalibus examinatis.*

169 *Sententia ex praſumptionibus lata, numquam tranſit in iudicatum.*

170 *Iudex ex præſumptionibus procedens, tenetur ſententiam moderare.*

171 *Præſcriptio legalis, quæ in ſe contineat.*

172 *Clauſula, in primis, & ante omnia ad exequutionem procedat, intelligitur pro ut de iure.*

173 *Reſtitutio in integrum ob leſionem, in æquitate fundatur.*

174 *Incontinenti factum, quando dicatur.*

175 *Fructuum deſcriptio quandocumque permittitur.*

Quid in bonorum deſcriptione, ibi, nu. c l x x v i.

177 *Appellatio datur à decreto de bonis deſcribendis.*

178 *Maior quando reſtituatur aduerſus tranſactionem, ſi leſus ſit.*

179 *Minor non reſtituitur in integrum ob non data interrogatoria.*

180 *Commiſſio reſtitut. in integrum, cum clauſula prout de iure, parte non opponente, dat iuriſdictionem.*

181 *Reſtitutio in integrum atteſtationibus publicatis, an concedatur, & quando Eccleſiae, & alijs ſimilibus.*

182 *Minor reſtituitur non alias leſione probata.*

183 *Minor læſionem probare debet, ſed an antequam aduerſus non interpoſitam appellationem reſtituatur.*

184 *Minor leſus, an dicatur, ſi aliquid præiudiciale ſit confeſſus.*

185 *Leſio in venditione ad vitam facta non conſideratur.*

186 *Retractus in re ad vitam non competit.*

187 *Sententia ſucceſſiuam, vel continuam cauſam habens in iudicatum non tranſeat.*

188 *Spoliator non violentus, quos fructus reſtituere teneatur.*

Declara, ut hic.

189 *Statutum Vrbis de duabus conformibus rem iudicata facientibus habet locum in omnibus vrbis tribunalibus.*

190 *Originarius alicuius loci, quomodo quis dicatur.*

191 *Statutum, quod duæ conformes, faciant rem iudicatam, an capiat collegia, & num. c x c i i ij.*

192 *Statutum de ciuibus loquens, de veris intelligitur non de fictis.*

193 *Statutum appell. tollens odioſum ſtrictè intelligendum eſt.*

195 *Statutum de duabus conformibus, in Rota etiam locum habet.*

196 *Statutum quando ordinatorium dicatur.*

197 *Statuta Vrbis diſtrictum capiunt.*

198 *Diſtrictus Vrbis eſt quadraginta milliariorum limitatus ſublata differentia ſalis focatici, & num. c c.*

199 *Clericus an diſtrictualium nomine comprehendantur.*

201 *Statuta Vrbis in diſtrictu ſeruantur etiam per Barones, vbi non ſunt ſtatuta localia.*

202 *Statuta Vrbis Papalia dicuntur.*

203 *Commiſſio nullitatis facta exequutione datur prout de iure.*

204 *Commiſſio cum facultate inhibendi in præiudicium exequutorialium datur*

tur arbitrio Rotae.

205 *Commiſſio, quod vrocedatur in petitorio relicto poſſeſſio, datur, refectis expenſis.*

206 *Commiſſio, vt detur fides teſtibus mortuis in cauſa poſſeſſorij examinatis datur.*

207 *Statutum Vrbis de incolis, & diſtrictualibus an capiat eum, qui per triginta annos cum familia, & vxore habitauit.*

208 *Curialem, & incolam aliquem eſſe ſtare ſimul poſſunt.*

209 *Clerico non poſſidere aſſerenti reintegrato ab exequutore Breuis Apoſtolici ad poſſeſſionem, de qua ſe ſpoliatum aſſerit, non datur manutentio.*

210 *Commiſſio impetrata contra violentis occupatorem non tranſit in ſucceſſorem.*

211 *Sententia lata in cauſa beneficiali nunquam tranſit iniudicatum.*

212 *Oblatio reſtituendi fructus, vel expenſas depoſitato iulio illis liquidatis, non ſufficit.*

Deficiente nummo non tenetur ſpoliatus reſpondere, ibi, num. ccxiij.

214 *Oblatio in ſpolio, non ſufficit.*

idem in iudicio attentatorum, num. ccxv.

216 *Attentata magis ſpolio ſunt priuilegiata.*

Auditur in negotio principali facto depoſito, ibi num. ccxvij.

218 *Clauſula parito Breui, nõ impletur per oblationem fructuum.*

219 *Actio ſpolij, ſpoliato acquiſita nullo tempore praeſcribitur.*

220 *Bonum ius ſpoliati, quando conſtare dicatur.*

221 *Reſtitutio in integrum an in ſpolio detur.*

222 *Reſtitutio in integrum retardat rei iudicatae exequutionem.*

223 *Spolij primum extremum per praeſumptiones probari ſufficit ſecundum concludenter.*

224 *Minori durante minori aetate nõ currit quadriennium ad reſtit. in integrum petendam.*

§. III.

1 REſtitutio in in-
tegrum appella-
tionis ſpecies quo
dam modo eſſe
videtur. Quando
ſiue maior, ſiue
minor (vt infra di-
xi) in commiſ. re-
lax. Iur. c. 5. enormiter læſus, ſiue læſi ex
venditione ſe re periuntur, vel aſſerunt;
quibus reſt. in integrum dari interdum
poteſt, Abb. in cap. cum dilecti. colum. 2.
de empt. & vendit. Gab. lib. 3. com. opin.
in tit. de empt. & vend. concluſ. 1. num.
12. Subdens, n. 14. etiam ad fructus per
ceptos ex ipſa re. Sed an, & quando ad
fructuum reſtitutionem teneatur, vide
Couar. var reſ. lib. 2. c. 3. Ideo in præmiſ-
ſi ex remedio, l. 2. C. de reſc. vend. ſibi
ſuccurri petunt, vel per repoſitionem
ad priſtinum per petentem reſtitutio, ſi-
ue ſuppleto iuſto pretio ab emptore, vn-
de hac nactus occaſione, aliqua in hoc ar
2 ticulo, & in d. l. 2. materia, ſuccinctè
ſubnectenda fore cenſui, Et an velit iuſtũ
ſupplere precium, vel rem venditori reſti
tuere, in emptoris arbitrium repoſitum
fore aſſerunt, Abb. de communi, in c. cum
dilecto, colum. fi. de empt. & vendit. Bart.
in præfata l. 2. num. 16. Gozad. conſilio
44. col. 2. Iaſ. in l. vbi autem, §. illud, co-
lumn. 1. ff. de verb. oblig. Licet in
quolibet alio contractu bonæ fidei, &
etiam ſtricti iuris, locum habeat, vt hic
Bart. verſic. Quid in alijs contractus, col.
2. Et Bal. in 7. oppoſ. & verſic. Tertio
quæro, Salicet. verſic. Quarto quæro;
Corn. conſ. 240. num. 1. volum. quarto;
Iaſ. in l. de quibus, num. 29. ff. legibus, de
communi atteſtans, vt in contractu loca
tionis, & etiam conductorem comprehẽ
dit, ſi reperitur ſecundum illius terminos
læſus, etiam ſi non contrauenire iurauе
rit, nihilominus iuſti precij ſupplemen-
tum petere non prohibetur. Dummodo
læſio ſit vltra dimidiam iuſti precij, habi
to reſpectu ad tempus celebrati contra-
ctus, non autem ad tempus anterius, vel
poſterius; vt hic, Doc. Imol. in d. cap. di
lecti, 2. not. Socci. conſil. 48. num. 3. vo-
lu. 4. Vnde ſunt æſtimatores eligendi, qui
de valore illius temporis benè conſcij, &
in-

informati eſſe poſſint, Bertran. conſil. 33.
5 num. 3. volum. 2. Circa quod ius muni-
cipale multis in locis præualet, ac atten-
ditur, licet tempus venditionis inſpicien
dum veniat, & conſiderandus tunc va-
lor. Quamuis ſec. Natt. conſil. 355. num.
2. & Cagnol. in hac l. noſtra in bonis im-
mobilibus mutatio valoris minoris ſpa-
tio decem annorum non præſumatur, ni-
ſi concurrente, & probato aliquo acci-
6 denti. Sed etiam ſi in contractu vendi-
tionis adſit clauſula, & ſi plus res vendi-
ta valet, donauit, quia ſunt verba ca-
ptioſa, & referri debent ad modicam im
portantiam, & non tam prodigam, ex
qua dolus, & maximè in minore, ac ſi-
milibus lęſio, qui ad ſic contrahendum
facilitate inductus pręſumitur, ad ita do-
nandum, & renunciandum, quæ præſu-
mitur etiam ſub cõditione facta, niſi ma-
gna, ac enormiſſima ſit, quæ potius ex
quadam conſuetudine paſſim in contra-
ctibus apponitur, potiuſquam animo do
nandi, Caſſador. deciſ. vnica, num. 2. cir-
ca med. de empt. & vend. alias anxa da-
retur locupletandi cum aliena iactura,
vnde ex hac cauſa remedium huius legis
datum extitit. Grat. conſ. 192. nu. 10.
vbi num. 3. etiam maiori ſuccurrendum
7 in hoc dicit, cum adductis. Enormis læſio
dicitur, quãdo eſt in ſexta parte, Calder.
conſil. 113. alias 4. de arbitr. in princip.
verſ. Et ideo dicit lex enormiſſima, quã-
do vltra dimidiam in venditione, vt in
hac l. 2. C. de reſc. vend. Et iſta læſio vl-
tra dimidiam, ſec. Ang. conſil. 38. verſic.
quoniam remedium, habet locum non
tantum in omnibus contractibus bonæ
fidei, ac ſtricti iuris, ſed in omni contra-
ctu oneroſo, ac etiam in alimentis pro-
miſſis, vt Illuſtriſsimus Dominus Card.
Tuſcus Pract. Concl. iur. in verbo alimen
ta, concl. 307. Tom. 1. & de lęſione vltra
dimidiam. Vide eundem in verbo læſio,
conc. 293. per tot. late cum ampl. & li-
8 mit. Ponamus itaque primam regulam,
quod minoris iuramentum ex præfatę
l. 2. remedio reſtitutionē impediat, quod
ſine difficultate procedere dixit, Grau. in
conſil. 188. cum plurib. concord. num. 3.
& de communi conſil. 114. num. 9. verſi.
Eoque magis, Si ratione minoris ætatis
inſtrumento contrauenire non iurauerit,

9 vt ibidem, num. 3. Declara procedere
ſupradicta, dummodo vltra dimidiam
adſit læſio, vel nimis exceſſiua, Gozad.
conſil. 114. nu. 9. verſic. Et idem in mino-
re, & licet ſecus Doctores teneant, ta-
men Rota contra dictam communem
Doct. ſententiam cenſuit, & ſeruat, nem-
pè, quod tale minorum iuramentum,
d. l. 2. Remedium minime impediat, quia
non alterat vltra contractus naturam,
Caſſad. deciſ. vnic. per tot. de empt. &
vend. & idem Grau. conſil. 192. num. 2.
Imol. hic remed. 2. Quod habere locum
etiam in maioribus, ibidem tenuit, Grau.
nu. 3. Quando vltra dimidium nimis ex-
ceſſiua læſio eſſet, quia dolus hoc caſu
10 arguitur. Hoc autē te non lateat, quod
vbicumque remedium huiuſce legis in-
trat, comprehendit etiam ſi fuiſſet renun
ciatum enormi, & enormiſſimæ læſioni
cum iuramento ſpeciali, etiam adiecta
clauſula (ſi quid plus valet donauit) aliiſ-
que ſimilibus efficaciſſimis, ex triplici ra-
tione, Quarũ prima, eſt quod tales clau-
ſulæ de ſtilo notariorum apponuntur. Se
cunda ex ſuſpitione, quæ oritur de facili
quando appoſitæ ſunt clauſulę maiores,
& efficaciores. Tertio quia eadem facili-
tate, qua ad ita contrahendum indu-
ctus quis fuit, pariter debet concedi, &
induci ad contra ipſam legem, cui ſic fa-
ciliter renunciatum fuit, veniendum,
Caſſad. præfata deciſ. vnica, num. 2. 3. &
11 4. Grau. dicto conſil. num. 9. Immo quod
plus eſt, lex noſtra quoque in ſubhaſta-
tione, vel (vt dicitur) venditione neceſſa-
ria locum habet, etiam ſi ad incantum,
ac plus offerenti deliberetur, & vēdatur.
Paul. de Caſtr. in l. ſi quis, C. de reuoc. do
nat. Aret. in §. ſi quis agens, nu. 3. inſtit.
de actio. Cagn. hic num. 161. vbi tam ca-
noniſtarum, quam legiſtarum hanc com
munem fore ſententiam aſſerit. Alex. cõ-
ſilio 117. in fi. volum. 7. Sarmien. deciſ.
63. Bar. in l. 1. per tot. C. de præſcrip. tri-
ginta vel quadraginta annorum, Quam-
uis non adſint contrarium aſſerentes, re-
lati per Gabr. com. opin. Tit. de empt. &
uend. concluſ. 1. num. 61. & ſeq. Et plures
etiam citat in concluſionibus hanc ma-
teriam breuiter elegantiſſimè diffuſe tan
gētibus Illuſtriſsimus Card. Tuſc. Pract.
concl. iur. in uerbo mora concl. 377. per
tot.

toт. & multis alijs quando per ſolutionē
purgari poſſit. concl. ſeq. & quando pur
getur, vel non, concl. 379. Et quid mo-
ra contracta operetur, concluſ. 381. ad
quem breuitatis cauſa te remitto. Quod
declara, dummodo venditio ſit per viam
Curiæ; Secus autem ſi bona ipſemet Do-
minus ſubhaſtare faceret, quia tunc hu-
ius legis remedium ceſſabit per Gabr. lo-
co citato, numero 62. Idque etiam am-
plia procedere contra ſingularem ſucceſ-
ſorem; vt per Sarnen. loco citato. Bald.
hic q. 13. Pantalen. in rep. huius limit.
8. Sed huiuſmodi ſubhaſtationem pecu-
nia mediante, & præſente faciendam di-
cas, alias ſi ſecus fieret nullam fore Rota
cenſuit pluries coram R. P. Domino Al-
dobrandino poſtea Clemente Octauo,
fel. rec. in vna Tiburtina Caſtri Sambu-
ci 27. Decembris 1578. quæ eſt Deciſ.
458. par. 1. diuerſ. Et tandem coram Do
mino Ludouiſio in vna Romana Vineæ,
2. Aprilis 1601. Et coram Domino Iu-
ſto in alia Camerinenſis ſpolij 28. No-
12 uembris 1603. Et ob id læſio debet pro-
bari, & conſiderari de tempore celebrati
contractus, quia ex ſuperuenienti læſio-
ne, non datur reſtitutio, etiam ſi fuerint
Eccleſia, & ſimiles priuilegiati. Gram.
conſil. 186. num. 4. Iaſ. conſil. 54. num. 4.
13 & conſ. 55. verſ. Præterea ad cognoſcen-
da, nu. 1. vol. 1. Et quod ad effectum re-
ſciſſionis concludenter læſio probanda
veniat, cenſuit Rota coram R. P. D. Or-
tembergo in illa Romana Reſtitutionis
domuncularum Lunæ 22. Iunij 1609.
vbi, & quomodo probāda veniat, ac qua
liter conſideretur, & quod detractis one
ribus etiam, concludens de iure ciuili do
lum requiratur ad medietatē pretij, quā
videas. Tunc autem inducitur ipſa læ-
ſio, non autem id, quod poſt contigit ha
betur in conſideratione. Odd. de reſt. in
integ. par. 2. q. 57. art. 3. num. 18. Abb.
conſil. 56. in fi. volum. 2. Ea ratione, nam
quando aliquid poteſt ſe habere ad com-
modum, & damnum, licet cauſaliter dam
num contingat, non per hoc lædi quis di
citur, etiā ſi minor foret, nec reſtituitur.
Odd. vbi ſup. par. 1. q. 4. art. 6. per totum.
Quod fallit in contractu, quando cauſa
de futuro habet effectum tempore vendi
tionis, vel quando contractus habet ef-

Vide has dec. in fi. cap.

Vide hæc dec. in fi. c. nu. 1.

fectum ſucceſſiuum. Rol. à Val. conſil. 1.
num. 178. volum. 2. Exemplum ponens in
illo, qui ſe obligauit coquere panem,
quia ſi creuit tantum, quod intollerabi-
lis ſit, reſcinditur contractus, Nam quan
do res venit ad ecceſſum incognitum fa-
cit recedere, quia ex cauſa ſuperuenienti
recedimus ab omni diſpoſitione, An-
char. conſil. 84. num. 3. & ſequen. Iaſ. in l.
quo minus à num. 134. ad numerum 145.
ff. de flumin. Felin. in cap. nouit. num. 8.
verſ. Secundo limita, de iud. Et læſus di-
citur non ſolum qui patitur damnum,
verum etiam qui patitur lites, Illuſtriſſi-
mus, & Reuerendiſſimus Dominus Car-
dinalis Tuſcus Pract. Concl. iur. in verbo
lites, concl. 384. Tom. 5. Dumque reſti-
tuendus prætendit manifeſte læſionem,
hanc probare debet, alias nec læſio eſſet
attendenda, quia non præſumitur illa,
qua non probata, in conſequens reſtitu-
tio denegatur, Abb. in cap. 1. num. 2.
verſic. Secundo; quod manifeſte appa-
ret, de in integrum reſtiiut. Tuncq. enor
14 miſſima dicitur, quando in tota re, vel
cauſa eſt, Socin. conſil. 266. num. 24. vol.
2. Iaſ. conſil. 54. num. 5. volum. 1. Licet
multi ex noſtris iuriſconſultis de canoni-
ca æquitate legem hanc in terris Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, non habere
locum aſſerant, quod originale Bald. di-
ctum fuit, in l. qui crimen, quæſt. 11. C.
qui accuſar. non poſſ. Alexand. hic num.
7. verſic. Fallit etiam de æquitate cano-
nica, & Iaſ. num. 26. verſic. Limita prædi-
cta, in hoc non obſtante iuramēto, quan
do altera pars damnum paſſa fuerit, pur-
gatio moræ admittatur. Ant. Imol. Butr.
in cap. dilecti, de arbitr. Hier. Zannet. op
timè cum concordat. in tractat. de differ.
inter ius ciu. & can. 55. differen. numero
91. Bald. in l. ſi pacto quo pœnam, C. de
pact. Decius conſilio 138. numero ſexto,
verſic. Et ad hoc etiam bene facit, Curt.
in trac. feud. par. quarta, quæſt. 24. Lanfr.
de Orian. in cap. quoniam contra falſam,
in verbo depoſitiones, de probat. Quam-
uis ſec. Gemin. conſ. 23. n. 4. an mora poſ-
ſit, nec ne purgari etiam re integra ſit
materia Broccardica, vbi dari certa regu
la nequit, an mora ſit commiſſa, vel non.
Et late quando purgari poſſit cum mul-
15 tis ampliationibus & limitat. Apoſt. ad

Digitized by Google

Alexand. conſil. 117. in fin. volum. 7. &
quomodo in iſta venditione ſubhaſta,
quæ neceſſaria dicitur læſio probetu, col
ligas ex Fulg. conſ. 172. col. 3. verſic. rur-
ſum cum ipſa bona lateq. multa circa mo
ram cumulat Illuſtriſſ. D. Card. Tuſcus in
Trac. concl. iuris Tom. 5. in verbo mora,
per multa capita, Et ideo quo ad pœnam
de iure canonico mora purgari ſemper
poterit, Pariſ. conſ. 19. num. 243. vol. 2.
Io. Crot. in l. ſi inſulã. quæſt. 5. vbi Bart.
num. 49. verſic. Fallit, de æquitate cano-
nica, ff. de verbor. obligat. vbi etiam
Rip. num. 93. id ponit pro limitatione,
quamuis contrariam partem aſſerens, po
16 ſtea ſubnectat. Quod declara non pro-
cedere in foro pœnitentiali, in quo de iu
re canonico ſi altera pars damnum paſſa
non fuerit, quoad pœnam ſemper purga
ri mora poterit, & ita dicta Doct. aſſeren-
tium de iure canonico, l. ſi quis maior
non procedere, declarari debent non
habere locum in foro pœnitentiali, Sed
bene in contentioſo, in quo nec mora
purgatur, nec pœna euitari poteſt, & ita
concordantur ſupradictæ opiniones Do-
cto. inter ſe variæ, Iac. de Nigris in l. ſi in
ſulam, vbi Alexan. num. 12. ff. de verb.
oblig. Roman. ſingul. 444. & conſil. 427.
numero ſeptimo, & octauo, Gozad. con
ſilio quinquageſimo ſeptimo, numero
quinto, verſic. Septimo de æquitate ca-
nonica, & idem Ruin. in conſilio vigeſi-
mo, numero quarto, volum. 4. Corn. con
ſil. 121. num. 15. verſic. Nec obſtat, quod
dicit Bal. volum. 1. Mora autem de iure
canonico propter virtutem, & efficaciam
iuramenti purgari minime valet, Iacob.
de Nigr. & Alexan. vbi ſupra, num. 12.
Curt. iun. hic in fi. Ruin. d. conſil. 20. nu.
7. & ſequen. Corn. dicto conſil. 121. num.
17 16. & 17. volum. 1. Preterea de canonica
æquitate, quotieſcumque lis fuerit con-
teſtata, moræ purgatio impeditur, ſicuti
etiam contractu conditionali exiſtente,
exempli gratia, quando conductor ſolue
rit, non moleſtetur, Mohed. deciſ. 26.
18 Quamuis non procedat hæc lex, quod
vna pars agere poſſit ad pœnam, ſi alia
non adimpleuit ex parte ſua omnia in
contractu contenta, Corn. conſ. 264. nu.
6. volumine tertio, Alexan. conſil. 32.
in fi. volum. 2. Anchar. conſ. 331. colum.
1. in fin. verſic. Tertio aduertendum
19 Aym. conſil. 142. num. 13. & ſeq. Quod
onus adimplementi parti agenti probare
incumbit, quia interim non adimple-
mentum allegare ſufficit, Alexan. conſil.
111. num. 7. volumine ſecundo, & con-
ſilio 29. in princip. volum. quarto, Corn.
conſil. 101. num. 14. volum. 1. quos re-
fert, & ſequitur Grau. conſil. 192. num.
15. & lex præfata operatur, quod quo-
tieſcunque vna pars non adimpleuerit, ſi
prius pro parte ſua contrauentum fuerit,
nihilominus adimplere teneatur, & tamẽ
alia pars aduerſa liberatur ab omni eo,
20 quod debebat in dicto contractu. Vnde
ſi altera pars prius contrauenit, etiam
ipſa liberè contrauenire valet, nam ſolũ
tunc primus contraueniens in pœnam
incidit, & ob id ſecundo contrauenire
eſt permiſſum, Marſ. ſing. 50. incip. Mo-
ra magnum periculum; Alex. conſil. 96.
in fi. volum. 6. Felin. in cap. peruenit, el
ſecundo, numero quarto de iure iuran.
Decius in l. cum proponas, in fi. C. de
pact. Quod procedit etiam ſi in minimo
contrauentum fuerit, dato quod in num-
mo non adimpleuerit, Grau. conſil. 182.
21 num. 18. Limita tamen, l. hanc locum in-
ter mercatores non habere, inter quos
de mera æquitate proceditur, vnde mo-
ra ſemper purgari inter ipſos poteſt, iu-
ramento non obſtante, dummodo pars
aduerſa damnum paſſa non fuerit, vt hic
Purpu. 23. not. num. 79. Rip. in d. l. ſi in-
ſulam, numero 94. verſic. Ex ijs infertur,
quamuis contrarium aſſeruerit Iaſ. quod
virtute iuramenti etiam vti alij compre
hendantur, in conſil. 82. numero 1.
22 & 2. volum. 1. Immo, quod non ſolum
non habeat locum, quando fuerit præ-
ſtitum iuramentum; verem etiam quan-
do fuerit præſtita fides, quod tamen in-
tellige, quando ſub fide, non alias iura-
to promittunt, vt per Hieron. Zannet.
in dicto tractatu de differ. int. ius can. &
23 ciu. 55. diff. num. 92. Limita etiam hanc,
l. non habere, vt Doct. dicunt, locum in
vniuerſitate. Id intelligi debere, quo ad
pœnam periurij, & infamiæ, non autem
quantum ad pœnam priuationis com-
modi contractus, Iaſ. conſilio 118. nu-
mero decimo tertio, vol. 1. & in l. noſtra,
numero ſeptimo, & octauo; vbi etiam

Curt.

Curt. iun. num. 22. Cagn. nu. 17. Purpur. conſ. 530. num. 20. & ita tenuit Rota in illa Rom. Hæreditatis de Porta, coram R. P. D. Mellino 29. Nouembris 1595. Vbi Rot. ex magis recepta ſententia, tam in actore, quam in reo locum habere cenſuit, vt etiam hic per Bart. num. 12. Salic. num. 5. Iac. de S. Georg. num. 63. Tho. Parpal. n. 109. Curt. iun. n. 28. Rui. conſ. 172. n. 1. vol. 4. Caccial. de tranſact. q. 15. Gabr. lib. com. opi. in tit. de tranſact. concl. 1. n. 56. Quia eundem effectum iuramentũ contra reum operatur, ſicut cõtra actorẽ, nam claudicatio illius iudicij in dubio in contractibus, præſertim correlatiuis, ſiue correſpectiuis inter uenire non debet. Limita quoque, l. hanc locum non habere, in ijs, quę vſu conſumuntur, & ſeruando ſeruari non poſſunt, glo. in l. lex quæ, vbi Salicet. in fi. C. de admin. tut. & in l. ſi fine, verſ. idẽ

Vide hãc dec. in fi. cap. nu. 2

25 faciunt, ff. de minor. Tales autem res abſque ſollemnitate alienantur, & pariter abſque iudicis decreto, de quo eſt deciſ. diuerſ. 89. par. 2. Alexand. conſil. 125. ſub num. 4. volum. 1. Et an habeat

26 locum, quando illi cum iuramento, & iudicis decreto renunciatur in contractu, vide Alex. conſil. 42. nu. 9. & 10. volum. 1. Tenendo in primo cap. pro negatiua, & in ſecundo Soc. regul. 226. & ita coram Domino Aldobrandino poſtea Clemente Octauo, dum Rotæ Auditor eſſet, olim ſub die 20. Februarij 1579. tenuit Rota, in vna Tiburtina Caſtri Sambuci, quæ eſt Diuerſ. deciſio. 529. parte prima. Et pro contractu pręſumitur, donec contrarium probetur, Gabr. commun. opin. tit. de ſenten. concluſ. 5. num. 21 Gemin. conſil. 48. num. 6. Pariſ. conſil. 24. num. 4. & 5. volum. 4. Et Gab. loco citato num. 134. concluſ. 5. & latius Gab. loco citato, in tit. de empt. & vendi. Limitando, & ampliando ambas ſupradictas quæſtiones, multaque de hac, l. ſi quis maior congerit, conclu. 1. per tot. lib. 3. licet Put. deciſ. 123. lib. 3. dicat, l.

27 hanc non habere locum in minore. Sed

28 in maiore. Amplia, l. noſtram non ſolum ſibi in tranſactione, ſed in quolibet alio contractu locam vindicare, & iſta de cauſa de communi ſtilo ſolet in quocumque contractu iuramentum apponi, & ſic prãcticatur, vt hic Iaſ. num. 11. Crot. in dicta l. ſi inſulam, ff. de verbor. oblig. nu. 48. & hic Curt. iun. hanc fore receptam Doct. ſententiam, nu. 30. teſtatur Ruin. conſil. 198. num. 6. volum. 1. Corn. pariter de communi conſil. 121. nu. 15. volum. 1. Quod vt hic per Iaſ. num. 7. & ſequen. locũ habet in Ciuitatibus, Caſtris, Villis, & vbique vti etiam Curt. iun. nũ 22. Idque tamen dic procedere, poſt ſecutam ſententiam declaratoriam, quia antequam feratur, pręmiſſorum pœnam non incurrit, Crot. in d. l. ſi inſulam, num. 49. & 68. Alexan. & Iaſ. vbi ſupra, num. 15. Et in conſequens etiam pactum de retrouendendo, ſub verbo contractus omnes, quę dictio omnes nihil excludit, quod pactum inualidum reputetur, dixit Rota coram Domino Comitulo, nunc Epiſcopo Peruſino in vna Romana pacti, de retrouendendo, Ven. 9. Decembris 1588.

Vide hãc dec. in fi. cap. nu. 3.

29 Et an remedium legis noſtræ tollatur, quando in contractu adeſt clauſula ſolita poni, ſi quid plus valet, donauit, etiam donatione inter viuos, &c. Late vide Gab. in dicta concluſ. 1. de empt. & vend. nu. 52. & 53. & Boer. deciſ. 242.

30 Similiter non procedit, quando eodem tempore ambę partes adimplere debebant, & nemo id fecit, nam hoc caſu neutra ipſarum periura eſt, neque legis noſtræ, pœnem commiſit, vt hic Curt. iun. num. 32. Mattheſil. not. 50. per documentum, Bald. poſt glo. in capitulo tertio, de iure iurãn. vbi firmatur regula,

31 Quod periurus periuro nihil addit. Scientiam autem geſtorum per procuratorem dominum habere non pręſumitur, quo ad hoc, vt ſi dominus contra fecerit, in pœnam, l. huius incidat, deciſ. Simoner. 193. per deciſ. 20. de dolo, & contum. in antiq. ad quod faciunt relata per Iaſ. in l. ſecunda, col. tertia, verſic. adde etiam, C. de iur. emphy. quamuis contrarium aſſerere videatur, Roman. conſilio 481. numero quarto, per Gab. dicta concluſione prima, numero 26. Iſta autem ſatis breuiter, in ampla huc materia, præfatæ, l. ſecundæ, dicta pro nunc ſint, & multa alia uideas ex Gabr. di-

cta, concluſione prima de empt. & vend.
cum Ampliat. Fallentijs, & Limitationi-
bus, cuius dicta non refero. Modo ali-
qua in materia ſpolij ſubnectamus, &
quando, & quomodo ſpoliatus veniat re
32 ſtituendus. Ponamus itaque primo re-
gulam ordinariam, & tritam, ante om-
nia ſpoliatum fore reſtituendum, c. in lit-
teris, de reſt. ſpol. l. ſi quis ad ſe fundũ,
C. ad l. Iul. vnd. vi. Spec. in tit. de petit.
poſſeſſ. in princ. Sicque cenſuit Rota co-
ram Domino Coccino in vna Romana
Vineæ Mercurij 2. Decembris 1609. Sub (Vide hâc dec. in fi. c. nu. 4.)
dens Rota ibi, quod ſpoliatum ſe habens
ciuiliter poſſidet; quamuis huic ita ciui-
liter poſſidenti manutẽtio dari nequeat,
& quod ſpoliatus ſpolio purgato ſit reſti
tuendus dixit Rota in vna Romana ſpo-
lij Ven. 9. Iunij 1596. coram Illuſtriſſimo
Lancellotto. Etiam omni poſtpoſita ex- (Vide hâc dec. in fi. c. nu. 5.)
ceptione, cap. conquerente, de reſt. ſpol.
Et non ſolum quo ad proprietatem, &
poſſeſſionem; ſed etiam vſque ad qua-
drantem, tam in poſſeſſione, quam fru-
ctibus, & expenſis litis integraliter, alias
reſpondere non tenetur ſuper cæteris, ni-
ſi plena ſatisfactione conſequuta, de eis
reſtitutione, idq. verum eſt tam in Rota,
quam extra illam in ſpoliatoris odium,
Abb. in capitulo cum dilectus, & cap. fi.
de ordin. cog. Marant. de ordin. iudic. par
te quarta diſt. 6. quæſtione tertia, num.
35. in Gloſſ. dicto capitulo conquerente,
in verbo integre, vbi Bald. & Doctores,
Pariſius conſilio primo, numero 147. uo-
lumine 1. Iaſ. in l. Sancimus, uerſic. Octa-
uo extende, C. de iudic. Tiraquel. de re-
tract. conuent. §. 4. in Glo. 1. num. 23.
Cap. Tholoſ. deciſ. 60. niſi ex hac reſtitu
tione oriretur publicum malum, vel ſcan
dalum, ſiue prauum exemplum, de quo
vide Put. deciſ. 326. num. tertio, & ſe-
33 quen. parte ſecunda. Ratio eſt, quia poſ-
ſeſſione ſua nemo abſque cauſę cogni-
tione priuandus venit, cap. primo, 12.
quæſt. 5. cap. placuit, 16. quæſt. 6. l. ſi
quis, ff. vnde vi, l. fin. C. ſi per vim. In-
nocen. in cap. inter quatuor, num. 2.
de maior. & obed. Ideo ſi aliqua res pe-
ti contingat, illi ſunt vocandi, de quo-
rum intereſſe agitur, & quos tangit, Sin
ſecus abſentibus non vocatis præiudiciũ
non infertur per geſta, contra præſen-
tes, ad hoc, vt agens verus ſucceſſor fiat,
niſi abſens cauſam hanc ſciat, & patia-
tur, vt ibi Innoc. nu. tertio. Sed præmiſ-
ſa declara in reſtitutione, quæ petitur ab
ipſo ſpoliatore: at quando exceptio ſpo-
liationis à tertio opponeretur, & cauſa
eſſet criminalis, tunc reſtituere maiorem
partem ſat eſſet, vt late Gabr. concl. 1.
num. 12. & ſeq. lib. 5. de reſtit. ſpol. Ri-
pa in l. naturaliter, §. nihil commune,
num. 30. ff. de acquir. poſſ. Milis in ſuo re
34 pert. in verbo expenſæ, & fructus.

Duo autem ſpoliatus probare debet,
nẽpe ſpolium, & poſſeſſionem tempore
ſpolij, capitulo cum ad ſedem, de reſtit.
ſpoliat. l. 2. §. hoc interdictum, ff. de vi,
vi. arm. Et ſecundo, ſpoliantis poſſeſſio-
nem de præſenti. Quare extremis proba
tis, ſpoliatus reſtituetur, ex maxime ſi
quis non citatus ſpolium ſit paſſus, Rota
coram Illuſtriſsimo Mantica in vna Cæ- (Vide hâc dec. in fi. cap. n. 6.)
ſenatenſis ſpolij 15. Iunij 1609.
35 Amplia etiam id in tantum eſſe verum,
quod ſi ſpoliatus poſtquã fuerit per ſen-
tentiam (vt præmittitur) plenariæ reſtitu
tus in petitorio ſuccubuerit, non tenetur
reſtituere fructus perceptos vſque ad li-
tis conteſtationem in poſſeſſorio; deciſ.
36 Cap. Thol. 492. Amplia ſecundo, quod
non tantum ad fructus perceptos ſpolia-
tus reſtitui debet, ſed etiam ad illos, qui
per ſpoliatorem percipi potuerunt, capi-
tulo accedens, el 1. & ibi Abb. in penult.
not. vt lit. non conteſt. Et capitulo gra-
uis, de reſtitutione ſpoliator. Ripa in
dicto §. nihil commune, numero trige-
ſimo. Sicque cenſuit Rota coram Domi
no Litta in vna Romana fructuum; ſeu (Vide hâc dec. in fi. cap. nu. 8.)
ſpolij domus, & hypothecæ Mercurij
23. Nouembris 1602.

Et quamuis regula ſit ad emptorem,
non ad venditorem fructus ſpectare;
Tamen, qua ratione quis, puta vendi-
tor ad vineam fuit reſtitutus, eadem ra-
tione quo ad fructus tamquam acceſſo-
rios rem ipſam ſequentes reſtitui debet,
cap. acceſſorium, de regul. iur. in ſexto,
Et quia ratione dominij nõ abdicantur,
Immo expræſſe reſeruantur donec de
prætio ſatisſiat, de quo cũ fuerint ſatisfa
cti, ad ipſum emptorẽ res pertinet, §. qua

ratio-

Digitized by Google

ratione, inſt. de rer. diuerſ. l. quę rationis, ff. de acq. rer. Dom. Rota in vna Romana Vineæ, coram R. P. Domino Litta Lunæ 24. Maij 1600. Vnde ſubdit Felinus in proh. decret. nu. 6. Quod extremis probatis, remanet pariter probata continua poſſeſſio, quem in hoc caſu limitationes afferentem videas, & ſatis re ipſa probatum de ſpoliatione dicitur, eo ipſo, quod de ſpoliatione antiquiori apparet, & iuueniori alterius. Caſſador. deciſione quarta, numero quarto de reſtitut. ſpoliat. Bart. & Doctores in l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iul. dę vi. & vi. arm. Late Benint. deciſione quinta in fine. Immo ſi non docet aliquid, per quod poſſit dici habere bonam fidem, debet condemnari etiam in fructibus, qui percipi potuerunt, ſed à die litis conteſtatæ, tam ſi ſit male fidei, quam bonæ poſſeſſor, vel cum titulo poſſeſſor, ſemper in fructibus condemnari debet, etiam ſi petiti non fuerint in libello. Alexander conſilio 92. num. 26. & 27. uolumine quinto, etiam ſi agatur contra ſpoliatoris heredem, quia mala fides auctoris nocet heredi, quo ad fructus, Bart. in l. ex diuerſo numero 12. ff. de rei uend.

Præterea ſpolio agenti, ſuam antiquiorem poſſeſſionem, & iuniorem agentis partis aduerſę probare tenetur; quæ duo extrema uocantur, Innocent. & Doctores communiter, in c. ſæpe, de reſtit. ſpoliat. Abb. in cap. ſi diligenti, de præſcript. Dec. conſil. 252. numero primo, verſ. eſt ergo videndum, Alexander conſilio ſexto, numero quinto volumine tertio. Grat. conſilio ſeptimo, numero vigeſimo ſecundo, volum. ſecundo. Natt. conſil. 562. num. primo. Roland. à Val. conſil. 50. numero quarto, & ſeq. volum. ſecundo. Vnde ſpolium primo extremo non probato, hoc eſt poſſeſſione, dicitur de ſpolio non conſtare, Rota coram Domino Sacrato in vna Camerinen. ſpolij Lunę 15. Iunij 1609.

Vide hāc dec. in fi. cap. n. 10.

Licet regulariter Rota ſpoliatorē non violentum a die motæ litis in fructibus condemnare ſoleat, non autem a die ſpolij, deciſione quarta, & deciſione decima, de reſtitutione ſpoliator. in nou. Caſſad. deciſ. prima, de cauſ. poſſ. & prop. Io. Paul. dec. 120. & 136. Veral.
38 dec. 27. parte ſecunda. Hoc tamen intelligi debet, ſi ad rem aliquam principaliter agitur, cuius fructus acceſſoriæ veniūt reſtituendi, nam tunc quoque à die motæ litis reſtitutio eſt facienda de ſupradictis fructibus, Secus quando agitur principaliter ad ipſos fructus, quos principaliter quis petit tanquā ſpoliatus, vt exempli gratia, in annuis pręſtationibus, in quibus ſpoliatus poteſt petere iudicio poſſeſſorio ipſos fructus ſubtractos, & de hoc vide omnino dec. in vna Mediolanenſis fructuum, facta coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Pla
39 to 26. Maij 1588. Quam deciſ. amplia, dato etiam, quod fructus eſſent conſumpti, ſiue pro fructibus conſumptis pecuniæ eſſent dandę. Bart. in l. item illa, col. 2. ff. de conſt. pec. Achil. dec. 19. num. 1.

Vide hāc dec. in fi. cap.

40 & 2. de reſtitut. ſpol. Competit etiam actio ſpolij, ſi fuerit Eccleſia, quæ ſuis bonis ſpoliata ſit, Rota deciſ. 1. num. 4. de reſtit. ſpoliat. in nou. Pariſ. conſilio 24. num. 5. & ſequen. volum. 1. & diſpoſitio capituli, ſi clericus laicum, de foro comp. in hoc locum non habet, vt ibi Abb. numero tertio, & Socin. in capitulo cum ſit generale, num. 14. columna ſecunda, verſ. cum dicit, eodem titulo.
41 Lapus alleg. 58. num. 7. Tertio amplia etiam ſi res fuerit perempta, quia ante omnia ad illius æſtimationem reſtitui debet, non obſtante allegata exceptione compenſationis, quantumuis claræ, & liquidæ, vt Rip. loco citato num. 48.
42 Quarto amplia, quod per Rotam etiam ſi momento poſſederit, ſpoliatus reſtituitur, Caſſad. deciſ. 20. in fin. de præb.
43 Et licet ſpoliatus prius ſuum ſpoliatorē ſpoliaſſet, nihilominus venit reſtituendus, quia vltimū ſpolium illud eſt, quod purgandum venit, l. tertia, §. cum igitur, & l. qui poſſeſſionē, ff. de iur. iuran. Abb. in cap. olim, el primo, de reſt. ſpol. & in cap. fin. col. tertia, in fin. de ord. cogn. per Salic. & DD. in l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad Iul. de vi. publ. Ratio eſt, quia ſi ego ſpoliando male feci, Non licet propria auctoritate tibi meſpoliare, vnde merito purgandū venit vltimū ſpoliū, alias vltima violentia remaneret impunita; ꝙ intellige procedere quādo sūt in eadē re

& cauſa, Benint. deciſ. 8. per totum.
Nam vltimum ſpolium (vt dixi) eſt pur-
gandum, l. 3. §. cum igitur, & l. qui poſ-
ſeſſionem, ff. de vi, & vi arm. l. ſi quis
ad ſe fundum, C. ad l. iul. de vi pub.
Gab. conſil. 149. num. 11. & 16. volum.
2. Quod iterum declara non procedere,
ſi primum ſpolium eſſet violẽtum, vel at
tentatum, Caſtr. conſil. 400. num. 4. vo-
lum. 1. Dec. conſil. 200. nu. 5. Nec pręmiſſis aduerſatur dicere, quod reinte-
gratio vltima ſi non eſſet conceſſa, de-
nuo concedenda foret, ad conſ. Grau.
46. nũ. 7. Veral. deciſ. 175. num. 3. par.
3. Quia præmiſſa procedunt in vi com-
pulſiua. Secus antem in vi expulſiua, vt
in ſpolio, vt bene diſtinguit. Put. deciſ.
183. par. 1. & Rota dixit poſtea coram
D. Robuſterio in vna Romana caſalis 12
Iunij 1573. quæ eſt Diuerſ. deciſ. 103.
par. 1. ac nuper coram D. Coccino in
Vide hãc dec. in fi. c. nu. 11. illa Romana S. Thomæ informis 21. Fe-
44 bruarij 1603. Immo contra ſpoliatoris
hæredem quoque eſt ſpoliatus reſtituen-
dus, quia vitium ſpolij reale rem ſe-
quitur in quemuis vadat, ſicut lepra le-
proſum, Creſc. deciſ. 3. de reſtit. ſpol.
45 Pariter venit reſtituendus contra Eccle
ſiam, & ſimiles, cuius nomine ſpolium
factum fuit, Rip. vbi ſupra numero 56.
dato, quod ſpoliator in ſpolio fuerit per
46 Principem confirmatus. Tamen, vt ibi
dixit Rip. num. 63. & 64. vſque ad mille
annos venit reſtituendus in poſſeſſorio,
per Alleg. Lap. 189. Et ideo eſt ſpolij
actio priuilegiata, quia vllo vnquam
tempore, neque ſi centum annorum, &
vltra ſpatium lapſum eſſet, de iure com-
muni perſcribitur. Caſſad. deciſ. 6. de re-
ſtit. ſpol. Sarnen. in reg. de trien. quæſt.
10. ad fi. ſub num. 7. verſ. ſed iſtis non
obſtantibus, Mohed. deciſ. 342. alias 18.
de reſt. ſpol. Put. deciſ. 115. par. 1. ita Ro-
ta denuo cenſuit coram Illuſtriſſimo Mã
Vide hãc dec. in fi. c. nu. 12. tica in vna Sabinen. ſpolij 24. Ianuarij
47 1594. Vnde nec per regulam de trien-
nali, ſiue quamuis aliam præſcriptione,
nullo vnquam tempore tutus dici pote-
rit, quia non præſcribit Caſſad. dec. 6.
de reſt. ſpol. Sarmien. deciſ. 42. Simonet.
deciſ. 86. & non ſolum reſtituitur con-
tra ſpoliatores, verum etiam contra
illum, qui ſpolium ſuo nomine factum,
ratum habuit, vt ibidem Rip. num. 31.
48 Et quod plus eſt, ſi ſpoliator fatendo ſpo
lium illi ceſſerit, nihilominus in negotio
principali procedi minimè poterit, niſi
prius purgato ſpolio, Verall. deciſ. 43.
49 parte 1. Et id in tantum verum eſt, quod
ſi non fuerit integraliter reſtitutus, poté
rit in quacumque parte iudicij petitorii
ſuſpendere donec, & quouſque integrali-
ter ſibi ſoluatur, vel ſatisfiat, Put. deciſ.
50 298. parte ſecunda. Quando autem in
cauſa poſſeſſorij ſententia lata tranſitum
in iudicatum feciſſet: Tunc niſi fuerit
perſona priuilegiata, vti minor, Eccleſia,
vel ſimilis, non datur reſtitutio, vti idem
51 Put. deciſ. 37. parte prima. Et in propha-
nis vlterius modo materiam hanc non
proſequor, quia latè cum ampliationi-
bus, & limitationibus cumulatur, per
Gabr. libro 5. com. opin. tit. de reſt. ſpol.
concl. 1. & 2. quem videre poteris. Deue
niamus modo ad ſpolium, quod ex reme
dio capituli reintegrandę, 3. q. 5. intenta
tur, & in hoc ſcias, quod illius vigore
etiam ad rem mobilem, qua fuerat ſpolia
tus, & pro qua nullum aliud competit
interdictum, reſtitui debet, vt ibi Rip.
52 numero 54. Et quamuis ſibi illatam vim
non probauerit, nihilominus ex dicti
capituli remedio ſubuenitur, nã ſatis eſt,
quod olim poſſederit, & non hodie, vel
ſinę iuſta cauſa a ſua ceciderit poſſeſſio-
ne, vt eſt communis opinio, de qua
Socin. conſ. 266. num. 17. vol. 1. Dec. con
ſil. 252. num. 2. Imò etiam, contra ter-
tium in re ſine vitio ſuccedentem, reſti-
tuitur, vt ibi Rip. num. 53.

Et remedium huius cap. reintegrandæ
competit etiam laico pro re prophana,
de quo late Rolan. à Val. conſ. 59. num.
3. & multis ſeq. & conſil. 72. volum. 2.
cuius dicta non refero ne minis ſim. Ta-
leque remedium capituli reintegrandę,
quamuis huiuſmodi iudicium periculoſiſ
ſimum ſit, multas lites, controuerſias, &
publica damna pariens, cum animæ in-
teritu practicatur, vt patet ex ſupra rela-
tis in materia iactationum, de quo pari-
ter late meminit. Sarmien. ſelect. ſent.
53 lib. 2. cap. 3. num. 1. & ſeq. Quod etiam
locum habet, vltra bona Eccleſiaſtica, &
clericos, in alijs cauſis laicorum, & pro-
phanis. Butr. in cap. cum ad ſedem, de

reſtit. ſpol. Innoc. & Io. And. in cap. ſæ-
pe, eod.tit.Bal. in l. ſi coloni.C.de agric.
& cenſit. lib.10. Ange. conſ. 154.Socin.
vbi ſupra, & in l. rem, quæ nobis, ff. de
acquir. hæred. Turzan. in l.com. opin.
54 concl. 110. Et iſtius capituli remedium
perpetuo, ſine temporis præfinitione cō-
petit, vt per Put. deciſ. 119. par. 1. &
ita cenſuit nuperrimè, Rota in vna Sabi-
nenſi ſpoli, coram Illuſtriſſimo Mantica
24. Ianuarij 1594. deciſ. Caſſad. 6. de
reſcrip. Samen. in reg. de trien. quæſt.
11.ad fin. ſub num. 3. verſ. & iſtis non
obſtantibus, Mohed. deciſ. 342. alias
15. de reſt. ſpol. Licet Benint.dec. 10. &
ſeq. multa congerens, dicat poſt decem
annos huius capituli beneficium non
55 competere. Ac ad illam obtinendam ex
dicti cap. diſpoſitione duo probare ſat
erit, quę primum, & ſecundum extre-
mum vocantur, ideſt,poſſediſſe, & alium
hodie poſſidere, Put.dec.270. lib.3.cap.
conſultationibus,de offic. deleg.Rot.de-
ciſ. vlt. de reſtit. ſpol.in nou.cap. olim,el
primo, vbi Abb. eodem tit. Idem Abb.
conſil.23.num.2. volum. 2. ſed primum
extremum, cum parui ſit præiudicij, per
præſumptiones, & indica probare ſuffi-
cit, vel per ſemiplenam probationem,
Bar.in l.1. §. fi. in princip. C.vbi in rem.
actio,Mattheſil.not.2. Iaſ.in l.admonen-
di, num. 273.vbi Curt.num.68.C.de
iure iur.Dec.in cap.cum cauſam,num.4.
de probat.& conſil.56. num. 1. At Rota
contrarium ſeruat, quia vult clare primū
extremum probari, Tholom. deciſ. 115.
& hanc receptiorem fore ſententiam aſ-
ſerunt, Alexan.conſil.193.in fi. volum.
6. Afflict. deciſ. 364.num.5.late Cagn.
in l.impari,nu.5.ff.de reg. iur. Quæ non
procedunt,quando agitur interdicto, ſi-
ue remedio recuperandæ.Put.deciſ.457.
56 parte 2. Immo agens ſpolio, vel reinte-
grandæ contra illum, qui ſucceſſit ſpolia-
tori modum ſpolij narrare debet, nempe
ſi per mætum, vim, aut clam ſine culpa
ſua fuit ſpoliatus,alias iſtis ommiſſis,quæ
ſpolium denotant in ſucceſſore non ſuffi-
ceret probare poſſediſſe prius, neque ad-
uerſarium poſſidere. Pariſ.in cap. ſi dili-
genti,num.23.verſ.quarta,& vltima con
cluſio, de pręſcrip. & multa de hoc con-
gerit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus

Vide hâc dec. ſup. poſ.n.11.

D.Cardinalis Tuſcus Pract. concl. iuris
in verbo ſpoliatus,concluſ.371.amplian-
57 do, & limitando, Tom.8. Succeſſor etiā
ſingularis ſpoliati ex huius ope reſtitui-
tur, quia hoc eſt remedium in re ſcriptū,
Mohed. deciſione 40. Socin. in d.l.rem-
que nobis,num.10. & ita pluries tenuiſſe
Rotam teſtatur, Creſc. deciſione tertia
de reſtitut. ſpoliat. Quod ſpolium reſpe-
ctu ſucceſſorum ceſſat, ſi eorum auctor
non fuerit ſpoliatus, Rota coram D. Ru-
beo in una Romana ſpolij domus 13.
58 Nouembris 1577. Sed ſi prius ſpoliatus
petitorium intentaſſet, & deinde illi re-
nunciaſſet, nihilominus reſtituitur,quia
ex intentato iudicio non videtur Aduer-
ſarium Dominum fateri, vt ſibi exce-
ptio dominij obſtare poſſit, ſed ſolum li-
ti, & cauſę, ac rei vendicatione renun-
ciaſſe, ut per Bart. in dicto §. nihil com-
59 mune, num. 5.poſt gl. Immo reſtituitur
ſpoliatus; ex huius cap. remedio, etiam
contra titulum, & bona fide poſſidentē,
Decius conſil. 252.num.4.hanc commu
nem eſſe opinionem aſſerens, quam ſe-
quitur Caſſad.deciſ. 7.de reſtit. ſpol. &
communem quoque clamat Ripa in di-
cta l. rem quæ nobis, num. 24. & 27.&
latius in cap.ſæpe,nu.28.verſ.contrariam
60 opinionem,de reſtit. ſpol. Regula autem
de triennali poſſeſſore ſpoliatori non ſuf-
fragatur, Put.deci.36.num.14.part.1.Et
61 iſta regula de triēnali fuit in Conſtantiē
ſi concilio ædita,poſtea in Baſilienſi con
cilio approbata, vt legimus in octauo
decreto dicti Concilij incip. Quicunque
non volentes, ſicque dicit Caſſad. deci-
ſione ſexta,num. 10. ſuper regul. cancel.
quæ regula de triennali, vt ſubdit in de-
62 ciſ.7.ſeq.nu.2. Tuetur illum, qui titulū
coloratum habet,Abb.in c. cum noſtris,
in fi.de conceſs.præb.Lap.Alleg.16.Cal-
der.conſilio 13.de verb.ſignif. & Caſſa-
63 dor.in ſupra citatis deciſion. Spoliatus,
qui erat in poſſeſſione vigore gratiæ A-
poſtolicæ,reſtituitur etiam ſi fuerit ſpolia
tus per ſecundum,habentem gratiam vi-
gore motus proprij,in quo ex certa ſcien
tia reuocabatur dicta gratia, ex poteſta-
tis plenitudine,dans facultatem capiendi
poſſeſſionem propria auctoritate,addita
clauſula amoto inde omni, & quocūque
illicito detentore, Mohed. deciſione 96.

Vide hâc dec. in fi. cap. n.13.

vbi

vbi de his omnibus pulchras allegat ra-
64 tiones. Quod tamen verum intellige, ni-
ſi adſit decretum irritans, maxime in re-
greſſu, quia adeo ſpoliatus afficit poſ-
ſeſſionem, vt non veniat reſtituendus,
65 Put.dec.142.parte ſecunda. Tuncq; ſpo-
liatus non reſtituitur, quando paſſus fuit
recipi ſuper proprietate probationes, dũ-
modo per eas conſtet de Aduerſarij pro-
bantis dominio, Pariſ. conſ. 11. numero
66 18.vol.4. Agens autem ſpolio non audi-
tur, niſi cognito de proprietate; vbicumq;
poſſeſſio dat occaſionem peccandi, vnde
in cauſa matrimoniali probata poſſeſſio-
ne, & tractatu non datur reſtitutio ſpo-
liato, niſi conſtet de conſenſu, & ex-
cludatur clandeſtinitas, quia ſiue iſtis
eſſent ſimul, & deberent ſeparari, vt
tolleret peccatum. Alex.conſ.150. num.
67 22. verſ. & poſito quod, vol. 5. Et pro-
pterea conuerſus, vel profeſſus ſi repeta-
tur de vna religione ad aliam; non venit
reſtituendus, niſi prius cognito de pro-
feſſione, ob ſcandalum mutationis habi-
tus, & peccatum annexum; Feder.de Sen.
conſ.282. per tot. Subdens ibi, quod in
omni materia mutationis ſtatus, quando
mutatio poteſt parere, ſcandalum, vel
peccatum, nunquam fit reſtitutio, niſi co
gnito prius de proprietate, quod Papam
ita ſeruare teſtatur in omnibus titulis, in
quibus reuocatur quis ad religionem, vt
68 videatur, an ſit religioni aſtrictus, Tres
autem ſunt caſus, in quibus non datur
reſtitutio, niſi de titulo conſtet, Primus, in
interdictis habentibus admixtam cau-
ſam proprietatis. Secundus in benefi-
cialibus, quia ſine canonica inſtitutio-
ne non poteſt haberi beneficium. Tertius
quando notoriæ conſtat de non iure ſpo
liati, Bellam.conſil.2. num.decimoquar-
69 to. Minus reſtituitur ſpoliatus quando
Princeps mandat ſimul petitorium, &
poſſeſſorium terminari, quia cum ſit mo
dici prȩiudicij; valet commiſſio, & impe-
dit ante omnia de ſolo poſſeſſorio, & ſpo-
lio cognoſci, Rui. conſ. 21. nu. 14. & ſeq.
volum. 1. Boer. Deciſ. 100. nu. 1. Capic.
Deciſ. 69. num. 13. Menoch. de recup.
70 poſſ.rem.15.nu.369.& ſeq. Tales autem
commiſſiones dantur, quando conſtat de
non iure ſpoliati, & de iure ſpoliatis, Bel-
lam. Deciſ. 214. Diuerſo autem modo pro
71 ceditur in ſpolio, quando verſamur in
beneficialibus, a prophanis: nam vt (ſupra
dixi) in prophanis ſufficit poſſeſſionem
ſuã, & illam aduerſarij probare, tũc quia
exceptio dominij obſtare non poteſt, re-
ſtituitur ad dominium; Secus vero in be-
neficialibus, quia ſpoliatus iſto caſu non
reſtituitur, niſi vltra poſſeſſionem, &
ſpolium per poſſeſſionem aduerſarij, do-
ceat de titulo, ſaltem colorato, ne detur
vitioſus ingreſſus, Caſſad. deciſione pri-
ma, num.9.& 10. & latius in deciſ. 4. nu.
2. de reſt.ſpol. Rot.deciſ.vlt. verſ. prætere-
rea, in beneficialibus, de reſt. ſpol. in nou.
Oldr.conſil.1.num.4. Paul. de Caſtr.con-
ſil.233. ad confirmationem eorum, num.
4. vol.1. Gloſſ.fin. in clem. vnic. de cauſ.
poſſ. & propr. & de communi præpoſ. in
cap.1.num.17.tertia, q.1. Quod tamen
72 amplia procedere, vt non reſtituatur ſpo
liatus, ſi de non iure ipſius conſtet, dato
quod non appareat de iure ſpoliatoris, vt
per Soc.in Trac.fallent.reg. 379. in 10.
fallen.verſ.quod licet, & Rota cenſuit co-
ram Domino Litta in Aſculana bonorũ Vide hãc
73 Lunæ 3. Martij 1597. Quod limita, niſi dec. in fi.
conſtet de non iure proprietatis notoriȩ c. nu. 14.
in eo, quo proſequitur, quia tunc ne de-
tur vitioſus ingreſſus non reſtituitur, Caſ
ſad.dec.1.num.6.& dec. 3. verſic. & hoc
vt notorius defectus, de reſt.ſpol. Rot.de-
ciſ. 1. & deciſ.24. eodem titulo in antiq.
Io.de Silu. in tract.de benef.part.3.q.10.
num.8. Rip. in d.§. nihil commune num.
70. Id tamen. Primo exemplificari poteſt
in eo, qui ſe in beneficio intruſit reſer-
uato, Secundo in illo ſpoliato penitus in
capaci. Tertio in eo, qui petit ſe reſtitui
ſine titulo, vt latius ſigillatim, infra di-
74 cam, Limita tamen ſupradicta non pro-
cedere in prophanis, in quibus ſpoliatus
reſtituitur, dato quod notoriè conſtaret
de non iure ipſius, cum (vt dixi) ſibi exce
ptio dominij obſtare non poſſit, Tamen
ſublimita hanc limitationem non proce-
dere, quando duo copulatiue concurrũt,
videlicet, quod præſumptio iuris ſit pro
non iure ſpoliati, & pro iure ſpoliantis,
quia hoc caſu ſpoliatus non reſtituitur.
Pariter in prophanis quȩ ſecundum Ro-
tam in vna Ortana Domus 25. Octobris Vide hãc
1604. coram Domino Ludouiſio perſo- dec. in fi.
næ incapacitas non impedit reſtitutio- c. nu. 15.
nem

nem in poſſeſſorio. Soc. in d. tract. fallen. reg. 379. 11. Fallen. Rip. in d. §. nihil com
75 mune num. 77. & 78. Limita quoque ſupradicta, quando notoriæ conſtaret de non Dominio ſpoliatoris, quia hoc caſu ſpoliatus non reſtitueretur. Socin. in dicto §. nihil commune, num. 7. Sin autem nõ conſtaret notoriæ de dominio ſpoliatoris, licet offerret incontinenti ſe dominium ſuum probaturũ, non erit audiendus, immo tali allegatione non attenta, venit ſpoliatus reſtituendus, Bar. in dicto §. nihil commune, num. 2. & Rip. numero 52. Notoriæ vero tunc de ſpoliatoris dominio conſtare dicitur, quando ſpoliatus dat de re iudicata in ſui fauorem ſuper petitorio, quæ inducit notorietatem dominij, & repellit agentem ſpolio, vt communiter cõtra Bar. tenent DD. in d. §. nihil commune, & ibi late diſputando, Alex. num. 12. 13. & 14. Socin. num. 7. Iaſ. numero 42. Rip. num. 35. & 69. Quod tamen dicas procedere, quando iudex pro ſpoliato ſuper petitorio tulit ſententiam, ex quo plene probauit de dominio ſuo, alioquin ſi tuliſſet ſimpliciter abſolutoriam, ex quo ſpoliatus in petitorio nihil probauit, non obſtaret poſtea huiuſmodi exceptio agenti poſſeſſorio, vt per Bald. in d. §. nihil commune col. 1. circa medium, verſ. quo ad propoſitum, Iaſ. num. 3. & num. 43. Alex. num.
77 12. & ſequen. Rip. num. 44. Præterea, quando proprio ſuo facto, vel contractu ſpoliatus cecidit à poſſeſſione, non reſtituitur, neque ex remedio prædicti capituli reintegrandæ, Caſſador. deciſione quarta, num. 6. verſic. proprio namque facto, de reſtitut. ſpoliat. Socin. in dicta l. rem, quæ nobis, num. 8. Alexan. conſil. 92. num. 5. volum. 1. Rip. in dicto §. nihil commune, num. 39. in 20. fall. Rota coram Domino Litta in vna Meleuitana penſionum Mercurij 27. Maij 1596.

Vide hãc dec. in fi. cap. nu. 16

78 Et ſupradicta in multis exẽplificari poſſunt. Primo in reſignante, qui ſi ſpolietur à reſignatario, non reſtituitur, nam tunc proprio facto, & titulum, & poſſeſſionem nedum naturalem, uerum etiam ciuilem à ſe abdicauit, Rot. dec. 2. de rerum perm. in antiq. Oldrad. conſil. 227. num. 5. & ita dixit Socin. in dicta l. rem, quæ nobis, colum. fin. Quod amplia etiam, ſi reſignans poſt reſignationem remanſerit in poſſeſſione facti, id eſt in detentione, Butr. in cap. accepta, in fine, uerſiculo Vltimo quæro, de renunciat. Caſſad. deciſione quarta, de reſtitutione ſpol. Staphil. de lit. Gratiæ, & Iuſtitiæ fallen. 66. Sarnen. ſuper regul. Cancell. de annali quæſtione 57. & de triennali quæſtione 24. num. 8. quamuis contrarium aſſeruerit Abb. in capitulo ſolliciti, columna ſecunda, uerſic. numquid autem ſi poſt, & ibi Imol. columna ſecunda, uerſic. circa primum, de reſtitut. ſpoliatorum.

79 Secundo amplia procedere pariter, ſi reſignatio ſit nulla, puta, quando fit in manibus laici, uel alterius poteſtatem nõ habentis conferendi beneficia, uel admittendi eam, & licet per huiuſmodi reſignationem non abdicetur titulus, abdicatur tamen poſſeſſio, quæ transfertur quoque ex contractu nullo, l. 1. §. ſi vir, vbi DD. omnes, ff. de acquirenda poſſeſſ. & per conſequens venit reſtituẽda, quia facto proprio cecidit ab ea, Socin. in d. l. rem quæ nobis, num. 8. & ita in terminis de reſignatione nulla tenent, Ioan. Andr. & Innocen. in cap. quod in dubijs, vbi Abb. num. 7. de reſtit. ſpol. quod cõprobat latiſſimè. Tiraq. de retract. con.
80 ſagn. §. 26. gloſ. 2. num. 10. Limita tamen præmiſſa non procedere, quando reſignatio facta eſſet ſub conditione, & ob non ſeruationem illius reddaretur nulla, quia eo caſu, cum voluntas reſignantis fuerit conditionata, nec titulus, nec poſſeſſio transfertur, Rot. dec. 1. de re-
81 nunc. in ant. Limita autem ſupradicta, dũmodo reſignatio facta fuerit ante ſpoliũ nam ſi ſpoliũ ſubſequuta fuit, ex quo reſignatio non pręſumitur ſpontanea, ſed meticuloſa, reſignans erit reſtituendus, ad tex. in cap. ſollicitæ, de reſtitut. ſpol. vbi Abb. num. 44. poſt alios Gram. conſil. ciuil. 86. colum. 2. Socin. in tract. fallent. reg. 377. fallen. 2. Quod declara, & intellige, dummodo non probetur expreſſe, quod reſignatio fuerit facta ſponte poſt ſpolium, quia hoc caſu reſignans nõ reſtitueretur, nam ceſſat præſumptio, quod reſignatio fuerit facta meticuloſe,
82 vt Socin. d. reg. 377. vlt. fallen. Limita ſecundo in reſignatione ſimoniaca, quæ

neque

neque præiudicat, neque nil abdicat à
reſignante, Rot. deciſion. 7. de renunc.
in antiq. Aufr. in addit. ad Cap. Tholoſ.
deciſione 438. Pariſius conſil. 143. verſ.
vlterius, volum. 4. Sarnen. in dicta reg.
de trienn. quæſt. 12. num. 9. verſic. Secus
vero ſi haberet, Caſſad. dec. 3. de renun.
quamuis in contrariam fuerit ſententiã.
Tiraquell. loco proximo citato, dicto §.
83 26. glo. 2. num. 10. Limita tertio, quod
licet reſignans non poſſit agere contra
reſignatarium, ſi ab ipſo ſpolietur, quod
eo caſu poſſit agere contra tertium, ſi ab
eo ſpoliari pariter contingat, dummodo
reſignans poſt reſignationem in poſſeſ-
ſione remanſerit, alias ſi illam dimiſerit,
neque contra tertium reſtitueretur, Ro-
ta deciſione prima, de renunc. in nou.
iſtoque modo ſemper Rota interpretata
fuit, vt dixit ibi in addito Papaz. num. 8.
& ſequen. contra Calder. conſi. 4. eodem
titulo, & ſic teſtatur, Caſſad. deciſione
quarta, de reſtitut. ſpoliat. & latiſſime
Sarnen. quęſtione 57. numero 5. & 6.
84 Limita quarto, ſi reſignans eſſet ſpo-
liatus, antequam reſignatio eſſet admiſ-
ſa per ſuperiorem, quia indiſtincte reſti-
tueretur, vt per Caſſador. deciſ. 2. num.
4. de renunciat. Et multis modis quando
ſpolium à iudice exequutore in benefi-
cialibus habente cauſæ cognitionem or-
dine non ſeruato, vel poſſeſſore non ci-
tato, quod reſtitutio competat, quia li-
cet conferre poſſit, tamen poſſeſſionem
non citato poſſeſſore dare nequit, & mul
ta alia cumulata circa ſpolium in benefi-
cialibus, & ſpiritualibus doctiſſimè repe-
ries per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſi-
mum Dominum Cardinalem Tuſcum
Pract. Concluſ. iur. in verbo ſpoliatus,
85 concluſ. 387. per tot. vbi videas. Tan-
dem ſecundo exemplifica, & amplia re-
gulam principalem in eo, qui tranſtulit
poſſeſſionem ex contractu nullo, quia
neque ex remedio cap. reintegrandæ
reſtituitur, late Soci. dicto conſilio 266.
& eſt deciſio. Achil. prima, de renunciat.
86 Pariter, ſpoliatus beneficio reſeruato,
in quo fuerat intruſus propter decretum
irritans in reſeruatione appoſitum, quod
titulum, & poſſeſſionem inficit, non re-
ſtituitur, Caſſad. deciſione prima, & vlt.
de cau. poſſ. & propr. & deciſ. prima de
reſtitutione ſpoliat. Rota deciſione ſecun-
da, eodem titulo in antiq. Sarnen. latiſ-
ſimè in regul. de ann. quæſtione 23. nu.
3. & late Aene. de Falcon. in tract. re-
ſeru. 4. par. princ. quæſt. 21. effect. Rip.
in dicto §. nihil commune, n. 88. fallen.
11. Similiter ſi beneficium vacauit in mẽ
ſe Papæ reſeruato, Tunc reſeruatione
clara, & notoria, cum decreto irritanti
nullitatem operantur ordinariè collatio-
nis, & per conſequens poſſeſſio capta il-
lius vigore non erit reſtituibilis, Caſſad.
deciſione prima, de reſtitutione ſpoliat.
Put. deciſione 180. par. prima, Menoch.
de recup. poſſ. rem. 15. num. 445. & ſeq.
Rota coram Domino Orano in vna Cor- Vide hãc
tonenſis Decanatus Mercurij 20. Maij dec. in fi.
87 1587. Exemplificari id primo poteſt in cap. n. 17.
ſpoliato, qui ſe intruſit in beneficio va-
cante in Curia, vel vt dicitur apud ſedẽ,
quod ex vi dicti decreti irritantis appoſi
ti, non reſtituitur, cap. 1. & cap. 2. de præ
ben. in ſexto. Rota deciſione tertia, num.
3. de reſtitut. ſpoliatorum in no. Aeneas
Falcon. loco citato, d. effect. 21. Caſſa-
dor. deciſio. prima, de caul. poſſ. & prop.
& deciſione prima de reſtitutione ſpol.
88 Mohed. deciſione 184. Secundo exem-
plificari poteſt in ſpoliato, qui ſe intruſit
in beneficio per reſeruationem ſpecialem
alteri reſeruato, & erat in litteris acceſ-
ſus, & regreſſus coadiutoriarum, & alia-
rum ſpecialium reſeruationum, quia de-
cretum reſeruationum ſpecialium, & in
corpore iuris clauſum, de quo ſupra pro-
ximo exemplo, & his, quę infra ſequun-
tur, æquiparantur, Caſſadorus dicta
deciſione prima de cauſ. poſſ. & prop.
& deciſ. 2. de reſt. ſpol. Simonet. deciſ. 14.
89 & deciſ. 78. Mohed. deciſ. 84. Limita pri-
mo ſupradictum exemplum, quatenus
loquatur de regreſſu, vt ita demum pro-
cedat, quando adſint qualitates regreſ-
ſus, & illius, in cuius fauorem fuit reſer-
uatus, verificatæ, quia cum regreſſus
antea potuerit eſſe inualidus, non inficit,
poſſeſſionem, Ant. Aug. dec. tertia, verſ.
90 minus obſtante. Limita ſecundo, dum-
modo litteræ ſint expeditæ, quia ante
illarum, expeditionem decretum non
91 inficit, Mohed. deciſ. 306. Limita tertio
in decreto appoſito in regreſſu ob non
ſolutionem penſionis, quia ante rem
iudi-

iudicatã tale decretum non inficit, Ant.
93 Aug.deciſio.tertia, & deciſio.692. Exẽ
plificari tertio poteſt in eo, qui ſe intruſit
in beneficio litigioſo ex collatione ordi-
narij, quia non reſtituitur propter decre-
tum irritans, de quo in cap. 2. vt lit.
pend, in ſexto, Rot.dec.3.in prima addit.
de reſt.ſpol. in nou. Caſſad. deciſ. vlt. nu-
mero tertio, & 4. de cauſ. poſs. & prop.
94 Intruſus vero in beneficio ille dicitur,
qui in illo reperitur poſitus auctoritate
ſuperioris illud conferre non valentis,
quia, vel ad alium collatio ſpectabat, vel
ſuſpenſus erat, vti permutans beneficiũ;
cuius diſpoſitio ad Sedem Apoſtolicam
pertinebat reſeruatione durante, ea ra-
tione, quia inferior in reſeruatis Papæ ſe
intromittere nequit, cap. 2. vbi Abb. in
tertio not. de reſtitut.in integrum. Et pa-
riter ſi à ſuperiore excommunicato, vel
interdicto Titulum habeat, aut intruſus,
ac retinendo beneficium, de quo eſt ca-
nonice prouiſus, & multa circa intruſio-
nem connumerat Domin.in cap. propter
colum.fin.19.diſt.& Felin. in cap. in no-
ſtra, num.10. & ſequen.de reſcrip. Exẽ-
plifica quarto, in beneficijs collectorum,
ſubcollectorum, Cappellanorum, & alio-
rum perſonarum, quorum beneficia ſunt
reſeruata per regulas Cancellariæ cum
decreto irritanti, nam ſi quis illis ſpolie-
tur, ex vi dicti decreti non reſtituitur,
95 Aeneas de Falcon. vbi ſupra. Limita ta-
men iſtud quartum exemplum, dummo-
do ſtatim conſtet, vel conſtare poſsit,
quod ille ſit talis, nam ſi poſsit de facili
apparere, quod ille non erat Cappella-
nus, Collector, vel ſimilis, non eſſet
deneganda reſtitutio ſpoliato, Aeneas
de Falcon. vbi ſupra aſſerens ita eſſe in-
telligendam, Rot.deciſ.3. num.3. de re-
ſtitut. ſpoliat. in nou. Exemplifica quin-
to; in prouiſo ab ordinario in ſex menſi-
bus Papæ reſeruatis propter decretum ir
ritans quoque appoſitum in regula reſer
uatoria, Caſſad. deciſione ſecunda de
reſtitut. ſpoliat. Limita prędictam reſer-
uationem, vt non procedat in intruſo cõ-
tra decretum appoſitum in reſeruatione
principali ad incertum corpus beneficij
vſque ad certam ſummam, vel in expe-
ctatiuis, quia tale decretum irritans non
inficit, & ideo ante omnia ſpoliatus ve-
nit reſtituendus, Caſſadorus deciſione
quarta, & deciſione ſeptima de reſtitut.
96 ſpoliat. Simonet. deciſione 14. Limita
ſecundo, vt non procedat in decreto ap-
poſito in prouiſione, quæ fit de vacante,
q; non inficit, ſicut quando apponitur in
prouiſione de vacaturo, vnde huiuſmo-
di decreto non obſtante, reſtitui debet
talis prouiſus, Caſſad. deciſ. 2. de reſtit.
97 ſpol. Simonet. deciſ.14. Limita tertio,
in prouiſo ab altero, præterquam Epiſco
po, in ſex menſibus ad ipſum pertinen-
tibus vigore alternatiuæ cum decreto ir-
ritanti, quia ſi fuerit ſpoliatus, reſtitui-
tur, cum tale decretum non inficiat, Caſ-
ſad. deciſ. 2. numero 4. de reſtit. ſpol. Si
98 monet. deciſ.14. Limita quarto, ſi ſpolia-
tus fuiſſet prouiſus à Papa, nam eo caſu
reſtituitur, etiam ſi fuiſſet intruſus in be-
neficio reſeruato, quia licet decretum li-
get etiam Papam, Tamen quia Papa tol
lere, vel ſuſpenidere decretum valet, &
ſic an voluerit, nec ne dubium remaneat;
non autem an potuerit, reſeruatur hoc
diſcutiendum in Petitorio, Creſc. dec. 5.
nu. 1. de reſt. ſpol. ſic Rotam ſeruare aſſe
rens, & ex deciſione tertia, eodem tit.
99 in nou. Pręterea non reſtituitur ſpolia-
tus regulatur, quando per Iudicem id fa
ctum fuerit, l. iuſte poſſidet, ff. de acqui-
ren. poſſeſſ. Quod pariter amplia proce-
dere, ſi per Iudicem iniuſte ſpoliatus exi
ſtat, vt bene declarat Socin. conſil. 12.
num.10.volum. 1. Idque tamen declara
procedere, quando poſſeſſio decreta per
iudicem plena cauſæ cognitione adhibi-
ta, data fuit, Felinus in cap.dilectus, el pri
mo, num. 1.de reſcript. & in cap.cauſam
num.1.& ſeq. de off.deleg. Dec.in l. fin.
num.315.C. de edict.D. Adr. Toll. Rota
coram Domino Comitulo in vna Roma
na Vineę Ven. 21. Aprilis. 1589.

Vide hãc dec. in fi. cap. n. 18.

100 Limita relata non procedere, quando
ordine iuris non ſeruato iudex proceſſe-
rit, vel nulliter, aut iniuſtè fecerit. Abb.
in c. conquæſtus, num.8. de reſtitut. ſpo-
liat. Gab. lib. comm. opi. tit. de reſt. ſpol.
concl. 1. num. 109. & num. 112. Verall.
deciſ.186. parte tertia, & coram Domi-
no Seraphino tenuit Rota, in vna Roma-
na Vineæ 17. Aprilis 1587 Ita pariter ſi
nulliter vel tamquam priuatus. Quia in-
diſtincte hoc caſu ſpoliatus reſtituitur;

Vide hãc dec. in fi. cap. n. 19.

Et

Digitized by Google

101 Et ſic concordantur opiniones contra-
riæ, quod tenentes ſpoliatum per iudi-
cem non fore reſtituendum, intelligan-
tur, quando iudicialiter proceſſit, & DD.
contrariam ſententiam ſequẽtes loquũ-
tur, quando (vt dixi) nulliter proceſſit,
vt declarat Socin. dicto conſilio duode-
cimo, numero decimo, & ſequen. volum.
1. Abb. in cap. cum dilectus, vlt. notab.
de reſcript. quia id, quod de facto factũ,
de facto debet reuocari, cap. cauſam ma
trimonij, vbi glo. Abb. & cæteri, de of-
fic. delegat. Abb. in cap. cum cauſa, quar
to not. eodem titulo. Vbi fortius dicit,
quod nullam exequenti ſententiam reſi-
ſtere licet, Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ
Mariæ, colum. 11. verſ. Sexto notabili, de
conſtit. Rip. in dicto §. nihil commune,
num. 58. Hoſt. in ſum. de reſtitutione
ſpoliat. §. quando facienda ſit reſtitutio,
in princ. Bellam. deciſione 108. Sarnen.
deciſione 42. de quo vide Bellam. deci-
ſione 105. tenentem, ob id tale ſpoliatũ
reſtitui, quia tex. in l. iuſte poſſidet, in-
telligitur quando legitimè Iudex proceſ-
ſit, ſin ſecus, debet Iudex abſque diffi-
cultate reuocare, quod perperam, ſeu de
facto fecit, nec aliqua cauſæ cognitio re-
quiritur amplius.
102 Limita ſecundo, quando iudex fue-
rit incompetens, nam tunc, ſiue iuſte
proceſſerit, ſiue non, indiſtincte ſpolia-
tus reſtituitur, vt per Socin. dicto conſ.
12. num. 10.
103 Limita tertio, quando ſpoliatus etiã
per ſententiam iuſtam fecerit reſiſtentiã
eius exequutioni, qua non obſtante, ſpo-
lians etiam habens facultatem ingredien
di poſſeſſionem propria auctoritate, ip-
ſum ſpoliatum ante omnia reſtituere de-
bet, nam ſibi met imputet, quia ad iu-
dicem pro exequutoribus habendis non
iuit, Ripa in dicto §. nihil commune de
104 communi atteſtans, num. 59. Spolia-
tus præterea beneficio, ad quod penitus
erat incapax, ſi petat reſtitui, non debet
audiri, Bald. in l. prima, circa finem,
verſic. Solutio diſtingue, C. de appellat.
105 Quod primo exemplificari poteſt in ſi-
moniaco reali, qui licet ſpoliatus, non
reſtituitur, cum ſit excommunicatus ip-
ſo iure, per extrauag. Pauli ſecundi, cum
deteſtabile, &c. Caſſadorus deciſione
prima, de ſimon. Rip. in dicto §. nihil
commune in 17. fallen. Sarnen. in regul.
106 de trienn. quæſt. 12. num. 3. Dicas tamẽ
prædictam regulam non procedere in Si
moniaco ignorante, dum tertius, puta
pater, vel alius daret pecuniam, ad hoc
vt filius conſequatur beneficium, Sar-
nen. de trien. quæſt. 12. num. 10.
107 Limita tamen limitationem prædictã
dummodo Simoniacus ignorans habue
rit beneficium per obitum, nam ſi illud
habuiſſet per reſignationem Simoniacã,
non reſtitueretur, Sarnen. vbi ſupra, nu.
108 9. verſic. ſi haberet titulum. Exempli-
fica ſecundo in execrabili, quia non re-
ſtituitur. Sarnen. regul. de annal. quæſt.
55. verſ. Sed vlterius cogitant, & quæſt.
51. numero tertio, de trienn. quæſtione
decima, num. 8. Creſc. deciſione 220. A-
chil. deciſione prima, alias 262. de reſti-
tutione ſpoliat.
109 Limita tamen, dummodo execra-
bilis poſt commiſſam execrabilitatem
non ſteterit per triennium in poſſeſſione,
nam ſi tunc ſpoliaretur, eſſet reſtituen-
dus propter titulum inſurgentem ex re-
gula de triennali, vt not. Sarnen. in dicta
quæſtione decima, num. 22. regul. de
110 trien. Exemplifica tertio in hæretico,
qui non reſtituitur, Sarn. in regul. de an
nal. quæſtione 52. numero tertio, cap.
quia vere, diſt. 7. Socin. in tract. fallent.
reg. 30. Fallen. 7. verſic. hinc eſt, quod
111 opponi poteſt. Item amplia ex paterna
hereſi etiam hereditate paterna filios pri
uari, tam ſi nati ante, quam poſt deli-
ctum fuerint, c. filij de heret. in ſexto,
cap. vt inquiſitioni, eodem titulo, vt latè
Claud. Seiſſel. in l. ſi quis, numero deci-
mo nono, ff. de iur. omn. iud. & puniun-
tur vt filij, quod capit tam ante, quam
poſt natos, Zabarell. in capitulo ex qui-
buſdam, verſiculo Quæro an filij, de hæ
112 ret. Quod pariter extende, vt etiam
penſionibus priuentur, quia eorum odio
iſto caſu late verbum beneficium ſumi-
tur, glo. in capitulo quicunque, in ver-
bo hæretici, & in verbo beneficij, de hæ
ret. in ſexto, vbi Gemin. numero ſecun-
do, Abb. in capitulo ad audientiam, el
ſecondo, numero ſecundo, verſ. dicerem
tamen, de reſcrip. vbi Felin. in princip.
Ratio eſt, quia canones non ſimpliciter
illos

illos beneficijs priuant, ſed per verbum
quodcumque generalitatem importans,
etiam penſiones ſtringit, Caccial. in
Tractat. de penſ. quæſt. 39. Gig. eodem
tract.quæſt.28.& melius,quæſt.94. Eoq.
magis,quia omnibus bonis priuatos ſacri
Canones eſſe volunt, cap. vergetis, de
hæret. Vnde ſi appellatione beneficiorũ
penſiones, maxime ex idẽtitate caſus nõ
comprehenderentur, quia Canones vt
perpetua egeſtate viuant oppreſſi, ac
continuo mærore tabeſcant, adeo quod
eis mors ſolatium, & vita futura ſit ſup-
plicium, cap.ſi quis cum militibus, 6.q.
1. Vtq. eorum parentes grauius, acriuſq.
puniantur, omnibus bonis filios orbatos
videntes, ſequeretur repugnatio præmiſ-
ſorum, Put.deciſ.350.p.1. Peregr. deciſ.
109.lib.2.Accoramb.dec.17.lib.1, Mo-
hed.dec.6.de reſcr. Ant.Aug.dec.1266.
lib.de ver.p.3.& incipit Tit.de penſ. c.2.
113 Præmiſſa quoque extende ſi contu-
macialis condemnatio fuerit, poſt annũ,
quia contumax contumaci æquiparatur,
vnde hęreticus reputatur, Hoſt.Io.Andr.
& DD.in d.c.excõmunicamus,de hæret.
Imo Rota, quæ non ſolet alienas exequi
ſententias niſi viſis actis,& cõſtito de bo-
no iure, hoc non ſeruat in ſententijs latis
ab inquiſitoribus hęreticę prauitatis,quo-
rum ſupremiſſimi tribunalis acta, & arca-
na pandi non poſſunt,nec ſolent, Veral.
deciſ.334. par. 3. Et latiſſime ſuper hoc
articulo adeſt,dec.Pereg.in vna Cõchen- Vide has dec.in fi.c.
ſis pẽſionis Veneris 6.Martij 1598. Om-
nino illius quibus occurrit in hoc particu
lari perſcrutanda. Et licet ex propria hæ-
reſi,atrociſſimum per alijs crimen contra
proprium creatorem eius omnipotentiã,
& diuinitatem denegando.c.1.de ſumm.
Trinit.& fid.Cath.l.1.C.eod.ti.c. ad abo-
lendam,de Hæret. tanquam Diaboli mẽ-
brũ ab omnibus infeliciſſime citatus con-
tinuo negatur dolore, tamen ex filiorum
miſerrimo ſtatu maiori afficitur mæro-
re, vt in ſimili videmus, dum patre præ-
ſente torturæ filius ſubijcitur, quia adeo
plus filio torquetur, quod ſæpe vt illum
liberet ſponte delictum contra ſe fatetur.
Guid. de Suzzar in tract. de Indic. ant.
tort.n.21.Bru.eod.tract. q.5.n.55. Frãc.
115 Caſon.in tract.de tort.q.13.nu.4.Exẽ-
plifica Quarto,in laico qui non poteſt re-
ſtitui ad beneficium,Rip.in d.§.nihil cõ-
116 mune,n.81.in 11.fallent.Quod tamen,
vna cum ſupradictis limita,& intellige vt
procedat,dummodo exceptio inhabilita-
tis ſit notoria,vel probata, & non probã-
da,Tho.de Than.deciſ.20.Et in hac ma-
117 teria ſpolii regulam firmes. Quod ſem-
per vltimum ſpolium ſit purgandum,l.3.
§.cum igitur,& l.qui poſſeſſorẽ, ff. de vi,
& vi arm.& latè per Abb.in c. cum olim.
el 1.de reſt.ſpol.& in c.fin.col.3.in fin.&
ſeq.de ord.cogn. Salic. & alij DD. in l.ſi
quis ad ſe fundum,C.ad l.Iul. de vi publ.
118 & priu. Ideo cum ſpolii vitium ſit reale,
& rem (vt dixi) ſequatur quocunque va-
dat, quoque contra hæredem intentatur,
& ita pluries tenuiſſe Rotam dicit Creſc.
119 deciſ.3.de reſt.ſpol.Exceptio autẽ ſpo-
liationis ſolum illum repellit, qui tenetur
vnde vi,Abb.in c.cum dilectus,nu.12.de
ord.cog.cuius dicta approbauit Rota, vt
120 per Sarm.deciſ. 44. Et quod iſthæc, ſit
communis opinio,aſſerit,Cap.Tholo.de-
ciſ.405.&deciſ.Neap.19.Miliſ.in ſuo re-
pert.in verbo poſſeſſorium deducens. Et
nuperrime Rota cenſuit coram D.Ludo- Vide hãc dec.in fi.c.
uiſio in illa Romana ſpolij de Pinis Mer-
curij 7.Nouembris 1607.
121 Amplia ſupra relata in excommu-
nicato,qui nõ poteſt intẽtare poſſeſſoriũ
reſtitutorium, Guid.Pap.deciſ.131.Cap.
Thol.dec.172.Innoc.in cap. paſtoralis in
122 fi.de appell.Quod tamen declara, quã-
do de excommunicatione opponeretur
per partem,alias ſecus, vt in dicta deciſ.
Cap.Tholoſ.ca.fi.de excep. in ſexto. Et
de reſtitutio. in iudicio Adipiſcendæ, vi-
123 deas deciſ. 1.de reſtit. ſpol.in ant. Non
reſtituitur ſpoliatus,quando conſenſit ſu-
124 per proprietate ſpoliatorẽ audiri, quia
videtur renunciaſſe priuilegio reſtitutio-
nis ab eo intentato,Put.dec.29.nu.1.par.
125 3. Spoliator poſt tres cõformes in poſ-
ſeſſorio non auditur,niſi purgato ſpolio,
& parito iudicato,Clem.vt calumnijs, de
126 re iud. Quod vltra reſtitutionẽ poſſeſ-
ſionis importat reſtitutionem fructuum,
cum damnis, & intereſſe, ac expenſis
per ſpoliatum paſſis, cap.conquerente,&
cap.piſanis,de reſt.ſpol.dec. 296. diuerſ.
parte tertia bene Veral. deciſione 185,
& 189.

& 189.par.3.Cæſ.de Graſ.de cauſ. poſſ. & prop. dec.1.in fi.& dec.2.n.5.ac dec. 5.num.8.de reſtit.ſpol. deciſ.626. num. tertio,parte tertia diuerſ.cum add. Et id adeo verum eſt, quod ſi in vno nummo deficiat, non tenetur ſpoliatus reſpondere,capitulo conquerente vbi Bald. num. 1.de reſt.ſp.& ibi DD. quos ſecutos fuit Rota,Verall.deciſ.184.par tertia, Gabr. concl.1.numero 11.de reſt.ſpo.lib.com.

127 opi.Vnde ſi poſt. prẽmiſſa detur commiſſio cum clauſula conſtito de paupertate audiatur in petitorio,venit repellendus,Rot.diuerſ.p. 3.deciſ.160. & deciſ.

128 260.Et iſte,ſecundum aliquos nõ tantum perdit beneficium,cap. Odoardus, & cap.peruenit,ſed omne ius, quod habet in proſecutione cauſæ ſuper beneficio, quia acriter cauſam vſque ad tertiam ſententiam tuendo, fuit in dolo manifeſto, propter quod omni commodo priuatur,Mohed.deciſ.1.& 2. alias 117. & 118.de ſolut.Pute.deciſ.56.ſub nu.9.

129 parte prima.Et eo magis ſi ſpoliũ fuerit violentum,vel doloſum, vel tale præ-

130 ſumatur. Satiſq. eſt vt tale ſpolium dici poſſit,quando quis aliquem aliqua re ab alio poſſeſſa, ſciens ſpoliando perſeuerauit temere vſque ad ſententiam in lite,diuerſ.deciſ.56.ſub num.9. lib.1.ibi tamen quia tres ſententiæ, Mohed. deciſ.1.alias 117.

131 Regula vero,quod ſpolium non veniat purgandum, quando reintegratio ſi non eſſet facta, denuo veniret facienda,ad Conſil. Grau.46. num. 7. Verall. deciſione 175.num.3.parte tertia, Procedit in vi compulſiua,non in vi expulſiua,vt in ſpolio,ſecundum diſt.Put.deciſ. 183. par. 1. & Rota alias cenſuit coram Domino Robuſterio, ſiue Orioleſi in vna Romana Caſalis 12.Iun.1572.ac nuper coram Domino Coccino in vna Romana S.Thom.informis 21. Febr.1603. (Vide hanc dec.in fi.c.)

132 Sed an minor in ſpolio viginti annorum conueniri poſſit? & ſic in poſſeſſorio, & reſolutiue, quod ſic dicendum credo, quia priuilegia minoribus conceſſa ſunt,ne decipiantur, non autem vt alios decipiant; Nam eis aliena percipere foret permiſſum, & illa neque fructus reſtituere, ſicq; cum aliena locupletare-tur iactura, cõtra naturalem æquitatem; Nam iſto caſu maior quatuordecim annorum, & viginti, minor, pro maiore habetur, eſtque legitima perſona comparendi in iudicio,Afflic.deciſ. 283.& ſi ſuccumbat, non reſtituitur in integrum.

133 Reſtitutio aduerſus rem iudicatam in ſpolio non datur, nec clauſula reſeruatis fructibus in fine litis conceditur ſpoliatori,Put.deciſione 36.num. 4. & dec.

304 37.par. 1. Reſtitutio in integrum non ita de facili conceditur, poſt quam cauſa fuit demandata appellatione remota, & lata ſententia,ob id requiritur vrgentiſſima cauſa, quia clauſula appellatione remota redderetur fruſtatoria, & eſſet tollere ius tertij radicatum in ſententia,Rota deciſione 26.num.5.de cõceſſ. præb.

135 in antiq.Exceptio rei iudicatę,ſi in eodem Iudicio intentetur diuerſa actio nõ præiudicat,& ex ea agere poteſt. Innoc. in cap.fi.per totum,de ordin. cogn. Ratio eſt,quia talis exceptio ad non intentata ſe non extendit ad non comprehẽſas actiones in ſententia, ex qua res indicata oritur, Socin.conſilio decimooctauo, numero quadrageſimo quinto, vo-

136 lumine primo, Reſtitutio in integrum de iure ad pœnam augendam fiſco denegatur. Boſſ.in titulo ſi adu. rem. iud. numero nono, & titulo,de ſuppl.aduer. rem.iudicat. numero ſexto, & ſeptimo, Gabr.commun.opin. lib.7.concluſ. 13. numero 4. & 5. Grau. conſilio 68. numero ſecundo, Verall. deciſione 203. parte prima.

Nec in pœnarũ exequutionibus poſt præſcriptionem illarum decurſam.Odd. de reſtitut. in integrum parte ſecunda, quæſtione 89.artic.3.num. 24. per conſil.Tob.Non. 105. num. ſecundo, poſt Ange.in l.ſi.ff.ſi quis teſtam.lib. eſſe ius, & Cremen. not. ſecundo. Quamuis fiſcus ſi lęſus ſit reſtituatur contra ſententiam ad minoris inſtar. Guid. Pap. de communi,deciſ. 302. Etiam in caſibus, quibus male geſſit, aut aliquid ommiſit, Dato quod lapſum eſſet agendi tempus criminaliter,ac ipſius fiſci, ſeu miniſtrorũ negligẽtia interueniſſet. Alex.cõſ.172. nu.8.verſ.poſſet etiam, vol.5. At in pœnalibus quoque reſtituitur puta quando

minor

minor pœna impoſita foret, illa quam
imponi deberet,nam tunc reſtituitur ad-
uerſus ſententiã.Gab.com.op.tit. de cri.
concl.13.in princ.quamuis ex eod. Gab.
ibi numero quarto, contraria opinio ſu-
pra relata verior ſit,& huic ſententiæ an
nuit,Odd. de reſtit. in integ. par. prima,
art.13.nu.85.Quod tamen non procedit
ſi læſio reſpiciat ſtatum Reipublicæ, ſiue
publicam vtilitatem,nam iſto caſu,& Rei
publicæ & Principi reſtitutio datur. Se-
cus ſi ſolum Reipublicæ, & Principis cõ-
modum reſpiceret, nam tunc non datur.
Odd. vbi ſup.q.14. in fi. ita diſtinguen-
do concordat contrarias ſcribentium ſen
tentias. Et licet non detur hæc reſtitutio
ex iure minorum,bene detecta læſione
datur ex clauſula generali,ſi qua mihi iu
ſta cauſa. Odd.dicto articulo 13,numero
87. Quod notandum aſſerit. Quia fiſcus
Reſpublica, & ciuitas habentur pro mi-
nore,ac vti pupillo, & cõpetit reſtitut. in
integrum, Alex. conſil. 196. nu. 3. vol.
6.late Gabr. & Oddus locis ſupracitatis.
137 Reſtitutio in integrũ ad effectum ade-
undi hæreditatem cum beneficio legis,
& inuentarij datur hæredi minori, l.pri-
ma, C. ſi vt omnibus hæred. l.impube-
ribus vbi gloſ. ff.de acq. hæred. Bar. &
gloſ.in l.ait prætor,§.reſtitutus,ff.de mi-
nor. & in l.minor,ff.de acq. hæred.Bald.
in l. id quod pauperibus,quæſtione quin
ta, numero decimoſeptimo, in fi. C. de
Epiſc.& cler.Maxime non adita hæredi-
tate, quia tunc non currit tempus niſi à
die aditionis, Borgn.in trac.de Inuent.
numero quinto, capitulo pen. & eod.
trac.capitulo tertio, numero vndecimo,
138 de communi, dec.Rot.Lucen.Magon.
quadrageſima, numero 3. Vnde ſi pu-
pillus decedat rerum paternarum inuen
tario non confecto, ſubſtituto ſuccurri-
tur ex eodem remedio reſtitutionis in in
teg.vti ipſi met pupillo ſuccurſum foret,
ſi viueret,foret,Monticul. de inuent. di-
cto capitulo ſexto,numero quarto, nam
quatenus res eſſet integra, etiam lapſo
tempore, maxima minoribus concede-
tur, licet eſſent abſque inuentario, vel
illud minus legitime confeciſſet, quando
ſolemnitates deficerent, quia tunc non
dicitur agi de dolo præſumpto, Natt.
conſilio decimoſeptimo, Odd.de reſti. in
integ.quæſtione octuageſimanona, nu-
mero quinquageſimoſexto,nihilominus
veniunt reſtituendi, Montic.de inuent.
verſ.ergo principaliter,numero ſexageſi
monono, Tiraq.de pęnis cauſ. quadra-
geſimaquarta,Matt. conſilio centeſimo-
quadrageſimo,num.octauo, Ioſeph.Lu-
dou.deciſ.Peruſ.55.numero decimoocta
uo, & ſeq. Natt.conſilio decimoſexto,
numero primo. Rol.a val. conſilio deci-
mo, numero ſexto volumine quarto, &
etiam maioribus, Odd.de reſtitutione in
integ.quęſtione octuageſimanona, nu-
mero quinquageſimo ſecundo, & quin-
quageſimotertio, Pariſ.conſi. ſexageſi-
moquinto, numero quinquageſimono-
no, volumine tertio, Odd. vbi ſupra
quæſtione quadrageſimaſexta, numero
139 vigeſimo primo,vt maiori prodeſt. Re
ſtitutio in integrũ carcerato non pro-
deſt, quia ea pendente,non debet relexa
ri,nec quicquam nouari ſtante facta iam
executione in perſona, quæ non ſuſpen
ditur per reſtitutionem in integrum,nec
impeditur, niſi cauſa finita. Alex.conſ.
62. num. 4. & 5. & conſ. 223. num. 6.
vol. 8.Reſtitutio in integ.Eccleſiæ datur
aduerſus omiſſa per procuratorem, &
geſta,c.2. vbi gloſ.in verb.ſi ſe,de reſt. in
int. in ſexto, Alex.conſ.115. numero 4.
vol. 5. maxime ſi contra procuratorem
regreſſum habere non debet,nec poteſt,
Old.conſ.157.num.3.Caſſad.deci.5.nu.
3. de reſt.in integrum.
140 Reſtitutionem in integrum in poſ-
ſeſſorio in beneficialibus locum habere,
non in prophanis patet ex deciſ. Veral.
297. parte tertia, Put.deciſione 36.nu-
mero quarto, & deciſione 77. parte pri-
ma. Quod intelligitur in ſpolio, non in-
poſſeſſorio adipiſcendæ,gloſſa in l.prima
vbi Iaſ. & Doctores, C. ſi de moment.
poſſeſſ.maximè Contar.limit. 8.num.10
Alexander conſilio 80,in principio, vo-
lum.7.Capic.deciſione 13.num.10.Me-
141 noch.de adipiſc.rem.4.num.406. Fal-
lit præfata regula in ſpolio,quia quando
de iure communi competit, reſtitutio,
non denegatur Ioan. Paul. deciſione
92.Veral.deciſ.octuageſima ſeptima lib.
142 2.in manuſc. Hinc eſt,quod latis tribus
conformibus in ſpolio, contra ſucceſſo-
rem: reperto poſtea nouiter inſtrumento

ex quo huius ſucceſſoris auctorem prius
poſſeſſionem habuiſſe apparebat, ſtante
probabili ignorantia, in integrum reſti-
tui petebat, maxime quia conſtabat de
iuribus nouiter repertis, & ſic ex clauſu-
la ſi qua mihi iuſta cauſa non veniebat
deneganda, & ex eo, quia erat reus, Et
quamuis in ſpolio negetur reſtitutio, ſed
in petitorio, ſolum ex gratia ſpeciali, il-
lud procedit conſtito de bono iure, ra-
tio eſt, quia in beneficialibus non datur,
licet ſic in prophanis, quia durius con-
tra ſpoliatorem agitur, cum ſibi in peti-
torio ſuccurri poſſit. Sicque Rota cen-
ſuit coram Domino Iuſto, in vna Aſi-
fienſis Canonicatus 29. Iunij 1595. per
deciſ. Tholom. 97. Dec. conſil. 456. ſub
num. 4. Sed de bono iure conſtare ex-
preſſe debet, vt pariter ſi petatur reſpe-
ctu paupertatis, quo caſu non ſolum pro
babda venit vt releuet, verum etiam,
quod illius cauſa proſequi appellatio-
nem non poſſit, vt Rota in allegata deci-
143 ſione coram Domino Iuſto. Et in dicto
petitorio datur reſtitutio propter pericu
lum animæ, ne beneficium ſine Cano-
nica inſtitutione obtineatur, quæ ratio
peccati non militat in ſpolio, quando in
petitorio (vt dixi) reparatur; tamen
in hoc facto Rota cenſuit, vt ex deciſ. 92.
Tholom. eſſe reſtitutionem concedendã,
per doctr. Alexan. in l. ſub prætextu, nu.
5. C. de tranſact. Abb. in cap. ſuborta,
num. 16. Felin. num. 15. de re iudic. So-
cin. conſil. 86. num. 14. volum. 1. Bal.
& DD. in l. prima, C. de cond. in deb.
Abb. & Doctores in capitulo ex tenore,
de iud. de communi, Socin. iun. conſil.
123. num. 158. volum. 1. Io. Paul. deciſ.
60. Simonet. deciſione 29. dicens de ſti-
lo Curiæ, etiam poſt quadriennium,
Boer. deciſ. 307. colum. 1. Rota deciſ. 1.
de reſt. in integrum in nou. Caſſad. deciſ.
prima, numero tertio, verſ. aliquando
verò, eodem titulo. Cap. Tholoſ. dec.
54. Mohed. deciſ. 78. in fin. Veral. de-
ciſione 494. par. tertia, Tamen inſtru-
menta nouiter reperta, non debentur
cumulari cum productis antiquis, Boer.
deciſ. 307. in fi. Gab. com. opin. de reſt.
144 in integ. lib. 2. concluſ. 2. num. 3. Et
quod omnino ſuſpenſa omnis exequutio-
ne ex capite iniuſtitiæ, quando probatur
ex eiſdem actis, concedatur reſtitutio in
integrum aſſeruit Menoch. de adipiſcen.
poſſ. rem. 4. n. 912. Rota coram Illuſtriſ. Vide hãc dec. in fi. cap.
& Reuerendiſſ. Card. Seraphino in vna
Auximana dotis 15. Nouemb. 1574. Etiã
ſi ex nouiter deductis petatur, Caſſad. de
ciſ. 9. de reſt. in int. contra dec. 447. Ve-
145 ral. dec. 94. par. 3. Iniuſtitia reſultãs ex
eiſdem actis, non ſolum trium conformiũ
exequutionem retardat, ſed facit, vt quis
ſine aliqua paritione audiatur, Gab. lib.
com. opin. tit. de excep. concluſ. 4. de
re iudic. concl. 1. Hier. Gabr. conſil. 48.
num. 5. vol. 2. Veral. deciſ. 264. par. 2.
Et ita tenuit nuper Rota coram D. Iuſto
in vna Colimbrienſis Decanatus de an- Vide hãc dec. in fi. cap.
no 1595. Cap. reintegranda. Remediũ
etiam conductori datur Gozad. conſil.
99. num. 4. Put. deciſione 13. per tot. lib.
1. Vnde creditor non poteſt colonum, ſeu
inquilinum expellere, Tiraquel. in §. 3.
num. 17. & 16. de retract. l. conuent.
nam vnuſquiſq. detentor pro ſua defen-
ſione habet remedium iuris ad recupe-
randum, & reintegrandum ſe in poſſeſ-
ſione, Caſſad. deciſione 4. nu. 8. de reſt.
146 ſpol. Conductor poteſt iure retentionis
re ſibi locata vti, donec totum intereſſe
ſibi perſolutum fuerit, neque ante expel-
lendus erit, Bar. loquẽs de generali hypo
theca in l. qui fundum, ff. locat. Bal. & alij
in l. emptores, verſ. quæro, C. eod. quod
nullam habet difficultatem, vbi adeſt ſpe
cialis hipotheca, dec. Pedem. 155. num.
6. ver. attamen in hoc omnes conſentiũt.
147 Reſtitutio in integrum non ſuſpendit
exequutionem vbi res iudicata origina-
tur ab inſtrumento ſuper literis Apoſto-
licis, vel decreto habente paratam exe-
cutionem celebrato, Afſl. dec. 366. incip.
fuit dubitatum, num. 1. & 2. Marant. de
ordin. iud. par. 6. actu 2. plurali, num.
148 11. verſ. Tertio limita Reſtitutio in in-
tegrum datur, quando per poſſeſſionem
illis infertur enormiſſimum damnum, A-
149 chil. dec. 5. de in integ. reſt. Reſtitutio
in integrum prohibita nõ eſt, niſi expreſ-
ſe id ſit dictum, Bald. conſ. 136. nu. 1. lib.
2. Grau. conſ. 201. Tob. Non. conſ. 87. n.
4. Boer. dec. 140. n. 30. Contar. in l. vnic.
C. ſi de momen. poſſ. latè articulum tra-
ctans, Immo ſi gratiam præmiſſorum oc-
caſione obtinens, rei iudicatæ mentione

non

non faciat erit gratia nulla, Rota coram Domino Marquemontio in vna Abulenſis Cappellaniæ 28. Iunii 1606. Vide hæc dec. in fi. cap.

150 Commiſſionẽ reſtitutionis in integrũ, ob animæ periculum excommunicatus impetrare poteſt, Rot. deciſio. ſeptima, ante fi. de excep. in nou. Fel. in cap. ſignificauerunt numero decimo, eod. tit. & ita tenuit Rota, coram D. Giptio in vna Burgenſis Abbatiæ veneris 21. Iunij 1591. & vbi ſi pars non opponit, proceſſus ſuſtinetur. Vt in dicta deciſione D. Giptij, & Rot. deciſ. 27. de ſent. excom. in antiq. Vide hæc dec. in fi. cap.

151 Sublata appellatione, nõ cenſetur ſublata reſtitutio in integrum, neque denegata, Cin. in l. 2. C. ſi pen. Appell. & c. DD. & Gloſ. in l. 4. C. de pact. Vbi Iaſ. numero 15. & 16. Dec. numero 31. Marſ. in rub. de fideiuſ. numero 228. Franc. in cap. vlt. numero 169. de appell. Rimin. conſ. 87. numero 18. vol. ſecundo, Ruin. conſ. 54. numero 12. vol. 5. Grau. conſ. 201. numero 33. Rol. a val. conſ. 68. nnmero 31. & ſeq. volumine ſecũdo, Tob. Non. conſ. 87. num. ſecundo, & ſequ. Odd. de communi de reſt. in integ. q. 6. art. ſecundo & 6. cum alleg. Quod fallit, niſi nominatim tollatur, Bal. conſ. 236. in fi. li. 1. Grau. d. conſ. & Tob. Non. loc. cit. Boer.

152 deciſ. 140. num. tertio, Reſtitutio in integrum executionem factam impedire nequit, Alex. conſ. 223. numero ſexto, volu. 6. Rip. in l. quarta, §, condemnatum, num. 3. ff. de re iud. Mohed. deciſ. 117. Simonet. deciſ. 77. Put. deciſ. deci-

153 ma, de reſt. in integ. In criminalibus autem reſtitutio in integrum, per ſolum Principem, & non alium conceditur, Pariſ. conſ. primo, num. 1. & 59. vol. quarto. Bald. in l. ſeruus. cap. ad l. ful. 4. de vi.

154 pub. Maior aduerſus non confectũ inuentarium, vel eius comiſſionem non reſtituitur in integrum, niſi magna ſubſiſtente cauſa, nempe ſi addita hæreditate reperiatur magno ære alieno conflata, quod aditionis tempore ignorabat, §. extraneis inſtit. de Her. qual. & dif. l. 2. §. ſi quid, col. 3. ff. de cond. indeb. Odd. de reſt. in int. par. 2. q. 76. art. 5. n. 12. &

155 ſeq. Quamuis inuentariũ ab hærede cõfectũ, fideicommiſſariò proſit, etiam non facta ceſſione, Bald. in aut. ſed non teſtator, numero nono, C. ad l. falcidiam: ratio eſt, quia ius excipiendi tranſit ſine ceſſione. Montic. de inuent. cap. 6. numero pri-

156 mo, Grau. conſ. 567. nu. tertio, Reſtitutio in integrum contra fiſcum, aduerſus lapſum fatalium nõ denegatur. Boſſ. in titulo de fiſco, & eius priuil. num. 76. Magon. deciſ. Lucen. 58. numero ſecundo, l. ſecunda, C. ſi aduer. fiſc. reſt. pet. Ratio eſt, quia iure communi vtitur.

157 Reſtitutio in integrum ſi per mortem procuratoris ſi non fuit cauſa defenſa, dari debet, Caſſad. deciſione ſexta, numero quarto, & quinto de appell. cum à pari impedimentum procuratoris, & principalis procedant, Felin. in capitulo ex ratione numero 24. verſic. & idem dicendum, de reſtitut. iu integrum, maxime quando contra procuratorem recurſus haberi non poteſt, Oldr. conſ. 107. numero 3. Caſſadorus deciſione 5. num. 3. de appell. Veral. deciſione 85. par. 2. Paleot. deciſione 22. Dec. conſil. 56. nu.

158 primo. Contra intruſum lite pendente exequutoriales exequi debent, perinde ac ſi contra illum relaxatæ forent particulariter, Creſc. deciſione 19. de ſent. & re iud. Mohed. deciſione prima, eod. tit. Lancell. de attent. parte prima, capitulo 3. vſque ad numerum 21. & tenetur illis intimatis, etiam ſi appellauerit à die habitæ notitię parere, poſſeſionem dimittendo, vt ibi Creſcent. deciſione prima de re iudic. procedit inter litigantes tantum, Rota diuerſ. deciſione 230. parte prima, & etiam impedit reſtitutionem in ſpolio, Rota in nou. deciſione 149. Et ita alias coram bo. mem. D. Oradino Rota 12. Maij 1567. tenuit, in vna nullitatis Caſtrorum. Sufficit enim conſtare de iure tertii apparenter, licet non apparenter, & concludenter, Felin. in cap. veniens el ſecondo, de teſt. reſtitutio in integrum, ceſſat imminente ſcandalo, Barbat. in tract. de præſtan. Card. in prima parte num. 48. & multas alias limitationes recenſet Corſet. in tract. de

159 poſt. reg. quæſt. 72. Appellatio datur in ſpolio propter miſturam attẽtatorum, Bald. conſil. 241. numero ſeptimo, volum. 1. Lancell. de attent. parte tertia, tit. de Aegid. & in vna Cæſenantenſis coram Illuſtriſ. Seraphino 10. Feb. 1576. Vide hæc dec. in fi. cap.
Et in alia Firmana hæreditatis, vel bo-

norum coram Domino Oradino 6. No-
160 uembris 1562. Tertius quando vult im
pedire ſpoliatum ne reſtituatur, inconti-
nenti, & antequam ſpoliatus expediat
cauſam clare, & aperte, de ſuo iure do-
cere tenetur, Alexand. in l. ſi alienam,
num. 10. ff. ſolut. matrim. Gab. lib. com.
opin. tit. de reſt. ſpol. concl. 1. num. 46.
161 Clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. Reſtitutioni
locus non eſt, quando per viam reſtitu-
tionis in integrum fuit obtenta ſententia
reuocatoria rei iudicatæ. Caſſador. deci-
162 ſione prima, de ſequeſt. Clauſula cum
facultate reſtituendi in integrum non ſuf
ficit ad derogandum ſententijs latis,
Grau. conſilio 68. numero ſecundo, &
tertio. Verall. deciſione 203. parte pri-
ma. Nec excipiens auditur, niſi purga-
to ſpolio, in quauis exceptione, Gram.
conſil. ciuil. 84. Et Princeps ſolus deſer-
tam, ſiue peremptam reuiuiſcit inſtan-
tiam. Capic. deciſione 162. numero ſe-
163 cundo. Licet bona fideicommiſſio ſu-
biecta non poſſint alienari, tamen longo
tempore in vita grauati, qui reſtituere
tenetur poſſunt locari, vel alienari, ſed
veniente morte ipſius omnia reuocantur
l. fin. §. ſed quia, C. com. deleg. l. ſeruo
legato, §. 1. & ibi Bar. ff. de legat. 1. Ca-
ſtren. conſilio 94. libro ſecundo. Alex.
conſilio 95. libro primo, Guido pap. de-
164 ciſione 62. Inuentarium valet quantũ
ad citatos, & illis præiudicat, quia ſolem-
niter omnia, quo ad eos geſta ſunt, Bald.
in auth. ſi omnes, verſiculo ex hoc ego
infero, C. ſi ab hæred. abſtin. Grau. con
ſilio 225. numero quinto, quos refert Ro
land. à Vall. in tract. de inuent. in §. in-
uentarium nocet tertio, per tot. Quod
amplia etiam procedere, ſi non citati
fuerint in illius confectione præſentes.
Vant. de nullit. ex def. cit. num. 17. quia
citare, qui præſentes ſunt, non eſt neceſ-
ſe, cum ſuppleatur citationis defectus ex
præſentia, Decius conſilio 449. numero
8. Qui iudicare poteſt, non eſt mirum ſi
ſuam ſententiam exequi non valeat. Sar-
mien. libro primo ſelect. ſentent. cap. 14
numero 11. Et exequutio ſententiæ fit in-
uocato auxilio brachij ſecularis, cap. 1.
de offic. ord. Archid. in capitulo litteras,
numero 39. de reſtitutione ſpoliatorum.
165 Clauſula conſtito de re iudicata, facit
iudicem mixtum, adeo quod partes vo-
care debet, ac diffinitiuè, vel tacite pro-
cedendo ad vlteriora, vel expreſſe pro-
nunciare tenetur, Felin. in capitulo de
cætero, numero decimo de ſent. & re iu-
dic. Gloſſ. & Doctores in Clemen. præ-
ſenti, in verbo conſtiterit, de cenſibus,
& ideo illud verbum, de, ſubſtantiam
166 denotare ſcias, quod commiſſioni locus
eſſe nequit, niſi de re iudicata conſtet,
Corn. conſil. 167. num. 14. volum. ſecun-
167 do. Vti pariter dicimus de clauſula con
ſtito de aſſertis, quæ ſimiliter in reſcripto
conditionem denotat, & inducit, Veral.
deciſione 228. numero tertio, parte ſe-
cunda. Permiſſum ad tempus, poſt tem-
pus denegatum cenſetur, l. ſtatu liber,
§. ſtichum, ff. de legat. 2. l. Imperator,
ff. de poſtul. Pariſius conſilio 68. num.
32. vol. 3. late Tiraquel. de retrac. con-
168 uen. §. primo, glo. 2. num. 46. Commiſ-
ſio reſtitutionis in integrum, ſi dum te-
ſtes examinantur fatalia lapſa ſint, datur
Mohed. deciſione 78. ſed cum dicta clau
167 ſula, prout de iure; Sententia ex præ-
ſumptionibus lata, numquam tranſit in
iudicatum, Rom. in l. admonendi, num.
14. ff. de iure iuran. Maſcard. de prob.
volum. 3. concl. 1304. num. 19. quamuis
ſecundum Bald. in capitulo primo, col. 2.
verſic. dicit Innocentius de offic. deleg.
170 dicat, Quod iudex ſi ex præſumptioni-
bus procedat, temperare valet ſuam ſen-
tentiam, cap. quia non veriſimile, de
171 præſump. Præſcriptio legalis habet duo
in ventre, nempe præſumptionem ſolu-
tionis, & pactum de non petendo, Bald.
poſt gloſſ. in l. 1. in 7. oppoſit. C. de ſeru.
fug. & exceptio præſcriptionis, litis in-
greſſum impedit, l. fi. vbi Bar. & alij, ff.
pro ſoc. Socin. conſil. 203. numero 5.
172 volum. 2. Clauſula, vt in primis, & an-
te omnia ad exequutionem procedat, in-
telligitur prout de iure id Rota coram Il-
luſtriſſimo Blanchetto reſoluit, in illa
Firmana Olei 9. Aprilis 1576. Reſtitutio Vide hāc dec. in fi. cap.
173 in integrum, datur propter læſionem, &
eſt in æquitate fundata, l. prima, ff. ex
qui cauſ. maior. Afflic. deciſione 211.
num. 3. Benint. deciſione 85. numero 7.
174 Incontinenti factum dicitur id, quod fit
intra triduum, l. fi. C. de error. calc. l. fi.
C. de iud. vbi de verbo illico ideſt, infra
tri-

triduum, l. tertia, §. eum qui iuncta,
glo. quæ exponit incontinenti, ideſt, in-
fra triduum, ff. de vi, & vi arma. Felinus
in capitulo veniens el ſecundo, numero
octauo, de conſtit. Et ſaltem dicit, quod
fit eodem die, Natt. conſilio decimoquar
to, numero quinto, Decian. conſilio 13.
175 num. 53. volum. ſecundo. Deſcriptio
fructuum quandocumque permittitur,
Abb. in capitulo ſecundo, num. 25, de
ſequen. poſſ. Doct. in l. 1. de prohib. ſeq.
176 Sed bonorum deſcriptio numquam fie
ri ſolet, quia Domini intereſt ne ſuum
inſcribatur, vel pandatur, l. 3. ff. de alim.
pup. præſt. Curt. ſen. poſt Bald. in dicta l.
177 prima, ſub numero ſecundo, Vnde à
tali decreto appellari poteſt, licet inter-
loquutorio, nam eſt quædam ſpecies in-
uentatij, Guido pap. dec. 351. late Illu-
ſtriſs. Card. Tuſcus pract. concluſ. iur. in
verbo deſcriptio, Tomo ſecũdo, Caſſad.
deciſione quinta, numero quarto, de
ſequeſt. poſſ. Maran. de ord. iudic. parte
ſexta, titulo de appell. & eius effectu, nu.
144. Aſin. prax. iudic. capitulo tertio, nu-
mero 75. Veſtr. in ſua prax. lib. 3. cap. 8.
ſub numero tertio, & appellatio eſt ad-
mittenda, Bald. conſilio 141. columna
ſecunda, parte ſecunda. Alexander con-
ſilio 91. numero tertio, volu. 6. Calcan.
conſil. 85. numero primo. Ruin. conſilio
138. num. 22. volumine primo. deciſio.
Pedem. 25. numero decimo tertio; late
Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 850. &
178 ſequen. Maior reſtituitur in integrum
aduerſus tranſactionem, quando reperi-
tur læſus vltra dimidiam, vti etiã ſi igno-
ranter contraxerit. Odd. de reſtit. in
integrum, quæſt. 7. & 8. num. 45. verſ.
Contardus, breuiter, & numero 61.
179 Minor aduerſus non data interrogato-
ria, in integrum non reſtituitur. Put. de-
ciſione 23. prope finem, parte tertia. Et
aduerſus ommiſſas probationes in inte-
grum tunc reſtituitur, quando eas in to-
tum facere ommiſit, & non ſi aliquas fe-
cerit. Put. deciſ. 393. per totum, parte
ſecunda, Gabriel lib. commun. opin. lib.
2. Tit. de minor. concluſ. prima, & ſecun
da, Cappel. Tholoſ. vbi Aufr. in addit.
deciſione 53. Quamuis poſt terminũ ad
articulandum, & probandum obiecta, re
ſtitutio minori non detur. Rota diuerſ.
parte tertia, deciſione 177. numero ſe-
180 cundo. Commiſſio reſtitutionis in in-
tegrum ſignata pro ut de iure, parte non
opponente, iuriſdictionem tribuit. Achil.
deciſione duodecima, numero primo, &
ſecundo, de reſcrip. Multa vero de mi-
noribus in integrum reſtituendis, ac de
vatijs reſtitutionum modis, & ſpeciebus
miſſa facere volui, cum latiſſime, & do-
ctiſſime per D. Oddum Peruſinum, coeta
neum meum in ſtudio Peruſino, ex pro-
feſſo cum ſuis limitationibus, & amplia-
tionibus cumulentur, ac nouiſſime bre-
uius per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſi-
mum Dominum meum Cardinalem Tu-
ſcum pract. concluſ. iur. in verbo reſtitu-
tutio Tomo 7. per multas concluſiones
181 Reſtitutio in integrum atteſtationibus
publicatis, Eccleſiæ, neque çquè priui-
legiato conceditur, niſi adſint noua iu-
ra, Achil. deciſione nona, de reſtitut. in
integrum per totum. Et in beneficialibus
etiam minori denegatur, Achil. deciſio-
ne decima, numero ſeptimo, eodem titu-
lo, Subdens ibi deciſione 17. quod ſpo-
lians, niſi reſtitutis non ſolum integre fru
182 ctibus, ſed expenſis non auditur. Mino-
ri an nulla alia probata læſione reſtitutio
concedenda veniat, Gabriel loco citato,
titulo de minor. concl. prima, & ſecunda,
quæſtionem tractat, an probare prius læ-
183 ſionem minot teneatur, quando aduer
ſus appellationem non interpoſitam ſe
reſtitui in integrum petit: & an minor
aliquid præiudiciale confeſſus, dicatur
184 læſus eo ipſo, adeo, quod abſque alia
probatione reſtituendus veniat, ad quẽ
te remitto, concluſione tertia, de quo
multa congerit Maſcar. de probat. concl.
1058. volum. ſecundo per tot. Læſio in
185 venditione facta ad vitam, non conſi-
deratur, Oldrad. conſilio 207. numero 3.
& 5. Roman. conſilio 20. & 202. numero
ſecundo, Decius conſilio 273. numero
186 primo, Vt pariter retractus non compe-
tit in re ad vitam data, Tiraquell. de re-
tract. lignor. §. primo, gloſſ. decima quar-
187 ta. Sententia, quando habet cauſam cõ-
tinuam, & ſucceſſiuam, numquam tran-
ſit in rem iudicatam, & ab ea quando-
cumque, ac ſemper etiam poſt decẽ dies
poteſt appellari, Marant. de ord. iud. par.
6. numero 116. Mandoſ. in tract. de com-
miſſ.

miſſ. ſuper commiſſione exequutoriali;
in verbo nulla prouocatione, Odd. de
reſtitut. in integrum, ſecunda par. quæ-
ſtione 69. articulo primo, numero quin
to, Franc. in capitulo ex parte tua, nu-
mero octauo, & nono de appell. quod
exemplificatur, quando in præteritis
nulla cadit exequutio, puta, ſi appella-
tur In præcedentia proceſſionum, & in
futuris, tamquam à grauamine, quod
eſt ſemper in fieri, naſcitur ius appellan-
di, & ſemper dicitur eſſe infra decem
dies, vt ibi Franc. numero octauo. Fru-
188 ctus per ſpoliatorem non violentum
capti, regulariter à die motæ litis reſti-
tui Rota mandat, non autem à die ſpo-
lij, deciſ. quarta, & ſexta, de reſtitut.
ſpol. in nou. Verall. deciſ. vigeſimaſepti-
ma, parte ſecunda. Quod declara pro-
cedere, quando agitur principaliter ad
rem aliquam, cuius fructus acceſſoriè ve
niunt reſtituendi, quia tunc illorum re-
ſtitutio fieri debet à die motæ litis, ſecus
autem quando petuntur, & principali-
ter ad ipſos agitur, & petit quis, vti ſpo-
liatus, illos, vt puta in annuis præſtatio-
nibus, nam iſto caſu iudicio poſſeſſorio
ipſos fructus ſubtractos ſpoliatus pete-
re poteſt, deciſione tertia, de reſtitut.
ſpoliatorum in antiq. & deciſione fin. Bi-
ſign. eodem titulo, & nuper Ita determi
nauit Rota coram Illuſtriſſimo Plato in
Vide hãc dec. in fi. cap.
vna Mediolanenſis fructuum 20. Maij
1588. Immo poſt litem conteſtatam te-
neri voluit bonæ fidei poſſeſſor Benint.
deciſione 20. & deciſione 26. Ea ratio-
ne, quia poſt motam controuerſiam poſ-
ſeſsiones pares ſunt, ſed lite cõteſtata in-
cipiũt fieri male fidei poſſeſſores. Et ideo
etiam ſi titulum habeat, poſtquam eſt in
mala fide conſtitutus, teneri voluit, vt
189 ibi Benint. Statutum Vrbis lib. 1. cap.
178. diſponens, quod duæ conformes
faciunt rem iudicatam, ita cenſuit Rota
Vide hãc dec. in fi. cap.
coram Domino Ludouiſio in vna Roma
na domorũ Mercurij 19. Ianuarij 1611.
Sed ad hoc, vt dictum ſtatutum intret,
opus neceſſario erit probare de duarum
Vide hãc dec. in fi. cap.
conformium exiſtentia, Rota coram Do
mino Litta in vna Romana Saluiani in-
terdicti, ſeu cenſus della porta Mercu-
rij 7. Nouembris 1601. vbi ponit etiam
quis ſit vrbis incola, dixit Rota in vna
Romana ſocietatis Aromatariæ coram
Vide hãc dec. in fi. cap.
Domino Comitulo, Veneris primo Iunij
1590. locum habere in omnibus tribu-
nalibus vrbis, licet vnus ex litiganti-
bus eſſet aduena, & litem per viginti an-
nos in Romana Curia, ſuſtinuiſſet, &
quia domicilium abſque alia animi de-
claratione cõtrahitur habitando per de-
cennium, l. 2. vbi Io. de Plat. & Luc. de
Pen. C. de incol. libro decimo, l. hæres
abſens, l. perinde, verſ. debebũt, ff. de iu
dic. Bald. conſilio 398. numero ſecundo,
libro primo: Socinus conſilio 89. num.
ſecundo in fi. parte prima, Ruinus con-
ſilio 16. num. 21. volum. 5. Felinus in
capitulo dilectus, el ſecondo, numero 12.
de reſcript. Menoch. de arbitr. Caſu 88.
numero decimoquinto, & ſequen. Ideo
ſunt, & Vrbis incolæ cenſendi, & per
cõſequens dicto ſtatuto ſubiecti. Et quod
ſtatutum de duabus conformibus exe-
quendis habeat locũ in omnibus incolis
& diſtrictualibus, Rota cenſuit coram Il
Vide hãc dec. in fi. cap.
luſtriſs. Mellino in vna Romana pecu-
niaria 19. Ianuarij 1598. Quamuis iſtud
ſtatutum de duabus conformibus non
capiat venientem ad cauſam pro ſuo in-
tereſſe, quia loquens in caſu ſimplici nõ
capit caſum mixtum, vt in allegata dec.
Vide hãc dec. in fi. cap.
Immo, quod dictum ſtatutum etiam ca-
piat perſonas, & cauſas eccleſiaſticas.
Rota cenſuit coram Domino Sacrato in
vna Romana ſocietatis Veneris 25. Iunij
1610. Quod credo circa duas confor-
mes, in aliis nõ, vt infra contra Rotæ ſen
tentiam diſputando teneo.
190 Et quomodo alicuius Ciuitatis, vel
loci originarius quis dicatur, Vide Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 141. volum. 3.
Sed an tale ſtatutum collegium capiat,
191 Domini de Rota varii fuerunt, Am-
plectentes autem affirmatiuam ſenten-
tiam ex generalitate verborum in cau-
ſa, & cauſis mouebantur, vlterius eo quia
habitare collegium dicebat, vbi caput re
ſidet, Bald. in Auth. Sed cum teſtator,
numero quinto, C. ad l. Falcid. dicitur
ciuis. Bart. in l. prima, numero duode-
192 cimo, ff. ad munic. Alii Domini con-
trariæ ſententiæ inhærentes, ex eo quia
ſtatutum de ciuibus loquens, intelligen-
dum de veris ciuibus veniebat, non de
fictis, Bald. conſilio 456. num. 6. vol.
primo

primo, Eſt autem iſta conditionalis, vt
clauſula parito iudicato, Rota coram
Domino Caualerio in vna Pampilonen- (Iſta dec. eſt ſup. fol. 161.)
ſis de Oranzo Ven. 18. Iunij 1610. Eo-
193 que magis, quia dictum ſtatutum ap-
pellationem tollens, eſt odioſum, ac ſtri-
ctè intelligendum, Grat. conſ. 153. nu.
194 4. in fin. Vnde cum collegium ſit perſo
na ficta, Rom. conſil. 436. num. 3. & 4.
Verè, ac propriè ciuis dici nequit, quia
quod per fictionem eſt tale, propriè non
eſt tale, l. cornelia in fi. ff. de teſtamen.
Quo vero ad incolatum dicebant, nec
vere, nec propriè ad collegium referri
poſſe, tamquam perſonæ, cum incola-
tus per habitationem contrahatur, l. 2.
vbi D.D. C. de incol. Quæ obſtare vi-
debantur dicendo collegium habitare,
&eſſe ſicut ciuis, vt Doctores ſupracitati
aſſerunt, quia hoc non poteſt intelligi
vere, & propriè cum collegium ſit perſo
na ficta, & ſtatutum verè, & propriè ſit
intelligendum, Tandem in hanc ſenten-
tiam, Rota venit coram Illuſtriſſimo Mel-
lino in vna Romana Secretariatus Ve- (Vide hãc dec. in fi. cap.)
195 neris 3. Nouembris 1592. Immo quid
plus eſt ſtatutum præfatum de duabus
conformibus, vt habeant vim trium,
etiam ſententias rotales comprehendere
tenuit Rota in vna Rom. medietatis do-
mus coram D. Binarino 3. Februar. 1561.
196 & licet ibi Rota dixerit, appellationem
eſſe de ordinatorijs iudicij, quia concer-
nit proceſſum, & illius fabricationem ta-
men in d. deciſ. Rota tres caſus conſti-
tuit. Primo, quando ſtatutum in totum
appellationem tollit, & tunc deciſorium
fore dixit, Secundo, quando non ſimpli-
citer appellationẽ tollit, ſed limitat ratio-
ne temporis vel alias, vt puta, quod
non liceat appellare niſi infra quinque
dies, & eo caſu eſt ordinatorium. Franc.
poſt alios in c. ſi duobus, §. denique, de
appel. Tertio, quando ſtatutum non tol-
lit in totum appellationem, ſed reſtrin-
git, ne ſecundo liceat appellare, & hoc
caſu cum ordinatoria dicantur illa, quæ
licet perimant, tamen ius ſaluum rema-
net, veluti inſtantia, proceſſus, & alia,
quæ illius validitatem, vel inualiditatem
reſpiciunt, Innoc. in c. quod clericus, nu.
2. de for. comp. & vbi iſts. partis non pe-
rimit, licet quodammodo ordinem reſpi-
cere videatur, tamen mixtum habet de-
ciſorium ita vt quando fiant, ordina-
toria dicuntur, & quando perimunt, vel
tollunt deciſoria, ſed res iudicata, de qua
in dicto ſtatuto liti finem imponit, quia
tollit appellationem, & ideo finem liti-
bus imponit, l. ne cauſas, & l. iubemus,
& l. non offendere, ff. de app. & licet cer-
to modo appellatio ordinatoria reſpice-
re videatur, iſtud eſt ratione termini,
intra quem debet fieri, vt dicemus de
probatione, Dec. in c. ad noſtrum, num.
10. de prob. Ruin. conſil. 69. volum. 4.
Ideo nihil intereſt, an appellatio ſimpli-
citer in totum, vel ſecundo tollatur. Qua-
re dixerunt Domini, tale ſtatutum, quod
ſtatuentes in omnibus curijs ſeruari vo-
luerunt, ita Papa mandante, etiam in
illo tribunali locum habere, non autem
ex capite, quod tribunalium appellatio-
ne Rota veniat, ſed quia ita litigantes li-
gati à ſtatuentibus fuerunt. At ſtatuta
197 præfata locum habent in diſtrictu vr-
bis, ac illis locis, in quibus non extant
particularia ſtatuta de eiſdem cauſis, &
caſibus diſponentia, vt etiam legitur in
confirmatione, fel. re. Greg. XIII. & ita
Rota tenuit, coram Illuſtriſſimo Manti-
ca in vna Sabinenſis ſpolij Lunæ 24. Ia- (Vide hãc dec. in fi. cap.)
198 nuarij 1594. Et ſtatuta Vrbis de diſtri-
ctu loquentia, qui eſt quadraginta mil-
liariorum ex nouis ſtatutis, ſublata diffe-
rentia ſolutionis ſalis focatici, omnia lo-
ca, quæ in dicto ambitu quadraginta
milliariorum continentur, comprehen-
dunt, eo quia in cap. 16. lib. 1. dum de
talis diſtrictus intelligentia Domini dubi-
tauerunt, fuit declaratum ad quadragin-
ta milliaria, vnde ſequitur, quod ſub ta-
li fine, omnia intra illum exiſtentia, con-
tineantur, Socin. conſil. 86. numero ſex
to, & conſ. 127. num. 1. volumine pri-
mo. Et ad id quod dicebatur, intellige,
vbi ſoluebatur ſal focaticum, vt per Put.
deciſione 24. parte tartia. Rota dicit per
noua ſtatuta fuiſſe ſublatum, vnde cum
generaliter loquantur ſtatuta abſque di-
cta diſtinctione, generaliter etiam ve-
nlunt intelligenda, l. non diſtinguemus,
ff. de recip. arbit. & præſertim, quia quan
do dicta ſtatuta condita fuerunt, nulla
loca, in quibus ſalfocaticum ſolueretur,
aderant, vt latè in dicta deciſione. Bal-
neo-

neoregienſis bonorum Lunæ 30. Octo- Iſta dec. eſt ſup. fol. 152.
bris 1589. Vt ex multis rationibus, & iu
ribus latè coram Illuſtriſſimo Pamphilio
cumulatis videri poteſt.
199 Vnde ſub diſtrictu, & diſtrictualium,
nomine, Clerici pariter continentur,
capitulo primo, vbi Bal. colum. ſeptima.
verſic. nota quod nomine, & cap. hac
conſtitutione, de offic. deleg. Et quamuis
pluries in Rota quomodo diſtrictus in-
telligatur heſitatum fuerit, ac per anti-
qua ſtatuta non reperiatur expreſſe fir-
matum, Tamen coram Illuſtriſſimo Pam
philio ex nouis ſtatutis omnem amaritu-
dinem tolli, Rota cenſuit, in vna Bal-
neoregienſis bonorum 30. Octob. 1589.
ſupra allegata, vbi vrbis diſtrictum per
quadraginta milliaria circum circa finiri
diffinitum extit, Sicque loca in dicto cir-
cuitu continentia, de diſtrictu remanent,
& in illo cenſentur incluſa, l. Aede ſacra,
§. fi. ff. de cont. empt. & vend. Bal. in rub.
eodem titulo, quæſt. 22. Socin. conſ. 86.
num. 6. & conſilio 127. numero ſecun-
do, vol. primo, Præcipuè cum ſtatutum
vtatur verbo finiatur totum, quod dictũ
ſtatutum continet, complectens, Nec di
ſtinctio. Put. deciſ. 34. par. 3. Statuti
antiqui, cap. 157. de ſolutione ſalis foca
tici, habenda eſt in conſideratione, quia
ſtatuta antiqua remanſerunt per noua
abrogata, quæ cum in illis mentio fiat
de locis in dicto diſtrictu exiſtentibus, nõ
adhibita diſtinctione ſalis-focatici, gene-
raliter ligat, & vbi lex non diſtinguit,
201 nec nos diſtinguere debemus; Interim,
ſi noua ſtatuta abrogant antiqua, ne alia
ſeruentur mandando, apparet de ſtatuen
tium mente derogatoria antiquorum,
adeo quod ex eis non veniat ſumenda
interpretatio ad diſtinctionẽ noui, Imol.
Alexander & alij declarantes, Iaſ. in l.
ſciendum, nu. 4. limit. 2. ff. qui. ſatiſ. cog.
Idcirco voluerunt in caſibus, in quibus
ſtatuta localia non prouident, etiam ſi
Barones in diſtrictu ſubiaceant, iſta ſtatu
ta ſeruari. Et ex hoc Populo Romano da
ta cenſetur aliqua iuriſdictio, cum latius
pateat diſtrictus, quàm territorium, A-
ret. conſil. 77. num. 3. Cagn. in l. fi. nu. 4.
ff. de iur. omn. iud. Et ex eodem ſtatuto
cap. 54. libro tertio, iuxta conſilio Rom.
218. cum add. Socin. conſilio tertio, nu-
mero ſeptimo, verſic. præterea, volum.
primo. Sicque cum Papa mandante
condita ſint, Papalia dicuntur ſtatuta,
Bar. in l. ſtipulationum la quinta in prin.
ff. de verbor. obligat. Sæpeque idem Ro
ta cenſuit, Dumque in nouis ſtatutis, lib.
3. cap. 56. Facta fuit mentio ciuitatis Ti
burtinæ, tanquam a diſtrictu ſeparatæ,
quæ tamen notiſſimum eſt infra quadra-
ginta milliaria contineri, ad tollendas an
tiquas dubitationes, quæ oriri poſſunt;
ex antiquis Deciſionibus Ant. Aug. in
Tit. de reſtitut. S. 14. vt in dicta deciſione
77. quæ dicunt ſtatuta vrbis Tiburtinos
non ligare.
203 Si facta exequutione porrigatur com
miſſio, in qua ex capite nullitatis illam re
uocari petatur, ſolet interdum concedi,
ſed cum clauſula prout de iure, in quo
negotio poſtea iudex procedere ſolet, ſeu
Signatura, cum cautione de reſtituendo
in euentum ſuccumbentiæ, aut alias iux
ta facti qualitatem, ne poſtea inanis red-
204 datur actio ob debitoris inopiam. Pari
modo reſcribitur porrecta commiſſione,
in qua petitur inhiberi iudicibus in præ-
iudicium exequutionis litterarum com-
pulſorialium, ſed cum clauſula arbitrio
iudicis, & ita in quadam antiquiſſima
praxi, manu cuiuſdam antiquiſſimi Re-
ferendarij conſcripta, adnotatum perle-
205 gi. Commiſſio in qua orator procedi
in petitorio relicto poſſeſſorio petit, da-
tur, ſed cum clauſula refectis expenſis,
in quibus aduerſarium in ſua poſſeſſione
206 defatigauit. Vt pariter datur cõmiſſio,
quod detur fides teſtibus mortuis, exami
natis in cauſa poſſeſſorij, ſi agatur in peti
torio, quia petitorium interrogatoria
concernebant, capitulo præſentata, de ar
bitr.
207 Sed an ſtatutum Vrbis, cap. 17. lib.
primo diſponens, quod duæ conformes
trium, ac rei iudicatæ vim habeant, in-
ter Ciues Incolas, & Diſtrictuales locum
habeant contra illũ, qui per triginta an-
nos cum familia, bona acquirendo habi-
tauit, & Rota in vna Romana hereditat-
tis de Contis coram Domino Litta 8. Iu-
nij 1588. Affirmatiue cenſuit, auctorita- Vide hãc dec. in fi. cap.
te tex. in l. pupillus, in verbo incola, vbi
Alciat. num. 81. ff. de verborum ſignif. l.
in legem, vbi Alex. num. quinto, eodem
titulo

titulo, Riminal. iun. conſilio 363. volu. quarto, Et quamuis talis incola clericum ſe aſſerat, Tamen ſi pro tali ſe non geſſerit, Immo ſi vxorem duxit, neque in habitu, & tonſura inceſſerit, non fruitur clericorum priuilegio, capitulo primo, de cleric. coniug. in ſexto. Sed benè præfato ligatur ſtatuto, vt Rota tenuit coram Domino Aldobrandino poſtea Clemente Octauo ſanctæ memoriæ in vna Romana de Comitibus 2. Iunij 1577. Et quamuis tanquam curialem vrbem colere aſſerat, cum contra hanc qualitatem ſit iuris præſumptio, poteſt confeſſio acceptari reiecta illa qualitate, cum non ſit qualitas annullans, & perimens dictam confeſſionem, Bart. in l. aurelius, §. idemq. ſit. ff. de lib. leg. latè Iul. Clar. in pract. criminal. §. fin. quæſt. 51. verſ. poteſt quoque reus. Et quod
Vide hæc dec. in fi. c.
208 quis curialis, & incola ſit, ſtante ſimul poſſunt. Vnde ſcholari illa decennium mora in ſtudijs trahente, Riminald. Iun. conſil. 436. num. 46. Menoch. de Arbitr. iudic. caſ. 86. num. 22. Idemque coram Domino Comitulo in vna Romana Societatis Aromatariæ Veneris 1. Iunij 1590. Rota cenſit, in eos, qui per viginti annos ſocios in vrbe aromatariã exercuerunt, quamuis aduenæ forent, quod vrbanum domicilium proculdubio contraxerant per decennalem habitationem abſque alia interpretatione animi, l. 2. vbi Io. de Plat. & Luc. de Pen. C. de incol. lib. 10. gl. in l. hæres abſens, §. perinde, verſic. debebit, ff. de re iudic. Bald. conſil. 393. num. 2. vol. 1. Socin. conſ. 529. numero ſecundo in fine, volumine primo, Felin. in capitulo dilectus el ſecondo, numero quinquageſimo ſecundo, de reſcript. Nec ſi dicatur maiorem partem fortunarum extra curiam habere obſtat; cum diuerſis in locis ſubſtãtiis quem potiri non repugnet, ac domicilia, l. aſſumptio, §. vero, & l. eiuſque, §. fin. ff. ad munic. Nam ſtatutum capit habentem maiorem partem, ſubſtantiarum in Vrbe, ac ipſam continuo colentes, cum familia, & vxore, Idque diſponit ad effectum, vt aduena ciuium priuilegio gaudere valeat Romanorum quo ad communitatem, vt ibi Rota; Sed quid
Vide hæc dec. in fi. c.
209 clericus, qui ſe pro non poſſeſſore habebat, dum petijt. & obtinuit ab exequutore Breuis Apoſtolici reintegrari ad eius poſſeſſionem, cum expreſſione, quod ſpoliatus fuit ab aduerſario Mandatum de manutenendo à Rota petijt, quod Rota denegãdum dixit, quia ſpoliatus fuit & ſolo animo poſſeſſio, perditur, l. 3. §. in ammittenda, & l. ſi quis, §. differentiæ, ff. de acquiren. poſſeſſ. ac ſine poſſeſſione mandatum de manutenẽdo non datur, quod ad inſtar interdicti vti poſſidetis requirit poſſeſſionem tempore litis, l. 1. §. huius autem interdicti, ff. vti poſſid. Et in terminis illius, qui ſe pro ſpoliato habuit, Couarr. pract. quæſtion. cap. 17. num. 3. Verall. deciſ. 43. parte ſecunda. Rota coram Illuſtriſſimo Arrigonio in vna Senogalienſis Beneficij 5. Aprilis 1593. ac corã Illuſtriſſimo Pamphilio in alia Hiſpalenſis præheminẽtiarum, Veneris 16. Iunij 1596. Quod non procedit in eo, qui de facto ſpoliatus fuit, & poſſeſſionem ammiſit ſaltim ciuilem, quæ ſolo animo retinetur, cuius vigore datur manutentio contra detentorem, & primo ad naturalem pro illius recuperatione, Bart. in l. 1. §. interdictum autem numero ſecundo, & in l. ſi duo, eodem numero, ff. vti poſſid. Caſtrenſ. conſilio 234. colum. 2. verſic. ſed ſuſtinendo, volum. ſecundo. Put. deciſione 198. numero quarto, parte prima, ſed quia ſe ſpoliatũ clericus ille faſſus fuerat, & ad antiqnam poſſeſſionem reſtitui petebat, ac vtranque ammiſerat, manutentio dari non poterat, vt in dicta deciſione Senogalienſis coram Illuſtriſſimo Pamphilio, cum (vt dixi) in illo, qui de facto fuit eiectus intelligendum veniat, Rota coram Domino Iuſto in vna Vlixbonenſis præeminentiarum 18. Aprilis 1603.
Vide hæc dec. in fi. c.
Vide hæc dec. in fi. cap.

210 Commiſſio cauſæ impetrata contra violentum occupatorem non tranſit ad eius ſucceſſorẽ ſingularem ſuccedentem. ſciente in vitium, Felin. in capitulo quia G. in principio, numero primo de iudic.
211 Sententia lata in cauſa beneficiali, ſec. Abb. in cap. cum Bertoldus num. 29. de re iudic. nunquam tranſit in indicatum, ſicut cauſa matrimonialis reſpectu illius,
212 qui ſucculuit. Oblatio de reſtituendo litis expenſas, & interdum fructus, il-
lis

lis liquidatis, cum depoſito puta vnius iulii non ſufficit, ſecundum Rotam, quia in primis & ante omnia facienda veniebat liquidatio, ac fructuum reſtitutio, Verall. deciſione 224. parte prima in manuſcript. & in his priuilegiatis iudicis Rota ſeruat dicta Bald. in capitulo inquirente, numero primo, de reſtitut. ſpoliat. quam ſequitur Dec. in l. edita, numero 94. C. edend. Vbi ſi vnus deficiant nummus, non tenetur ſpoliatus ſuper aliis reſpondere, circa quod multæ ſunt Rotæ deciſiones cōformes, Verall. deciſione 270.
214 parte ſecunda, numero quarto. Vbi in ſpolio oblationem nō ſufficere firmat, ſed ſpoliatorem teneri ad purgandum ſpolium vſque ad obulum, Illuſtriſs. Paleott. deciſione 369. loquens de attentatis, Peregr. deciſione 209. libro ſecundo, vbi quia vnicus iulius fuit in cauſa ſpolij depoſitatus, fuit iudicium ſuſpenſum donec in partibus fuerint fructus li-
215 quidati, ac ſoluti. Idque multo magis procedit in iudicio attentatorum, ſuſpendendo omne aliud iudicium etiam ſpolii, capitulo non ſolum, in fi. de appell. in 6. Rota deciſione prima, de ord.
216 cognit. in antiqu. Tum quia attentata magis remedio ſpolii ſunt priuilegiata, Franc. in capitulo conſuluit el ſecondo, numero octauo, & in cap. bonè, num. 13. & ſequent. de appella. Rot. deciſione ſecunda, alias 14. incip. fuit dubitatum, numero 3. de reſtitutione ſpoliat. in nou. Decius in capitulo ex parte, el ſecondo, numero 22. verſ. quarta concluſio, de reſcript. & conſilio 200. numero ſecundo, verſ. & quod filius, Mohed. deciſ. 17. de
217 reſtitut. ſpol. Vbi dicit condemnatum in ſpolio, vel attentatis poſſe procedere in negotio principali petitorii, facto depoſito in euentum liquidationis fructuū; Quia non ſtat per condemnatum, quo minus ſoluat, qui hac ratione non ſoluit, quia fructus non fuerunt liquidati, & nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate, maximè quia ſuper fructibus ſoluendis, vbi non eſt facta liquidatio ſufficit verbalis oblatio de ſoluendo, vt ex inde procedatur ſuper meritis petitorij, & Domini de Rota coram Domino Penia in vna Panormitana Archidiaconatus Veneris 16. Octobris 1597. dixerunt non ſeruari, vt declararunt in vna Regienſis bonorum 28. Maij 1579. coram Domino Aldobrādino poſtea Clemente Octauo fel. record. quia non loquitur in ſpolio, & multo magis locum habebit in attentatis, ſupradicta vero coram Domino Penia in dicta deciſione circa attentatorum reuocationem, dixerunt locum etiam habere in quouis ſpolio, ſiue ſimplici, ſiue attentato, in odium

Vide hanc dec. in fi. c.

118 attentantium, vel ſpoliantium, Quamuis multis in cauſis in quibus Rota attentatorium reuocatione ommiſſa, in negotio principali videre ſoleat, vt in ſimili, videmus de clauſula parito breui, quæ, dimiſſa poſſeſſione non dicitur adimpleta, quia reſpectu fructuum nō reſtitutorum; paritio ceſſat, & oblatio in caſu iſto ſat non eſt, cum effectualiter fructus reſtituendi veniant, vt tollatur ſuſpenſio iuriſdictionis, Rota coram Illuſtriſſimo Seraphino in vna Iſpalenſis beneficij Veneris 24. Februarij 1584. Sed parte in facienda liquidatione renitente, credere illi dari ad id terminum poſſe, ne ſua culpa immortalis fiat cauſa, & impediatur collitigans iura ſua deducere, qui iam cauit de illis ſoluendis, & per ipſum non ſtat; Spolij actio competit etiam illi, qui facto proprio à poſſeſſione cecidit, maximè quando alterius opera mediante, & ſic tertia perſona. Put. deciſione 419. par. 2. Grau. conſil. 140. num. 5. Et
219 iſta actio ſpolij ſpoliato acquiſita, nullo temporis ſpatio præſcribitur, & quāuis ſpoliatus patiatur ſuper petitorio diſcuti, Non ob id ſuſpenditur, poſſeſſorium, quod in omni parte iudicij petitorium ſuſpendere facit, capitulo paſtora-
220 lis, de cauſ. poſſ. & prop. Et licet id non procedat, quando de bono ſpoliantis lure conſtat; Tamen de illo nunquam dicitur conſtare, niſi poſtquam in cauſa concluſum fuit, vel probationibus renunciatum, Peregr. deciſ. 9. libro ſecundo, Verall. dec. 323. par. ſecunda, glo. in capitulo ſignificauerunt, de teſtibus, in princip. Rota in vna Meleuitana penſionis coram Domino Litta Mercurij 27.
221 Martij 1596. Sed an in ſpolio reſtitutio detur, magnam habere difficultatem. Rota cenſuit in deciſione 346. num. 9. parte prima diuerſ. Nam vt ibi Rota di-

Vide hāc dec. in fi.

Vide hāc dec. in fi. cap.

cit

eit, quod Eccleſiæ in ſpolio detur reſtitutio per dicta à DD. in capitulo 1. de reſt. in integrum in 6. Achil. deciſ. 5. eodem titulo, Nam de ſui natura reſtitutio in integrum retardat rei iudicatæ exequutionem, Ant. Aug. qui plures refert in repert. de reſtit. in integrum, num. 3.

223 Primum autem ſpolij extremum per præſumptiones probare ſufficit; ſecundũ ſubiectam materiam, Rota diuerſ. deciſ. 494. nu. 2. parte prima. Sed ex deciſione 165. parte 2. numero 1. Concludenter ſecundum magis receptam ſententiam

204 probandum ſit. Minori verò durante minori ætate quadriennium ad reſtitutionem in integrum petendam non currit, l. fi. C. de temp. in int. reſtit. Odd. de reſtit. in integ. par. 1. q. 25. art. 1. maxime quando ſententia eſt notoriè iniuſta, Cæſar de Graſ. deciſ. 15. num. 8. de præben. quod limita non procedere quando contra minores tres latę ſint ſententiæ, Cap. Tholoſ. deciſione 54. Et dum ſupra dixi de expenſis, illarum ſolutionem fieri debere ſcias, vbi iudicium agitatum fuit, vnde oblatio alio loco facta, non releuat. Socin. conſil. 302. num. 3. volum. 2. Veral. deciſione 342. parte ſecunda per totum. Et de hac Commiſſione ſatis dictum ſit.

Com. VRBIS.

BEatiſſime Pater, lite, & cauſa vertentibus inter deuotum S. V. oratorem A. ex vna & B. reum conuentum ex alia, coram R. P. D. Aud. Cameræ, vel illius in ciuilibus Locumtenente, cauſa, & occaſione cuiuſdam domus hæreditatis paternę, & alias pro vt in actis cauſę, & cauſarum huiuſmodi latius continetur, Idem Iudex, non minus nulliter, quam iniuſtæ, & iniquæ ad aduerſarij fauorem (vt dicitur) quandam ſententiam diffinitiuam, vel decretum vim illius habens protulit, non minus nulliter, quam iniuſtè, & iniquè, a qua ſaltim infra legitima tempora ob procuratoris iniuriam appellatum minime fuit; Vel nulla iura ad fauorem oratoris facientia, coram ipſo, minime pro ducta fuerunt, quæ ſi exhibita forent, de facili orator victoriam reportaſſet, quare ſe a præmiſſis valde grauatum ſentiens, ac magis in futurum grauari timens, a die habitæ notitiæ ad S. V. ſanctamque ſedẽ Apoſtolicam appellatum, & de nullitate dictum fuit. Dignetur itaque S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, a die habitæ notitiæ, (vt pręfertur) interpoſitæ, & interpoſitarum, nec non quam, & quas, &c. cum omnibus ſuis incidentibus, dependentibus, annexis, & cõnexis ac toto negotio principali, alicui S. V. Prælato in Romana Curia commoranti ſummariè, pro vt in beneficialibus, committere, & mandare, audiendas, cognoſcendas, fineque debito terminandas.

Vel ſi opus ſit reſtitutione in integrũ, ſubdatur, Et quia incuria ommiſſa fuit, ſeu appellatio nõ interpoſita per procuratorẽ, principali oratori S. V. culpa in hoc carẽti nociua eſſe minime debet, quominus in ſecũda inſtãtia ad ſui defenſionẽ, non deducta deducere valeat. Ideo ſupplicat S. V. quatenus præuia reſtitutione in integrum gratioſa aduerſus tempus ad appellandum in hac cauſa, eidem Iudici cõmittere, & mandare dignetur, vt ipſum ad appellandum, prouocandum, & de nullitate dicendum admittat, perinde ac ſi tempus a iure præfixum, adhuc minime lapſum foret, & duraret; & deinde reliqua faciat, gerat, & exequatur, quæ in pręmiſſis, & circa ea quomodolibet fuerit neceſſaria ſeu opportuna, Cum poteſtate citandi, & inhibendi in Curia, & extra eam, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis eius arbitrio toties quoties opus fuerit, imponendis, applicandis, & moderandis; contradictores, & rebelles pœnas præfatas incurriſſe declarandi grauandi, & regrauandi, inuocato ſi opus fuerit brachij ſecularis auxilio, ſeruata forma Concilij Tridentini, ac oratorem in primis, & ante omnia, prout iuris fuerit ex clauſula ſaltẽ generali ſi qua mihi iuſta cauſa in integrũ reſtituẽdi, reponendi, ac plenarie reintegrãdi, cęteraq. omni faciẽdi, gerendi, exercẽdi, & exequẽdi, &c. oratore aduerſus alia pręiudicialia, prout iuris fuerit reſtituendi in primis & ante oĩa, ac

R ple-

plenariȩ reponendi: & reintegrandi, cæteraque omnia alia faciendi, &c.

BEATISSIME Pater alias q. A. in ſuo vltimo, quod condidit teſtamēto hęrede inſtituto S. V. oratore B. eius filio legitimo, & naturali, in pupillari, ſiue minori ętate cōſtituto deceſſit poſt cuius obitum nullo confecto inuentario, ſaltem legitimo, per eius tutores, ſiue curatores, hęreditas adita fuit, et forſan in ea ſe immiſcuit, & quia illinc ad nonnullos dies præfata hęreditas multo ære alieno oratori ac eius tutoribus, vel curatoribus penitus incognito, & inſcio, grauata fuit reperta, adeo quod valde damnoſa fuit, & reperitur oratori pupillo vel minori, quia aditioni præfatæ nullum præſtitit aſſenſum, quem neq; defectu ætatis præſtare potuit, ob id nec iuri, neq; æquitati conſonum videtur, vt ex facto alieno grauari, ſeu damnum in proprijs bonis pati debeat, vbi lucrum reportare nequit, eo maxime, quia de bonis præfatę hæreditatis, multis prętere a legatis grauatæ a teſtatore factis, nihil ad eius manus peruenit. Ideo ſupplicat S. V. quatenus dignetur committere, & mandare R. P. D. N. vt conſtito ſibi de præmiſſis quantum ſufficere videtur, oratorem in integrum aduerſus præfatæ hæreditatis dannoſam aditionē ab eius tutore vel curatore factam, gratioſe auctoritate S. V. in integrum reſtituat, ac plenariæ reponat in ſtatu, & terminis, quo, vel quibus erat ante quam adita, ſeu agnita foret, vt præmittitur, ac quod cum beneficio legis, & inuentarij cum facultate illum perficiendi, ſeu ſeruatis de iure ſeruandis perfici legitimæ curandi, perinde ac ſi eſſet ab initio, & in tempore aditæ hæreditatis, ac ſibi a iure permiſſo hæreditatem præfatam libere, & licite eſſet inuentarium factū adijſſet durante tempore, ſummariè omni, & quacunq. appellatione remota, cū poteſtate citandi, &c. ac oratorē in primis, & ante omnia ad præmiſſa gratioſe reſtituendi, reponendi, ac plenariè reintegrandi, cæteraque omnia alia, &c.

BEATISSIME Pater, annis elapſis, multis præuētus neceſſitatibus, &c. ſeu pro ſororibus aut filijs dotandis, ſiue alias, &c. orator præuentus, vt ſuis occurrere indigentijs valeret quandam eius vineam petiarum circiter 20. ſitam extra portam Portuenſem in loco dicto colle, iuxta ſua notiſſima latera, & confinia, liberam, ac nullo oneri ſuppoſitam vineatam, arboratam, cum domo, & omnibus alijs ſuis pertinentijs iuribus, & actionibus, prętio, pactis, & modis inter eos cōuētis vendidit cuidam B. qui emptor in contanti, & numerata pecunia effectualiter prætium ſoluit, & numerauit, & alias prout latius in inſtrumento deſuper etiam in ampliori forma Cameræ celebrato ſub die 3. Iulij anni 1593. peracta D. latius continetur, cui relatio S. V. haberi placeat perinde ac ſi præſentibus inſereretur, ac vltra ordinarium iuramentum aliud interpoſitū fuit de non petendo relaxationem iuramenti ad effectum reſcindendi dictum contractum, neq; de nullitate dicendi etiam ex capite læſionis quantumuis enormis, & enormiſſimæ, etiam ſi fuerit vltra dimidiam, cum alijs clauſulis vrgentiſſimis, prout in eo, & quia ſtante enormiſſima læſione etiam forſan, vltra dimidiam iuſti pretij, in qua orator fuit deceptus, æquitati conſonum non eſt vt cum oratoris iactura aduerſarius locupletetur: & habeat vineam valoris duplici precij exburſati, ac quolibet anno vberes fructus forſan ad rationem XII. pro centenario percipiat, cumque iuramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis. Ideo ſupplicat S. V. orator præfatus, de ſuis iuribus experiri cupiēs, vt ipſum in primis, & ante omnia dignetur ad effectum agendi abſoluere a iuramento de non petēdo relaxationem iuramenti cauſa, & occaſione curandi, vt præmiſſū eſt, reſciſſionem contractus, nec non etiā ab alijs iuramento, vel iuramētis ad eundē effectum in dicto contractu interpoſitis, & deinde cauſam, & cauſas nullitatis, reſciſſionis, & annullationis præfati contractus, conſtito de præmiſſa leſione, nec non reſtitutionis in integrum contra, & aduerſus in eo contenta, & geſta, ac quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereq. & mouere vult, & intendit contra dictū aduerſariū, omneſq; alios ſua quōdolibet cōiunctim, vel diuiſim

ſim intereſſe putantes in exequutione præſentium nominandos, & cognominandos, ſummariè, &c. alicui ex ſacri Palatij Auditori, vel Locumtenenti decidendas, &c. Cum poteſtate citandi, &c. vt ſupra.

Vel ſi fuerint omiſſę probationes, ſeu articuli non dati, ſiue interrogatoria; pari modo facto mutato, concipi poterit commiſſio, clauſulas aptando naturæ negotij, quæ ordinariè ponuntur in omnibus ſimilibus commiſſionibus.

BEATISSIME Pater, lite, & cauſa pendentibus coram Reuerendo P. Domino A. inter Sanctitatis Veſtræ oratorem B. ex vna, ac quendam, C. ex alia cauſa, & occaſione, &c. Et alias pro ut in actis, euenit, quod exiſtente oratore litterarum ignaro, paupere, vel abſente ab Vrbe, interim fatalia lapſa ſint, ſicque in graue oratoris damnum cauſa remanſit deſerta, qui in negotio principali bonum ius fouens, ac iura denuo reperta habens, quæ hucuſque non fuerunt producta, & producere illa intendat; verum quia lapſus prænarratus fatalium ſibi obſtat, ne ſuum bonum ius indefenſum pereat, ac lapſus temporis illi obſit: Ideo recurrit ad pedes Sanctitatis Veſtræ illam humiliter ſupplicando, quatenus præuia gratioſa reſtitutione in integrum aduerſus præfatum lapſum fatalium, peremptionem, ſiue deſertionem inſtantiæ eidem Reuerendo P. Domino A. committere, & mandare dignetur, vt in cauſa, & cauſis huiuſmodi coram ipſo, (vt præfertur) pendẽtibus, & quę pendebant, ad vlteriora procedat, procedique mandet, & faciat, perinde ac ſi præfata fatalia lapſa minimè forent, vel cauſa non eſſet deſerta, ſiue inſtantia perempta, præfatis lapſu, & deſertione minime attentis, partibus inſtantiam miniſtrando, iuxta formam commiſſionis, vel commiſſionum in actis præſentatæ, vel præſentatarum, & alia gerat, &c. quæ in præmiſſis, & circa, ea quomodolibet fuerint neceſſaria, vel opportuna. Cum poteſtate citandi, &c.

Similiter ſi petatur reſtitutio aduerſus pręſcriptionem, mutatis mutandis eodem modo concipi commiſſio valebit loci, facti, perſonæque, ſi fuerit priuilegiata mentione facta ſecundum occurrentiam. Quod ſimiliter habebit locum in cauſis beneficialibus, expresſis ſtatu, titulo declarato latarum ſententiarum, & aliorum, &c. Ac pariter ſi ſucceſſor fuerit in beneficio, & noua iura habeat. Et ſi interrogatoria ſint omiſſa, pariter mutato facto clauſulæ ſupra poſitæ aptantur, nam ne nimius ſim nolui pro ſingulis ſingulas commisſiones compilare; ſuppleat diligentia.

BEATISSIME Pater. Si B. aduerſarius in præinſerta narraſſet, prout non ſine dolo tacuit, quod diu per tot inſtantias coram diuerſis iudicibus Sanctitatis Veſtræ Oratorem A. defatigauit, & poſtquam ſe malum ius fouere clare videret, ad impetrandam commiſſionem reſtitutionis in integrum, ac ſuper nullitatibus conuolauit, & quia litigantium malitijs obueniendum eſt, vt aliquando liti finis ſit, & parum eſſet ſententias, ac rem iudicatam habere niſi debitæ exequutioni demandarentur, ac ne de ſua malitia gloriari contingat, Ideo ſupplicat Sanctitas Veſtra præfatus Orator quatenus dignetur eidem Domino. N. iudici, cui præinſerta dirigitur committere, & mandare, vt præfixo dicto aduerſario aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum de prætenſis nullitatibus, ac cauſis reſtitutionis in integrum per omne genus probationis, quo elapſo, & nihil, quod releuet docto conſtito de re iudicata, vel ꝙ alias exequtioni locus ſit ad illius exequtionẽ procedat ac expenſas, in cauſa factas, & vſq. ad illius finem faciendas tacet, & moderetur, ac pro illis taxatis mandatum, quodcumque opportunum decernat, & relaxet, ac exequi mandet, & faciat, vſque ad totalem tam ſortis quam dictarum expenſarum ſatisfactionem ſub ſuo paruo ſigillo, regula contraria non obſtante, & alia faciat, gerat, & exequatur in præmiſſis, ac circa, ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, cum poteſtate citandi, & inhibendi.

RESTITVTIONIS AD nouas defenſiones,

COMMISSIO.

Beatiſſime Pater, exponitur S. V. pro parte deuoti illius oratoris A. quod cum menſibus retro actis quidam B. nocturno tempore vulneratus foret, &c. vel occiſus, &c. Narretur, factum, & vulnera, &c. cuius cauſa, & occaſione inſtante fiſco, S. V. prætendens oratorem præfata commiſiſſe, ipſo abſente, ab vrbe, ac præmiſſorum penitus ignaro, per affixionem citationum (vt dicitur) ad valuas citato in contumaciam, licet nulliter, & iniuſte, in pœnam, capitis, & confiſcationis bonorum, &c. ſiue alia pœna, &c. fuit condemnatus, de qua condemnatione nunquam orator habuit notitiam, & ob id morã in Romana Curia illo trahente, publicè, & palam conuerſando, dicta de cauſa (vt aſſeritur) fuit per Curiam captus, & cerceratus ad inſtantiam Domini Vrbis Gubernatoris, ſiue illius in Criminalibus Domini Locumtenentis in carceribus Turris Nonæ, in quibus modo reperitur, Vnde habita præfatę condemnationis notitia, ſuam cupiens innocentiam oſtendere.

At ſi reperiatur extra carceres, pariter facto narrato ſubdatur, cupiens ſe in carceribus conſtituere, ac ſuam innocẽtiam oſtendere, verum quia ſibi obſtant motus proprij fel. record. Pij IIII. & Pij V. S. V. prædeceſſorum, contra contumaces condemnatos, ſeu captos, ſeu anno elpaſo, quamuis defenſio, quæ de iure naturali eſt, non ſit per Principem auferenda, neque deneganda, Ideo ſupplicat S. V. orator præfatus, quatenus præuia gratioſa reſtitutione in integrum, aduerſus lapſum temporis præfati, vel quatenus eidem D. Locumtenenti committere, & mandare, dignetur, vt oratore in carceribus conſtituto, ſeu remanente, non obſtantibus præfatis Motibus proprijs Pij Quarti, & Quinti, ac quorumuis aliorum S. V. prædeceſſorum contra contumaces condemnatos, ſeu captos, oratorem ad ſuas defenſiones faciendas admittat, in ſtatu, & terminis, in quibus erãt antequam ſupradicta ſententia prætenſa contra ipſum lata foret, perinde, ac ſi nunquam lata fuiſſet, & deinde cauſam, & cauſas prefatas, nec non quam, & quas, idem orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit contra D. Procuratorem fiſcalem, omneſq; alios, &c. cum annexis, connexis, dependentibus, emergentibus audiat, terminet, & decidat. Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c. oratoremq; in primis, & ante omnia, vt præmittitur in integrum gratioſè reſtituendi, reponendi, & plenariæ reintegrandi, 1 ac a prætenſis per fiſcum abſoluendi, & liberandi, proceſſus, ſententias, cum omnibus inde ſequutis, caſſandi, abolendi, & circumducendi, ac pro caſſis, abolitis, & circumductis, haberi mandandi, oratoremque, prout iuris fuerit excarcerandi, ac excarcerari mandandi, cæteraque omnia, & ſingula alia faciendi, dicendi, & gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea, quomodolibet fuerint neceſſaria, vel opportuna. Conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ſtilo Palatij, & Curiæ; legibus, ſtatutis, etiam iuramento vallatis, Priuilegijs quoque, & indultis ſupradictis Motibus proprijs, Pij IIII. & Pij V. ac aliorum, quorumcũque S. V. prædeceſſorum contra contumaces, ſeu capitali pœna damnatos, etiam ſi conciſtorialiter confirmati, etiam ſi de illis, ac illorum tenore ſpecialis, & indiuidua de verbo ad verbum, & non per clauſula generales, mentio facienda foret contumacia, cęteriſque in contrarium, quomodolibet facientibus minimè obſtantibus, quorum tenores, ſtatus, & merita cauſę pro expreſſis S. V. haberi placeat.

Si fuerit commiſſio pro condemnato extra Romanam Curiam exiſtente, facto mutato, ſupradictę clauſulæ inſeruiunt optimè, ſed in fine addenda erit clauſula.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. & de habilitatione, repoſitione, reſtitutione, ac derogatione, cum clauſulis neceſſarijs, & opportunis ſi videbi-

debitur in litteris in forma Breuis expediendis latiſſimè extendendis.

Ceu ſemper in hac commiſſione addi tur clauſula. Citra præiudicium indicio rum ex contumacia reſultantium, ac bo norum fiſco incorporatorum, de quibus latè dixi in commiſſione appell. in cau ſis criminalibus, parte prima, quò te remitto.

R. P. D. ORTEMBERGO.

Numero primo.

ROMANA RESTITVTIONIS domuncularum.

Lunæ 22. Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Læſio ad effectum reſciſſionis concludenter probari debet.*
2 *Læſio quomodo probanda, & qualiter.*
3 *Læſio in re emphiteutica minor conſideratur.*
4 *Læſio diminutis oneribus conſideratur.*
5 *Modicitas pretij ad reſcindendam venditionem requirit dolum.*

DOmini cenſuerunt non eſſe reſtituendam partem domuncularum Fabritio per eum venditarum Carolo Ghetto, quia non probatur læſio, quæ concludenter probari debet ad effectum reſciſſionis contractus, Alex. in l. precia rerum, num. 9. ff. ad l. falcid. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 4. Gabr. de emptio. & vendit. concluſione prima, numero 63. Decius conſil. 474. num. vndecimo.

2 Hic autem pro læſionis probatione nihil aliud deducitur, quam hanc partem fuiſſe venditam tantum ſcutis quadringentis cum tamen ſolita eſſet locari pro annua penſione ſcutorum ſexaginta ſeptem, quæ multiplicata per ſpacium viginti annorum conſtituit iuſtum eius pre cium ſcutorum mille tercentorum quadraginta Arias Pinell. cap. quarto, & vlt. num. 19. 3. par. ad l. 2. C. de reſcind. vend. Verum ad hoc, vt ex quantitate redditu um per viginti annos probetur verus valor rei, non ſufficit locatio, quæ potuit fieri ex particulari affectione, & non ex eo, quod fuerit iuſta, & communis penſio probari debet iuſtus redditus, & quod in loco rei tanti redditus, tanti valet, vt per Bart. in d. l. precia rerum, §. nonnullam, numero ſecundo, in dicta l. ſecunda, numero vigeſimo tertio, vbi Cremon. numero 221. Lupus de Vſuris, parte ſecunda, §. quinto, num. ſecundo.

3 Deinde iſta doctrina locum habet, quando res vendita eſt libera, & plena iure ſpectat ad emptorem, ſed iſta Domus eſt emphiteotica, quo caſu attendenda eſt læſio inſpecto valore communi Iuris emphiteotici non autem valore rei, Cagnol. in dicta l. ſecunda, numero 243 Gabr. de empt. & vendit. concluſione prima, numero 75. & ſequen. Cepoll. in tract. de ſimulat. contract. primo caſu numero duodecimo, fuit dictum in Romana Domus 2. Iunij 1586. coram bo. memor. Orano. Idque eo magis, quia conceſſio fuit facta ſolum ad tertiam generationem Auo Fabritij, & cum illo erat expiratura, Et quamuis poſtea Carolus obtinuerit à Monialibus ſancti Sixti, ad quas ſpectat Dominium directum, prorogationem ad alias generationes id factum fuit ſoluta certa pecuniarũ quantitate, & aucto Canone.

4 Præterea ad probandum læſionem habenda ſunt in conſideratione omnia, quę diminuere ſolent precium, vt onera, & conditiones appoſitæ, capitulo cum Ioannes, & ibi Abb. numero tertio, de fide inſtrumentorum, l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. Couarru. variar. reſolut. libro tertio, capitulo decimo, numero primo, Inter quæ occurrit primum onus annui Canonis ſcutorum ſex, & pactum de retrouendendo, quod regulariter partem precij facit Abb. in capitulo in aliquibus, numero ſecundo, de decimis, nōt. in l. prima, §. ſi hæres vbi Iaſ. numero decimo, Rip. numero 26. ff. ad Senatus Conſult. Trebell. fuit dictum in Romana reſciſſionis cõtractus 30. Octobris 1602. Coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & licet poſtea fue-

rit retroceſſum Carolo, pro retroceſſione debuit ſoluere ſcuta 97. Et integrum precium aſcendit ad ſcuta quadringenta nonaginta ſeptem. Accedit remiſsio ordinariæ, & Conſuetę cautionis de euictione, quæ facit, vt res carius emi dicatur, l. eum qui, §. melior, ff. de in diem addict. Pinell. d. cap.4. num. 25.

Non obſtant, quæ dicuntur de non ſolutione precij, quia Contrarium patet ex inſtrumento, & quietantijs, nam ex ſcutis quadringentis in præſenti pecunia fuerunt ſoluta, Fabritio ſcuta centum viginti nouem, & ſcuta ſeptuaginta vnũ locationi Domus, qui penſionem annuã repræſentauerat. Ex alijs ſcutis ducentis fuit contracta ſocietas ad rationem ſcutorum duodecim pro quolibet centenario, & iſti fructus fuerunt ſoliciti, ac nihilominus etiam ex illis ſcutis ducentis ſoluta fuerunt ſcuta centum, & pro illa parte fuit extincta ſocietas.

5 Quo ad pręſumptionem doli, & fraudis quatenus deducatur ex modicitate precij non ſubſiſtit in facto ex prædictis, & ex ea ſola non præſumitur dolus ſufficiens ad reſcindendum contractum, l. dolus, & l. ad reſcindendam, C. de reſcindenda venditione. Quatenus vero deducitur ex eo, quod Carolus haberet pecunias dotales matris fabritij, quæ ad ipſum fabritium ſpectabant quæque ſi illi ſolutæ fuiſſent non fuiſſet coactus deuenire ad illam venditionem viſum fuit Dominis illum dolum eſſe nimis remotum, quia Carolus ſoluit fructus illarum pecuniarum dotalium, & Fabritius contentus fuit illos recipere, vt cum effectu recepit, abſque eo, quod conſtet requiſiuiſſe Carolum pro ſolutione partis ipſum concernentis. Et hæc eo magis placuerunt Dominis, quia Carolus ſponte ſe offert, quatenus dictum precium non ſit iuſtum illud ſupplere.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

Numero Secundo.

ROMANA HEREDITATIS.

29. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Mora inexcuſabilis redditur quando plu ries ad adimplendum iudicialiter ſit interpellatio.*

2 *l. ſi quis maior, C. de tranſact. non habere locum in vniuerſitate, quomodo intelligatur.*

3 *l. ſi quis maior, C. de tranſact. tam in reo, quam in actore locum habet.*

4 *Solutio incontinenti poſt tranſactionem facta, ſi poſtea declaratur nolle ſtare tranſactioni, non tollit moram.*

5 *Mora de iure canonico quando ius partis eſt effectum deterius, non purgatur.*

CVm Domina Camilla della Porta, & Dominus Conſtantius eius filius haberent diuerſas prætenſiones contra Venerabilem Archiconfraternitatẽ ſanctiſsimæ Trinitatis heredem Franciſci della Porta, fuit inter eos inita tranſactio, in qua fuit hinc inde renunciatum omnibus prætenſionibus, de hoc tranſactione pro parte ſocietatis ad effectũm impediendi proceſſus in cauſa fuit corã me oppoſitum, ideo dubitaui, An trãſactio obſtaret Cammillæ, & Conſtantio ita vt non poſſint agere, & Domini diſtinxerunt dubium in duas difficultates principales, quarum prima fuit, An propter moram ſocietatis in adimplendo, vel propter contrauentionem ſit factus locus diſpoſitioni, l. ſi quis maior, C. de tranſact. ita, quod ſocietas fuerit priuata commodo contractus, Et exceptio tranſactionis, non obſtat Cammillæ, & Conſtantio, Altera difficultas fuit præſuppoſito, quod ſocietas fuerit in mora in adimplendo, vel contrauenerit, & quando ſit locus diſpoſitioni, d. l. ſi quis maior. An ſaltim iſta mora poſſit purgari.

Quantum ad primam difficultatem Domini fuerunt concordes, quod ſit factus locus diſpoſitioni, l. ſi quis maior, & ideo tranſactio non obſtat Cammillæ, & Conſtantio, quia concurrunt omnia eius requiſita, nam contractus eſt iuratus, & fuit adimpletus pro parte ſua à D. Cammilla, & Conſtantio. Mora

1 ſocietatis in adimplendo eſt magna, & inexcu-

excuſabilis: quia fuit pluries iudicialiter interpellata ad adimplendũ pro parte ſua & noluit ad implere. Adeſt etiam contrauentio expreſſa; quia tranſactio debebat ratificari à Congregatione generoli, & deputati ab ea declarauerunt, quod cum eſſent præiudicialia ſocietati volebant ſolum acceptare tranſactionem quantum ad ſummam ſcutorum 1600. & cum certis conditionibus, & non alias & ex iſta mora in ommittendo ſucceſſiua, & continuata quaſi per biennũ concurrentibus tot interpellationibus, & contrauentione in doclarando, quod nolebat ſtare contractui, probatur ſufficienter dolus ad effectum, vt ſit locus dictæ l. ſi quis maior, vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanenſis frumenti 16. Octobris 1587. coram R.P. D. Orano, & in cauſa Beneuentana Tranſactionis 23. Ianuarij 1593. coram R.P.D.Penia.

2 Non obſtat, quod l. ſi quis maior non habeat locum in vniuerſitate; quia hoc procedit quantum ad pœnam periurij, & infamiæ, non autem quantum ad pœnã priuationis cõmodi contractus, Iaſ. cõſ. 118. num. 13. lib. 1. & in d. l. ſi quis maior. num. 7. & 8. & ibi Curt. iun. num. 22. & Cagnol. num. 17. Purpur. quæſt. 536. nu. 20. & fuit reſolutum in dictis cauſis Mediolanenſis frumenti, & Beueuentana transactionis.

4 Non obſtat, quod, l. ſi quis maior habeat locum in Actore, & non in reo. Ant. de Prat. vet. inter conſ. Alex. cõſ. 49. n. 16. lib. 4. Quia iſta limitatio habet contraſſe communem operationem, quam tenent in dicta l. ſi quis maior, glo. in verbo conſecutus, Bart. num. 12. Salic. ſub nu. 15. Iacob. de S. Georgio, nu. 63. Tho. Parpal. num. 109. & Curt. iun. num. 28. qui teſtatur de communi contra dictam quæſt. Ant. de Prat. vet. Ruin. conſ. 172. num. 1. & 2. lib. 4. Caccialup. de tranſact. quæſt. 15. Ant. Gab. de tranſact. concluſ. 1. num. 57. & iſta opinio communis placuit Dominis, quia vt bene deducit Ruin. in dicta conſ. 172. iuramentum operatur eundem effectum tam contra reum in obſeruantem, quam contra actorem, & quia non debet induci claudicatio contractus, præſertim in correlatiuis.

4 Non obſtat, quod per ſolutionem certæ ſummæ factam Conſtantio mora fuit remiſſa; quia ſolutio fuit facta incontinenti poſt tranſactionem, & ſocietas poſtea declarauit, quod nolebat acceptare tranſactionem, & licet fuerit interpellata, tamen ſemper perſeterauit in ſua contumacia, & implementnm in parte non facit ceſſare diſpoſitionem, l. ſi quis maior concurrente noua mora Rub. Alex. conſ. 30. num. 2. & 3. Brun. conſil. 48. num. 10. Anton. Gabr. dicta concluſ. 1. num. 4.

Non obſtat, quod Cammilla, & Conſtantius patierunt in Commiſſione executionem tranſactionls; quia hoc poſſet excuſare ſocietatem ſi poſtea adimpleuiſſet pro parte ſua; ſed neque ipſa curauit adimplere, neque Cammilla, & Conſtantius permanſerunt in eadem voluntate; quia poſt obtentam commiſſionem declarauerunt de nouo caducitatem, & petierunt cenſus decurſos deductos in tranſactione, & pro illis obtinuerunt mandatum, & ſocietas incurrendo nouam contrauentionem oppoſuit per viam cõpenſationis de debito ipſius Cammillæ pariter deducto in tranſactione; ideo ſtante noua mora, & contrauentione, remiſſio more præcedentis non poteſt excuſare ſocietatem, Caputaq. dec. 316. parte tertia.

5 Quantum ad ſecundam difficultatem Domini non fuerunt concordes in fundamento principali, An attenta æquitate canonica, ſocietas poſſit purgare moram. Aliqui enim tenebant, quod in iſto caſu ceſſaret iſta æquitas canonica, & mouebantur, quia videbantur eis nimis magna contumacia ſocietatis cum concurrant plures interpellationes iudiciales iterate, acceptationes caducitatis, lapſus tẽporis notabilis, & declaratio ſocietatis, quod nolebat acceptare tranſactionem, & placebat iſtis Dominis conſil. Gozzad. 57. num. 18. & dec. in cauſa Romana caducitatis coram Caputaq. & fuit etiam allegata alia Dec. in cauſa Farfen. grani 4. Decembris 1577. coram R.P.D. Blanchetto. Alij verò contrarium ſentiebant; quia de æquitate canonica ſemper admittitur purgatio more, quando ius alterius non eſt effectum deterius, cap. ſuam, de pen. cap. apud miſericordem 32. quæſt. 1.

Alex.

Alexan. in dicta l. ſi quis maior, num. 7. & ibi Iaſ. num. 26. & Iacob. de ſancto Georgio, num. 43. Decius conſil. 138. num. 7. Et iſtam opinionem ſæpius ſecuta eſt Rota, veluti in cauſa Tarraconenſis concordiæ Romana mutui 26. Febr. 1565. coram S. D. N. Romana affictus Caſalis 21. Nouembris 1572. coram Domino Epiſcopo Orioleñſi, & Romana de Mannellis 19. Nouembris 1582. coram R.P.D. Decano. Et hoc videtur etiã procedere ſtante oppoſitione de non adimplemento, & de reſciſſione, Afflict. deciſ. 280. & ſenſit alias Rota in cauſa Cornetana bonorum 28. Iunij 1579. coram S.D.N. Tanto magis eum fuerit ſoluta certa ſumma; nam, vt inquit Aret. in l. ſi ita quis, §. ſcia, colum. 4. ff. de verborum oblig. mitius agitur cum eo, qui partem ſoluit, quam cum eo, qui nihil ſoluit, ſed ommiſſo iſto capite, ex alijs duobus fundamentis, quæ ego præſupponebam in facto pro veris domini concluſerunt non eſſe locũ purgationi moræ.

Primum fundamentum fuit, quod res non eſt integra; nam deputati à Congregatione generali, quæ habet ſupremam auctoritatẽ declarãdi. Secundo, quod ſolum volebant acceptare tranſactionem quantum ad ſummam ſcutorum 1600. iunctis iſtis conditionibus quatenus Cãmilla, & Conſtantius ratificauerit infra menſem, & ſolutio iſtius ſummè poſſet fieri ex bonis hereditatis, & non alias, nõ ſecuta ratificatione Cammillæ, & Conſtantijs infra menſem habet vim reſolutionis contractus, Tiraq. de retrac. lignar. §. 8. glo. 6. nu. 2. & de retract. conuent. §. 4. glo. 7. num. 14. Præſertim, cum poſtea pro eorum parte fuerit acceptata caducitas, & ſtante reſolutione contractus nõ eſt amplius locus purgationi more. Put. deciſione 66. lib. 3. & dec. 2. de tranſact. Ant. Aug. eod. tit. §. vltimo Grat. reſp. 93. num. 61. lib. 1. Et fuit reſolutũ in cauſa Vrbeuetana deuolutionis 15. Iunij 1579. coram bo. mem. de Brauo. Quod dicebant domini tanto magis procedere, quia Congregatio generalis numquam reuocauit declarationem factam à deputatis ab ea, quod ſocietas volebat ſolum acceptare tranſactionem quantum ad ſummam ſcutorum 1600. & ſine iſta reuocatione non poſſunt hodie officiales impugnando factum Congregationis generalis petere obſeruantiam tranſactionis, & purgationem more, cap. eum inferior de maior. & obed. Clem. ne Romani, de elect. glo. Bar. Bald. Paul. & alij in auth. quę ſupplicatio, C. de precib. imp. offer. Pariſ. conſil. 118. num. 6. lib. 1.

Aliud fundamentum fuit, quod ius Cammillæ, & Conſtantij eſt effectum deterius, tam propter expenſas factas in litibus coram diuerſis iudicibus, Gozzad. dicto conſilio 57. nu. 18.

Tum etiam, quia iuxta formam tranſactionis ſocietas, debebat eis ſoluere ſcut. 1600. vel tradere domum prout ipſis magis expediebat, & ipſi intellexerunt domum, et propter renitentiam ſocietatis non potuerunt eam habere, nec percipere penſiones, quas percepiſſent, ſi domus eis fuiſſet tradita. Vnde cum propter culpam ſocietatis ius ipſorum ſit effectum deterius, & ſocietas non offerat eis ſoluere intereſſe paſſum immo prætendit, quod certę ſummę pecuniarum, quæ eis fuerunt ſolutę ponantur in computum dictæ ſummę ſcut. 1600. etiam attentata æquitate canonica, non eſt locus purgationi more, Iaſ. conſil. 82. num. 5. lib. 1. Gozzad. dicto conſilio 57. num. 18. Anton. Gabr. dicta concluſione prima, num. 14.

R.P.D. COMITVLO.
Numero Quarto.

ROMANA PACTI
de redimendo.
Veneris 9. Decembris 1588.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo quando compellat ad redimendum.*

2 *Pactum de retrouendendo ex quibus inualidum reputetur.*

1 EXtra Rotã me dubitante fui reſolutum pactum de redimendo quandocumque ad fauorem Illuſt. D. Chiapini, eiuſque heredem appoſitum in Inſtrumento anni 1565. conſignationis partis domus, quæ inſolutum liberè data fuerat

Illu-

Illuſtre D. Helenæ anno 1564. eſſe inualidum, nec poſſe ex eo heredes Dominæ Helenæ compelli ad reuendendum.

2 Inualiditatem Domini concludebant ratione læſionis, quæ colligitur tum ex natura, & extimationis talis pacti, quod minuit, & valdè lædit ius D. Helenæ ex primo inſtrumento quæſitum, capitulo cum Ioannes, de fide Inſtrum. Abb. in capitulo ad noſtram, num. 8. de contr. empt. & in capitulo cum aliquibus, num. 2. de decim. Socin. in l. 1. §. ſi heres, nu. 4. & ibidem Iaſ. num. 10. ad Trebell. Bald. in conſil. 164. lib. 5. qui loquitur in pacto redemptionis adiecto dationi in ſolutum, Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. num. 2. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 10. in princ. maximè quia non eſt limitatum ad certum tempus, Socin. conſil. 15. num. 56. lib. 1. Tum ex eo, quod primo inſtrumēto anni 1564 pars domus data fuit in ſolutū pro ſumma ſcutorum 360. etiam intuitu eiuſdem ſummæ promiſſæ in dotem D. Angelæ, filiæ ipſius Domini Chiapini, & tamen ſecundo inſtrumento non habita ratione huius dotis iam ſolutæ, præmiſſa fuit reuenditio pro ſola ſumma ſcutorū 360. & ſic longe minori poſito, quam accepta fuiſſet, l. fundi partem de contr. empt. l. ſi ſterilis, §. ſi tibi, de act. empt. Quare uiſum fuit Dominis locum eſſe ſtatuto Vrbis, cap. 154. ſeu 151. quod Rota interpretatur habere locum, quoties Mulier, vel minor directe, vel indirecte remittit, etiam ſi talis refutatio veniat in conſequentiam alterius contractus extra illos quatuor ibi expreſſos, vt per Creſcen. deciſione 104. & 199. lib. 1. Com. 211. Put. 153. lib. 3.

Non obſtat, quod ante traditionem ex primo inſtrumento non eſſet ius dominij quæſitum Dominæ Helenæ, l. traditionibus, C. de pact. ac proinde licuerit ſolo conſenſu à tali conuentione recedere, l. 1. C. quan. lic. ab empt. diſced. quia ſufficit quæſitum fuiſſe ex cauſa oneroſa ius cogendi Dominum Chiapinum ad tradendum, vel præſentandum intereſſe, l. 1. de act. empt. vt illud diminui, vel remitti non potuerit ſolo partium conſenſu contra diſpoſitionem ſtatutorū ex prędictis, maximè poſt quam Domina Helena dotem promiſſam perſoluendo pro parte ſua impleuerat, l. perfectā, C. quan. lic. ab empt. diſced. Corn. conſ. 264. in princ. lib. 1.

Hinc ceſſat, vel magis retorquitur, quod dicebatur ex Feder. conſil. 9. Anchar. 136. num. 2. Natt. conſil. 441. ſtatutum voluiſſe prouidere mulieribus ne perdant ius ſuum, non vt lucrentur. Nūc enim agitur de conſeruando iure Dominæ Helenæ non de acquirendo.

Nec aliud ſenſit Rota dum alias per tranſcennam retulit, quod proponebatur ex primo inſtrumento non fuiſſe Dominæ Helenę ius quęſitum traditione non ſequuta, patet enim id non fuiſſe dictum ex mente Dominorum, & nihilominus verum eſt, quod ius dominij dictę l. traditionibus cui innititur, Dec. qui cibatur, conſil. 12. Nec eſt qui neget dationem inſolutum ex pacto redimendi effici reſolubilem vbi tale pactum eſt alioqui validum, at in caſu, de quo agitur ex deductis propter grauē, quam infert lęſionem concluſum fuit non valere.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Numero quarto.

ROMANA VINEAE.

Merc. 2. Decembris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in vno iudicio facta per principalem probat in omni iudicio.*

2 *Spolij actio non competit niſi primo extremo probato.*

3 *Spoliatum ſe habens, ciuiliter poſſidet.*

4 *Spolio contra ciuiliter poſſidentes non agitur.*

5 *Dominium penes duos eſſe nequit.*

6 *Voluntatis mutatio præſumitur ſpatio decem annorum.*

1 EX Confeſſione Adolę facta in iudicio contra Dominos de Bandinis, conſtat ipſam fuiſſe in poſſeſſione Vineæ, de qua agitur, nomine ſuo, & ſororum, quæ confeſſio cum ſit facta ab ipſamet Adola, probat etiam in alio iudicio cum dictę ſorores eſſent in cauſa, & pro-

Digitized by Google

& proſequerentur idem ius contra prædictos Dominos de Bandinis, Fel. in cap. 1. num. 18. vt lit. non conteſt. & nocet Cæſari filio, & heredi ipſius Adolæ, Pariſius conſil. 11. num. 39. & 40. volum. 3. Decian. conſil. 44. num. 77. & ſequen. volum. 3. Vnde ſequitur, quod ſententia Auditoris Cameræ remaneat iuſta, quia Cæſar non poterat agere ſpolio niſi pro tertia parte, & non pro alijs duabus cum conſtaret de primo extremo illius tertiæ partis tantum, ſine quo non competit actio ſpolij, cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpol. Socin. in l. Rem quæ nobis, nu. 16. ff. de acq. poſſ.

3 Non obſtat, quod Adola primum, & deinde Cęſar poſſiderint totam Vineam, vt probatur ex teſtibus, & ex locationibus cum perceptione fructuum, & in omnem euentum dato, quod dictæ ſorores aliàs poſſederint, habuerunt ſe pro ſpoliatis, cum obtinuerint immisſionem licet nulliter non citato Cæſare. Nam fuit reſponſum, quod cum ex confesſione Adolæ conſtet de poſſeſſione dictarum ſororum, vt dictum eſt cum non conſtet, quod ex poſſesſione totius Vineæ quam poſtmodum habuit Adola, & Cæſar habuerint ſe pro ſpoliatis, præſumuntur ciuiliter poſſediſſe, quia poſſesſio ſaltem ciuiliter præſumitur continuata, vſque ad decem annos, Bald. conſil. 446. num. 2. verſ. ſecunda quæſtio, lib. 3. Alex. conſil. 133. num. 2. & 3. verſ. nec obſtat ſi diceretur, lib. 1. vbi de communi, & in ſpecie de poſſesſione quæ probatur ex confesſione partis dicit Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 21. n. 10. verſ. ſed iſta ratio nõ eſt bona, & propterea Cęſar ex poſſesſione naturali, quã habuit totius Vineæ, nõ potuit agere ſpolio contra dictas

4 ſorores ciuiliter posſidentes, vt in ſpecie dicit Hoſtien. in cap. olim 12. num. 16. verſ. in hoc caue, de reſtit. ſpoliat. & per conſequens, nec contra Burgium habentem cauſam ab eis, cum in iſtis terminis exceptiones competentes principali competant ſucceſſori, vt per Alciat. vbi ſupra num. 5. verſ. ſed tu aduerte.

Nec ex quo obtinuerũt immiſsionem dicendum eſt habuiſſe ſe pro ſpoliatis, quia de hoc non conſtat, immo potius apparet de contrario, quia petierunt manuteneri in poſſesſione vineæ ſeu immitti, & ideo dicendum eſt petijſſe immisſionẽ pro naturali poſſeſsione, non pro ciuili, quam animo præſumebantur retinere, vt dictum eſt, & non poteſt eſſe penes duos, Glo. in l. ſi vt certo, §. ſi duobus

5 vehiculum in verbo Dominium, vbi Caſtr. num. 7. ff. commodat, & ſæpius hoc fuit reſolutum in Rota, & ſignanter vltimo loco in cauſa Carthaginenſis Canonicatus 25. Maij præteriti coram R.P Domino meo Lancellotto.

6 Neque releuat, quod ceſſat præſumptio retentionis poſſesſionis ciuilis, cum ſit lapſum decennium, Alciat. dicto loco numero 12. qui plures allegat, quia concluſio prædicta procedit concurrente ac-

6 quieſcentia, quia per acquieſcentiam decem annorum præſumitur mutatio voluntatis, quæ acquieſcentia hic non adeſt cum de anno 1596. dictæ ſorores petierint manuteneri vel immitti poſſesſionẽ dictæ Vineę, vt conſiderauit Rota in cauſa Romana fructuum 9. Aprilis 1600. coram R.P.D. meo Ludouiſio, & eſt de mente Alciat. loco proxime allegato.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO. Numero Quinto.

ROMANA SPOLII.

Veneris 9. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Spolio probato, intrat reſtitutio.*

2 *Legato an via exequutiua, competat controuerſum eſt.*

3 *Statuta Vrbis tanquam ordinatoria extra Curiam Capitolinam non ſeruantur.*

1 CVm extrema ſint ſufficienter probata, neque controuertantur, Domini dixerunt Moniales eſſe reſtituendas tanquam ſpoliatas facto iudicis nulliter procedentis, capitulo dilectus el primo, cum ibi notatis per Felin. de reſcrip. Aym. conſil. 8. num. 8. & 124. num. 4. Et ſæpè deciſum fuit, & in ſpecie quod nulla exiſtente ſubhaſtatione cõpetat actio ſpolij fuit reſolutum in cauſa Tiburtina Caſtri Sambuci 20. Decembris 1577. coram

ram hodiernum Clemente Octauo in cauſa Bononienſis ſpolij 14. Iunij 1599. corã me, & in cauſa Romana ſpolij 21. Februarij 1600. coram Reuerendo P. D. meo Iuſto.

2 De nullitate autem conſtare, ex quo fuit actum via exequutiua, quę licet nõnulli dubitauerint an competat pro legato, vt apparet ex relatis per Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 23. & per Bec. conſil. 17. tamen Rota tenet opinionem negatiuam, vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanenſis legati 30. Octobris 1585. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in cauſa Romana legati 5. Maij 1599. coram Reuerendiſſimo Pacenſi, quam etiã comprobat, Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed. 4. num. 694.

Neque obſtare, quod hoc procedat, quando hæres negat teſtamentum, ſecus autem quando illud non negat ex ſua re, & alijs allegatis per Bec. dicto conſilio 17. num. 5. quia hæc fuit opinio illorum qui tenent poſſe agi executiuè pro legato qui dicunt id eo magis procedere quando teſtamentum non negatur, ſed cum Rota aliam ſequatur indifferenter, neque etiam eſt admittenda dicta ampliatio contrariæ concluſionis.

3 Neque etiam obſtare ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 86. de exequutione teſtamentorum, tum quia illius forma non fuit ſeruata, tum quia tamquam ordinatorium, non autem deciſorium cum dat modum procedendi, & exequutio tribuatur iudicibus Capitolinis, extra illã Curiam non eſt ſeruãdum, vt de eodem ſtatuto deciſum fuit in cauſa Romana hęreditatis 20. Nouembris 1591. coram R.P.D. meo Decano.

ILLVSTRISS. MANTICAE. Num. Sexto.

CAESENATENSIS SPOLII. 27. Iunij 1592.

SVMMARIVM.

1 *Extremis probatis ſpoliatus reſtituitur.*
2 *Poſſeſſione ſua non eſt priuandus nemo non citatus.*
3 *Liquidatio in camerali obligatione neceſſaria eſt, vt ſi facienda ſit.*
4 *Pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate, quomodo intelligatur.*
5 *Eccleſia culpa adminiſtratoris non incidit in caducitatem.*

1 FVit deciſum Monaſterium ſanctæ Mariæ in Monte eſſe ad poſſeſſionẽ reſtituendũ prædij in fundo ſancti Peregrini, quia fuit ſpoliatum à Domino Anibale de Paulis olim Epiſcopo Ceruienſi, quoque nunc detenta ab eius ſucceſſore.

Conſtat enim de primo, & ſecundo extremo, vt fuit reſolutum die 25. Maij proximè præteriti conſequens eſt dicere ſecundum communem Doctorum ſententiam, vt Monaſterium ſit reſtituendum, cap. reintegrandę, 3. quæſt. 1. c. cum ad ſedem, num. 18. de reſtit. ſpol. Alexan. conſil. 6. nu. 5. lib. 3. Decius conſil. 252. num. 2. Afflict. deciſ. 361. in principio.

Non obſtat, quod monaſterium hæc prædia recepit ab Epiſcopo Ceruienſi, & inter eos anno 61. die 9. Maij conuenit, vt reuocatio fieret de 29. annis, & quod ſi Monachi ſingula pacta non ſeruauerint, cadant ab omni eorum Iure, & liceat Epiſcopo, & eius ſucceſſoribus auctoritate propria, abſque aliqua partis citatione, ac iudicis ſententia, vel mandato dictorum bonorum poſſeſſionẽ capere, & ideo cum infra tempus præſtitutũ non petierint renouationem, Epiſcopus propria auctoritate potuit abſque aliqua partis citatione vigore pacti ingredi poſſeſſionem, Bart. in repet. l. creditores, numero 15. verſ. aut dies poſt principium, C. de pignor. Albert. ibidem num. 5. verſ. item, contra Imol. in cap. potuit, num. 37. poſt princ. ibi potuit cre-

2 ditor eam partem ingredi poſſeſſionem, ne alioquin ſit in arbitrio Epiſcopi priuare monachos eorum poſſeſſione, etiam ſi conſtituerit pacta appoſita in conceſſione emphiteoſis non fuiſſe obſeruata, quod quidem eſſet abſurdum, & iniquũ cum nemini poſſeſſio debeat auferri etiã ſi iniuſte videatur poſſidere, niſi fuerit citatus, capitulo licet Epiſcopus, de præbendis, lib. 6. c. in litteris de reſt. ſpol. neque

que in caſu propoſito erat omnino cautum, quod tempus præſtitutum ad petendam renouationem eſſet tranſactum, & quod nulla defenſio competeret monaſterio, nam ſi monachi fuiſſent citari potuiſſent docere de prorogatione, vel alia iuſta cauſa cur non deberent priuari ſua poſſeſſione, ſicuti etiam citatio debet præcedere in re emphyteotica, vt dicatur incidiſſe in commiſſum propter alienationem factam ſine conſenſu Domini, vel deuoluta propter generationem finitam, Afflict.deciſ.77.num.2.& 3. & Gabriel conſil.88.num.25.lib.1.

3 Nam in qualibet obligatione etiam Camerali, quæ paratam habet exequutionem ſi quid eſt liquidandum neceſſaria eſt liquidatio, nec etiam vigore pacti, poteſt accipi poſſeſſio propria auctoritate, vt fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo Pamphilio in vna Montis Faliſci bonorum 27.Maij 1589.

4 Proinde pactum debet intelligi, vt locum habeat quando conſtat poſſeſſori, nullam omnino competere defenſioné, Secus ſi competat res eadem ſi dubitari poteſt an aliqua defenſio poſſit competere, quia tunc debet poſſeſſor prius citari, vt doceat de iure ſuo, quod cum in caſu propoſito factum non fuerit, & probabiliter poſſit dubitari an aliqua defen-
5 ſio competeret monaſterio, & an pariter deberet fact ſortiriũ præſertim cum monaſterium ob negligentiam adminiſtratoris, non incidat in pœnam caducitatis, vel ex cauſa dominij poſſit in integrum reſtitui. Bald. in l.pupillus, n.4. verſ.Sed hoc eſt omnino expeditum, de repud. hered.Ruin.conſ.156. nu.22.lib.1. Epiſcopus propria auctoritate non potuit capere poſſeſſionem nulla præcedente citatione.

R. P. D. LITTA.

Num. Octauo.

ROMANA FRVCTVVM, ſeu ſpolij domus, & hypothecæ.

Merc. 13.Nouembris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui percipi potuerunt, niſi in ſpolio violenti non reſtituuntur.*

2 *Poſſeſſionis auocatio facta per iudicem, liberat partem à fructibus.*

1 FVit reſolutum Ioannem Baptiſtam non teneri ad fructus, qui percipi potuerunt, quia Rota non ſolet condénare ad huiuſmodi fructus, niſi in ſpolio violento, vel attentato, Aegid. in capitulo grauis, num.40. de reſtitutioné ſpoliat. Put.deciſ.383.num.2.lib.1. Biſignet.deciſ.11.de reſtit. ſpoliat. & fuit ſæpe tentum, & ſignanter in Romana Vineæ 14. Iunij 1577.coram bo.mem. Robuſterio, & in Salamantina fructuum 26.Iunij 1587.coram bo.mem. Bubalo, Vnde cum hoc in caſu neutrum ſit iuſtificatum pro parte Venturelli non quidé, quod ni fuerit deiectus de poſſeſſione domus, & apothecæ, de qua agitur, cum teſtes dati id nullatenus probent, non de nique, quod dicta poſſeſſio fuerit capta lite pendente cum lis, quæ per prius pendebat inter prædictos ſuper amotione cuiuſdam portæ factæ per Dominum Ioannem Baptiſtam nihil commune habet cum hac domo, & hypotheca vltra, quod apparet, quod lis illa ante ſpolium commiſſum fuit extincta per ſententias, & rem iudicatam, Caſſad.deciſ. 3.num. 2. vt lite penden. Mohedan.deciſ. 7.nu. 2.de cauſ. poſſeſſ.& proprietat. Accoram bon.deciſ.27.lib.1.Ideo,&c.

His accedit, quod fructus, de quibus quæſtio eſt eo reſpectu non potuerunt percipi, quia Gubernator Vrbis coram quo ad inſtantiam Venturelli cauſa criminalis ſuper dicto ſpolio pendebat aduocauerat ad ſe poſſeſſionem dictæ domus, & apotheca, & claues illius conſignauerat notario ſuo. Vnde cum poſtea Venturellus ipſe ſuccubuerit in dicto iudicio criminali, meritò dicta non perceptio fructuum venit culpę illius aſcribenda, & conſequenter damno eiuſdem cedere debet, & non ipſius Ioannis Baptiſtæ ad tex.in l.pluribus, §.cum autem, in fine, ff. vi bon.rapt. in cap. ad audientiam, de homicid. & in c. fin. de iniur. & damn.dat.

R.P.D.

R. P. D. LITTA.
Num. IX.

ROM. SALVIANI INTERDICTI
ſeu Cenſus della porta.

Mercurij 7. Nouembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Statuto Vrbis de duabus conformibus locus eſt illis probatis.*
2 *Incola vrbis ex officijs Populi Romani in Capitolio habitis probatur.*
3 *Incola vrbis probatur ex met confeſſione.*

1 CVm præſcriptũ Signaturæ mihi iniunctum eſſet, vt conſtito de duabus conformibus, & quod eſſet locus ſtatuto Vrbis lib. 1. c. 178. expẽſas taxarem & mandatum pro omnibus contentis in dictis ſentẽtijs relaxarem, ideo dubitaui an ſit locus dicto ſtatuto in caſu de quo agitur, & Domini vnanimiter affirmatiuã amplexi ſunt. Nam de duabus conformibus ad fauorem Marci Antonij à Porta contra hæredes, Bargini conſtat ex actis videlicet de prima lata per Illuſtriſs. Lancellottum die 14. Iun. 1600. in regiſtro coram eodem facto, fol. 41. & de ſecunda lata per me in gradu appellationis confirmatoria Primæ in omnibus, & per omnia 11. Decembris eiuſdem anni, vt in Regiſtro coram me facto, fol. 140.

2 Quod vero Marcus Antonius à Porta ſit Ciuis Romanus, conſtat tum ex pluribus officijs per eũ habitis in Senatu, quę niſi ciuibus ipſis concedi ſolent, vt omnibus notum eſt tum etiam ex actis D. Io. Tetij notarij ſecundi Collateralis Curia Capitolij, ſeu ex fide actorum illius, ex quibus apparet dictum Marcum Antonium alias vti talem obtinuiſſe auocari cauſam à tribunali Aud. Cam. ad dictam Curiam.

3 Et quod Ioannes Barginus cum quo iudicium hoc fuit inchoatum ſit pariter Ciuis Romanus, conſtat ex confeſſione propria, de qua in Apoca locationis domus facta Fabritio à Porta die 9. Februarij 1576. quam confeſſionem præfati heredes impugnare nequeunt, vulg. l. cum à Matre, ff. de rei vendic. vltra quod prędicti heredes nati ſunt in Vrbe in ea habent vineam, & domum, & Ioannes Barlus eorum pater in publicis inſtrumentis nominatur Ciuis Romanus ex quibus fuit reſolutum pro Domino Marco Antonio informante.

R. P. D. SACRATO.
Num. X.

CAMERINENSIS SPOLII.

Lunæ 15. Iunij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Spolium primo extremo non probato non operatur.*
2 *Teſtes in ſpolio aliquos poſſediſſe aſſerentes, quando non probent.*
3 *Clauſula conſtituti quando mutet cauſam poſſeſſionis.*
4 *Præuentio in capienda poſſeſſione contra clauſulam conſtituti, non operatur.*
5 *Spolium ceſſat contra immiſſum auctore Pretore.*

1 VIſum fuit non conſtare de Spolio, quia non probatur primum extremum, hoc eſt poſſeſſio filiorum Archan-
2 geli. Licet enim teſtes dicant, quod bona de quibus agitur poſſidebantur à dictis filijs, vna cum eorum Matre. Attamen cum iſta bona fuiſſent expreſse hypothecata Euſebię Vxori Archangeli, cum
3 clauſula conſtituti, potuit Euſebia ſequta morte viri retinere bona, mutando ſibi cauſam poſſeſsionis, etiam abſque declaratione, Socin. ſen. conſil. 131. num. 3 & 4. libro primo, Decius conſil. 400. nu. 4. cum pluribus ſeq. Rota in Maceraten. hereditatis 21. Maij 1587. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio in Vrbeuetana bonorum 8. Nouemb. 1593. coram Illuſtriſs. Mantica in Aſculana domus 11. Iunij 1602. coram R. P. D. Coccino. Et in Narnienſis hereditatis 13. Maij 1607. coram Illuſtriſs. Lancellotto, Et Rota indiſtinctè ſequitur hanc opinionem, q̃ ſine

alia declaratione quis conſeatur mutaſſe ſibi cauſam poſſeſſionis, & poſſediſſe ex titulo ſibi magis proficuo. Achil. dec. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Creſc. deciſ. 5. num. 3. de reſtit. ſpol. Et fuit dictum in dictis Narnienſis, & Aſculana. Ex quibus patet deciſionem in cauſa Romana hæred. de Beuilacqua 13. Maij 1591. Coram D. Orano, quæ allegatur, non
4 eſſe tutam in primo fundamento, & fuiſſe captam ex ſecundo motiuo, de quo in dicta deciſione, nempe quando heredes præuenerint in capienda poſſeſſione quę præuentio probaretur releuaret, Stante clauſula Conſtituti, quæ ſicut operatur, quod conſtituens non poſſit ſe opponere conſtitutario. Angel. in l. quædam mulier, num. 2. veſiculo item attende, ff. de rei vendic. Socin. ſen. conſil. 106. num. 2. verſic. concurrit etiam, libro tertio. Grat. conſilio 429. num. 12 libro ſecundo. Eadem ratione videtur, quod operetur contra illius heredes, ad l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. & tenet in ſpecie, Ancharan. quæſtione vigeſima tertia per totam, vbi plura ad propoſitum adducit.

5 Ceſſare autem videbatur ſpolium, quia Baptiſta, & Ioannes Marius fuerunt immiſſi auctore Prætore, quo caſu ceſſat ſpolium, ex not. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſ.

Et nullitates aliàs deductę, bene videbantur ſublatæ per informantes præ dictis Baptiſta, & Mario, prima eſt, quod fuerit proceſſum contra minores nõ dato illis Curatore, quæ ceſſare videbatur, quia cum fuerint acta illius inſtantiæ deperdita, non poteſt ex illorum reuolutione probari iſta negatiua, & nihilominus datur conueniens fumus ex fide deputationis illius, & ex multis actibus ab illo, & cum illo; Secunda nullitas, quod ſubhaſtatio fuerit facta pro maiori ſumma tollitur, quia licet creditum principale non eſſet niſi ſcutorum 537. & deliberatio fuerit pro ſcutis 552. Tamen illud plus fuit pro expenſis mandati exequutiui, quæ fuerunt ſolutę Gundulæ; Tertia nullitas, quod ſubhaſtatio non fuerit facta præſente pacunia, ceſſat ſtante cõſenſu creditoris in actu deliberationis. Vt fuit deciſum in Peruſina dotis prima Iulij 1608. Coram Reuerendo P. Domino meo Decano. Licet enim text. in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi ſemper, ff. de re iudic. requirat præſentem pecuniam, attamen cum verbum pecunia ſit latiſſimum, l. pecuniæ appellatione, vbi gloſſ. & l. pecuniæ verbum & l. pecuniæ nomine. ff. de verborum ſignificatione, comprehendi videtur omnis modus, per quem ille, cuius bona ſubhaſtantur præſentaneæ liberetur à ſuo creditore, adnot. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & admiſit Rota in Romana Vineæ 18. Maij 1601. coram R. P. D. meo Ludouiſio.

Cæterum, quia liberatio creditoris debet interuenire in ipſo actu, ſic denotant verba, dict. l. à Diuo Pio, ibi non ſic, vt poſt tempus pecunia ſoluatur, & fuit latius dictum in eadem Romana Vineæ de menſe Aprilis, & Maij 1601. Coram R. P. D. meo Ludouiſio, quatenus ad hoc caput reducatur difficultas, & nõ ſufficiat primum fundamentum, erit videndum, an per modum tentum in hoc negotio, ille cuius bona fuerunt ſubhaſtata, poſſit dici liberatus à ſuo creditore in actu deliberationis.

ILLVSTRISSIMO PLATO.
Num. X.
MEDIOLANENSIS
fructuum.
26. Maij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatorem non violentum condemnari in fructibus à die motæ litis, quomodo intelligatur.*

2 *Spoliator non violentus quando condemnatur ad omnes fructus.*

1 LIcet regulariter ſoleat Rota ſpoliatorem non violentum condemnare in fructibus à die motæ litis non autem à die ſpolij, Dec. 4. & 10. de reſt. ſpol. in no. Caſſad. dec. 1. de cau. poſ. & prop. Io. Paul. dec. 36. & 120. Caput. dec. 27. par. 2. Hoc tñ eſt intelligẽdũ cũ agitur principaliter ad rem aliquam cuius fructus acceſſoriẽ

veniunt

veniunt reſtituendi; tunc enim facienda eſt condemnatio in dictis fructibus à die
2 motæ litis, vt ſupra dictum eſt. Secus cum principaliter agitur ad ipſos fructus quos quis principaliter petit tanquam ſpoliatus, prout fit in annuis prçſtationibus, in quibus ſpoliatus poteſt petere iudicio poſſeſſorio ipſos fructus ſubtractos, Gig. de pen. quæſtione 47. numero octauo. Et habetur apud Biſignet. deciſione vltima, de reſtitutione ſpoliatorum, & deciſione tertia eodem titulo in antiq. Tunc enim facienda eſt condemnatio ad omnes penſiones decurſas, & ſubtractas, prout ſuperioribus diebus fuit reſolutum coram Reuerendo P. Domino Gipſio in vna Cæſarauguſtana penſionis, & tradit Paleottus deciſione 336. cuius ea eſt ratio, quod cum ipſemet penſiones iudicio poſſeſſorio petantur, non poteſt dici facta plenaria reſtitutio, iuxta propoſitam actionem niſi illę omnes in præteritum ſubtractæ ſoluātur, vt docet Innocen. in capitulo querelam, numero tertio, verſic.& nota extra,de elect.

Quare cum in hoc iudicio Cribellus non egerit principaliter, vt reſtitueretur ad ius percipiēdi hos fructus,ſed ſuper ipſis met fructibus ſibi ſubtractis, & in præteritum non ſolutis iudicium contra Colonos debitores eorundem fructuum,ſeu canonum intentauerit,concluſerunt Domini in hac cauſa faciendam eſſe condemnationem à die ſpolij, non autem litis motæ, & hac diſtinctione attenta, an ſcilicet agatur ad ipſam rem principaliter; acceſſorie autem ad fructus, an vero fructus ipſi petiti, & in iudicium deducti fuerint dixerunt non obſtare deciſionem factam coram Reuerendo P. Domino Gipſio, in cauſa Romana vſus fructus portarum 14. Octobris 1585. Non etiam obſtat ſi dicatur non agi de condemnandis Colonis, ſed agi de condemnando ipſo Spiraſigio, qui has penſiones Cribello debitas à Colonis exegit, quia cum Spiraſigius ad cauſam venerit, & iudicium in ſe ſuſceperit pro Colonorum defenſione, quia ab illis indebitè exegit ipſe venit condemnandus in omne id, in quo fuiſſent condemnandi Coloni, ſi ipſi Spiraſigio non ſoluiſſent, &c.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Num. XI.

ROMANA S. THOMAE
21. Feb. 1603.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter procedens, ſpoliat.*
2 *Reintegratio ſi non foret facta, veniret facienda, quomodo procedat.*
3 *Spolium vltimum eſt purgandum.*
4 *Citatio in relaxatione mandati vigore ſententia ex magis communi, eſt facienda.*
Declara, vt num. v.
6 *Spoliatus non dicitur, qui poſſeſſionem non habuit.*
7 *Spoliatum ſe habens ſolo animo poſſeſſionem perdit.*
8 *Attentata in eo, qui non eſt in lite, non conſiderantur.*

1 FVit reſolutum reintegrationem factam ad fauorem Capituli Sancti Petri eſſe reuocandam ex capite nullitatis exequutionis; quia in relaxatione mandati fuit citatus Paulus Ghiſlerius, qui non habebat mandatum, & clarum eſt, quod iudex nulliter procedendo ſpoliat, Abbas in capitulo conquerente, numero octauo de reſtitutione ſpoliatorum, Bald.conſilio 337.libro ſecundo,Caputaquen.deciſione 186. parte tertia. Cæſar de Graſſis deciſione prima, num.4. de conſtitution.

2 Nec obſtat, quod dicitur ceſſare hoc fundamentum, ex quo reintegratio Capituli ſi non fuiſſet conceſſa eſſet de nouo concedenda, Crauet. conſilio 46. numero ſeptimo, Caputaquen. deciſione 175.numero tertio, parte tertia,quia hoc procedit in vi compulſiua. Secus autem in vi expulſiua, vt in ſpolio, prout diſtinguit. Put. deciſione 183. parte prima, vt fuit dictum coram bonæ mem. Orioleñſi in cauſa Romana caſalis 12.Iunij 1573.

Digitized by Google

Minus releuat, quod Capitulum quoque fuerat prius ſpoliatum, quia vltimum ſpolium eſt purgandum, l. 3. §. dum igitur, l. qui poſſeſſionem, ff. de vi, & vi armat. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iuliam, de vi pub. Gabriel conſil. 149. num. 12. & 16. volum. 2.

3 Nec reſiſtit Caſtren. conſilio 400. numero quarto, verſiculo tertio ſimiliter, libro primo, quia Caſtrenſis loquitur, quando primum ſpolium fuiſſet violentum, quod non eſt in caſu iſto, & Decius in conſilio 200. numero quinto loquitur, quando primum ſpolium fuiſſet attentatum.

IN EADEM CORAM EODEM 10. Nouemb. 1603.

4 Domini dixerunt, quod licet articulus ſit valde controuerſus, an in relaxatione mandati vigore ſententiæ requiratur citatio ex traditis per Gabr. de citat. concluſione prima numero 129. & ſequen. Tamen opinio affirmatiua magis placuit, quia ex citatione non grauatur ille, qui petit exequutionem, & videtur ſatis conueniens, quod alia pars poſſit deducere ſuas defenſiones, quæ ei poſſunt competere pro impedienda exequutione, & hanc opinionem alias Rota ſequuta fuit coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Cardinali Blanchetto in cauſa Taurinen ſis Cappellaniæ, vigeſima quarta Februarij 1576. & in cauſa Barchinonenſis bonorum, coram Reuerendiſſimo Domino meo Patriarcha Alexandrino 16. Februarij 1582. quare iudex procedendo abſque tali citatione nulliter proceſſit, & ideo ſpoliauit; quare fratres ſunt reſtituendi.

5 Ex reuolutione tamen regiſtri duo vidi, quę deducebantur, alterum eſt, quod ſententia fuit lata prima Decembris 1589. Et reintegratio Capituli 26. Februarij 1590. Appellatio vero fuit interpoſita per Fratres 18. Nouembris 1596. quare dubitaui, quod in hoc caſu non requireretur citatio ex deciſione 25. numero tertio circa medium, de appell. in nouis, quæ vult, quod poſſit fieri exequutio parte non citata duobus cõcurrentibus, Vnum quod verè appellatio ſit deſerta, Alterum quod de hoc iudex ſit certus, & ita intellexit hanc deciſionem, Rota coram Illuſtriſſimo Patriarcha in allegata cauſa Barchinonenſi, nu. 3. & in dicta cauſa Taurinenſis coram Illuſtriſſimo Blanchetto. In præſenti vero caſu non modo appellatio non fuit interpoſita, & ſatis iudex erat certus, cum ex reuolutione actorum non conſtabat de appellatione.

Hę deciſiones Illuſtriſsimi Blanchetti, & Reuerendiſs. Patriarchæ repugnant; quia ibi iudex non fuerat certus de deſertione appellationis.

Secundum quod ex reuolutione actorum, vidi, eſt quod exequutio fuit facta ſuper eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia, quo caſu dicit Gabriel ex communi opinione doctorum loco præcitato, num. 131. non requiri citationem, & eſt deciſio Accor amboni ſeptima, circa finem.

Hac diuerſitate facti ſtante ex ſolita benignitate Dominorum meorum ſtatui eorum ſententias iterum audire.

6 Et proſequendo in reliquis deciſionem non ſubſiſtit, quod Capitulum non ſpoliauit Fratres, ex quo ipſi numquam habuerunt poſſeſſionem reſpectu Capituli, ſtante quod citarunt conductorem Viridarij Eccleſiæ ad videndum decerni, & relaxari mandatum ſine tamen præiudicio iurium Capituli. Put. deciſione 32

7 libro ſecundo cum allegatis. Nam cum Capitulum poſtea egerit ſpolio, ſatis eſt, quod ex iſto actu habuerit ſe pro ſpoliato. Solo enim animo perditur poſſeſſio, Butr. in cap. cum ad ſedem, numero 25. de reſtit. ſpoliat. & cum fratres eſſent in poſſeſſione Eccleſię, & viridarij, potuerũt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis poſſidendo, ſcilicet in præiudicium Capituli, Bald. in l. penultima, C. de pignorat. actione, & ſatis eã ſibi mutarunt cum lite ſuſtinuerint contra Capitulum, & conabantur probare per ipſos Capitulum non fuiſſe ſpoliatum, & tamen inſtante Capitulo contrarium fuit reſolutum.

Non obſtat dum dicitur, quod in omnem euentũ ſpolium commiſſũ erga Capitulum fuit attentatum; & ideo licet primum

primum ſit debet nihilominus ante quã ſecundum purgare, Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 68. de acquirenda poſſeſſione, Caſtren. conſil. 400 incip. priuſquam, col. finali, verſ. tertio ſimiliter, Dec. conſil. 200. num. 5. Menoc. in primo remedio recuper. num. 383. & fuit reſolutum in cauſa Cortonenſis bonorum 19. Decembris 1586. & 7. Martij 1587. coram Illuſtriſſimo Plato.

Nam fuit reſponſum, quod aut attentata prætenduntur ex lite, & nulla lis erat inter Capitulum, & Fratres, quia Capitulum nunquam fuit citatum, nec vnquã de eo tempore interuenit in cauſa, Clementina ſecunda, vt lite pendente, Lancellot. de attentatis cap. 4. in præfatione numero 11. Et quamuis lis fuerit introducta contra Petrum Colonum Capituli, nihilominus ipſum Capitulum non afficiebat, Abbas in capitulo quoniam frequenter, §. in alijs, numero 25. & 26. vt lite non conteſtata, aut prætenduntur attentata ex eo, quod poſt appellationem interpoſitam à Petro à decreto de immittendo iudex relaxauit mandatum, & hoc caſu dato etiam, quod eſſet locus appellationi nihilominus reſpectu
8 Capituli non poſſunt conſiderari attentata, cum Capitulum non eſſet in lite, per ſupradicta.

R. P. D. COCCINO DECANO.
Num. XII.

COLLENSIS PENSIONIS.
Mercurij 9. Iunij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi infra decem dies non interponatur ſententia in iudicatum tranſit.*
2 *Intimatio ſententiæ non requiritur, ſi feratur partibus præſentibus, & ex lata ſtatim tempus currit.*
3 *Termino præfixo ad proſequendam cauſam appellationis non docto de proſequutione in iudicatum tranſit.*
4 *Impedimentum, ob quod appellatio proſequuta non ſit, venit probandum.*
5 *Notario aſſerenti cedulam ſententiæ non datam in actis eodem die quo fuit pronunciatum prout in cedula non creditur.*
6 *Beneficio vacante ex perſona vnius, niſi alius adſit titulus, denuo vacare non poteſt.*
7 *Subrogatio datur, ne detur nouus collitigans, quæ conditionalis eſt.*

1 DVbitaui an conſtaret de re iudicata, ita vt eſſet locus executioni, & Domini affirmatiuè reſponderunt, quia Leander non interpoſuit appellationem infra decendium, capitulo quod ad conſultationem, de re iudic. l. prima, C. ſi quis ſep. in integ. reſtit. Rota deciſ. 5. de ſent. excomm. in no. Aymo. conſil. 103. numero primo, Gall. practic. obſeru. libro primo, obſeru. 139. numero ſecundo.

2 Non obſtat, quod partes ſint in confeſſo, quod in illis partibus tempus ad appellandum incipiat currere à die intimationis ſententiæ, quia cum ſententia fuerit lata partibus præſentibus talis intimatio non requirebatur, at tempus incepit currere ſtatim à tempore ſententiæ, l. 1. §. vltimo, & ibi Bart. ff. quando appell. ſit, capitulo biduum, §. ſi aduerſus, 2. quæſt. 6. Rot. deciſ. 22. de appell. in no. Afflict. deciſ. 344. cum alijs late congeſtis per Tiraquel. de retract. lignar. §. 35 glo. 4. num. 10.

3 Et inſuper intimatio fuit facta die 16. Ianuarij 1603. Et appellatio interpoſita die 21. quæ fuit admiſſa cum præfixione duorum menſium ad proſequendum cauſam appellationis, & faciendum iudici fidem de proſequutione, quare cum infra hoc tempus non fuerit doctum de appellationis proſequutione ſententia tranſitum fecit in iudicatum, Rota deciſione 85. de appellat. in antiq. & fuit reſolutum in cauſa Venetiarũ legitimitatis de Maurocenis 13. Ianuarij 1603. coram Reuerendiſſimo Domino meo Pamphilio Decano, & in alia Abulenſis Cappellaniæ 17. Decembris 1599. coram Reuerendiſſimo Domino Seraphino Patriarcha Alexandrino, qui ambo fuerũt hoc mane à Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Octauo S. R. E. Card. creati,

 & hanc

& hanc quidem præfixionem termini, potuit iudex decernere, tam ex cõſtitutione Conciliari partium illarum, quam etiam ex diſpoſitione iuris, capitulo perſonas, capitulo cum ſit Romana, & capitulo repræhenſibilis, de appell. Rota deciſ. 25. eod. tit. in no. Mader. de attent. lite pend. cap. 2. limit. 13. num. 1. & 3. & limit. 14. num. 1. & 8.

4 Nec facit, quod in omnem euentum Dominus Leander venit excuſandus ſi infra tempus præfixum non docuit de tali proſecutione ſtantibus impedimentis ſibi præſtitis à D. Nereo Adden. ad dict. deciſ. 25. in fine, verſ. quod intelligo verum de appellat. in no. Lancell. de attentat. limit. 14. num. 6. & fuit dictum in allegata cauſa Abulẽſis Cappellaniæ coram Illuſtriſſimo bon. mem. Seraphino, quia hęc impedimenta ſolum allegantur non autem probantur, & cum ſint quid facti probari debent vulg. iur.

5 Nec obſtat, quod cedula non fuit data in actis eadem dię 16. Ianuarij 1600. quia fuit pronunciatũ prout in cedula, & ideo ſententia fuit nulla, vt fuit reſolutum in cauſa Fauentina ſucceſſionis 12. Nouembris 1601. coram Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Pacenſi, quia nec de hoc conſtat, niſi per atteſtationem notarij poſtea factam cui non creditur cum agatur de condemnando iudicem, Caſtr. in l. ſcia, num. 2. ff. ad velleian. Iaſ. in l. ius iurandum, §. procurator, nu. 26. ff. de iureiuran. cum alijs.

Non obſtat, quod Rota non exequatur ſententias aliorum tribunalium niſi docto de iuſtitia, Put. dec. 401. lib. 1. Ghiſanen. deciſ. 179. & eſt vulgatum, quia ſatis apparet de iuſtitia cum iudex condemnet Leandrum ad reſtituendas penſiones quas D. Nereus indebite ſoluerat toto titulo, ff. de dicta cond. indeb. penſio enim non fuit valide reſeruata, quia Leander poſt aſſequutionem Eccleſiæ S. Agnetis non poterat reſignare Eccleſiam ſancti Fidelis, quæ vacabat per alterius aſſequutionem, cap. de multa, & ibi Abb. num. 16. Anchar. num. 3. & alij communiter, de præb. & in extrauag. Ioannis 22. incip. execrabilis, eodem tit. Clem. gratiæ, & ibi Vitalin. num. 43. de

6 reſcr. Et fuit pluries reſolutum, licet data enim ſemel vacatione ex perſona vnius, non poteſt iterum ex eadem perſona beneficium vacare, niſi nouus titulus superueniat, Felin. in cap. 2. num. 23. de reſcr. Rom. conſil. 342. num. 1. Et ideo penſio ex hoc capite reſeruata tamquam ex falſa cauſa fuit nulla, Caputaq. dec. 298. num. 2. pars 2. Gig. de penſ. quæſt. 22. num. 8. & quæſt. 5. num. 5.

Nec obſtat, quod D. Nereus ſit ſubrogatus in ius reſignatarij, quia huiuſmodi ſubrogatio conceditur ne detur nouus collitigans, & eſt conditionalis, ſcilicet ad ius quod habet, vel ſi quod habet, Rebuff. prax. tit. de ſubrog. num. 44. vnde cum non conſtet de iure reſignatarij hæc conditio nihil parit in eſſe, Rebuff. loco pręcitato, Achil. deciſ. 9. num. 3. & 4. de pen. Put. deciſ. 197. num. 27. & ſequen. lib. 1.

R. P. D. RVBEO.

Num. XIII.

ROMANA SPOLII DOMVS.

13. Nouembris 1577.

SVMMARIVM.

1 *Spolium reſpectu ſucceſſorum ceſſat ſi eorum auctor non fuerit ſpoliatus.*

2 *Decretum irritans in extrauag. ambitioſe impedit actionem ſpolij.*

3 *Confeſſio anteceſſoris nocet ſucceſſoribus habentibus ab eo cauſam.*

IN cauſa Romana ſpolij domus prætendebat Mutius de Michaelis poſſe obtinere altero ex duobus remedijs vel Canonis reintegrãdę, vel interdicto quorum bonorum. Et propria die Lunæ 21. Octobris 1577. dato deſuper dubio propoſui cauſam, ſcilicet Domini fuerint in voto neutrum ex iſtis remedijs poſſe ſuffragari Mutio, Tamen, quia non fuit data copia teſtium, quæ ſecundum præſuppoſita puncti erat danda non fuit firmata reſolutio, & propterea iterum propoſui cauſam ſub die Mercurij 13. Nouembris eiuſdem anni, & Domini fuerunt in eodem voto, ex quo teſtes examina-

Digitized by Google

minati pro parte Mutij nihil aliud pro-
1 bant niſi poſſeſſionem Ioannis Petri primi Auctoris ipſius Mutij; Vnde ſequitur quod cum ipſe Io. Petrus in eius vita nõ fuerit ſpoliatus non intrat actio ſpolij reſpectu ſucceſſorum prout Rota aliàs reſoluit, vt bene per Cagn. in l. heredem nu. 22. de reg. iur. & congrue. Rolan. à Valle conſil. 50. num. 3. in fin. & ſequen. in 2. Grat. conſil. 70. num. 7. & num. 15. in 2. cum multis alijs quæ adduci poſſent. Minori poteſt competere huiuſmodi actio ſpolij ex perſona aliorum deſcendẽtium, & Io. Petro, quia non conſtat de eorum poſſeſſione, & tamen vti notiſſimum eſt, hoc neceſſario requiritur tanquam primum extremum, vt tradunt Innocent. & Docto. in cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliat. cum alijs de quibus per Dec. in conſil. 57 num. 3. ad fin.

2 Sed in fortioribus terminis dicebant Domini Mutium non poſſe obtinere huiuſmodi remedio propter decretum irritans appoſitum in extrauaganti ambitioſè Pauli Secundi, quod quidem decretum cum ſit iuſtificatum obſtat agenti ſpolio, Roman. Conſil. 499. num. 4. & ſequen. Bero. q. 80. Quod autem ſit iuſtificatum conſtat ex eo, quia Ioannes Petrus in Inſtrumento conceſſionis fatetur domum de qua agitur eſſe Eccleſiæ, cu-
3 ius confeſſio nocet eius ſucceſſoribus habentibus cauſam ab eo, Rip. in l. ſi aliquam rem, num. 39. de acquiren. poſſeſſ. Item ex eo, quia non conſtat fuiſſe adimpletas conditionis de quibus in inſtrumento conceſſionis, quo caſu ſatis eſt Eccleſiã, contra quam agitur negare dictas conditionis fuiſſe adimpletas, Bart. in l. in illa, de verb. obligat. quem Doct. ibi ſequuntur facit, quod dicimus de decreto appoſito in regreſſu impediente reſtitutionem, quando eſt iuſtificatum, & de execrabilitate probata, vt ſunt notiſſimæ deciſiones per Caſſad. & Ant. Aug. relatæ.

Non obſtat, quod decretum de quo in dicta extrauaganti ſit ſuper incerto corpore, quoniam iſta differentia non attenditur vbicumque decretum eſt notorium Caſſad. deciſione prima, & ſecunda, de reſtitut. ſpol. & ſuper reg. deciſ. 7. & 12. & Put. hic allegatus.

Ex quibus tollitur etiam remedium quorum bonorum, ex quo prædicta, quæ obſtant in iudicio ſpolij multo fortius obſtant in remedio, ſeu interdicto, quorum bonorum in quo admittitur exceptio dominij in continenti probandi, vt per omnes Doct. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Tollen. Et propterea cum hic conſtet de dominio Eccleſiæ, vt ſupra deduxi propter cooſeſſionẽ Io. Petri non poteſt Mutius habens cauſam ab eo obtinere in huiuſmodi interdicto, quorum bonorum, & ita Domini reſoluerunt.

R. P. D. L I T T A.
Num. XIIII.

ASCVLANA BONORVM.
Lunæ 3. Martij 1597.

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam in ſpolio, vel poſſeſſario, non competit.*
2 *Maxime quando ſententia ſit iuſta, ibi.*

1 Domini, Ioanne Pacifico ſolo informante reſoluerunt non conſtare de cauſis propter quas veniat in integrũ reſtituenda Conſtantia, moti, quia apparet condemnata rite, & rectè in iudicio ſpolij, & ſic in poſſeſſorio, in quo aduer-
2 ſus rem iudicatam non competit reſtitutio in integrum, glo. in l. vnica cum ibi not. C. ſi de mom. poſſ. Franc. & alij in capitulo primo de reſtitut. in integrum, num. 6. Put. deciſione 37. lib. 1. maxime quia ex deciſionibus factis coram R. P. D. Orano manifeſtè conſtat de iuſtitia dictarum ſententiarum, & ſic quod nulla adſit læſio Conſtantiæ cuius ratione eidem ſit concedenda prædicta reſtitutio.

R. P. D. L V D O V I S I O.
Num. X V.

O R T A N A D O M V S.
25. Octobris 1604.

S VM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſuper negatiua deponentes etiã non interrogati cauſam ſcientiæ non red dentes nulli ſunt.*

2 *Confeſſio confitenti nocet, non tertio.*

3 *Perſonæ incapacitas non impedit reſtitutionem in poſſeſſorio.*

Coram R. P. D. meo Lancellotto, quamuis poſtea ſe pro ſpoliatis ha buerint, & egerint, prout agunt ſpolio quoad illegitimitatem, & incapacitatem Barbaræ fuit reſponſum cauſam non pro bari, nam teſtes à Brigida examinati vltra, q́ non nocent Barbaræ ab ea cauſam non habenti nõ etiam probant, quia ſim pliciter negant Carolum relinquiſſe filios legitimos, & naturalis, & nullam
1 rationem ſui dicti aſſignant, Quam tum etiam non interrogati aſſignare debeãt, cum deponant ſuper negatiua, Alexan. conſil. 65. ſub num. 4. verſ. inde dicimus lib. 1. Dec. conſ. 101. colum. 2. in fin. verſ. ea ad infirmationem, Aym. conſil. 1. num. 3. in fin. cum priuatio, & negatio non cadat, ſub ſenſu, Bal. in l. actor num. 7. & 11. C. de probat. Angel. in l. 1. verſ. Dominus Paulus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Articuli, & poſitiores datæ à filijs Brigidæ non probant contra Barbaram, quia clarũ eſt confeſ-
2 ſionem confitenti tantum non tertio nocere, l. duobus, §. primo, vbi Iaſ. ff. de iur. iurand. Afflict. deciſ. 275. num. 11. & licet Barbara venerit ad cauſam, & propterea cenſeatur admiſſa in ſtatu, & terminis cauſæ, non tamen fecit illam cõ feſſionem propriam, aut ſibi præiudicialem, nulla eſt etiam habenda ratio teſtium de quibus in ſummario Illuſtriſſimi Cardinalis, num 26. quia vltra quod ſunt examinati ad perpetuam rei memoriam, fuit etiam prius proteſtatum de ſuſpenſione petitorij, & quod non cumularetur petitorium cũ poſſeſſorio; & propterea, cum non ſolum Barbara non paſſa fuerit, ſed omnino repugnauerit, quod diſcuteretur ſuper incapacitate defectus;
3 qui obijcitur, non habet impedire reſtitu tionem poſſeſſionis, Io. Paul. deciſione 111. cum alijs per Pontan. de ſpol. lib. 3. num. 18. Qua reſtitutione facta Barbara forſan docebit de diſpenſatione, vel de aliquo, quod reddat eam capacem ſucceſſionis; alia bene tolluntur per informantes pro Barbara. & propterea Domini reſoluerunt eam eſſe reſtituendam ad poſſeſſionem bonorum circumſcripta pro nunc donio.

R. P. D. LITTA.

Num. XVI.

MELEVITANA PENSIONVM, Merc. 27. Martij 1596.

SVMMARIVM.

1 *Spolij actio non competit illi, qui facto pro prio à poſſeſſione cecidit.*

Quid ſi facto alieno, ibi num. ij.

3 *Spolij actio ſpoliato acquiſita non præſcribitur aliquo temporis ſpatio.*

4 *Litteræ miſſiuæ per tranſmiſſionem plene contra ſcribentem probant.*

5 *Actio ſpolijs quando ceſſet, ſi ſpoliatus ſuper petitorio agi, ſit paſſus.*

1 Domini dixerunt ſtandum eſſe in deciſis ſub die 19. Februarij præſentis anni ex deductis in ea, Nec obſtare; quod actio ſpolij non competat ei qui facto proprio, cecidit à poſſeſſione cũ Hilarius hoc in caſu non facto proprio;
2 ſed Archidiaconi ſpoliatus fuerit ſua poſſeſſione mediante negatione ſolutionis Compoſtell. in cap. mandato de reſcript. Innoc. in capitulo olim, de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ. 419. lib. 3. Aym. conſil. 140. num. 1. quæ actio ſpolij ſpoliato acquiſita, aliquo curſu temporis non præſcribitur, ſecundum opinionem quam tenet Rota, vt in dicta deciſione dictum fuit, nec ante negationem Monitorij poteſt prætendi amiſſam fuiſſe poſſeſſionẽ negligentia Hilarij, ex quo re vera non neglexerit petere dictam penſionem per decem annos, & quod vſque ad annum 1571. fuerit Hilario ſoluta dicta penſio communiter per litteras auctoris Archidiaconi, qui tunc dictæ penſionis debitor erat, &
4 clarũ eſt, quod litteræ miſſiuæ poſt tranſmiſſionem plene probant contra ſcribentem ad fauorem illius qui eas recepit.

Bart.

Bart.& Ang. in l. nuda ratio, ff. de do-
nat. Iaſ. in l. admonendi, num. 135. &
Ripa num. 133. ff. de iureiur. Abb. in cap.
2. num. 8. Dec. num. 15. de fide inſtrum.
Put. dec. 11. num. 1 lib. 1.

5 Et ad illud quod actio ſpolij ceſſet quã-
do ſpoliatus paſſus eſt cauſam diſcuti ſu-
per petitorio fuit reſponſum petitorium
poſſe in qualibet parte iudicij ſuſpendi,
cap. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & propr.
Gozzad. conſil. 10. & licet hoc non pro-
cedat, quando de bono iure ſpoliantis
conſtat attamen numquam dicitur de eo
conſtare niſi poſtquam fuerit concluſum
in cauſa, vel renunciatum probationibus
glo. in cap. ſignificauerunt, de teſt. Pereg.
deciſ. lib. 2. Caputaq. deciſ. 323. par. 2.
vel de eo conſtet ex confeſſione partis
aduerſæ explicita & ex omni parte clara,
quorum neutrum conuenerit hoc in caſu
Ideo, &c.

R. P. D. ORANO.
Num. XVII.

CORTONENSIS DECANATVS
Merc. 20. Maij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatione beneficij clara exiſtente col-
latio Epiſcopi remanet nulla.*
2 *Poſſeſſio capta ſtante reſeruatione benefi-
cij, non eſt reſtituibilis.*
3 *Epiſcopum alternatiuam acceptaſſe con-
ſtare debet ex libro Datarij.*
4 *Dubia res non efficitur ex ſola negatione.*

FVit dubitatum præſuppoſita colla-
tione Epiſcopi Fr. Andreę de Ana-
ta Crotomienſe, & inſtrumento poſſeſ-
ſionis, An ſufficienter ad effectum re-
medij reintegrandi probata fuerint ex-
trema Domini conuenerunt in voto
negatiuo, & ratio fuit, quoniam, cum
partes conueniant, quod vacauit Deca-
natus in menſe Auguſti, qui eſt vnus ex
1 octo menſibus reſeruatis, ſtante reſer-
uatione clara, & notoria, cum decreto
imitanti collatio ordinarij fuit nulla, &
2 conſequenter poſſeſſio capta illius vigo-
re non reſtituibilis, Caſſad. deciſione 11.
de reſt. ſpol. Put. dec. 180. in vna Cęſara-
guſtana, lib. 1. cum alijs quos congerit
Moder. de recup. remed. 15. num. 443.
cum ſeq. Et licet decretum non ſit ſuper
certo corpore beneficij, tamen eadem ra-
tio militat, quando decretum eſt iuſtifi-
catum probata vltima vacatione in men
ſe reſeruato, nam tunc decretum dicitur
notorium ex quo ſcilicet incontinẽti pro
batur, & diſcolorat titulum, Sarnen. ad
regulam de trien. quæſt. 44. Simonet.
tract. de reſeruat. quæſt. 40. Put. dec. 190
3 lib. 3. Non obſtat, quod menſis Auguſti
non eſt ſemper reſeruatus, quia hoc ve-
rum, quando Epiſcopus acceptauit al-
ternatiuam, de qua acceptatione con-
ſtare debet ſicut dicimus, quod execra-
bilis reſtituatur, niſi probata execrabili-
tas, quia tunc ad effectum reſtitutionis
obtinendæ dicendum eſt de diſpenſa-
tione obtenta, Tolom. deciſ. 1 ibi ita in
caſu iſto in quo iam probata eſt vacatio
in menſe reſeruato per regulam ex qua
deſcoloratur titulus, & ideo ſpoliato aſ-
ſerenti alternatiuam fuiſſe acceptatam
incumbit hoc onus probandi, & in hoc
caſu ceſſabat vlterius acceptatio, quia
probatum fuerat poſt vacationem acce-
ptatos fuiſſe quatuor menſes, nec releuat
dicere probabo acceptationem in petito
rio, quia cum iam ſit facta probatio ex
qua titulus diſcoloratur ſpoliatus qui
prætendit alternatiuam acceptatam, vt
obtineat debet hoc probare, nam noto-
rietas nõ tollitur ex ſola allegatione ſicut
4 nec per ſolam negationẽ efficitur res du-
bia niſi quando aliqua probabilis ratio
deducitur. Aym. conſil. 132. nu. 15. Or-
dinarunt tamen Domini, vt partibus im
ponam onus acceptationis alternatiuæ
cuius facilis erit inueſtigatio ex libro
R.P.D. Datarij in quo acceptationes hu-
iuſmodi adnotari ſolent.

R. P. D. COMITVLO
Num. XVIII.

ROMANA VINEAE.
Ven. 21. Aprilis 1589.

Vide hanc deciſionem in Prima parte
in Commiſſione in Poſſeſſorio, §. 1.

ILLV-

ILLVSTRISS. SERAPHINO,

Num. XIX.

ROMANA VINEAE.

17. Aprilis 1587.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter procedendo ſpoliare dicitur.*

2 *Attentata non ſeruata forma ſtatuti, cauſantur.*

3 *Spoliatus non probato primo extremo, non reſtituitur.*

4 *Attentata appellatione deſerta non reuocantur.*

5 *Exequutio petita non retardatur per reſtitutionem poſt obtentam.*

1 INtentatum fuit iudicium ſpolij, & attentatorum per D. Numam Pompilium Condopolum ſuper quadam Vinea poſſeſſa per Dominum Franciſcum Ginnaſium, ſpoliũ deducebatur ex iniuſtitia ſententiæ Capitolinæ, cum iudex iniuſte & nulliter procedendo dicatur ſpoliare, Felin. in cap. dilecti, colum. 1. de reſcript. Cinus, & Alber. in l. 2. C. ſi per vim Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquiren. poſſeſſ. nu. 59. Aym. conſil. 304. num. 4. cum ſimil. iniuſtitia vero ex eo prętendebatur, quia Carolus in cuius fauorem fuit lata ſententia fuerat banni tus in pœnam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, neque fuerat reſtitutus niſi limitate ſcilicet præterquam ad vrbem, & ad bona fiſco incorporata at-
2 tentata vero dicebant adeſſe, Tum ex eo, quod non fuerat, ante exequutionem ſeruata forma ſtatuti Vrbis libro 1. cap. 87. tum quod fuerat facta exequutio pendente cauſa reſtitutionis in integrum.
3 His tamen non obſtañ. Domini cenſuerunt Dominum Numam Pompilium non poſſe vti ſpoliatum reſtitui cum non probetur eius primum extremum ex perſona ſua, nam in iudicio illo Capitolino faſſus eſt ſe eſſe ſimplicem Colonum, & detentorem nomine Silueſtri Sauatelli, qui prædictam vineam locauerat Io. Petro patri ſuo, & proteſtatus eſt vt citaretur dictus Silueſter, & ideo cenſetur ab omni commodo poſſeſſionis, ſi quam habebat facto ſuo, ac voluntate ſua cecidiſſe, l. ſed hoc, §. quod autem, de re iud. Bart. in l. fin. de rei vendic. Neque ſtatus illæ Coloniæ eſt conſiderabilis ad effectum, de quo agitur, tum ex eo, quod vinea nõ erat ei locata, ſed patri ſuo, Pręterea Colonus nõ ſibi, ſed dominio poſſidet gl. in l. 1. §. deicitur, in ver. ſi Colonus de vi, & vi arm. Bertran. conſ. 210. lib. 2. p. 1. Et licet Rota ſoleat ad ſtatum reſtituere, Tamẽ hoc caſu non eſt ſtatus conſiderabilis, quia iam lapſum eſt tempus cõductionis, vt in ſimili fuit reſolutum per Rot. coram R. P. Domino meo Decano in vna Placentina ex perſona vero Silueſtri reſtitui non poteſt Dominus Numa Pompilius vigore Ceſſionis per hæredes Silueſtri in eius fauorem factæ, tum ex eo, quod in ceſſione ipſi fatentur ſe non eſſe Dominos, nec Silueſtrum quicquam habuiſſe in iſta vinea propter nudum nomen, & ſpolium excluditur per non ius agentis, de quo notoriæ conſtare dicitur per confeſſionẽ, Rota dec. 3. de teſt. ſpol. in nou. tum etiam, quia in ceſſione non fuit ceſſa actio ſpolij, ſed forte ſi hoc non releuaret, quia id videtur procedere tantum in beneficialibus. Put. deciſ. 176. in fine, lib. 2.

Quod ſi ceſſio ſubſtineri poſſet, tunc eſſet videndum an ſententia Capitolina ſit ita notoriæ iniuſta, vt poſſit dici iudicem ſpoliaſſe, quod quidem ex hactenus deductis non probatur, nam non ſolum non conſtat de confiſcatione, & incorporatione in fiſcum prædictæ vineæ, quin potius extat de contrario, cum eam Cęſar poſt Caroli exilium poſſideret, neque de iure confiſcare poterat, cum Dominium directum eſſet penes Illuſtriſſimam Dominam Helenam Vrſinam, & conceſſio eſſet limitata ad vitam certarum perſonarum, ideo opus eſt, vt D. Numa clarius deducat hoc caput notoriæ in iuſtitiæ; quantum verò ad nullitatem,
4 & attentata Domini dixerunt ex pluribus hæc ceſſare. Primo, quia ſtatutum ex aduerſo allegatum non irritat actum, ſi forma ibi data non ſeruetur, & hæc nõ eſt nullitas, quæ Rota ex conſtitutione fel. rec. Pij Quarti attendere ſolet. Secundo

do, quia deſerta appellatione attentata non reuocantur, Rota deciſione 9. de appell. in nou. & deciſione 76. eodem titulo in antiq. Tertio, quia non omnis 5 reſtitutio in integrum petita impedit exequutionem, nam ſi ante reſtitutionem petita fuerit petita exequutio, illa nō retardatur, vt ex Alexand.& Rip. alleg. & tradit. Put. deciſione 285. die 1. Iulij lib. 2. & ex his concluſum nullam competere actionem reſtitutoriam D. Numę Pompilio.

R. P. D. PEREGRINO
Num. XX.

CONCHENSIS
penſionis.
Ven. 6. Martij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Pœna heretico Patri per ſacros Canones impoſita, capit filios natos, & naſcituros.*

2 *Pater filios affligi videns, magis illis cruciatur.*

Maxime ſi filius infans fuerit ibi.

3 *Filius ob patris hereſim, quare puniatur.*

4 *Hereticorum filij inhabiles ad beneficia, honores, dignitates, & alia redduntur.*

5 *Patre leſa maieſtatis humanæ criminis reo, filius beneficijs, quare non priuetur.*

6 *Filij hereticorum infamia iuris perpetuo notantur.*

7 *Rota exequitur ſententias latas à Tribunali ſanctiſſimæ Inquiſitionis in hoc alterat contra eius filium.*

8 *Filij hereticorum penſionibus etiam priuantur.*

9 *Quodcumque dictio importat omnimodam generalitatem.*

10 *Hereticus poſt annum contumax pertinaci comparatur.*

11 *Filij ob patris delictum in crimine hereſis puniuntur.*

FVerunt reſeruatæ duæ penſiones à fel. rec. Gregorio Decimo tertio, Gundiſaluo Perez, tunc in tertio, vel circa ſuæ ætatis anno conſtituto, vt ſuccedentibus annis commodius ſe ſuſtentare poſſet vna triū mille ducatorū ſuper Archidiaconatu de Allarenſi Eccleſiæ Cōchenſis, Altera medietas fructuum ſuper vno ex canonicatibus, & præbendis eiuſdem Eccleſiæ ſoluendę Antonio patri tunc Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis a ſecretis, & vbi ipſe voluerit durante minori ætate filij, poſtquam fuerit clericali charactere inſignitus.

Verum, quia Antonius fuerat per ſententiam diffinitiuam declaratus hæreticus, ac hęreticorum fautor, eiuſque imago publicè combuſta poſtquam in ipſius perſonam, qui è manibus Curiæ ſe eximens, & vt dicitur ad hęreticos, & hoſtes fidei, & reipublicæ Chriſtianę ſe contulerat, ſententia exequi non potuiſſet fuit dubitatum an dictæ penſiones ipſi Gundiſaluo amplius deberentur.

Et re mature diſcuſſa præcipuè, quia vna tantum pars informabat Domini vnanimiter negatiuam fuerunt amplexi.

1 Dixerunt namque communem illam eſſe concluſionē, ac magis de iure veram quod pœnæ impoſitę a ſacris Canonibus filios hæreticorū compræhendunt natos ante, & poſt patris delictum. Hanc enim probare dicebatur tex. in capitulo ſtatutum, de hæretic. in ſexto, ibi qui tales eſſe, vel tales deceſſiſſe probentur, ponderandum verbum eſſe, per quod denotatur, quod ad hoc vt filij hæreticorum ſatis ſit probare, quod tunc parentes ipſorum eſſent hæretici ad huiuſmodi etiam adducebatur tex. in cap. filij, eodem titulo, & lib. vbi filios hæreticorum qui in articulo mortis hæreſim commiſerunt puniri ſancitum fuit, quod non poteſt intelligi, niſi de iam natis, nec non, & tex. in capitulo vt Inquiſitionis, eodem titulo, & lib. vbi a pœnis eximuntur tantum filij, qui reuelarunt delictum occultum patris, ita, vt præſupponatur iam natos, & qui non reuelauerint pœnas hæreticis ſtatutas, non affugere.

Et quidem cum hæc pœna filijs imponatur non ex eo, quod filij proueniant ex radice infecta, & ſanguine improbato, quandoquidem crimen ſit mere ſpirituale, non trahens originem, vel comercium a carne, non intrat diſtinctio, an ſint

ſint nati ante, vel poſt delictum patris, vt tollens obiectum conſiderat, Roym. ſing. 68. in fine, vt Alphonſus de Caſtr. de iuſt. hęret. pun. cap. 10. lib. 2. Claudius, qui latè ad partes hanc quæſt. diſputat in l. ſi quis id quod, num. 19. ff. de iuriſd. om. iud. ac Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 8. nu. 5.

Hæreticorum enim filij puniuntur vt filij, quod æque conuenit natis, & naſcituris. Zabar. in cap. ex quibuſdam extra de pen. verſ. quæro an filij, & hoc, vt parentes ipſi in filiorum perſonam acrius puniantur, & affligãtur iuxta l. iſti quidẽ in fi. ff. q. met cauſa. Alcia. reg. 1. p. 1. n. 2.

2 de præſumpt. Cum Pater magis terreatur videns poſſe affligi filios, quam ſe ipſum, vt conſiderat Hoſtien. in capitulo vergentis in finalibus verbis, de hæret. & ibidem Ioan. Andreæ in verb. progeniem, & ſingulariter, gloſſ. in extrauag. Ioan. 22. §. filij eius, in verbo quomodolibet, de pœnis, quæ quidem in magis militãt in natis, quam in naſcituris, quia fortaſſe hæretici poſt delictum filios non ſuſcipient, & maior eſt pœna, & dolor videre infantum filium iam adultum, & forte in dignitate conſtitutum, quam iuniorem, & forſan infantem, qui nihil adhuc cognoſcit, vltra quod iam nati facilius, quam naſcituri poſſunt imitari patris actiones, quas vident, quæ fuit ratio præcipuè, propter quam filios in hoc puniri ob parentum delicta fuerit ſancitum quod etiam indiſtincte fuiſſe ſtatutum per leges ciuiles in crimine lęſæ maieſtatis humanæ, ex l. quiſquis, C. ad l. in l. maieſt. ibi Cõmuniter ſcribentes dixere vt animaduertit Claudius loco ſupra citato, & Gig. tract. de Crim. læſæ maieſtatis, quæſt. 5.

Vnde multo magis idem ſeruandum eſt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vt in terminis argumentatur Innocentius Tertius, in capitulo Vergentis, de hęretic.

3 Cui firmatæ concluſioni non obſtare viſum fuit, text. in capitulo iam itaque 1. q. 4. deſumptũ ex dicto Auguſtini, tum quia Auguſtini dictũm debet intelligi reſpectu pœnę ſpiritualis dum adducit illud Domini per Ezechielem: Anima quę peccauerit, ipſa morietur, vt bene ex eiuſdem Auguſtini dictis declaratur in cap. ſi habes 24. quęſt. 3. tum etiam quia creſcente hæreticorum corruptela ad illorũ audaciam reprimendam, qui vix illis pœnis reſipiſcunt augendæ erant pœnę, vt innuit ſummus Pontifex in dicto capitulo Vergentis, in principio, de hæret. vbi vtque alibi ad hæreticorum filiorum pœnę extenduntur.

Et ad conſilium Toletanum cap. 1. dum mandant reſtitui ex benignitate ad priſtinos honores filios hæreticorum natos poſt paternum delictum, ſi eorum parentes reſipluerint fuit dictum neceſſario non inferri natos ante delictum de benignitate non egere, cum per conſilium fuerit prouiſum in eo caſu tantum vti magis dubitabilem arg. l. fin. C. qui ætate ſe excuſ. lib. 10. prout ceſſare quoque fuit conſideratum illud alterum, quod ab impugnantibus hanc opinionem deducebatur, nempe, hoc non reperiri iure cautum cum imo contrarium verius ſit, cum ex iuribus ſupra deductis hoc neceſſario inferatur, vt tenuit Io. And. in cap. vt Commiſſi, num. 7. de hæret. in 6. Gemin. ibidem ſub num. 4. verſ. & per eundem modum Henric. Boich. in d. c. vergentis, n. 3. de hæret. Couar. d. cap. 8. Var. reſ. lib. 2. & illi omnes quos ipſe cumulat.

4 Non tamen Domini approbarunt illius, ac aliorum, qui hanc ſecuti ſunt ſententiam, dum voluerunt, vt hæreticorum filij licet inhabiles reddantur ex delicto Patris ad obtinenda beneficia non priuentur tamen obtentis ante delictum nã immo contrarium magis de iure verum, & communiter receptum exiſtimarunt, idque præcipue probari, ex tex. in c. vt commiſſi, de hæret. in ſexto, dum enumerando Pontifex facultates Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis conceſſas illas vti præcipue ab ipſo denumeratur, videlicet priuandi, ac priuatos nunciandi hæreticos, hæreticorum fautores, ac illorum filios, & nepotes, & hoc in exequutionem conſtitutionis Innocentij, Alexãdri, & Clementis illius prædeceſſorum. Si enim huiuſmodi pœne hęreticorum filijs poſſunt ab Inquiſitoribus imponi, vtique aut id iam fuiſſe cautum, aut poſtquam id a poteſtate habente tales pœnas conſtituendi id exprimitur de nouo ſtatui neceſ-

neceſſario eſt præſumendum, ſed verè dicebatur, hoc fuiſſe ante ſtatutum ab Innocentio Quarto in ipſius Cõſtitutione quæ eſt octaua in ordine in Bullario, ad quam ſe refert Bonifacius, in d. c. Vt commiſſi, dum canonizat Federici Conſtitutionem latam contra hæreticos, & hæreticorum fautores ipſorumque filios, &nepotes, priuando eos omnibus beneficijs, honoribus, ac dignitatibus, quę quidem conſtitutio, licet ex defectu poteſtatis ad beneficia Eccleſiaſtica non extenderetur ad illa tamen extendi eſt dicendum, poſtquam Pontificis Conſtitutio dicitur effecta per ipſius approbationem, l. 1. §. ſed neque, C. de vet. iure enucle. c. ad Apoſtolicæ, de præb. in 6. & certè ſatis foret abſurdum, vt hæreticorum filij priuarẽtur beneficijs, honoribus, ac dignitatibus ex benignitate, ac largitate Imperatoris prouenientibus, non quidẽ, quia particulariter eorum parentes in ipſum Principẽ machinauerint, ſed quia in Deum peccauerint illius Catholicam Eccleſiã ſcindendo, eſſet permiſſum verò à Pontificibus ad quos ex iniuncto officio præcipuè ſpectat in huiuſmodi ſceleſtos homines, ac illorũ progeniem animaduertere, vt bonis Eccleſiaſticis, quæ dicuntur patrimoniũ Chriſti potirentur, ac forſan luxuriarentur: nimirum igitur, ſi hoc pro abſoluto præſupponitur in Conſtitutione Alexandri Quarti, quæ eſt 9. in ordine in Bullario relata in dicto c. vt commiſſi, quod etiam beneficijs Eccleſiaſticis ſint priuandi hęreticorum filij dum explicando, quomodo ſe gerere debeant hęreticę prauitatis inquiſitores, ſi quando eis ab Apoſtolica Sede committitur, vt in hæreticos, & hæreticorum filios animaduertant, illos priuando beneficijs Eccleſiaſticis; honoribus ac dignitatibus, quod frequẽter accidere dixit Pontifex, quod quidem nõ eſſet ſi tales pœnę cõtra eos à iure nõ fuiſſent ſtatutæ, vt. ſ. id exequantur dummodo tunc tales reperti fuerint, non etiam in eos quos emendatos conſtiterit, prout hoc pro abſoluto præſupponitur à Pontifice in capitulo primo de ſchiſmaticis, vbi cum ſchiſmatici; & eorum filij, vti hæretici veniant puniendi eos indiſtincte beneficijs omnibus Eccleſiaſticis obtentis, & obtinendis indignos reddit, & propterea ex hoc ceſſat obiectio quod ille ſit caſus ſpecialis nam licet fuerit particularis prouiſio pœnæ tamen in capitulo caſu iniunctæ præſupponuntur omnibus hæreticis communes dum ſchiſmaticis, vti hæreticis infliguntur ita vt ſi qua extenſio ibi fiat ea eſt, vt hæreticorum pœnæ ad ſciſmaticos etiam extendantur quod animaduertit etiam Bero. in cap. item cum quis ſub num. 44. in fine de reſtitut. ſpol. ſed hoc clarius diſponitur in Cõſtitutione Nicolai Tertij quæ eſt 2. in ordine Bullarij ibi; nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acquiſitis volentes, vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia ſimilia nequaquam in poſterum admittantur, quæ conſtitutio non poteſt dici antiqua, & contrarium de conſuetudine ſeruari, tum quia per Conſtitutionem Pauli Quarti, quæ eſt... in ordine in Bullario renouãtur omnes antiquæ ſummorum Pontificum Conſtitutiones, latæ contra hæreticos, & hæreticorum fautores eorumqne filios, tum etiam, quia non multum ante à Paulo Tertio in extrauagante in ordine... in Bullario, & nouiſſimis temporibus ab alijs ſummis Põtificibus cõtra hęreticorũ, & criminis læſę maieſtatis reos, & eorum filios id ſeruatum vidimus, tum denique quia ſacrorum Canonum inſignes interpretes hoc iuri conſonum ſemper fuiſſe iudicatum atteſtantur Io. And. in dicto capitulo vt commiſſi, nu. 2. Io. Monach. ibid. ante nu. 1. verſ. 6. Gem. nu. 4. Franc. in c. felicis, nu. 5. de pœnis in 6.

Hoc etiam videtur ſentiſſe Anan. in cap. vergentis, ſub n. 12. de hæret. & ibid. Henric. Boich. ſub nu. 3. verſ. ſi de beneficijs Eccleſiaſticis. Præpoſ. in cap. ſatis peruerſum, nu. 4. 56. diſt. Bero. cap. cum quis, num. 43. de reſtit. ſpol. Imol. in l. in inſulam num. 2. verſ. & adde, ff. ſolut. matrim. Alex. ad Bart. in l. quiſquis litteras, C. ad l. Iulia maieſt. Rom. ſingul. 693. Reſtaurus, de Imper. q. 118. num. 13. Et idem videtur voluiſſe Directorium Inquiſitorum quæſtione 114. Lupus de Palatio Ruuios, de reſtit. Reg. Nauarr. par. 5. §. 57. verſ. 4. obiect. & alij multi relati per informantes, & qui contrariũ ſenſerant, hanc tamen eſſe communem

T opi-

opinionem affirmarunt, & propterea ab ea in iudicando non eſſe recedendum, fuit dictum.

5 Neque contrarium ſenſit glo. in d. c. ſatis peruerſum 56. diſtinct. dum voluit, quod ſi Pater commiſerit crimen læſe maieſtatis humanæ in Principem ſecularem filius beneficijs Eccleſiaſticis nõ priuetur, ea ratione, quia ſæcularis Princeps non poteſt ſuis legibus Clericos legere, & ſic in Principe Eccleſiaſtico, cuius maieſtas eſſet læſa aliter videtur ſentiſſe, vt bene deducit Propoſitus ibi, ſub num. 4. verſ. & nota rationem Franc. Marc. Dec. Delfin. 1390. in fine, & multo magis in crimine læſæ maieſtatis diuinæ prout ita illam glo. ad hoc ponderat, Imol. loco proxime citato, Anna in d. cap. vergentis, num. 12. de hæret. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 8. n. 4. verſ. hoc vero, gl. licet ipſe ab hac opinione, quem communem dicit diſſentiat, & male.

Et ex prædictis tollitur fundamentum illud præciſum, contrarias partes tenentium, nempe non fuiſſe iure cautum, quod hæreticorum filij obtentis priuentur cum immo expreſſe id diſpoſitum fuiſſe ex ſupradictis ſatis appareat.

Neque ex eo quod, in capitulo quicumque ſolum filij ad obtinenda inhabiles declarantur ſequitur, quod etiam obtentis non priuentur, quia quod ibi ſtatutum non fuit alibi cautum fuiſſe videmus, & hac ratione attenta cum ibi hæretici, & hæreticorum fautores ſolummodo ad beneficia obtinenda inhabilitentur, vtique obtentis priuandi non eſſent, quod tamen nemo vnquam dubitauit licet diſputetur an ſint priuati ipſo iure, an vero veniant per ſententiam priuandi.

Imo cum ſemper reſpectu pœnarum temporalium, & earum quæ non ſunt corporis afflictiue parificentur hæretici hæreticorum fautores, & illorum filij vtique, quod de vno diſponitur, & de allo diſpoſitum cenſeri debet, & ſic etiam ceſſat illa alia obiectio, nempe, quod inhabilitatus ad obtinenda non priuetur obtentis, glo. in Clem. 1. §. ipſius pœnis, vbi Zabarell. num. 3. Imol. ſub nu. 33. Quia hoc procedit quando ſimpliciter eſſent hæreticorum filij ad obtinendum inhabilitatẽ, ſed vt fuit demonſtratum, fuerunt etiam obtentis indigni iudicati, non ſolum in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vt iuribus ſupra deductis ſed etiã in crimine læſæ maieſtatis humanæ, vt in capitulo felicis, §. quod ſi quis, de pœnis in 6. Crimen enim, de quo in d. c. felicis puniri ratione læſæ maieſtatis, ex illis verbis deprehẽditur, ſicut reus criminis læſæ maieſtatis, vt in indiuiduo cõſiderat Præpoſit. in d. c. ſatis peruerſum, in fi. 56. diſt. & prius animaduertit, Gem. in d. c. vt commiſſi, §. priuandi, ſub nu. 4. verſ. nec obſtat, ſi dicatur, de hæret. in 6.

Quo pœna non per extenſionem, ſed per comprehenſionẽ capere dicitur etiã hæreticorum filios, poſtquam ſacri Canonis non ſolum purificent hæc crimina, ſed ſtatuant tanto grauius puniendos fore hæreticorũ filios bonis omnibus illos ſpoliando, quæ verba poſſunt comprehẽdere etiam beneficia Eccleſiaſtica, quanto grauior eſt offenſa, quæ in æternum, quæq. in temporalem maieſtatem committitur ſec. Innoc. 3. in d. c. vergentis.

6 Nec aliter quidem dici poteſt, nam cũ iſti hæreticorum filij ſint perpetuo infames infamia iuris, c. ſi quis 6. q. 1. iunct. c. vergentis, de hęret. Couar. var. reſol. li. 2. c. 8. ſub num. 1. verſ. 3. ab hac eadem reſolut. Alfonſus à Caſtro de Iuſt. hæret. pun. lib. 2. cap. 11. paulo poſt princ. verſ. propter hanc cauſam filij haberet, ſequitur neceſſario, quod ſint ipſo iure priuati & beneficijs obtentis, l. 2. §. miles, ff. de his qui not. infam. l. infamia, C. de iur. l. l. 10. Io. de Imol. in l. inſulam. in fi. princ. ff. ſol. matr. Præpoſ. poſt gl. in c. ſatis peruerſum, 16. diſt. Remig. ſing. 6. q. 3. Barb. ad Panor. in c. quęrelam, ſub nu. 3. de iur. iur. cum alijs per informantes adductis.

Vnde iure inquiſitores in ſentẽtia per eos lata contra Antonium Perez declararunt eius filios inhabiles ad habendũ, tenendũ, & poſſidendum dignitates, beneficia, officia, tam eccleſiaſtica, quam ſecularia, quę ſentẽtiæ verba apparẽt quidem quod comprehendant, & obtenta, & obtinenda, vt bene per informantes.

7 Et licet Rota non ſoleat attendere aliorum tribunaliũ ſententias, non viſis actis, & conſtito de bono iure, hoc tamen non ſeruat in ſentẽtijs latis ab inquiſitoribus

hæreticæ

hæreticæ prauitatis, quorum tribunalis acta non ſolēt oſtēdi, Veral. dec. 134. p. 3.

8 Quod ſi priuantur quibuſcumq. Eccleſiaſticis beneficijs, quare etiam penſionibus priuati cenſeantur non dubitarunt Domini, tum, quia in hac materia verbū beneficium late ſumitur, vt dixit glo. in cap. quicumque, §. hæretici in ver. beneficiorum, l. 6. ex qua not. Gem. ibi, ſub n. 2. verſ. nota bene quod conſtitutio penalis extenditur deſtricta ſignificatione ad latam, & in terminis quod ob id comprehendat etiam pēſionem, voluit Abb. in cap. ad audientiam el 2, ſub nu. 1. verſ. dicerem tamen, de reſcrip. cum quo tranſit ibi Fel. n. 1. tum etiam quia Canones non ſimpliciter eos priuāt dignitatibus, ſed quibuſcumque beneficijs, vt in d. c. vt commiſſi, verbum enim quodcumque importat omnimodam generalitatem, c. ſolitæ benignitatis, circa fin. de maior. & obed. qua comprehenduntur etiam penſiones, vt voluit Caccial. tract. de penſ. q. 30. etiam in litteris ad beneficia, quæ vti ambitioſe ſtrictiſsime interpretantur, & de hoc eſt gl. in Clem. 2. in verb. quodcumque, de vita, & honeſt. cler. quam ſequitur Gig. de penſ. q. 28. Multa ad propoſitum deducens, & in proprijs terminis penſionum comprehendi trad. in q. 4. nu. 10. 9 Tum denique quia omnibus bonis priuatos hæreticorum filios Canones voluerunt d. c. vergentis, & propterea ſi appellatione beneficij conueniret penſio ſaltem ſub nomine bonorum comprehenderentur, maximè vigente identitate rationis, prout in propoſito caſu vigere non fuit dubitatum, nempe vt hæreticorum filij in ſumma, & perpetua egeſtate viuant, ac continuo merore tabeſcent, ita vt eis ſit mors ſolatium, & vita ſupplicium, c. ſi quis cum militibus, 6. q. 1. & vt illorū parētes grauius, acriuſque puniantur, omnibus bonis ſpoliatos filios vendentes, vt in d. c. vergentis, & hoc per abſoluto alias habuit Rota in vna Iſpalenſis portionis, de quo per Put. deciſ. 350. lib. 1. Peregr. Fab. 109. lib. 2. Accoram. dec. 17. lib. 1. Mohe. 6. de reſcr. Ant. Aug. 1766. lib. 3. par. 3. diuerſ. & in epit. tit. de penſ. c. 11. Neque obſtare dicebatur, quod Antonius fuiſſet in contumaciam condemnatus, quaſi & hoc in præiudicium filiorum non haberetur pro hæretico ad Doctr. Bar. in l. cum filius fam.

10 ff. de verb. oblig. Nam in crimine hæreſis poſt annalem contumaciam iuxta ter. c. excommuuicamus el 1. de hæret. c. cum contumacia, eod. tit. in 6. cum vehemens præſumptio tranſeat in violentum talis contumax equiparatur pertinaci, & ob id habetur pro hęretico ſic Hoſt. Io. And. & cęteri in d. c. excommunicamus, & id. Io. And. Gem. Fran. in d. c. cum contumacia, & iſte dicitur vnus modus probandi quem eſſe hęreticum, vt animaduertit, Socc. in d. c. excommunicamus, n. 15. & præterea omnes hæreticorum pœnas patitur, inter quas illa eſt præcipua quæ in perſonam illius filiorum exequitur, quod indubitanter procedit ſecuta ſententia condemnatoria contra contumacem, non propter contumacē, ſed quia plene fuit probatum delictum, vt fuiſſe probatum enunciatur in ipſa ſententia lata contra Antonium priuandum etiam illius filios omnibus honoribus, dignitatibus, ac beneficijs, vt ſupra ſic Bal. in l. 2. nu. 4. C. quibus res iud. nou. Alex. in l. 1. num. 29. ff. de re iud. Fel. in cap. cum Bertoldus, nu. 24. de re iud. & alij de quibus per infor. cui ſententiæ in cauſa hęreſis, vt dixi, ſtāt eſt etiam minutis actis maxime cum ab ea reclamatum nō fuerit, nec reclamari poterat, & duraret ad huc poſt quinquennium pertinacia d. Antonij, & propterea ex his ijs omnibus tenuerunt Domini beneficiatos amplius ad dictarū penſionum ſolutionem nō eſſe aſtrictos.

11 Quam quidem ſententiam eo libentius ſunt amplexi, tum quia animaduerterūt hunc rigorem, quod filij puniūtur ob delictum patris poſſe dici in æquitate canonica fundatum cum etiam in aliis minoribus criminibus illum introduxerint Canones quos citat glo. in d. cap. vergentis in ver. Canones, & in c. cum multa 15 q. 8. ducti Pontifices ex multis exemptis de quibus in teſtam. veteri Gen. 29. Reg. 2. cap. 13. Ioſue cap. 6. & Exod. 34. & Iudicum lib. 2. cap. 11. & 14. quæ ex alia in propoſito deducit Alfonſus de Caſtro de iuſt. hęret. lib. 2. c. 7. Simac. de Cathol. iuſt. c. 29. num. 5.

Tum quia, ſi quando ab hoc rigore ex benignitate eſſet recedendum, quod

tamen Domini, nequaquam admiſerunt fauore fidei, propter quam ne dum iure ſcripto non receditur, ſed imo poenalis eiuſdem Iuris conditiones extenduntur. Io. Andr. in c. ex tenore, el primo, verſ. dic ergo, qui fil. ſint legitim. & ibidem. Hoſt. in fin. verſ. dicat ergo, Occurrentis tamen facti circumſtantię totum contrarium ſuaderint.

Hæc enim penſio fuerat patris contẽplatione reſeruata, quia pater, vt in litteris reſeruatorijs, in facto conſideratis, colligitur, & ex eo facile poteſt; quia tunc in Gundiſaluo in tertio vel circa ſuæ ætatis anno conſtituto nulla merita conſiderari poterant, vltra quod hoc cũ iuramento fuit atteſtatus excellentiſs. Dux Soræ, qui illius tunc fuit intercesſor apud Pontificem, & hoc, vt eſt credendum intuitu Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis, cuius tunc d. Antonius pater erat à Secretis, & cuius maieſtatem ipſe poſtea læſit, vt fidem faciunt ipſius Regis litteræ, & cauſam pẽſionis iſte fuerint ferè ducatorum 4000. non quidem per alimentis ſimpliciter, ſed ad dignitatem illam tuendam, quam vti intimus Regis acquiſiuerat, conceſſe quoque dicebãtur, vnde, & ęquitas ſuadet & benignitas patiebatur, & Gundiſaluus ammitteret id quod contemplatione patris delinquentis acquiſiuerat conceſſe quoque dicebant, vnde, & æquitas ſuadet; & benignitas patiebatur, & Gundiſaluus ammitteręt id, quod contemplatione patris delinquentis acquiſiuerat in gratiam illius, cuius grauisſimè maieſtatem pater lęſerat, & ad dignitatem illam tuẽdam, qua ob tam graue delictum, immo delicta, vna cum patre priuatus, ac perpetua notatos infamia, referebatur.

R. P. D. LVDOVISIO.
Num. XX.

ROMANA SPOLII DE PINIS.
Merc. 7. Nouembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſpolij ſolum repellit eos qui tenentur interdicto vnde vi vel bonorum raptorum.*

1 Cauſa iterum ſuper eiſdem propoſita iterum firmauerunt exceptionẽ ſpolij ſolũ repellere eos qui tenebantur interdicto, vnde vi, vel vi bonorum raptorũ ex multis allegatis in deciſione, & alijs additis per informantes, à qua dixerunt non eſſe recedendum, licet aliqui cõtradicant, tum quia eſt magis recepta, vt patet ex traditis à Gabr. de reſt. ſpol. concl. 2. n. 24. & teſtatur Boſſ. de plurib. viol. n. 35. prop. fin. verſ. eſt tamen difficile, tum quia ea ſępius amplexa eſt Rota.

Non tamen placuit, quòd in deciſione habetur non poſſe dici hoc caſu illatam vim, eo quia poſſesſio capta fuerit auctoritate iudicis nã cum fuerit reſolutũ ſententiã cuius vigore fuerãt immiſſę in poſſesſionẽ laborare pluribus, & quidem notorijs nullitatibus poſſesſio capta vigore ſententiæ, quæ tales defectus patitur, dicitur nõ ſolũ ſpoliatiua. Ant. de Butr. Imol. & alij in cap. ex inſinuatione de procur. Aym. conſ. 8. Caputaq. dec. 188. par. 3. & fuit pluries deciſum, Sed etiam dicitur capta per vim expulſiuam, ita vt competat interdictum, vnde vi, Rip. in l. naturaliter §. nihil commune, nu. 59. ff. de acq. poſſ. Affl. ſuper Conſt. Regni lib. 1. rub. 24. de violent. circ. poſſ. nu. 32. & 33. cum alijs per Menoch. de recup. rem. 8. nu. 18. late Bologn. in l. iuſte poſſidet, nu. 89. & ſeq. ff. de acq. poſſ. ſentit Azzo. in ſumma, C. vnde vi ſub n. 4. & dictum fuit in Surrentina Abbatiæ 24. Martij 1586. coram Illuſtriſſimo Seraphino, ſicut videmus in carceratione nulla, & inualida per quam carceratus dicitur per vim ſibi illatam ſpoliatus ſua libertate, ita vt ei competat interdictum vnde vi, vt dicit Bart. in quæſt. 6. Lapus in prin. nu. 1. & in ſolut. ſub num. 1. verſ. nam quando aliquis quem ſequuta eſt Rota coram Lauretano in vna Romana Dohanæ Salis 16. Ianuarij 1581.

R. P. D. IVSTO.

Num. XXI.

ASSISIENSIS CANONICATVS
5. Iunij 1595.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata oritur, niſi pro Apoſtolis reddatur.*

2 *Res iudicata oritur cauſa infra biennium non commiſſa.*

3 *Concordia quando fatalium curſum impediat.*

4 *Papa ex rationabili cauſa motus præſumitur.*

1 SEntentia Auditoris Cameræ lata anno 1575. tranſiuit in rem iudicatam, de qua conſtare deciſum fuit, & licet fuerit appellatum attentato, quod Laurentius non redijt pro Apoſtolis poſt quam habuit primum terminum iuris à quo numerantur triginta dies, l. iudicibus, C. de appellat. vbi habetur, quod qui non redijt, cenſeatur appellationi renunciaſse.

2 Præterea, commiſerit cauſam infra biennium, & hoc modo etiam inducitur res iudicata, Authen. ei qui, C. de temp. appellat. Clement. ſi appellatio, de appellat. Decius conſil. 436. & dictum fuit coram Reuerendo P. Domino Litta in vna Romana pecuniaria 17. Maij proximi præteriti.

Non obſtat nullitas, vel iniuſtitia, quæ apponitur aduerſus ſententiam communis, quia de ea non tractatur, immo de ſententia Auditoris Cameræ, qua pronunciatum fuit Motum proprium Pij Quinti non eſſe ſubreptitium.

3 Non obſtat concordia, quæ & ſi impedit curſum temporis, Clemen. quam diu, de appellat. Nihilominus decretum conſtare de concordia ante rem iudicatam, quia nullibi dicitur, quod reſtituat aduerſus cauſam, quinimmo ex actis conſtat de contrario, nam ſententia Auditoris Cameræ lata fuit anno 1575. Sed cum commiſſum fuit in Rota anno 1579. quo anno de menſe Maij fuit facta, vel ſubtracta concordia, & ſic poſt rem iudicatam, & de paupertate quæ impediat rem iudicatam nullibi apparet.

4 De notoria autem iniuſtitia ſententiæ Auditoris Cameræ dici non poteſt cum fundetur in confirmatione aductæ in dictis teſtium, vt in alijs, & adſit præter Motum proprium Pij Quinti, vbi dicit ſatis apertè, & clarè ſibi conſtitiſſe de dicti Laurentij crimine, & Papa præſumitur motus ex cauſa rationabili, Abb. in capitulo cum veniſſent, cum ibi alleg. ſub numero octauo, de iudic. præſertim cum ad ſententiam Commiſſarij, non referatur id aſſerat ſibi conſtitiſſe, vnde non obſtat, quæ dicuntur aduerſus rem iudicatam.

R. P. D. IVSTO.

Num. XXII.

COLIMBRIENSIS

Decanatus.

27. Ianuarij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Curator legitimus citandus venit.*

2 *Superſeſſoria pendente Illuſtriſſimi Præfecti Signaturæ nulliter pronunciatur.*

1 DVbitaui an eſſet moderanda inhibitio, & Domini reſoluerunt non eſſe moderandam, & Fiſcum Regiſi eſſe audiendum; Nam in ſententiam vltimo loco lata citatus fuit quidam curator Antonij Toſcani, de cuius iure non conſtat ad tex. in l. vltimo, §. tali itaque de curat. furioſ. & tamen curator legitimus erat citandus, l. Licinius, §. bonorum, ff. de leg. 2. quinimmo nec de exequutione citationis legitime cõſtat cum notario ſine teſtibus non credatur, Put. dec. 5. lib. 3. Et ideo non fuit inducta pendentia litis, Clem. fin. vt lit. penden. Decius conſil. 460. num. 28. Nec per eam iuriſdictio Archid. in cap. non ita, in princip. 2. quæſt. 6. Caſtren. in l. prima, §. 1. ff. de fer. & non potuit procedi per audientiam contradictarum, Aegid. deciſ. 310. & ſententia eſt nulla, Clementina Paſtoralis, de re iudic. cum ſimilibus nullitas autem, de qua incontinenti

docetur impedit exequutionem, Rom. conſil. 51. in principio. Pariſ. conſil. 54. num. 41. lib. 3. Caputaquen. deciſ. 264. lib. 2.

Præterea Fiſcus regius, qui obtinuerat à Papa cauſam ſuper priuatione Decanatus committi Cardinali legato, & illius vigore ſententiam habuit in ſui fauorem, debebat etiam citari in reuocatione eiuſdem ſententiæ, quia negotium illum principaliter tangebat, l. nam ita diuus, & ibi Doct. ff. de adopt. l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inſpic. vnde quia ipſe non fuit citatus, & ſic ignorando fieret de directo præiudicium, debet impediri exequutio, Abb. in cap. veniens, il ſecondo, ſub num. 6. de teſtam. etiam ſi ille Antonius Tonanus hodie non compareat.

Et tanto magis Domini venerunt in hanc ſententiam, quia cum ad inſtantiã eiuſdem Baldaſſaris, fuiſſet commiſſa, & introducta cauſa corã Ordinario Colimbricenſi contra Antonium, & Fiſcus Regius obtinuiſſet litteras ſuperſeſſorias ab Illuſtriſſimo Domino Cardinali Præfecto Signaturæ Iuſtitiæ hoc tacito imo narrato, quod facta inſtantia coram eodem Ordinario cauſæ expeditionem habere non potuerat, obtinuit in vim Cõcilij Tridentini, cap. 20. ſeſſ. 24. cauſam in Rota committi, & ab eodem Ordinario auocari ſuper ſubreptione, & ideo fine iuriſdictione, & nulliter videtur eſſe pronunciatum, Caſſad. deciſ. 1. & 2. de reſcript. præſertim, quia Fiſcus Regius non citatus, non potuit excipere, neque procurare reſcripti reformationem.

R. P. D. MARQVEMONTIO.
Num. XXIII.
ABVLENSIS CAPPELLANIAE.
28. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non facta mentione rei iudicatæ, eſt nulla.*

1 FVit enim tantum vna parte informãte concluſum gratiam de nouo productam non ſuffragari Franciſco, quia cum in illa gratia non fuerit facta mentio rei iudicatę habent locum ea omnia, quę aduerſus aliam gratiam ab iſto Frãciſco impetrata fuerant in hac cauſa decisa coram Reuerendiſſimo Rhodienſi, & coram me, & quod tempore huiuſmodi gratiæ cum ſententia nuntij tranſiuiſſet in iudicatum, patet, ex quo gratia data eſt 6. Decembris 1593. cum tamen ſententia nuntij lata fuiſſet 2. Octobris 1595. & exequutioni demandata 19. Iunij 1596.

Placuit etiam Dominis aliud motiuũ deductum per informantes pro Petro, videlicet, quod Franciſco obſtet regula de annali, quia cum lis dicatur finita per ſententiam executioni demandatam, Mohed. deciſ. 14. de cauſ. poſſ. & prop. nu. 1. & poſt captam poſſeſſionem Petrus in illa poſſeſſione pacifica permanſerit per duos annos, & vltra, Franciſcus dictę Regulæ contrauenit, non ſolum in non citando infra ſex menſes, ſed etiam in non procurando expeditionem intra annum, neque dubium eſt, quin etiam in beneficijs iuris patronatus regula de annali locum habeat, Mandol. ſupra dicta regula, quæſt. 18.

R. P. D. GIPSIO.
Num. XXIV.
BVRGENSIS ABBATIAE
de Fonzea.
Veneris 21. Iunij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anni præcedentis requiritur ad effectum regulae de annali pacifica.*
2 *Pacificus poſſeſſor habens controuerſiam non dicitur.*
3 *Reſtitutio in integrum litem extinctam in priſtinum reducit.*
4 *Reſcriptum ab excommunicato in Rom. Cur. impetratum non eſt nullum.*
5 *Excommunicatus propter animæ periculum commiſſionem reſtitutionis in integrum impetrat.*
6 *Citatio nulla quando interrumpat annalem praeſcriptionem.*
7 *Procurator poteſt commiſſionem impetrare, etiam ſi per tres conformes eius mandatum expirauerit.*

Du-

1 DVbitatum fuit, an regula de anna-
li obſtaret gratiæ impetrationis An
tonij Ordinez, & dicta die vtraque par-
te informante Domini non obſtare reſol
uerunt; reſpectu tamen Abbatiæ, de qua
principaliter agitur ratio Dominorum
fuit, quia lis non inuenit Gregorium
pacificum poſſeſſorem per annum imme
diatè præcedentem quemadmodum re-
gula requirit: nam ipſe poſſeſſionem
Abbatię adeptus fuit 25. Octobris 1586.
Et de ſequenti menſe eidem lis mota exi
ſtit criminaliter ſuper prætenſa facultate
2 ſeu impetratione dictæ Abbatiæ, & inde
ad quatuor menſes commiſſa cauſa reſti
tutionis in integrum, qua propter non
poteſt dici pacificus poſſeſſor cum hoc
caſu ſufficiat controuerſia de iure, vel de
facto in iudicio, vel extra, Card. in clem.
gratiæ, num. 8. de reſcrip. Felin. in cap.
cum Ioannes, num. 33. verſ. & adde, de
fide inſtrum. Caſſad. deciſ. 9. in princip.
de cauſ. poſſ. & prop. cum alijs allegatis,
3 Nec eſt dubitandum Commiſſionem re-
ſtitutionis in integrum inducere litem
extinctam in priſtinum reducere, l. ſi mi-
nor, §. reſtitutio, de minor, l. vnica, C.
de in integ. reſtit. poſtulat. Caſſad. deciſ.
13. de reſcript.

Non obſtāt in contrarium deducta, &
primo, quod reſtitutio in integrum ca-
lumnioſè petita fuerit, quia de hac ca-
lumnia hucuſque non conſtat.

4 Non obſtat, quod dicta Commiſſio
ex eo non tribuat iuriſdictionem, quia
impetrans erat excommunicatus iuxta
notata in capitulo primo de reſcript. in
ſexto; quia etiam ſi hoc eſſet verum,
quod negatur, ſtante eo nullitate excō-
municationis, dicitur, quod reſcriptum
ab excommunicato in Curia impetratū
non eſt nullum, licet ſi opponatur, ab
agendo impetrans repelli poſſit, cap. cū
inter priorem, de except. Rota deciſio-
ne ſecunda de ſenten. excomm. in antiq.
& diſpoſitio dicti capituli primi non pro
cedit in reſcripto impetrato, & Audito-
ri Rotæ præſentato, vt habetur in deci-
ſione quinta de iud. in nou. Caputaq. de-
ciſ. 90. par. 1. & 72. par. 3.
5 His accedit q in beneficialibus propter
periculum animæ excommunicatus po-
teſt Commiſſionem reſtitutionis in inte-
grum impetrare, Rota deciſ. 7. ante fin.
de except. in nouis, Felin. poſt citatos
in cap. ſignificauerit, num. 11. de except.
& vbi pars nō oppoſuit, ſuſtinetur proceſ-
ſus, & ita ſeruari teſtatur, deciſ. 27. de
ſentent. excom. in antiq. præter id quod
paulo poſt dictus impetrans ad cautelā
abſolutionem etiam obtinuit, & deinde
Gregorius reſpondendo poſitionibus, ac
alia faciendo, vnde conſenſiſſe in iuriſdi-
6 ctionem, & illam prorogaſſe. Nam li-
cet citatio nulla non interrumpat anna-
lem poſſeſſionem, tamen iſtud nō habet
locum ſi citatus compareat. Sarn. dicta
reg. de ann. quæſt. 45. circa fin. verſ. vbi
tamen citatus, dicens hoc caſu non tam
vigore citationis, quam ſuæ compari-
tionis ſibi nocere, allegat Roman. conſil.
415. Marſil. in rub. C. de probation. num.
371. & fuit deciſ. Aegid. 538.
7 Non obſtat, quod Commiſſio fuerit
impetrata per procuratorem, cuius man
datum expirauerat per tres ſententias
conformes, & quod ad petendam reſti-
tutionem in integrum requiratur ſpecia-
le mandatum, l. illud, §. primo, de mi-
nor. vbi glo. & doct. glo. in c. ſciſcitata,
de reſtitut. in integ. quam communiter
eſſe receptam dicit ibi Abb. quia ad hūc
effectum ſufficit ſpeciale mandatum re-
ſultās ex clauſulis generalibus qui procu
rator poſſit omnia facere, quæ poſſet ip-
ſe conſtituens, etiam ſi ſpeciale manda-
tum requirerent. Caſſad. deciſ. 1. num. 1.
de procuratoribus.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.
Num. XXV.

CAESENATENSIS
ſpolij bonorum.

Ven. 10. Febr. 1576.

SVMMARIVM.

1 *Spolium ex attentatis proueniens, naturam attentatorum ſumit.*
Et datur appellatio ibi.
Ac non intrat Aegidiana, ibi.

1 FVit reſolutum, ex quo ſpolium re-
ſultat ex attentatis, illud aſſume-
re

re naturam attentatorum, in quibus datur appellatio, cum pars aduerſa poſſit prætendere ſe non attentaſſe, & ideo neque ſpoliaſſe, ex quo ſequitur, quod non intret Aegidiana, & hanc mixturam conſiderauit Bald. conſil. 141. num. 7. lib. 1. & deciſ. Ant. Aug. allegata à Domino Contardo fuit corrupte allegata: non enim loquitur in attentatis, ſed in vna Aſſiſienſi, vide deciſione 44. lib. 3.

ILLVSTRISS. BLANCHETTO.
Num. XXVI.

FIRMANA OLEI.
Lunæ 4. Iulij 1575.

SVMMARIVM.

1 *Rei periculum ad dominum pertinet.*
2 *Laudum acceptans, poſtea exequutionem impediens, contrauenisse dicitur.*

POſt propoſitum dubium à me Veneris prima præſentis menſis, & nihil reſolutum propter diſcrepantiam opinionum, hoc die maior pars DD. ſtatuit non eſſe recedendum à reſolutis. Verba enim illa dechiarando, &c. quæ cauſam tribuerunt prætenſæ diſputationi non poſ-
1 ſunt importare niſi adiudicationem periculum rei pertinentis ad dominũ; Brun. de diminut. & detur, colum. 20. ex quo arbitri declarando, quod nomina debitorum, quę à Michael Angelo fuerunt aſſignata Petro Angelo ſtarent periculo ipſius, an neceſſarium antecedens vident illi dominium adiudicaſſe, iniquum enim fuiſſet, quod incõmodo ſubieciſſent Petrum Angelum, abſque vllo commodo,
2 vnde Ruggerij, qui acceptarunt laudum, poſtea impediendo Petrum Angelum ne exigere poſſet, dicitur contrauenisse, nec obſtant dicta ipſorum arbitrorum primo, quia habent iuris declarationẽ contra ſe, quo caſu magna eſt controuerſia an probent. Felin. in cap. cum à nobis, num. 7. de teſt. Secundo, quia non fuit facta per viam iudicij prout fuit lata vltimo dicebant Domini, quod maximum eſt argumentum ita ſenſiſſe arbitros, & de iſto ſenſu dubitaſſe Ruggerii ex quo ipſi intentarunt, & proſequuti fuerunt iudicium coram Auditore Gubernatoris Marchiæ, & noluerunt arbitros adire, quamuis pro parte Petri Angeli de facultate arbitrorum, de qua in primo præſuppoſito, fuerat illis proteſtatum.

R. P. D. LVDOVISIO.
Num. XXVII.

ROMANA DOMORVM.
Mercurij 19. Ianuarij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Duæ ſententiæ conformes ex ſtatuto Vrbis faciunt rem iudicatam.*
2 *Commiſſio cum clauſula prout de iure, non præiudicat.*
3 *Nullitates niſi ex tribus ſint, ſunt reijcienda.*
4 *Tempore ad redimendum lapſo conuentio de redimendo pro non facta habetur.*
5 *Oblatio verbalis an admittatur in pacto de retrouendendo.*
6 *Clauſula refectis expenſis in forma ſpecifica debet impleri, nec ſufficit oblatio.*
7 *Pactum de retrouendendo factum in inſtrumento venditionis differt, ſi fiat in alio ſeparato contractu.*
Nec dicitur correſpectiuum factum ex poſt facto, ibi.
8 *Citatio in oblatione ſpecialis eſſe debet.*
9 *Oblationem facere in vltimo momento, an ſufficiat.*
10 *Mandato ſpeciali ad conſtituendum in mora non eſt opus.*

1 COnſtat de re iudicata, non ſolum propter duas conformes, quæ inter Ciues, & Incolas habent vim trium ex diſpoſitione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 178. Sed etiam, quia à ſecunda ſententia non fuit appellatum, Auth. hodie, C. de appell. e. quo ad conſultationem de re iudic. contra quam rem iudicatam Flaminia, & litis conſortes nõ ſunt amplius audiendi, l. eum quæritur cum duabus ſequen. de re iudic. & rei iudicatæ non præ-
2 iudicat commiſſio cauſæ in Rota, cum habeat clauſulam prout de iure, l. fin. C. quæ

quæ ſent. reſcin. non poſſ. c. exhibita, de arbitr. l. cauſas, vbi Alex. num. 3. Iaſ. num. 6. & ſequen. Curt. num. 7. C. de tranſact. Alexand. conſil. 36. num. 10. lib. 6.

Non obſtant nullitates adductæ contra ſententias, quia vltra quod non ſunt de tribus, & per conſequens reiectæ per Conſti tutionem Pij Quarti, & Clementis Octaui, viſç fuerunt etiam Dominis multum turbidæ, placueruntque reſponſiones datæ per informantes.

3 Non obſtant, quę pro iniuſtitia ſententiarum deducuntur ex oblationibus factis pro redimendis domibus in vim pacti, nam ommiſſa tertia, & alijs vlterioribus, quæ nullo modo releuare poſſunt tamquam factę poſt lapſum tempus datum ad redimendum Cagnol. in l. 2. ſub nu. 11. C. de pact. inter empt. & vendit. Gozad. conſil. 94. num. 59. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glo. 2. num. 43.

4 Præſertim ſtante pacto reſolutiuo, quod elapſo quinquennio, & non facta redemptione, promiſſio, & conuentio ceſſent, immò pro nulla, & non facta habeatur, & Iacobus, non teneatur ad aliquam retrouenditionem.

Prima oblatio facta ſub die 24. Maij 1600. quæ erat penultima dies termini præfixi ad redemptionem, neque etiam ipſa obſtat, quia quicquid ſit de illa opi-
5 nione Io. And. & aliorum tenentium oblationem verbalem admitti in pacto de retrouendendo, cuius tamẽ contrarium tenuit Anchar. conſil. 331. ſub num. 1. & alij adducti, Domini dixerunt non applicari caſui, de quo agitur cum in pacto cõuentum ſit expreſſe, vt in caſu retrouenditionis reſtituatur integrum prætium, ſcutorum 1700. in moneta argentea, ex late deduct. per Decian. conſil. 10. num. 89. verſ. non obſtat vltimo, cum ſequen. lib. 1. & per Rolan. conſil. 53. à num. 41. vſque ad fin. lib. 1. quod magis ſuadent verba illa pacti reſtitutis, &c. cum illud ablatiuum abſolutum conditionem importet, l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hipot. ſol. Bart. in l. 1. in 3. quæſt. ff. de condit. & demonſt. quæ impleri debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens, l. qui heredi, & l. Meuius, ff. de condit. & demonſt. Ruin. conſil. 110. num. 10. lib.

6 3. cum cumulatis per Surd. conſil. 186. num. 19. facit quod dicitur de clauſula refectis expenſis in commiſſione poſita, quæ non admittit oblationem, Put. dec. 119. in fin. lib. 1. tenuit Rota in vna Romana legitimæ, coram Robuſterio 16. Martij 1602. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, & ſæpiſſimè in alijs.

7 Videbatur etiam Dominis conſideratione dignum, quod pactum de retrouendendo factum fuit in ipſo contractu venditionis, neque in eodem inſtrumento, ſed in inſtrumento ſeparato in alio loco, & coram alijs teſtibus, & ex mera liberalitate emptoris ad faciendum, vt dicitur, in inſtrumento rem gratam venditori, vnde quicquid ſit, quando poſitum in inſtrumento venditionis ex conuentione inita cum venditore, qui aliter non fuiſſet venditurus, quo caſu res cenſetur minus vendita propter dictum pactum, Soc. conſil. 288. in fin. lib. 2. Dec. conſil. 308. num. 3. Ruin. conſil. 66. poſt num. 9. lib. 4 & pactum habetur ex cauſa oneroſa, & vti pars pretij. Ruin. ibi. Rolan. conſ. 96. num. 41. lib. 2. Cephal. conſil. 370. num. 95. de illo caſu ad caſum iſtũ in quo pactum venit ex ſola liberalitate emptoris inferri non poteſt, quia agenti ex cauſa oneroſa magis ſuccurritur, quam ex lucratiua, ad not. per Iaſ. in l. item quia, ſub num. 1. verſ. ſecundo limita, ff. de pact. & cauſa oneroſa eſt fauorabilior, l. ſciendũ cum ibi not. ff. ex quib. cauſ. maior. Honded. conſil. 34. num. 18. lib. 1.

Neque poteſt dici pactum retrouendendi eſſe correſpectiuum ad venditionẽ prius factam ex eo, quod inſtrumenta ſunt eadem die celebrata, quia cum procedat à mera liberalitate, quæ omnem aliam cauſam excludit, & ſic non à cauſa venditionis vbi eſt diuerſitas cauſæ, temporis vicinitas non inducit correſpectiuitatem. Put. deciſ. 271. num. 5. & ſequen. & 490. ſub num. 2. lib. 2.

8 Accedit, quod oblatio prædicta non eſt pura, cum non interpellet ſolum pro pretio recipiendo, ſed etiam pro docendo de ſolutione pecuniarum aſſertarum in venditione calculando, & alijs, vnde nõ releuat. Grat. conſil. 93. n. 75. lib. 1. Gabr. de ſolut. concl. 8. nu. 4. quod etiam habet locum in oblatione reali cum depoſi-

poſito, Bart. in l.ſolutum, num. 5. ff. de ſolut. Bald. in l. acceptam, num. 24. in fi. vbi etiam Paul. de Caſtr. num. 12. C. de vſur. Gabr. conſ. 57. num. 6. lib. 1. fuit dictum in vna Bononienſis damnorum, & intereſſe 16. Iunij 1578. coram Laurentano, & in alijs, & tanto magis, quia prædictæ conuentiones reſpiciunt inſtrumentū venditionis, cum quo nihil habet commune pactum de retrouendendo in inſtrumento, vt dictum eſt ſeparato poſito.

8 Ex alio etiam non releuat predicta oblatio, quia citatio quæ requiritur in oblatione, Tiraquel. de retract. lignat. §. 8. gl. 2. num. 1. debet eſſe ſpecialis pro dicta cauſa, ita vt generalis nullo modo admittatur, late Tiraquel. ibi num. 3. cum nonnullis ſequen. Citatio autem facta per partem aduerſam, fuit ſolum ad dicendum contra iura, & videndū fieri proteſtationem, & interpellationem. Nec facit, quod in termino citationis pars interpellauerit, & obtulerit, quia interpellatio, & oblatio non ſubſiſtit, cum non fuerit facta parte preſente, nec præcedente legitima citatione.

9 Additur, quod licet oblatio poſſit fieri non ſolum vltima die, ſed etiam vltimo momento, vt per Tiraquel. dicta glo. 2. ſub num. 2. Attamen hoc verum, niſi poſt illum actum remaneret aliquid faciendū quod non poſſet intra terminum expediri, idem Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glo. 7. num. 4. in fin. In caſu autem de quo agitur, fuit in penultima die non ſolum interpellatum pro pretio recipiendo, ſed etiam pro docendo de ſolutione pecuniarum, & de calculo, quę omnia ſine dubio non poterant intra dictum anguſtum terminum expediri.

Quæ ratio vltra ſuperius adducta à fortiori concludit in ſecunda oblatione, quæ facta fuit die 26. quatenus poſſit dici facta in termino, tāto magis, quia poſt huiuſmodi oblationes aduerſarij ſoluerunt per triennium, & vltra, ex quo apparet oblationes factas fuiſſe ad deludendū emptorem, iuxta tradita per Tiraq. de retract. lignar. §. 8. glo. 2. nu. 7.

Accedit, quod non ſolum non conſtat de aliqua recuſatione Virginiæ, & litis conſortium, ſed neque de ea ſuſpicari potuerunt, quia citata ad recipiendum, & retrouendendum non recuſauit, nec dixit nolle facere, ſed potius oſtendit ſe paratam.

10 Nec facit, quod de non ſufficienti mandato Procuratoris ad iſtum actum opponitur eo, quia requiratur ſpeciale, nam vltra, quod hoc cenſeri debet factum de ordine, & communicatione principalis ſuffi cere debet ſaltem ad conſtituendum Cinos in mora, ad quod non requiritur ſpeciale mandatum ad l. ſi quis ſolutioni, §. 1. ff. de vſur. & tradit. per Fel. in cap. M. Ferrarienſe nu. 45. vbi etiam Rip. num. 141. de Conſt. Io. Bologn. in l. non ſolum. §. morte, num. 237. ff. de nou. oper. nunciat. & fuit dictum in Reatina Caſtri Portæ 29. Maij 1589. corā Illuſtriſſimo Cardinali Platto, & ad magis oſtendendum, quod opus volebat illudere emptorem.

R. P. D. COMITVLO.

Num. XXVIII.

ROMANA SOCIETATIS Aromatariæ.
Veneris 1. Iunij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus capit habitatorem per decem annos.*

2 *Domicilia diuerſa, diuerſis in locis quem habere, non repugnet.*

3 *Liquidatio requiritur in condemnatione ſumma incerta.*

4 *Legitima relicta non extenditur ad fidei commiſſo ſubiecta.*

STatutum Vrbis lib. 1. ca. 47. in ant. & eod. lib. in nouis, c. 180. per quod in nulla cauſa inter ciues incolas, & diſtrictuales agitata liceat ſecūdo prouocare, ſed duas conformes ſentētię habent vim

1 trium, & faciunt rem iudicatam. Reſponderunt Domini ſeruandum eſſe in hac cauſa quæ per x x. annos inter Ducium, & Griffium in Curia vētilata fuit, vt per duas ſententias ad fauorem Griffi conformes finem ſortiri debeat. Cum enim ambo quamuis aduenæ ſocietatem Aroma-

ta-

tariæ anno 1559. decennium duraturum hic in vrbe iniuerint, & elapſo decennio habitationem ſeparatam eamdem exercentes artem continuauerint vſq. ad hãc diem, domicilium proculdubio Vrbanũ contraxerunt, quod per aſſiduam decennalj habitationem contrahi, abſque alia animi declaratione iura interpretantur, l. 2. vbi Ioan. de Plat. & Lucas de Pen. C. de incolis lib. 10. gloſ. in l. hæres, abſens. ff. de Iudic. Bald. conſil. 398. numero 2. lib. 1. Socin. conſil. 129. num. 2. in fi. lib. 1. Ruin. conſil. 61. num. 21. lib. 5. Socin. iun. conſil. 7. nu. 6. lib. 2. Felin. in c. dilectus, n. 11. 12. de reſcr. cum alleg. per moder. de arbitr. caſu 86. num. 15. & ſequen. & conſequenter inter Vrbis incolas ſunt habendi, l. pupillus, cum duobus ſequen. l. ciues, ſed incolis, lib. 10.

2 Nec ad rẽ pertinet, quod Riccius maiorem fortunarum ſuarum partem in ciuitate Aquilæ, vnde etiã eſt oriundus habere dicitur, quia nõ hac vna ratione acquiritur domicilium, vt præcitati D D. declarant, nec repugnat aliquem plura, & in locis diuerſis habere domicilia. l. aſſumptio, l. iuris, & l. eius qui, ff. ad municip. Ruin. allegato conſilio 61. nu. 21. volum. 2. Statutum enim ex aduerſo allegatum, lib. 3. cap. 57. in nouis declarans illos mercatores, & aduenas intelligi ciues Romanos, qui habuerint in vrbe minorem partem ſuorum bonorum & in ea continuo habitauerint cũ familia diſponit ad effectum vt aduenæ gaudere poſſint priuilegijs ciuium Romanorum quo ad immunitatem, de qua proxime dixerat, nec illa declaratio amplectitur incolas, vt propterea à diffinitione iuris cõmunis recedendum ſit, & ſecundum eoſdem terminos accipienda eſt deciſio relata per Caputaq. par. 2. Iudicata, quod vna interceſſerit media ad fauorem Ricci, quia his iuris effectus reſultat ex ſententijs conformibus, ſiue ſucceſſiuis, ſiue interpellaris, Card. in Clem. ſine, de appellat. Dec. conſil. 38 [illegible] 2. Couar. practicarum quæſt. cap. 25. num. tertio.

3 Alia quæ de iniuſtitia ſententiarum dicebantur non mouerunt Dominos bene conſcios vltimam ſententiam Rotalẽ ſatis maturæ poſt multas continentẽ certam ſummam, ſed condemnant Riccium ad communicandum quartam partem lucri. Griffio, quæ eſt liquidanda, Concluſum fuit, facta prius liquidatione locũ eſſe executioni ſententiarum deductum fuit in diuiſione præfata datam fuiſſe licentiam alienandi cum verbis ampliſſimis, ideoque locum habere Doctrinam Bart. in dicto §. duo fratres, num. 21. in 8. quæſtione, qui vult, quod ſequuta alienatione emptor non poſſet inquietari, ſiue fuerit habita notitia fideicommiſſi, ſiue numquam Bartoli ſententiam eſſe communem teſtatur, ibid. addit eumq. ſequitur. Ang. num. 12. Alexand. num. 58. Rip. num. 81. idem Alexan. conſil. 8. num. 7. in 5. & 189. num. 10. lib. 2. Curſen. conſ. 63. colum. fin. Socin. iun. conſil. 116. num. 54. lib. 1. Cephal. conſil. 296. num. 22. Tib. Deci. conſil. 33. num. 106. lib. 1. Verum huic obiecto Domini re-
4 ſponderunt per inſtitutionem factam de matre in legitima ſibi de iure debita in bonis ſuis, eam non videri relictam in iſtis bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ ſuorum bonorum appellatione non continetur iuxta deciſionem Pedem. 85. in fin. & fuit latius deductum in alia deciſione quibus Domini addebant Dominũ Valerium non expreſſo ſuo nomine, ſed Iordani venire cui iuri non cenſetur renunciatum ex deductis per doct. in dicto §. duo fratres, & ibi Alex. colum. fin. Rip. num. 77. Dec. conſil. 230. colum. fin. Roman. conſil. 461. in fin. Tib. Decian. conſil. 3. num. 123. lib. 1. aliqui etiam ex Dominis putabant renunciationem eſſe reſtrictam ad effectum vt diuidentes poſſent alienare, ideoque non ſequuta alienatione, nullum eſſe effectum renunciationis, vt tradit Bart. in dicta quæſtione octaua in fine, Cephal. dicto conſil. 296. num. 24. & ex his cenſuerunt eſſe ſtandum in reſolutis.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

Num. XXIX.

ROMANA PECVNIARIA.
19. Ianuarij 1598.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de duabus conformibus exequendis habet locum in ciue, incola, & diſtrictuali.*

2 *Statutum loquens in caſu ſimplici non debet attendi in caſu mixto, & ſtricte intelligitur.*

3 *Tertius cauſam agi ſciens, & patiens non poteſt prouocare, niſi cauſis inſertis.*

4 *Tertius veniens ad cauſam, tanquam principalis, & in prima prouocare poteſt.*

1 FVit reſolutum eſſe locum exequutioni duarum conformium vigore ſtatuti, cap. 178. lib. 1. potiſſima ratio reſolutionis fuit, quod Dominus Rodulfus venit ab initio ad cauſam pro ſuo intereſſe, quod propter regreſſum, quem habet contra eum Dominus Alexander, eſt principales, & quantum ad eum ſi habeat locum ſtatutum, cum ſit ciuis, & in-
2 cola, vel diſtrictualis, iſte eſt caſus mixtus, in quo concurrunt ſimul ciuis, & forenſis; ideo cum ſtatutum diſponat ſolũ in caſu ſimplici, quando ſententiæ ſunt latæ contra ciuem incolam, vel diſtrictualem non debet extendi ad hunc caſum mixtum, Anchar. conſil. 36. nu. 2. Caſſad. §. 35. num. 3. ſuper regula Borgnin. conſil. 31. num. 11. Rimin. ſen. conſil. 125 num. 20. & 21. conſiderabant etiam Domini, quod cum ſtatutum in caſu ſimplici ſit correctorium iuris communis, eſt ſtricte intelligendum, vt alias fuit reſolutum in cauſa Romana Cambiorum 4. Decembris 1592. non debet, vt corrigat, & in caſu mixto, l. præſumptione, §. vim paſſam, ff. ad l. Iul. de adult. Caſſad. decil. 5. num. 4. de conſtit. Put. dec. 10. de diſp. Peregr. deciſ. 117. Ruin. conſil. 78. num. 2. lib. 1. Riminal. dicto conſil. 125. num. 22. & conſil. 465. numero 6. cum caſus mixtus aſſumat naturam illius ſimplicis, per q; iuri communi nõ derogatur & ius alterius conſeruatur, vt inter recentiores bene deducit Hieronymus Gabriel. conſil. 197. num. 7. lib. 1.

Placuerunt etiam Dominis ſimilia, quæ afferuntur ex conſ. Bal. 141. nu. 7. lib. 1. cum conſil. Socin. 132. ſub num. 3. lib. 1. & de clauſula appellatione remota, quod intelligitur ſolum contra nominatos in commiſſione, & de ſtatuto remouente appellationem propter guarantigiam, quod ſimiliter ſolum locũ habeat contra ipſos contrahentes. Fran. in cap. paſtoralis num. 25. & 26. de appell. Decian. conſil. 198. nu. 4.

3 Nec placuit Dominis, quod tertius, qui habuit ſcientiam litis, non potuit appellare, & quod eius appellatio debebat fieri cum expreſſione cauſæ, & quod ſufficit pręſtare cautionem iuxta, l. is à quo, ff. de rei ven. quia non verſamur in tertio, qui fuit admiſſus ad cauſam poſt latas ſententias, in eiſdem ſtatu
4 & terminis, in quibus terminis procedit dec. Put. 71. lib. 3. Sed in eo qui venit ad cauſam ab initio ratione ſui principalis intereſſe, & vti conſocius eiuſdem litis pro neceſſaria defenſione Domini Alexandri, & in hoc caſu non habent locum ea quæ dicuntur de tertio, l. 3. & 4. de iudic. Couar. pract. quæſt. cap. 14. num. 4. Nec habet locum lex, is à quo, quia procedit in eo, qui venit ab initio ad cauſam, & non poteſt appellare. Præterea cum non ſit locus ſtatuto, quando comprehendit caſum mixtum, ſi applicantur ea, quæ de tertio dicuntur, quia circumſcripto ſtatuto, etiam contra Dominum Alexandrum non poteſt fieri exequutio, cum non præcedant niſi duæ ſententiæ.

R. P. D. SACRATO.

Num. XXX.

ROMANA SOCIETATIS
Veneris 25. Iunij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Duæ ſententiæ conformes ex ſtatuto Vrbis faciunt rem iudicatam.*

Sta-

Digitized by Google

2 *Statutum Vrbis capit perſonas, & cauſas Eccleſiaſticas.*
3 *Conuertitarum Vrbis priuilegia ampla.*
4 *Teſtes reddentes cauſam ſcientiæ de auditu non probant.*

SAepe citato procuratore Conuertitarum, & non comparente, propoſui dubium informante tantum Saluſtio, an eſſet locus executioni, & pro affirma-
1 tiua fuit tentum, Quia ipſe habet pro ſe duas conformes, quæ iuxta ſtatutum Vrbis, capitulo 178. libro primo faciunt rem iudicatam, Quod quidem ſtatum,
2 tanquam Papale, & ordine Papæ conditum comprehendit perſonas, & cauſas Eccleſiaſticas, vt fuit dictum in cauſa Romana de Comitibus, relata inter diuer. impreſſ. deciſione 453. parte prima in Romana ſeparationis Thori, die ſecunda Decembris 1605. & die decimaſexta Ianuarij 1606. coram R. P. D. Marquemontio.

3 Vltra quod in propoſito caſu adſunt etiam priuilegia Apoſtolica, quæ mandant in cauſis Conuertitarum procedi manu regia, vnica ſententia ſublata cuilibet appellandi, vel dicendi de nullitate facultate, quę decreta intellexerunt Domini, tam ſi feratur ſententia ad fauorem Conuertitarum, quam contra, extradit per Doctores in l. prima, ff. quod quiſq. iuris, capitulo ſuper eo, vbi Decius numero quarto, de offic. delegat. Franc. in capitulo paſtoralis, numero vigeſimo quinto, & ſequen. de appellat. in ſexto.

Iuſtitia etiam viſa fuit clara, nam quod pecuniæ, datę per Saluſtium eſſent propriè non autē Vincētię, à qua habent cauſam Conuertite conſtat ex inſtrumēto ſocietatis initæ per Saluſtium cum Antonio Palombella, quod facit probationem probatam; Bald. in l. intereſt, num. 2. C. de ſolut. cum concord. Item quatenus opus eſſet, adminiculis ſuffragatur iuris præſumptio, quia pecunia præſumitur ſoluentis. Bartol. in l. ſecunda, numero ſecundo, C. pro Soc. Roman. conſil. 274. numero ſecundo, Dec. conſil. 21. numero decimo, verſ. circa tertium, lib. 1. Et etiam apparet Saluſtium aliunde habuiſſe de proprio, & eſſe induſtrioſum, ad not. in l. ſi defunctus, C. de arbitr. tract. Gloſſa in l. cum oportet, verb. ex eius ſubſtantia, & ibi Bald. numero vndecimo, Caſtren. num. octauo, C. de bon. quę lib. Roman. dicto conſil. 274. num. 1. verſic. dum tamen, Crauet. conſil. 131. num. 12.

4 Non obſtant teſtes alias inducti ad probandum, quod pecuniæ datæ per Saluſtiũ ad ſocietatem eſſent Vincētiæ, quia in ſummario dato pro parte Saluſtij apparuit illos nihil releuare, cum vltra alias exceptiones nullam aliam cauſam ſcientię reddant, quam de auditu, quod nihil probat, cap. licet ex quadam, de teſt. Glo. in l. teſtium, in verb. præſto, & ibi Bartol. numero ſexto. C. eodem titulo. Et tamen contra publica inſtrumenta requirũtur manifeſtiſſimę probationes, l. optimam, verſiculo Niſi is, qui dicit, C. de contr. & committēda ſtipul. S. item verborum inſtitut. de inutil. ſtipul. Cephal. conſil. 325. numero vigeſimo, Decius conſilio 463. numero nono.

ILLVSTRISSIMO MANTICAE.

Num. XXXI.

SABINENSIS
Spolij.
Die 24. Ianuarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia reſtituendus venit, nequa exceptione repelli poteſt.*
2 *Statutum Vrbis non habet locum in diſtrictu, vbi extant ſtatuta particularia.*
3 *Actio ſpolij nullo tempore, ſecundum Rotam præſcribitur.*
4 *Statutum de præſcriptione intelligitur de cœpta poſt conditum ſtatutum.*
5 *Legis natura eſt futuris dare formam.*
6 *Donatio uon præſumitur, ſi non exhibetur.*
7 *Poſſeſſio communitatis per acceſſum ad*
V mo

Digitized by Google

molendum multorum annorum per exteros non turbatur.

8 *Poſſeſſio ex actibus ſingulorum non acquiritur vniuerſitati.*

Vt etiam nec perditur.

9 *Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli de vniuerſitate.*

10 *Spolij actio non tollitur communitati ex ſcientia, & patientia adminiſtratorum.*

FVit concluſum Communitatem Stimiliani eſſe reſtituendam ad poſſeſſionem Molendini, de quo agitur, quia ex depoſitionibus teſtium probatur eam olim poſſediſſe, & Illuſtrem Dominum
1 Henricum hodie poſſidere, nam notiſſimi iuris eſt ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum, nullaque exceptione poteſt repelli, cap. reintegrandæ, 3. q. 1. cap. in litteris, de cauſ. poſſ. & prop. cap. ſæpe de reſt. ſpol. cum pluribus concord.
2 Non obſtat, quod actio ſpolij ex ſtatuto Vrbis lib. 1. c. 160. vltra annos triginta non detur, quia primo fuit reſponſum, quod ſtatuta Vrbis locum non habent in ijs locis diſtrictus, in quibus extant ſtatuta particularia de eiuſdem cau ſis, & caſibus diſponentia, vt fel. recor. Gregorius XIII. in confirmatione eorundem ſtatutorum Vrbis ſpecialiter expreſſit, At. in Caſtro Stimiliani extat ſtatutum lib. 3. cap. 5. de reſtit ſpoliat. quod ſimpliciter, & abſolutè diſponit ſpoliatū eſſe reſtituendum ſola facti veritate inſpecta, & iuris diſpoſitione, vnde etiam ſi Dominus Henricus per annos triginta, & multo plures poſſedit, nihilominus Com
3 munitas debet reſtitui quia ex iuris com munis diſpoſitione ſecundum opinionē in hoc ſacro Auditorio receptam actio ſpolij nullo vmquā tempore, etiam ſi eſſet lapſum ſpatium centum annorum, & amplius præſcribitur Caſſad. deciſione ſexta de reſtitutione ſpoliatorum. Sarnen. in regul. de triennal. quæſtione vndecima, ad finem, ſub numero ſeptimo, ſed iſtis non obſtant. Mohedan. deciſione 342. alias decima octaua de reſtitutione ſpoliatorum. Put. deciſione 115. libro primo.
4 Secundo, fuit etiam reſponſum, quod cum ſtatuta Vrbis condita fuerint anno 1581. nec eo tempore eſſet completa præſcriptio triginta annorum, illud ſtatutum intelligitur de præſcriptione quę in-
5 cipiet poſt ipſum ſtatutum, quia natura legis eſt futuris dare formam negotijs, capitulo vltimo, de conſtit. & l. leges, la ſeconda, C. de leg. & ita in ſpetie tradit Bart. in l. omnes populi, num. 46. & ſequitur Caccialup. num. 82. alias ſecundum aliam impreſſionem numero 153. & Crot. num. 79. alias 141. verſic. quinta concluſio, de iuſt. & iur. & Felin. in dicto capitulo vltimo in 6. fall. num. 26. verſ. & ex fallentia, de conſtitutio.
6 Neque etiam obſtat, quod dicitur Communitatem ex ſuo conſenſu per donationem factam bo. me. Franciſco Vrſino poſſeſſionem amiſiſſe, quia hęc donatio non exhibitur, nec præſumitur, l. cum de indebito, ff. de. probat. cum alijs adductis ab Alexand. conſil. 114. nu. 4. libro tertio, & Dec. conſil. 177. num. 1. Imo magis præſumitur actus inualidus, quam donatio. Aret. in l. à Titio nu. tertio, de verborum obligatione, Natt. quo alios etiam refert conſilio 103. numero quinto.
7 Neque etiam obſtat, quod Communitas videatur poſſeſſionem Domini Hērici approbaſſe, ex eo quod homines illius Caſtri per annos 38. ſemper ad illud molendinum acceſſerint, & molituram ſoluerint, quia tanquam ſinguli, non tanquam vniuerſi acceſſerunt, neque poſſeſſio vniuerſitatis intelligitur poſſeſſio ſingulorum, l. 1. §. municipes, & ibi Doct. ff. de acquirenda poſſeſſione, & l. ſicut, §. ſi quid vniuerſitati, ff. quod
8 cuiuſcumq. vniuerſitat. Et ſicut ex actibus ſingulorum vniuerſitati non acquiritur poſſeſſio. Bald. conſil. 438. num. 1. in fin. & ſecundo libro primo, Corn. conſil. 299. num. 7. lib. 1. & conſil. 46. num. 11. & ſeq. lib. 3. Pariſ. conſ. 104. num. 132. lib. 1. Put. deciſ. 26. lib. 2.

Ita etiam ex actibus particularium, nō intelligitur amiſſa poſſeſſio vniuerſitatis l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſ. & pariter non poteſt etiam intelligi renunciatum actioni ſpolij, quæ competit ipſi vniuerſitati ad recuperandam poſſeſſionem

Digitized by Google

ſionem, quia aliud eſt vniuerſitas, aliud ſunt ſinguli de vniuerſitate, l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. & l. ſed ſi hoc §. qui manumittitur, ff. ſi quis in ius voc. & d. l. ſicut, §. 1. ff. quod cuiuſq. vniuerſi.

10 Neque etiam, ex ſcientia, & patientia vniuerſitatis, ſeu adminiſtratorum actio ſpolij intelligitur ſublata, quia nullo tempore præſcribitur, vt dictum eſt.

Accedit etiam quod cum ex potentia Domini Henrici, qui metum eis ſolitus eſt incutere, vt teſtes deponunt, multo minus ipſa Communitas ab actione ſibi competenti ad recuperandam poſſeſsionem intelligitur excluſa, l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, cum l. ſequen. de acquirenda poſſeſsione, Bald. in l. ſi quis in tantam, numero 19. & 20. C. vnde vi.

ALDOBRANDINO

poſtea Clemente Octauo

ſanctæ memoriæ.

ROMANA HAEREDITATIS

de Comitibus.

Lunæ 25. Iunij 1576.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem reſtituendam fore tacite Rota in ſententia pronunciat.*

2 *Petitorij ſuſpenſio non operatur, quin in poſſeſſorio neceſſaria deduci poſſint.*

3 *Sententia lata in petitorio, habet poſſeſſorium in ventre.*

4 *Appellatione à negocio principali prohibita prohibetur ab eo, ex quo ad principale deuenitur.*

Domini tenuerunt per ſententiam Rotalem tacite fuiſſe pronunciatum hereditatem eſſe reſtituendam; cum enim iudex non poſſit valide pronunciare reſtituendam poſſeſſionem rerum hereditariarum, quin pronunciaret reſtituendam hereditatem, in neceſſariam antecedentiam cenſetur pronunciaſſe tacitè hereditatem reſtituendam, l. illud, ff. de acquirenda hereditate, l. prima. C. de ord. cognit. Paulus de Caſtr. conſil. 85. ſub num. 2. lib. 2. Art. conſil. 155. num. 6. Rimin. in l. poſtquam lite, colum. vlt. verſ. in glo. 1. C. de pact. Aym. conſil. 76. num. 4. & conſ. 174. num. 2. & de antiquit. temp. in 4. par. nu. 32. cum alijs allegatis.

2 Nec obſtat ſuſpenſio petitorij, quia vltra quod intelligitur in fauorem ſuſpendentis, vt non impediatur, quin ſuſpendens ab ea recedere poſſit; talis ſuſpenſio non impedit etiam, quin deduci poſſint, & quæ ſunt neceſſaria pro obtinendo in iudicio poſſeſſorio, & propterea quis etiam ſuſpenſo petitorio in cauſa beneficiali, poteſt producere titulũ ad effectum poſſeſſorij, vt per informantes, tacitè enim dicitur pronunciatum ſuper hoc petitorio, tantummodo ad effectum poſſeſſorij. Dec. in l. 1. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. num. ſexto, ver. & hoc verum intellige, & conſilio 28. numero ſecundo, Paulus de Caſtr. conſilio 43. columna fin. verſic. ergo in caſu noſtro, libro primo.

3 Et cum ſententia Auditoris Cameræ ſit lata in petitorio, quod habet in ventre poſſeſſorium, ſequitur ſecundum Dominos, quod effectualiter in poſſeſſorio ſit conformis cum ſententia rotali. Sententiæ enim in ea parte in qua ſunt conformes exequutioni demandantur quoties ſunt tot, quæ exequutionem merentur, licet vna plus, quam alia contineat, Aym. poſt Paul. & Alexander conſilio 183. numero ſecundo, quam opinionem etiam ſolita eſt ſequi Rota.

4 Fuit etiam dictum, quod ſi non eſſent conformes, tamen ſi vigore Aegidianæ eſt prohibita appellatio à ſententijs latis in iſtis iudicijs poſſeſſorijs, videtur etiam prohibita ab omni eo per quod peruenitur ad dictam ſententiã, & dũmodo cauſam principalẽ attingat. Bal. in l. vnica, num. 4. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appellat. & licet Salicet. ibi numero quarto reprobet applicationem Baldi, non tamen reprobat ipſam rationem, immo eam ſequitur. Vnde conſequenter dicitur etiam prohibita appellatio ab iſta pronunciatione, ſine qua non

poteſt deuenire ad condemnationem in iſto iudicio poſſeſſorio, cum ad cauſam attingat.

Non obſtat, quod non fuerit petitum pronunciari ſuper reſtitutione hæreditatis, quia ea quæ dicuntur de ſententia, dicuntur etiã de petitione qui enim petit pronunciari demũtẽdam ſibi eſſe poſſeſſionẽ rerum hereditariarum per fidecom miſſum relictarum, in neceſſarium antece dens videtur petere etiam ſibi hereditatem prædictam reſtitui. Caſtr. d. conſil. 85. num. 2. lib. 2.

R. P. D. ALDOBRANDINO
poſtea Clem. 8. Sanctæ mem.

Num. XXXIII.

ROMANA HEREDITATIS
de Comitibus.

Die 21. Iunij 1577.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus ſeruatur in omnibus curijs.*
2 *Statuta Vrbis ligant clericos, quia Papalia.*
3 *Confirmatio non extendit Statuta.*

DOmini concluſerunt ſtatutum de duabus conformibus habere locũ
1 in caſu de quo agitur, quia ex illius lectura apparet non eſſe reſtrictum ad forum Capitolinum, cum in eo Clarius ver bis diſponatur, quod ſeruetur in omnibus Curijs, & ſic etiam apud nos, vt fuit reſolutum in vna Romana Domus coram R.P.D. Binario, Nec obſtat, quod quod Illuſtr. & R.D. Abbas vti Clericus illi non ſubijciatur, quia eſt etiam reſolu-
2 tum coram R.P.D. Robuſterio, Quod ſtatuta Vrbis comprehendũt Clericos, quia ſicut ſtatuta Papalia, & quamuis informantes pro D. Abbate, voluerint conſtituere differentiam inter ſtatuta quatuor librorum præcedentium, quæ admittunt poſſe dici Papalia, ex quo condita fuerũt à Deputatis, à Papa, & nouas reformationes, quæ non poſſunt dici Papales, quia conditi fuerunt à perſonis, deputatis à Populo, & ſimpliciter fuerunt con-
3 firmatæ à Leone Decimo, quæ confirmatio non extendet ſtatuta ex allegatis in tali differentia Dominis non placuit, quia Leo ante cõfirmationem deputauit duos Cardinales Iacobatium, & Sanctorum quatuor Coronatorum, qui præfatas nouas reformationes viderent, & exa minarent, & ſic adfuerant etiam deputati à Papa, quia omnia noſtra facimus quibus auctoritate impartimur, ac à Papa deinde ipſas confirmauit, & iuſſit obſeruari vbique in Vrbe, & eius diſtrictu ſicut obſeruantur alia ſtatuta, & cetera.

R. P. D. PENIAE.

Num. XXXIV.

PANORMITANA
Archidiaconatus.
Die 16. Octobris 1592.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium ceſſat, plena non purgatis attentatis.*
2 *Mandatum de manutenendo non ſuſpendit, quo minus ad vlteriora procedatur.*
3 *Retinendæ remedium intentans, an poſſit recuperandæ, vel attentatorum remedium intentare.*
4 *Depoſitum vnius iulij, cum obligatione reſidui facta liquidatione, non ſufficit in ſpolio.*
Ideo tenetur vſque ad obolum illum purgare, & num. v.
Maximè in iudicio attentatorum, & num. v i.
7 *Deciſio Mohedani c c c x i. non ſeruatur per Rotam.*
8 *Rota de bono iure videre ſolet, dum tractatur de reuocatione attentatorum.*

PRetendebat Limbrunetta non eſſe impediendum proceſſum ad vlteriora, licet non reſtituiſſet fructus Archidiaconatus, quos ſaltim in genere percepiſſe conſtabat, tum quia non erant liquidati, & ipſe offerebat depoſitum vnius Iulij, cum oblatione de

de reſtituendo, quando forent liquidati, Tum ex alijs mox ſuo ordine diluendis, & propterea recedendum à reſolutis die 22. Maij proxime præteriti, cauſa propoſita ſuper eiuſdem Domini cenſuerunt

1 ſtandum in deciſis. Nec ad vlteriorem proceſſum in negocio principali petitorij poſſe procedi ante plenariam purgationem attentatorum, Rota deciſ. 15. de appellat. in nou. Puteus deciſione 51. libro tertio, quod procedit etiam quo ad fructus, & expenſas. Veral. deciſ. 33. in manuſcript.

2 Quibus non refragabatur, quod Pellicanus obtinuerat mandatum de manutenendo, quòd non ſuſpendir, quo minus ad vlteriora procedi poſſit, vt videtur indicare in illa Zamorenſis Spolij de Toro die decima Maij 1574. coram Domino Cæſare de Graſſis, quia licet id poſſet habere locum in ſimplici interdicto retinendæ, non poterat applicari ad caſum propoſitum, in quo præter illud interdictum aderat etiam remedium attentatorum pro fructibus lite pendente perceptis.

Nec illa regula, quod mandatum de manutenendo non ſuſpendat iudicium ad vlteriora videbatur DD. ſatis firmat, cum contrarium profiterentur, Bart. Iaſ. & alij in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſione præſertim cum alias Rota de ea re non ſatis conuenerit, vt apparet ex deciſione Verall. 324. par. 2. in impreſſ.

3 Quod ſemel intentans remedium retinendæ non poſſet intentare remedium recuperandæ, vel attentatorum Domini non putauerunt admittendum; contrarium enim fieri poteſt, & præſertim ſucceſſiue, & ſuper diuerſis rebus Affict. deciſione 156. quę loquitur in attentatis, & agebatur, interdicto retinendæ Mohed. deciſione 174. incipiente in eadem cauſa, alias eſt vndecima, titulo de cauſa poſſ. & propriet.

4 Oblatio de reſtituendo cum fructus forent liquidati, cum depoſito vnius Iulij eo nomine non videbatur ſufficere, quia in primis, & ante omnia erat facienda liquidatio, & fructuum reſtitutio, Verall. deciſione 224. lib. 1. in manuſcript. idem deciſione 270. num. 5. par. 2. in impreſſ. & deciſione 150. numero ſeptimo, vbi loquitur in attentatis, & ſpolio dicens, quod in iſtis iudicijs priuilegiatis, Rota ſeruat Doctr. Bald. in cap. conquerente, numero primo de reſtitutione ſpoliatorum, quem ſequitur etiam Decius in l. & ira, numero 94. C. de eden. vbi ſi vnus nummus deficeret, non teneretur ſpoliatus ſuper alijs reſpondere.

5 Et in hanc ſententiam reperiebantur multæ Rotales deciſiones inter ſe conformes, nempe Verall. deciſione 270. numero quarto, parte ſecunda, vbi firmat, in ſpolio non ſufficere oblationem, ſed ſpoliatorem teneri ad purgandum ſpoliũ vſque ad obolum item eiuſdem deciſione 224. libro primo in manuſcriptis, vbi concludit in ſpolio, & attentatis non admitti depoſitum, & Paleott. deciſione 369. quæ loquitur de attentatis, & Peregr. deciſione 249. incipiente in cauſa Toletana, libro ſecundo, vbi in cauſa ſpolij non profuit depoſitum vnius iulij, & ideo fuit ſuperſeſſum, donec fructus eſſent in partibus liquidati, & ſoluti. Item deciſione Pur. 143. incipiente in vna Ouetenſis, qui loquitur in ſpolio.

6 Quod multo magis procedere dicebant Domini in iudicio attentatorum, tum quia hoc iudicium ſuſpendit omne aliud iudicium, etiam ſpolij, capitulo non ſolum in fin. de appell. lib. 6. Rota deciſione prima, de ord. cognit. in antiq. Verall. deciſione 231. incipiente ſententia lata lib. 1. in manuſcript. Tum quia videtur magis priuilegiatum, quem remedium ſpolij Franc. in cap. conſuluit el 2. num. 8. & in cap. bonæ num. 13. & ſeq. de appell. Rot. deciſ. 2. alias 14. incipiente fuit dubitatum num. 3. de reſtit. ſpol. in nou. Dec. in cap. ex parte el ſecondo numero 22. verſ. quarta concluſ. de reſcrip. idem conſil. 200. incipiente in caſu propoſito, num. 2. verſ. & quod plus.

Deciſionem Mohed. 311. incipiente inter Cruciferos, vbi dicitur condemnatum ſuper ſpolio, ſeu attentatis poſſe procedere in negotio principali petitorij facto depoſito in euentum liquidationis fructuum, Domini dixerunt non ſeruari in Rota, vt fuit declaratum in illa

Digitized by Google

Regien. bonorũ die 17. Maij 1529. coram Sanctiſſimo D. N. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore, quæ cum loquatur in ſpolio, multo magis locum habebit in attentatis, magis priuilegiatis, vt paulò antea patuit.

8 Nec autem quę de attentatorum reuocatione firmabantur, in quouis etiam ſpolio, ſiue ſimplici, ſiue attentato locum habere Domini cenſuerunt in odium attentantium, & ſpoliantium, quamuis multi ſint caſus, in quibus ommiſſa attentatorum reuocatione Rota conſulto ſolet videre de bono iure ſuper negocio principali.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Num. XXXV.

HISPALENSIS BENEFICII

Veneris 24. Februarij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito breui intelligitur etiam quo ad fructus.*
2 *Offerre non ſufficit, ſtante clauſula parito breui.*
3 *Oblatio in attentatis, vel ſpolio purgando, ſat eſt, & quare, ibi.*
4 *Fructus volens ad vlteriora procedere, liquidare debet.*
Et terminus eſt præfigendus, ibi.

1 FVit concluſum non conſtare de paritione ad effectum, vt procedi poſſit in cauſa, ſtante clauſula parito breui, &c. Quamuis enim pro parte Ioannis prætendatur paritum reſpectu dimiſſionis poſſeſsionis tamen reſpectu fructuum apparet clare de non paritione. Oblatio enim
2 hoc caſu non ſufficit, debet enim cum effectu fructus reſtituere, vt tollatur ſuſpenſio iuriſdictionis, quod autem dicitur ex deciſione allegata. Sarnen. 15. lib. 1. Antonij Aug. 5. de fruct. in repert.
3 procedit in alijs terminis, puta vbi agitur de purgatione ſpolij, vel attentatorum, quo caſu ſufficit oblatio, vt per Mohed. 311. incip. Cruciferorum fratrum. Ratio differentię illo caſu eſt, quia iuriſdictio non eſt conditionalis quemadmodum in caſu noſtro, & practica Rotæ eſt, vel q
4 petens procedi ad vlteriora liquidet ipſe fructus, vel impetretur commiſſio, quod præfigatur aduerſario terminum ad liquidandum, quo elapſo procedatur in negotio principali, quia fortaſſe concederetur, vbi conſtaret de calumnia liquidare negligentis. Præterea oblatio non eſt pura, neque talis, quæ etiam ſibi admittatur, num. 1. C. de litigioſis.

R. P. D. IVSTO.

Num. XXXVI.

CAMERINENSIS SPOLII,

28. Nouembris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non probatur ex enunciatione notarij, ſed effectualis requiritur.*
2 *Subhaſtatio facta non præſente pecunia, eſt nulla.*

NOn dubitatum amplius de probatione primi extremi, quia teſtes examinati cum remiſſoria ad partes id plene probant. Idcirco Domini cenſuerunt intrare ſpolium ex ſequentibus, omiſſis alijs, quę deducebantur.

1 Primo ex defectu citationis Cæſaris, quia enunciatiua Notarij de citatione non probat citationem, ſed requiritur actus citationis, vt ſæpe dictum fuit; Ex quo defectu, cum reſultet nullitas, intrat ſpolium, cap. conquerente, de reſtitutione ſpol. vbi Abbas, & alij. Oldrad. conſil. 227. in princip. Ang. conſil. 24. num. 4. Felin. in cap. dilectus il primo, num. 1. verſ. & ideo dicit Hoſtien. cum num. ſeq. de reſcript.

Secundo, propter exceſſum, ex quo ſæpe dicit Rota reſultare ſpolium, vt coram me in Romana ſpolij bonorum 21. Febr. 1600.

2 Nec obſtat deciſio Capic. 51. num. 6. 7. quia procedit quando debitor volens euitare exequutionem ſoluit ſua ſponte.

Tertio, quia ſubhaſtatio non fuit facta præſenti pecunia, Rota coram Sanctiſſimo

mo Domino noſtro, in Tiburtina Caſtri Sambuci 27. Ianuarij 1578. & coram Domino meo Ludouiſio in Romana Viparum 20. Aprilis 1601.

Ex quibus ita fuit reſolutum.

R. P. D. SACRATO.

Num. XXXVII.

ANCONITANA SPOLII.

Merc. 9. Iun. 1610.

SVMMARIVM.

1 *Iudex iniuſte procedendo, cenſetur tanquam priuatus procedere.*

2 *Iudicis aſſertioni de his, quæ in actis non ſunt, non creditur.*

RESolutum fuit Iacobum eſſe reſtituendum, quia ex deciſionibus in hac cauſa factis apparet mandatum contra Iacobum relaxatum, cum omni-
1 bus inde ſequutis fuiſſe nullum, & iniuſtum. Vnde Iudex taliter procedendo videtur feciſſe loco priuati, Card. in Clem. 1. §. fin. de Celebr. Miſſarum. Felin. in cap. Eccleſia ſanctę Mariæ, num. 30. de Conſtit. & inde ſpoliaſſe, cap. conquærente, de reſtit. ſpol. Oldrad. conſil. 227. Fel. in cap. dilectus, il primo, num. 1. verſ. Fallit ſecundo, de reſcript. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 59. ff. de acquirenda poſſeſſione, & conſequenter cõpetit reſtitutio; ſicut competeret ſpoliato à quocunque priuato, Felin. in dicto capitulo Eccleſia ſanctę Mariæ, num. 3. & in ſpecie fuit deciſum in cauſa Romana ſpolij 21. Februarij 1600. coram bo. me. Iuſto, vbi etiam fuit dictum concluſionẽ habere locum, nedum quãdo exequutio eſt facta pro ſumma totaliter indebita, verum etiam quando exceſſum eſt in aliqua parte per doctrinam Bar. in l. Iulianus, §. prętor ait, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur, Ruin. conſil. 160. num. 26. volum. 2. concord. idem Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi certum, ff. de condict. & demonſtr. Put. deciſione 323. lib. 1. Capic. deciſione 51.

Non obſtat, quod in iuſtitia reſpectu exceſſus minime debeat nocere illi, qui bona ſubhaſtata emit bona fide, vnde ad ſummum remaneat tantum Iacobo actio ad pretium. Bald. in auth. & quiſſietat, num. 47. verſ. ſed quid ſi fuit proceſſum, C. de bon. auth. iud. poſſid. Vincen. de Franc. deciſ. 180. nu. 8. Quia illa iura procedunt, quando legitimæ fuit deuentum ad exequutionem, prout quando fuit facta exequutio pro vſuris iuramento promisſis, vt in caſu, Bald. vel quando non dabatur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, vt in caſu, Vinc. de Franch. Secus videtur dicendum, quando iudex minus legitimè proceſſit, quia tunc ille tertius videtur habuiſſe à priuato, per iura ſuperius allegata facit gloſſ. in cap. nõ ſolum verb. reducendum, de appell. Afflict. dec. 354. nu. 21. Cæſ. de Graſ. deciſ. 6. num. 9. de cauſ. poſſ. & propriet. vbi dicitur ad effectum nullitatis actus illum attentare, qui habet cauſam à Iudice attentante etiam ſi ſit tertius, qui regulariter non attentat.

Minus facit, quod Iacobus mediante perſona ſui Curatoris conſenſerit ſubhaſtationi, vnde non competat ſibi reſtitutio, prout in ſpecie de poſſeſſione tranſacta ex cõſenſu Curatoris, eſt deciſio in cauſa Bononienſis terrarum coram Cantuccio, relata inter diuer. impreſſ. deciſ. 93. par. 1. Quia omiſſo, an illa ſit deciſio, vel potius diſcurſus, fuit reſponſum.

2 Primo, dictum conſenſum non probari aliunde, quam ex aſſertione iudicis, cui non creditur extra ea, quæ ſunt in actis, capitulo quoniam contra, vbi Anchar. Imol. Abb. & alij, in ſummario hoc notant, de prob. gloſſ. in capitulo cum à nobis verb. vnius, & etiam Abb. num. 2. & alij, de teſt.

Secundo, quod illa deciſio loquitur in Tutore, vel Curatore, qui habet adminiſtrationem bonorum, vnde nimirum ſi poſſunt transferre poſſeſſionem, vt conſiderat dicta deciſio ſub num. 13. Secus in propoſito caſu, vbi Curator erat tantum deputatus ad lites propterea non dicebatur habere ad miniſtrationem bonorum. Put. dec. 130. num. 3. lib. 3.

ILLV-

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.
Num. XXXVIII.

ROMANA PRETII FIANI.
Lunæ 14. Iunij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Læſio vt probetur in venditione, periti eligi poſſunt.*

2 *Læſio probatur optime experitorum relatione.*

3 *Periti, vt valide procedant, in relatione, quid agere debeant.*
Iurare in relatione, ibi.
Non fundari relationē ſuper locationibus, quia valorem non probant, ibi.
Iudicialiter ab ipſis partibus eligendi, ibi.

4 *Periti noui quando ſint eligendi.*

5 *Peritorum ſententia per alios peritos retractatur peritiores.*

6 *Periti noui ſuper non tractatis ab alijs peritis eligi poſſunt.*

CVm Domini de Vrſinis prætenden
tes læſionem in venditione Caſtri
Fiani ſuper ea iudicium intentauerint, &
velint intentionem ipſorum probare per
omnem genus probationis, & omni me-
liori via, qua poſſunt, Domini dixerunt
non eſſe denegandam electionem perito
1 rum, & agrimenſorum ad iſtum effe-
ctum, ad quem optimum eſt adhibere iu-
2 dicium peritorum & æſtimatorum cum
iſte modus probandi valorem per peri-
tos ſit à iure approbatus, l. hac ędictali,
§. his illud. C. de ſec. nup. Bar. in l. Teo-
pompus de dot. præleg. idem Bart. &
alij in l. 2. C. de reſc. ven. cum alleg. ibid.
per Cagnol. qui de commu. teſtatur, n.
258. fuit reſolutum in cauſa Romana
Palatij de Incoronatis 11. Maij 1584. co-
ram bo. mem. Card. Seraphino.
3 Neque obſtare, quod alias fuerint ele-
cti periti, qui ęſtimauerunt, & retulerunt,
nam contra iſtorum æſtimationem, & re
lationem multa opponuntur, præſertim,
quod non iurarunt. Felin. in cap. propo-
ſuiſti, num. 9. de probat. quod in æſti-
mando fundarunt ſe in locationibus, quę
non probant valorem, Ruin. conſil. 36.
num. 35. volum. 1. quod non fuerunt iu
dicialiter electi, nec ab ipſis partibus, ſed
ab Illuſtriſſimo Cardinali Farneſio, &
4 alias, cum tamen Vrſini prætendant gra-
uamen, & læſionem in hac æſtimatione,
ſicuti in hoc non tollitur quin poſſit dari
de læſione in valore æſtimato, ita nec im
5 pedit probationem fieri per alios peri-
tos, quia peritorum iudicium poteſt per
peritiorum ſententiam retractari. Io. de
Amic. conſil. 102. num. 15. & ſeq. Ri-
minal. iun. conſil. 212. num. 12. & ſeq.
lib. 2. & conſil. 335. num. 3. lib. 3. & tra-
dunt, Bart. in l. 1. §. ideo autem, num. 2.
ff. ſi menſur. falſ. mod. dic Iaſ. in §. qui-
dam, num. 82. Inſtit. de action. Hiero.
de monte in tract. de finib. Reg. n. 10. Et
hinc ſententia ex peritorum cōſilio lata,
poteſt ſemper ex magis peritorum con-
ſilio reuocari, Felin. qui de com. in dicto
capitulo propoſuiſti, num. 10. de probat.
& ibi Dec. num. 48. Rom. conſil. 228. nu.
16. Cremen. in l. 2. num. 299. C. de re-
ſcind. vend. Io. de Amic. & Riminal. vbi
ſupra, Bero. conſil. 89. num. 25. libro
primo.

Neque obſtare, quod per deputatio-
nem primorum peritorum fuerint ſecun
do loco deputati Vitelleſcus, & Albertus,
qui ſecundam relationem fecerunt ita vt
nō ſit locus vlteriori deputationi ad eui-
tandum proceſſum in infinitum, l. item ſi
vnus, §. Celſus quoque, ff. de recept.
arbitr. & tradit Felin. in dicto capitulo
propoſuiſti, nu. 11. Mandell. conſil. 157.
num. 25. volum. 1. Rimin. iun. in dicto
conſil. 212. nu. 21. & dicto conſilio. 335.
nu. ſexto, cum alijs alleg. nam omiſſo,
6 quod militent omnia ſupra ponderata,
periti ſecundo electi non fuerunt adhi-
biti circa ea, quæ æſtimarunt primi, ſed
retulerunt ſuper capite diuerſo, nempe
ſuper qualitate bonorum allodialium,
vel feudalium, cum tamen primi depu-
tati fuerint quo ad declarationem, & li-
quidationem quantitatis reddituum Ca
ſtri quodque adeſt propterea vnica
tantum deputatio, & relatio peritorum,
reſpectu quorum Vrſini deducunt læ-
ſionem, de qua etiam datur fumus pręci-
puè ex æſtimatione totius paſculi ad ra-
tionem ſcutorum 240. pro quolibet an-
no, cum tamen pro vno anno appareat
herbas fuiſſe venditas pro ſcutis 2040.

quæ

quæ vti redditus iuriſdictionales æſtimatæ ad rationem ſcutorum duorum, cum dimidio pro centenario, ſicut æſtimatunt periti, valde augerent valorem Caſtri, licet autem augumentum hoc proceſſerit ex victoria litis, tamen non proceſſit ex nouo iure emptoris, ſed ex antiquo venditoribus competente de quo ita litigioſe, & habito reſpectu ad dubium litis euentum, & ad expenſas in lite faciendas erat habenda ratio per peritos, & ita deciſum, &c.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Num. XXXIX.

ROMANA PRETII FIANI.
Lunæ 15. Nouembris 1610.

SVMMARIVM.

1 *Læſio per omne genus probationis probari poteſt.*

2 *Periti noui non obſtante aliorum electiones poſſunt eligi.*

1 DOmini perſtiterunt indiuiſis, nam ſicut Domini de Vrſinis non poſſunt impediri, quin in iudicio ab ipſis intentato deducant læſionem, ita neque debet denegari facultas illam probandi per omne genus probationis, & in ſpecie per electionem peritorũ, alias præcluderetur eis via probandi, & ſic etiam
2 repellerentur à limine iudicij, Quod procedere debet non obſtante priori peritorum electione, quę non tollit, quin poſſit deueniri ad aliorum electionem cum illi potuerint decipi, Abb. in cap. cauſam colum. 2. circa med. vet. vel nota ſic de prob. & fuit in alia deciſione deductum maximè, quia ſecundi periti non retulerunt ſuper omnibus, ſuper quibus retulerunt primi, & quia non poteſt affirmari, quod primi fuerint in omnibus conformes, nec non quia Dominis videbatur dari aliquis fumus læſionis ſufficiens ad hunc effectum quicquid dicendum eſſet ad effectum obtinendi in cauſa.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO

Num. XL.

ROMANA PRETII
Caſtri Fiani.
Lunæ 13. Iunij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Peritis diſcordibus, tertius elegitur.*

2 *Peritis diſcordibus, niſi tertius eligatur, non datur perfecta extimatio.*

3 *Peritus in hac cauſa graui retulere debebat conſulto Rotæ Auditore.*

CVm Domini de Vrſinis fuerint admiſſi ad probandam læſionem ab ipſis allegatam per omne genus probationis etiam per viam petitorum ex deductis in alijs deciſionibus, & cum periti
1 electi vnus pro parte non fuerint concordes in illorum diſcordia eſt deputandus tertius, Bald. in l. hac ædictali, §. his illud, num. 3. & ibi Salic. num. 10. C. de ſec. nupt. Menoch. de adipiſc. remed. v. num. 168. Qui poſt moram partium à iudice eſt eligendus, Bald. vbi ſupra Gabr. conſil. 168. num. 100. quęſt. 8. lib. 5. vt poſſit pars viam probandi electam, & à Rota admiſſam, vſque ad finem proſequi.
2 Non obſtat, quod peritus Illuſtriſsimi Cardinalis concordis ſit cũ alijs peritis, quia ex eiſdem rationibus, quibus Rota cenſuit relationes priorum peritorum ab Illuſtriſsimo Cardinali Farneſio deputatorum non impedire deputationem aliorum reſultat, quod non debeat impediri electio tertij, alias cum iſtis ſolis duobus vltimo loco electis non poſſet dari perfecta æſtimatio prout dicta vltima deputatio non fuiſſet aliquid pro futura ſtante illorum diſcordia.
3 Sed nihilominus cum negociũ ſit graue, ac diſcordia inter peritos ſit magna, & cum adſint aliæ pręcedentes relationes qualeſcumque illæ ſint, voluit Rota, quod iſte tertius eligendus conſulat ponentem antequam faciat relationem, & quod eius relationis ratio habeatur arbitrio Rotæ, vt quantum fieri poſſit caute, & iuridice in hoc negocio procedatur.

R.P.D.

R. P. D. CAVALERIO.

Num. XLI.

ROMANA DROGARIAE.

Lunę 12. Decembris 1611.

SVMMARIVM.

1 *Peritus poſt electionem de conſenſu factam vt ſuſpectus recuſetur, adeſſe legitima cauſa debent, & quare.*

2 *Iudex poſt conſenſum ſuſpectus non poteſt recuſari niſi noua ſuperueniat cauſa.*

3 *Amplia etiam in notario, & ſimilibus.*

1 DOmini non cenſuerunt conſtare de ſufficienti cauſa recuſationis periti, ad effectum vt non deberet referre. Fuit enim hic peritus ab initio nō ſolum electus de partium conſenſu, ſed etiam in compromiſſo poſtea facto, fuit ratificata eius electio cū pacto expreſſo, quod etiam expirato compromiſſo ipſe remaneret peritus, & poſſet facere relationē. Vnde poſt longum tempus elapſum, & poſt multos labores cum negocium eſſet in calculo faciendæ relationis, non videbatur Dominis adeſſe tam magna cauſa, quod propterea deberet eius expeditio retardari, vt in Papienſi bonorum 27. Nouembris 1577. coram bo. mem. Card. Lancellotto. & ſtante conſenſu, & appro

2 batione partium ab initio, Regula eſt, quod non poteſt iudex ſuſpectus allegari niſi noua cauſa ſuſpicionis probetur ſuperueniſſe ad deducta per Caſtren. conſ. 442. num. 4. lib. 2. Bero. in cap. quoniam contra, num. 154. verſ. ſed arbitrator deprobat Felin. in cap. inter monaſterium, num. 4. de re iudic. Caputaq. deciſ. 391.

3 num. 2. par. 2. Quam regulam dicunt Doctores procedere etiam in notario, & ſimilibus non habentibus iuriſdictionem, ſed nudum, & ſimplex miniſterium, qualis eſt hic peritus, de quo agitur. Bal. in l. 2. num. 9. verſ. item in tabellione, C. quomodo, & quando Iudex. Felin. in d. cap. quoniam contra, num. 4. verſ. & idē de notario, & nuncio, vbi etiam Dec. num. 45. & propterea cauſæ ſuſpicionis allegatę non viſæ fuerunt tales, quæ poſſent retardare relationem faciendam, quia ab initio vigebant, nam quod Dominus Ioannes Baptiſta Buccettus peritus ſit eiuſdem patriæ cum Alexandro Pacino hoc erat ante electionem, & veriſimiliter partibus notum, quod eſſent inter ſe valde amici non iuſtificatur, & fides, quæ dabantur, præterquam quod non faciunt fidem concludunt tantummodo aſſiduam conuerſationem, quæ facile potuit cauſari propter negocium cōputorum cuius cauſa Pacinus ſæpe cum illo cogebatur eſſe vt informaret.

Quod Pacinus in compromiſſo elegiſſet arbitrum pro parte ſua Dominum Buccettum minus iuſtificabatur, quia ex lectura compromiſſi apparet fuiſſe factum indiſtincte abſque expreſſione, quod vnus potius, quam alter, ab vna, vel altera parte nominaretur.

Sed eſto etiam quod fuiſſet electus, & nominatus arbiter pro parte Pacini ceſſabat omnis difficultas ſtante conſenſu expreſſo Dominę Lucretiæ quod non obſtante tali electione etiam expirato compromiſſo, & in euentum diſcordię, poſſet referre.

Tandem ad allegatam cauſam ſuſpicionis ex eo, quod Dominus Buccettus non obſtante recuſatione dederat relationem in manibus notarij, placebat reſponſio, quod dedit eam clauſam, quia erat receſſurus ab Vrbe, vt in eius abſentia poſſet haberi ad omne mandatum Rotæ, pro vt expreſſē proteſtatus eſt.

Alię cauſæ neque viſæ fuerunt releuantes ad hunc effectum impediendi relationem.

Quia tamen forſan potuiſſent releuare ad alium effectum, Domini concluſerunt, quod peritus faciat ſuam relationem ſaluis exceptionibus.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

Num. XLII.

CIVITATIS CASTELLI bonorum.

Veneris 21. Aprilis 1600.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Peritus electus qui acceptauit, cogitur ad referendum de iure.*

2 *Peritio acceptatio ex quibus iudicetur.*

1 CVm Dominus Marius alter ex peritis de conſenſu partium electus ad æſtimandum prædium, de quo agitur, acceptauerit onus declarandi pretium, Domini dixerunt illum eſse cogendum ad dandam æſtimationem, iuxta not. per glo. in l. fin. in ver. locum habere, & ibi Bald. num. 14. & communiter alij C. de contrah. empt. Imol. in cap. Quintauallis, ſub num. 38. verſ. & quia aſsumptum eſt, de iureiur.

2 De acceptatione autem ſatis conſtat ex eo, quod vt ipſe fatetur ſciuit ſe electum ad huiuſmodi electionem, & propterea acceſſit ad inſpiciendum locum ſeque de illius qualitate informauit, & ſecretum colloquium cum alio electo ad eundem effectum habuit; quidquid enim dicendum ſit, quando cum ſcientia, & taciturnitate non concurrit actus poſitiuus quando huiuſmodi actus interuenit, inducũt acceptationem electionis, Specul. tit. de arbitr. §. fin. num. 11. verſ. ſuſcepiſſe autem Iaſ. in l. quæ dotis, num. 99. verſ. limita iſtum caſum, ff. ſol. matr. Socin. conſil. 63. num. 1. verſ. ideo, lib. 4. Blanc. de compromiſ. q. 1. num. 36.

Neque obſtat, quod ad locum acceſſerit ad effectum ſe informandi, non autem vt vellet acceptare, quia vltra, quod id repugnat dicto teſtis, qui loquitur de acceſſione ad locum cum alio arbitrio, & quod ſimul ſecrete allocuti fuerunt, iſta informatio fuiſſet ſuperflua ſi onus acceptare noluiſſet.

Quæ tanto magis in præſenti caſu locum habere viſa ſunt, quia res non eſt integra, cum vltra partem pretij in ipſo inſtrumento conſignatam fuerit etiam ſoluta alia paga, prout fuerat cõuentum.

R. P. D. LITTA.
Num. XLIII.

ROMANA VINEAE
de Fabris.
24. Maij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legitime liquidati in ſpolio exequutione non caret.*

2 *Commiſſio ſecunda quando ex prima firmata ſit iuriſdictio, ſi citatione ad dicendum contra careat, non facit actum inualidum.*

3 *Clauſula conſtito, quod ſit locus Aegidiana, non habet alia citatione opus.*

4 *Reſtitutio eadem ratione ſit ad fructus, qua ad fundum.*

5 *Fructus ad venditorem pertinent, donec de pretio ſatisfactus fuerit.*

6 *Spolij exequutio non retardatur, niſi per notoria iniuſtitia ex eiſdem actis.*

7 *Venditio facta vt ſoluantur debita, eſt conditionalis.*

8 *Replicatione, ex qua reſultat nullitas tituli non probata, inducit ſpolium.*

FVit reſolutum eſſe procedendum ad vlteriorem exequutionem ad inſtantiam heredum q. Petri Fabri, quia cum ad eorum fauorem appareat lata ſententia reſtitutorin in ſpolio contra heredes de Luſar, & illa quo ad vineam fuerit exequutioni de mandata ſine præiudicio fructuum, & aliorum præfatis heredibus q. Petri debitorum iuxta tenorem dictæ ſententiæ merito nunc etiam quo ad fructus, & alia in quibus præfati heredes
1 Luſar fuere condemnati facta eorum legitima liquidatione exequi debet, tum quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, tum etiam quia parum pro fuiſset illis habere ſententiam fauorabilem in ſpolio, ſi modo illius exequutione plenaria carere deberet contra omnes iuris regulas diſponentes rem iudicatam frui debere exequutione parata, & ſpolium in primis, & ante omnia eſse purgandum vſque ad obolum.

Nec placuit Dominis allegata nullitas mandati relaxati in exequutionem dictæ ſententiæ per R. P.D. meum Pamphilium, ſub prætextu, quod proceſserit vigore commiſſionis impetratæ pro parte illorum de Fabris, non citatis ipſis heredibus de Luſar. ad dicendũ contra, &c.
2 &ſic adhuc nõ firmata iuriſdictione, &c. quia fuit reſponſum, quod illius iuriſdictio ſatis ſuperque fuit radicata in commiſ-

Digitized by Google

miſſione cauſę appellationis à dicta ſententia impetrata ab ipſiſmet heredibus de Luſar, circa quam cum non deficiat citatio ad dicendum contra iura, merito, reſpectu commiſſionis dependentis ex ea pro parte illorum de Fabris impetratæ.

3 Cum clauſula illa conſtito, quod ſi locus Aegidianę exequatur, non fuit neceſſaria alia citatio, ex alias deductis in vna Calaguritana ſpolij 5. Nouembris 1599. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

4 Sicut nec illud Dominis placuit, quod ſcilicet non ſit facienda reſtitutio fructuũ ipſis de Fabris, cum regulariter ad emptorem fundi ſpectent, & non ad venditorem, quia fuit reſponſum, quod qua ratione fuerunt reſtituti ad ipſam vineã, eadem ratione debet reſtitui quo ad fructus illius, qui tanquam acceſſorij rem ipſam ſequuntur, cap. acceſſorium, de reg. iur. in 6. Et quia ratione dominij dictæ vineæ non abdicati à venditore, immo expreſſe reſeruati, donec ſibi ſatisfa-

5 ctum fuerit de pretio, de quo minime ſatisfactus fuit, ad ipſum venditorem ſpectant, per tex. in §. qua ratione inſtit. de rerum diuiſione, in l. qua ratione, in princip. ff. de acquir. rer. dom. & not. in l. Henricus, ff. de euict.

6 Et ad illud, ſuper quo magis inſiſtebant informantes pro heredibus de Luſar, videlicet attentis deciſionibus in hac cauſa factis, tam coram nunc Reuerendiſſimo Peruſino, quam coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Pamphilio, fundãtur in notoria iniuſtitia ſententię Auditoris Camerę, latæ ad fauorem heredum de Luſar, in remedio, l. fi. C. de edic. Diu. Adr. Toll. de qua tamen notoria iniuſtitia prætenditur non conſtare ex eiuſdem actis, prout requiritur, Cora. conſil. 10. in princ. lib. 4. cum alijs allegatis, &c. Fuit reſponſum ex deductis in dictis deciſionibus ſatis, ſuperque de ea conſtare, ſi quidem, quia non poterant heredes de Luſar agere remedio, d.

7 l. fi. contra tertios poſſeſſores habentes cauſam ab ipſo teſtatore, mediante perſona illius exequutoris, l. pater ex prouincia, ff. de manum. vindict. & l. vnum ex familia, in princip. de leg. 2. & ſic contra exiſtentes in poſſeſſione dictæ vineæ iudicio ipſius met teſtatoris, vt paſſim concludunt ſcribentes in d. l. fin. & firmatum fuit in dictis deciſionibus.

8 Quibus non obſtat, quod facultas illa exequutoris vendendi vineam hanc pro ſoluendis debitis teſtatoris non eſſet pura, ſed conditionalis, vbi ſcilicet ex venditione vineæ portæ Salariæ præſentis, creditoribus ſatisfieri non potuiſset, quia vltra reſponſiones, de quibus in dictis deciſionibus, quæ validæ ſunt, fuit dictum, quod ex productione coram eodem Auditoris Cameræ facta inſtrumenti venditionis dictæ vineæ portæ Salariæ pro ſatiſfactione eiuſdem crediti Epiſcopi del Cuſcho ſcutorum 2800. ex cauſa mutui, iuncta notula aliorum debitorum dicti teſtatoris, de qua in teſtamento eiuſdem, ſimiliter in actis producto ſufficienter purificata fuit dicta conditio, ſtante quod omnia contenta in dicto inſtrumẽto venditionis vineæ portæ Salariæ, pręſumuntur vera, vt probat text. in l. cum precibus, C. de probat. cap. Abbate, de verb. ſignific. & not. Butr. in cap. cum Io. num. 29. verſ. vltimo, Innocen. de fid. inſtrument. & quod pro parte heredum Petri de Fabris fuit pro corroboratione tituli ſui coram Auditore Cameræ probatum, quod maior pars pretij venditionis vineæ facta q. Petro, fuit reuera conuerſa in ſolutionem debitorum dicti teſtatoris, pro quibus extinguendis narratur facta dicta venditio.

9 Et licet pro parte heredum de Luſar, tunc replicaretur venditionem illam vineæ portę Salarię non potuiſſe fieri ſtante quod Epiſcopus iam erat ſatisfactus de dicto mutuo, attamen cum huiuſmodi replicatio pro parte eorum non fuerit iuſtificata, & de veritate illius adhuc nõ conſtet, ſed lis etiam ſuper ea coram me pendeat inter dictos de Luſar, & heredes dicti Epiſcopi, ideo non verificata dicta replicatione ex qua reſultabat nullitas tituli dictorum de Fabris, & ſic acquiſitionis vineæ de qua agitur quæ eoſdem, vt dictum eſt legitimos contradictores in dicto iudicio faciebat non debuit Aud. Cam. nec potuit citra ſpolium eos priuare commodo dicti contractus, ac poſſeſſionis inde ſecutæ, iuribus vulgatis.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. LVDOVISIO.
Num. XLIV.

ANCONITANA BONORVM.
Lunæ 16. Februarij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Spolij extremum primum probatur ex monitorio tranſmiſſo ad dimittendam poſſeſſionem.*
Et ex quibus aliis probetur. ibi.
2 *Spolii extremum ſecundum ex rectoris Eccleſia reintegratione probatur.*
3 *Mandatum relaxatum pro ſalmis ſexdecim grani, ſi viginti debebantur, nullum erit.*
4 *Minor non dato curatore, nulliter citatur, & ſpoliatur.*
5 *Valore bonorum in inſtrumento non deductorum non liquidato ſubhaſtatio eſt nulla.*
6 *Solemnitates in ſubhaſtatione non probantur ex ſola nuncii atteſtatione, ſed ex rogitu notarii.*

1 Concluſum fuit conſtare de primo extremo, videlicet de poſſesſione filiorum Petri de Leonibus, quia vltra teſtes examinatos pro parte ipſorum, coram bon. mem. D. Sottomaior, & alios examinatos per D. Iachellum Rectorem Sancti Apollinaris, productos coram R.P.D. Stella, qui bene de ea deponunt, adeſt monitorium pro parte dicti Iachelli impetratum, & præſentatum filijs Petri, vti eius heredibus in quo monentur ad dimittendam poſſesſionem bonorum de quibus agitur, quam ſi dimittere debebant neceſſario erat penes ipſos, cum priuatio præſupponat habitum, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. l. decem, de verborum obligatione, l. Titio vſufructus ff. de cond. & demon. Carentiæ ſint habentium Bald. in l. licet in tertia oppoſit. C. locati. Accedit mandatum relaxatum contra bona hereditaria Petri, quod fuit exequutum in vna Vinea in contrata Piſciarelli, cum viridario dictorum heredum, & in alia in contrata Grauini poſſeſſa per heredes cum expreſſione confinium, qui conueniunt cum inſtrumento conceſsionis factæ Petro eorum patri. Ita enim cantant relationes executoris, cui creditur non ſolum quo ad actum miſſionis in poſſeſſionem, ſed etiã quod bona illa eſſent illius, contra quem petebatur exequutio, Tiraquel. de retrac. conſang. §. 2. glo. 9. num. 22. fuit dictum in Romana Cenſus 26. Nouembris 1607. coram R. P. D. meo Ortembergo. Hoc etiam probatur ex inſtrumento deliberationis factæ Hieronymo maſculo, vbi legitur bona poſſeſſa per heredes. Accedit fides Lucæ Cellini, Locumtenentis Gubernatoris Anconæ, quam Iachellus producendo tacite confeſſus fuit eſſe veram in omnibus in ipſa contentis, cap. cum olim de cenſi. l. publia, §. fin. ff. depoſ. Bar. in l. poſt legatum, in princip. ff. de his quibus, vt indign. Innocen. & alij, in cap. cum venerabilis, vbi Fel. nu. 22. de except.

Rurſus adeſt tacita confesſio Iachelli, qui aliquando expreſſe, aliquando relatiue ad ſcripturas dixit ſe poſſidere bona de quibus agitur ex ſubhaſtatione, & deliberatione, quç cum fuerit obtenta contra heredes Petri tacite innuit fuiſſe ante deliberationem ab ipſis poſſeſsa; Et licet aliqua ex ſupradictis iuribus non fuerint exhibita ante ſententiam Rotalem, id tamen factum fuit, quia proceſſus tranſportatas in Rota non erat integer, ſed defectiuus, & fuit neceſſe illum ſupplendo, corrigere, & emendare, Ex quibus, & alijs deductis pro parte filiorum, & heredum Petri, viſum fuit Dominis ſatis conſtare de primo extremo.

CORAM EODEM.
Num. XLV.

IN EADEM.
Lunæ 29. Nouembris 1610.

2 Fuit reſolutum Leonijs competere actionem ſpolij, & illos eſſe reintegrandos, ratio reſolutionis fuit, quia de primo extremo conſtat vt fuit reſolutum per duas deciſiones, & ſecundum vltra, quod non controuertitur probatio ex reintegratione Rectoris, vigore ſententiæ bon. mem. D. Iuſti, iuxta dec. 802. nu. 1. par. 1. diuer. & ex ſuſtentatione litis, iunctis adminiculis, Verall. deciſione 369.

X parte

parte ſecunda. Et fuit dictum in Tuden-
ſi decimarum, 13. Nouembris 1589.
coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo
Domino meo Cardinali Platto, & Me-
diolanenſis ſpolij 26. Iunij 1609. coram
Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino
meo Lancellotto. Vnde ſequitur illos eſ-
ſe reintegrandos ad eorum poſſeſſio-
nem, capitulo conquerente, & capitulo
cum ad ſedem, de reſtitutione ſpoliato-
rum.

Verum, quia pro parte Rectoris ad im
pediendam reintegrationem opponebã-
tur illa duo extrema non ſufficere in iſto
caſu in quo interuenit auctoritas iudi-
cis, ſed tertium debere probari nempe
quod iniuſte, & nulliter fuerint per iudi-
cem priuati, Decius conſil. 449. nu. 30.
Abb. in dicto capitulo conquerente, ſub
numero octauo, verſiculo aduertendum
tamen eſt, cum alijs adductis. Dixerunt
Domini ſatis conſtare de iniuſtitia, & nul
litate, ſiue attendamus immiſſionem Re-
ctoris conceſſam vigore brachij ſęcularis
ab Auditore Cameræ relaxati, ſiue re-
integrationem eiuſdem emanatam à bo-
3 næ memoriæ Iuſto, tum ratione exceſ-
ſus cum mandatum fuerit relaxatum
pro ſalmis ſexdecim grani pro anno
1592.

Et tamen vigore inſtrumenti Leonij ad
ſummũ fuiſſent debitores in ſalmis quin
decim, qui exceſſus facit, vt mandatum
in totum corruat, vt fuit reſolutum in
Romana ſpolij bonorum 21. Februarij
1600. coram R. P. D. Iuſto, & in Burgi
ſancti Sepulchri 28. Maij 1607. & in
Cornetana bonorum 26. Iunij 1608. co-
ram me, & alibi ſæpius, nec poteſt ſal-
uari ex reſiduo annorum præcedentium,
quia in actis conſtat de quietantia pro re
ſiduo, tum ex eo, q fuit proceſſum contra
pupillos, & minores indefenſos, & nul-
lo illis dato curatore, Creſcen. deciſione
9. nu. 3. de ſent. & re iud. & fuit dictum
in Burgi ſancti Sepulchri, & in Corneta-
na ſupra allegatis, Nec releuat, quod id
non procedat, vbi conſtat pupillis non
competere defenſiones, vt in Carpenſi,
4 ſeu nullius bonorum 11. Februarij 1602.
coram me, ſiquidem ibi vltra, quod con-
ſtabat nullas competiſſe defenſiones
aderat curator, qui comparuerat acerri-
me cauſam defendendo, quod ceſſat in
caſu iſto, in quo nemo comparuit, nec
datus fuit curator, qui comparere po-
tuiſſet, quinimmo in mandato legitur
illud fuiſſe relaxatum citatis Leonijs
per edictum, de qua tamen citatione
per edictum, aut de aliquo proceſſu etiã
in exequutiuis neceſſario non conſtat ex
actis tranſportatis, & coram bon. mem.
R. P. D. Iuſto fuit proceſſum in contu-
maciam, nemine pro illis informante.
Et quo ad defenſiones ne dum conſtat il
lis non competijſſe, prout in dicta Car-
penſi, ſeu nullius; de quo tamen con-
ſtare notoriæ debuiſſet. Put. deciſione
284. libro ſecundo. Sed immo conſtat
de contrario, nam reintegratio coram
eodem R.P.D. Iuſto fuit ex falſa cauſa, vt
in deciſionibus vltimo loco factis ſuper
primo extremo, & coram Auditore Ca-
meræ vltra iniuſtitiam mandati ratione
exceſſus, de quo ſupra, non eſt certum,
quod prima die Auguſti, qua Leonij fue-
runt citati in partibus ceſſiſſet dies con-
ſignationis frumenti, quæ erat facien-
da tempore recollectionis, quæ à com-
muniter accidentib. de dicto tẽpore non
5 ſolet eſſe perfecta, Quibus accedit nul-
litas deliberationis bonorum nulla facta
liquidatione valoris frumenti, quod
erat in obligatione, quæ liquidatio fuit
neceſſaria ex deductis in Romana Vineæ
die vigeſima quarta Octobris 1605. co-
ram me, & in Aſculana prædij die 22.
Iunij 1609. coram Reuerendo P. Do-
mino meo Sacrato, & nulla præuia ſub-
haſtatione, aut ſeruatis terminis requi-
ſitis, tum ex forma ſtatuti Anconitani,
tum de iure communi, ſecundum quod
res minoris debet ſtare ſubhaſta ſaltem
per viginti dies Authen. hoc ius porre-
ctum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Surd.
conſilio quadrageſimo nono, numero
6 19. cum alijs allegatis, nec ſtandum eſſe
cenſuerunt Domini aſſertioni Nuntij re-
ferentis coram Notario ſe ſub die 29.
Martij tunc præteriti vigore brachij ſe-
cularis in apotheca Iacobi Iachelli ven-
didiſſe ad extinctionem candelæ ſer-
uatis ſeruandis Hieronymo maſculo prę
ſenti, & ita eſſe confitendo, ſiquidem de
his

his ſolemnitatibus aliunde quam ex aſſertione nuncij conſtare debet. Surd. vbi ſupra, & additt. ad Roman. conſil. 447. in verb. Nuncio, & quoad notarium licet, nec etiam illis ſtandum ſit, cum id non ſpectet ad eius officium, ceſſat difficultas, quod ipſe eſt rogatus ſolùm de relatione nuncij, non autem de actu ſubhaſtationis, aut deliberationis, & tandem ad hoc vt Leonijs competat actio ſpolij, & ſint reintegrandi; ſufficit nullitas reintegrationis bonæ memoriæ Iuſti, quæ emanauit ex falſa cauſa, prætextu, quod non conſtaret de primo extremo, cuius contrarium fuit reſolutum, & quia coram eo non fuerunt tranſportata acta, facta coram R.P.D. Raguſino, Cæſar de Graſſis deciſione nona, numero quinto, de cauſ. poſſeſſ. & propr. vt fuit dictum in Bononienſi de Herculanis die prima Iunij 1589. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Platto, & iſtud ſpolium tanquam vltimum debet prius purgari. Abb. & alij in capitulo finali de ordin. cognit. Card. conſilio decimo, numero ſecundo, verſic. de exceptione enim, Alexander conſilio ſexto, numero vndecimo, lib. tertio. Afflict. deciſione 403. nu. 18. Bero. conſil. 57. numero vigeſimo primo, libro tertio, & fuit dictum in Romana ſancti Thomæ 21. Februarij 1603. coram R.P. Domino meo Coccino.

Et ita concluſum, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Num. XLVI.

IN EADEM.

Veneris 1. Martij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator non auditur regulariter niſi ſpolio purgato.*

2 *Retentio vt detur in ſpolio iudiciali, quid probandum veniat.*

POſteaquam in hac cauſa fuit reſolutum Leonios eſſe reintegrados, tum quia extrema in actione ſpolij fuerunt probata, tum etiam quia iudex, qui eos poſſeſſione priuauit nulliter, & iniuſtè proceſſit ex inde ſubortū eſt aliud dub. An Rectori ſit danda retentio bonorum pro Canonis decurſis, & non ſolutis in rationem ſalmarum quindecim grani pro quolibet anno, & negatiue fuit reſponſum.

1 Regulare enim eſt, quod ſpoliator non eſt audiendum niſi purgato ſpolio, vſque ad obolum, Bald. in capitulo conquerente, num. 1. de reſtitu. ſpoliat. Iaſ. conſil. 162. num. 7. volum. 4. & 172. num. 4. verſic. item ſpoliatus, eodem volum. Rota in nou. deciſ. 319. quæ eſt 15. de reſtit. ſpol. cum alijs allegatis per Gabr. de reſtitut. ſpol. concluſ. 1. num. 11. verſ. ſecundo amplia.

2 Et quamuis in ſpolio iudiciali contendatur aliter dicendum, quando ſcilicet inordinatè fuit proceſſum, & minus ſolemniter, vt contigit in præſenti, & tunc liceat creditori retinere bona, donec fuerit ſatisfactus, Bald. in l. fundus, qui Lucij, Titij in antiqua lect. num. 5. ff. de reſcind. vend. per illum text. & glo. ac ex l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. Neguſ. de pignor. 3. par. membr. 2. num. 20. Surd. deciſ. 46. nu. 2. & ſequen. Tamen etiam ſi hæc opinio eſſet attendenda, retentio nihilominus non datur, niſi probetur creditum certum, & liquidum, prout erat in caſu dicta l. fundus. Eo enim caſu res erat obligata ob vectigal. reipublicę quæ illud vendidit, propterea datur retentio emptori, donec ſit ei reſtitutum pretium ſolutum per eum reipublicæ ad vtilitatem debitoris, idem præſupponitur in dicto §. ſi certum, & aperte firmat. Surd. dicta deciſione 46. in fine, dicens eò propter Senatum denegaſſe retentionem, & iuſſiſſe ſententiam exequi.

Creditum autem Rectoris, Domini pro certo, & liquido non habuerūt, nam quo ad ſubſtantiam, & ſic intentio Rectoris ſit fundata in ſola negatiua ſolutionis Canonis, Soccinus iun. conſilio 111. numero decimo quinto lib. 2. Iaſ. in l. 2. num. 132. C. de iure emphit. Surd. poſt alios conſil. 86. in princip. numero 11. Et alio non probato iuſtificatur prætenſio Rectoris in ſalmis 175. grani pro canone

nono anno vndecimo ad rationem ſalmarum quindecim pro quolibet anno, tamen cum probatio probationem non excludat. Egid. deciſione 624. numero ſecundo adhuc quantitas ſalmarum certa non eſt, quia poteſt probari contrarium dum de ea non conſtat per rem iudicatam, vel partis confeſſionem.

Præterea turbida etiam remanebat 1
pretenſio Rectoris, ſine iure proprio, ſiue ex iure ceſſio illam deducat, nam cum Leonij bonis emphyteuticis priuati fuerint de anno 1605. ex decreto bonæ memoriæ Iuſti de immittendo, ac etiam poſſeſſionem Vinearum pro quibus quartam Eccleſiæ reſpondebant, ex inde intrat exceptio compenſationis pro fructibus eorumdem bonorum per Rectores perceptis, cum ſalmis grani prætenſis ab anno 1592. vſque ad annum 1605. per l. conſtat de compenſat. Surd. deciſ. 117. num. 1. & per totam, & creditum Rectorum etiam magis turbidum redditur, cum pro Leonijs contendatur remanſiſſe priuatos poſſeſſione bonorum vſque de anno 1593. Menſe Martij ex Inſtrumento, & teſtibus datis in ſummario; & ideo cum ex longo interuallo prætendatur Rectorē per tempora exegiſſe magnam fructuum quantitatem, & ſi debitum illorum de Leonijs ſit indubitatum reſpectu obligationis ſoluēdi ſalmas quindecim grani quomodolibet anno nō tamen reſpectu quantitatis fructuum per Rectores præceptorum, Bald. in l. acceptam, numero decimo nono, verſiculo Sexto oppono, C. de vſur. Alexander conſilio 49. ſub numero ſecundo. Ex alio etiam creditum Rectorum erat illiquidum, nam cum triticum eſſet debitum ab anno 1605. retro, & ſic extra triennium, & poſt dictum tempus à lege præſumebatur conſumptum cum vlterius durare non præſumatur. l. prima cum gloſſ. C. ſi aduerſ. vſucap. Ang. in §. ſi quis à non domino, paulo ante finem, verſiculo Sin autem clarum eſſet inſt. de rerum diuiſ. cum alijs allegatis per Alban. conſilio 182. numero vigeſimo ſeptimo, & Caualc. de Tutor. numero 227. in primis erat liquidandum pretium tritici, & ex inde ad ſubhaſtationem bonorum pro pretio liquidato deuenire, quod cum factum non fuerit, adhuc illiquidum eſt creditum grani, & conſequenter interim non eſt admittenda retentio ad impediendam reintegrationem à lege in hac parte priuilegiatam.

Et ita fuit reſolutum.

CORAM EODEM PIROVANO.

Num. XLVII.

IN EADEM.

Die Mercurij 26. Iunij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Spolium purgari debet ante omnia ſi non fuerit iudiciale.*

2 *Factum iudicis factum partis reputatur.*

3 *Facultas intrandi bona debitoris intelligitur ſeruatis ſeruandis.*

4 *Fructus à ſolo ſeparati ante reſignationem ad reſignantem pertinent.*

5 *Canones Domino directo in recognitionem dominij deberi quomodo intelligatur.*

6 *Ceſſio de credito controuerſo non valet.*

1 DOmini approbarunt deciſionem in hac cauſa factam ex eiſdem fundamentis, ſed & vlterius animaduerterunt Leonios verſari in ſpolio priuato, non autem iudiciali, pro ut fuit dubitatum in prima deciſione quo caſu bene conuenit concluſio, quod antequam ſpoliatis ſit audiendus, vſque ad obolum reſtituere omnia teneatur, de quo plene, per Gabr. de reſtit. ſpoliatorum concl. 1. num. 11. verſ. Secundo amplia.

Nam eſto, quod mandatum exequutiuum fuerit relaxatum ab Auditore Cameræ, cuius vigore fuit facta exequutio, exceptiones tamen inualiditatis, & iniuſtitiæ ſpolij iudicialis non dantur contra iudicem exequutionis, ſed contra exequutorem, pro quo, etſi vigeat præſumptio, vt contra ſpoliatum dici poſſit ſuo
2 facto à poſſeſſore cecidiſſe, ex eo quod factum iudicis, factum partis reputetur, l. ſi ob cauſam, C. de euic. Tiraq. de retrac. li-

ſignar. §. primo, gloſſ. 14. numero decimo tertio. Surd. conſilio 49. numero primo, libro primo. Alba. conſilio 739. numero vigeſimoquinto ita ut ex præſumptione taciti conſenſus. Inducti à lege ſpolium non ita reddatur odioſum, quin poſſit dari retentio fructuum ſpoliatori ad vlteriora procedenti, Tamen hoc procedit, quando factum iudicis clauditur ſub adminiſtratione iuriſdictionis, alias ſecus, Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor, numero tertio, ff. de re iu-

3 dic. Executori autem prædicta iuriſdictio intrandi bona debitorum nō erat aperta niſi ſeruatis ſeruan. tam de iure cōmuni, quam Statutorum Ciuitatis Anconæ, ſcilicet præcedēte ſubhaſtatione, & deliberatione bonorū, & liquidatione fructuū quæ omnia fuerunt ommiſſa, vt fuit dictum in hac cauſa coram Reuerendiſſimo Bonon. 29. Nouembris 1610. ergo ceſſante præſumptione taciti conſenſus partis in dimiſſione bonorum, ſpolium remanet priuatū ex ſolo facto ſpoliantis, cui non competit aliquod priuilegium retentionis.

4 Rurſus fuit etiam conſideratum modernum Rectorem carere iure vtendi retentione cum non poſſit opponere de prætenſo credito pro Canonibus decurſis tempore Iachelli antiqui Rectoris, cum ante reſignationem fructus à ſolo ſeparati ſpectent ad reſignantem, non autem ad reſignatarium ſucceſſorem in beneficio, vt fuit dictum in cauſa Barenſis fructuum coram R.P.D. Caualerio 2. Iunij 1610. Et coram me in Cremonenſis fructuum 18. Martij 1611.

5 Nec dicatur, quod Canones debentur Domino directo in recognitionem dominij, non autem pro mercede, aut fructibus; Valaſch. de iur. emphit. quæſtione prima, numero 15. vt merito reſolutiones prædictæ non applicentur, ſed potius inrret Bulla Iulij Tertij, & ius commune, quod tanquam fructus non exacti ſpectent ad reſignatarium, Calder. conſil. 2. de pecul. Cleric.

Quia eſt aduertendum, quod non præſtatur penſio in pecunia, ſed certa pars fructuum ex eiſdem exphiteuticis, nempe ſalmæ quindecim frumenti tempore recollectionis. Ideo ſtatim recollecti, & poſt quam aduenit tempus, quo deberi incipiunt non mutant naturam, nec ſpeciem, ſed remanent fructus, & bene conueniunt reſolutiones in dictis Barenſis, & Cremonenſis fructuum.

Non obſtat, quod modernus Rector habeat ceſſionem eorundem Canonum à Iachello antiquo Rectore, cuius vigore poteſt vti retentione.

Quia fuit reſponſum, nullum ſuper ea poſſe conſtitui fundamentum cum non ſit de actis, & item quia Iachellus egit nomine proprio, & obtinuit mandatum exequutiuum ab Auditore Cameræ, à quo pendet appellatio, qua pendente, ceſſio, vel non poteſt fieri, vel facta tanquam de credito controuerſo, & illi quidem non ſuffragatur cum opponatur de ſolutione per compenſationum fructuum ab eo perceptorum in fundis emphiteuticis ab anno 1593. vſque ad annum 1606.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO. Num. XLVIII.

CORDVBENSIS Statutorum. Mercurij 24. Ianuarij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Tertius poſt tres conformes veniens ad cauſam in ſtatu, & terminus, non impedit trium conformium exequutionem.*

Licet omnia acta ſua faciat, ibi, num. ij.

3 *Admiſſio ad cauſam in ſtatu, & terminus, quare inuenta.*

4 *Tertius cum collitigantibus ius non habens commune, ſuo nomine agere poteſt.*

5 *Tertius veniens principaliter ad ius ſuum defendendum, duplici via id facit.*

6 *Sententia contumaciales, tertios non arctant.*

7 *Clauſula in ſtatu, & terminos intellectus.*

8 *Tertius quare à die ſcientia ad appellandum admittatur.*

9 *Contumacia contumaci ſoli nocet.*

Digitized by Google

FVit dubitatum an conſtet de intereſ-
ſe ciuitatis Cordubenſis ad cauſam
venientis, & ſic an illi obſtet res iudica-
ta, ita vt non poſſit audiri, niſi refectis ex
penſis, Et quantum attinet ad priorē du-
bij partem iam fuerat ſub die 1. Decem-
bris præteriti dictum, conſtare de appa-
renti intereſſe ciuitatis ad effectum ad-
miſſionis ad eam.

Quantum vero ad poſteriorem partē
Domini cauſa ſæpius propoſita reſolue-
runt, quod quamuis ciuitas petierit ſe
admitti cum clauſula in ſtatu, & termi-
nis, in quibus cauſa reperiebatur. Status
autem erat iſte, quod clerici ciuitatis per
1 contradictas fuerunt ad inſtantiam Vni-
uerſitatis parocchialium condemnati,
quæ ſententia tranſitum fecit in iudica-
tum, nihilominus eſſet audiendum, non
tamen impediret, quominus dicta ſenten-
tia mandaretur exequutioni contra Cle-
ricos reſpectu expenſarum.

2 Nam quamuis dicta clauſula in ſtatu,
& terminis ſit eius efficaciæ, vt veniens
ad cauſam faciat omnia acta, & ſenten-
tias ſuas, vt not. in cap. 2. vt lite pend.
in ſexto, & per Put. deciſione 71. lib. 3.
Et fuit reſolutum coram R.P.D. Viceco-
mite in cauſa Salamantina penſionis 27.
Ianuarij 1584. & in alijs plur. cauſis, ta-
men hoc fuit principaliter introductum
in dicto capitulo 2. in materia beneficia-
3 li propter ceſſiones, & ſubrogationes, ex
quibus plerumque redderentur cauſę im
mortales, ſi dato nouo collitigante, pro-
ceſſus ſemper de nouo eſſet inchoandus,
4 vt apertè ibi tradit gl. Quod tamen non
eſt perpetuum, cum aliquando veniens
ex iure ſuo, quod non habet connexum
cum iure litigantium, poſſit ſuo nomine
agere, & de nouo litem inchoare, vt tra-
dit ibidem Io. Andr. num. 1. verſ. ille au-
tem, Franc. num. 5. Gemin. num. 9. Et
quamuis in cauſis prophanis idem ali-
quando obſeruetur, vt videre eſt ex con-
geſtis per Couar. pract. quęſt. cap. 13. nu.
1. Tamen id eſt intelligendū quando quis
venit ad alterius defenſionem, vt loquun
tur. Bald. Ang. & Aret. per eum alleg.
5 Quod ſi quis veniat ad deducēdum prin
cipaliter ius ſuum, tunc poteſt duplici via
inſiſtere, vel veniendo ad cauſam in ſta-
tu, & terminis, vel principaliter com-
mitti faciendo pro ſuo intereſſe, vt ſu-
pra ex Io. Andr. & alijs deductum fuit.

Sed in caſu propoſito difficultatem fa
ciebat, quod Ciuitas priorem viam ag-
greſſa eſt, veniendo ad cauſam in ſtatu,
& terminis, & ideo vigore commiſſionis
videbatur idem dicendum, quod in deci-
ſionibus Putei, & alijs per informantes
allegatis.

6 Tamen Domini contrarium cenſue-
runt, quia ſententia lata contra Cleri-
cos fuit lata in contumacia, & ideò non
nocet tertio, quominus à die ſcientię
ei non liceat appellare, etiam quod tran-
7 ſiuiſſet in iudicatum, vt per eumdem
Couar. cap. 15. num. 2. verſ. deinde ſen-
tentia, neque debet ei obeſſe clauſula il-
la in ſtatu, & terminis, quia bene ope-
ratur, quod admiſſus facit illam ſenten-
tiā ſuam, adeo quod cum alijs faciet nu-
merum ad effectum rei iudicatæ, ſed non
operatur, vt cenſeatur probare illam qua
litatem tranſitus in iudicatum, quia hoc
repugnaret intentioni eius, qui petit ſe
admitti ad effectum impugnandi dictam
ſententiam. Contraria enim ſunt facere
rem iudicatam ſuam, & ſententiam impu
gnare, & admiſſio ad cauſam præſuppo-
nit eam adhuc durare, non autem extin-
ctam penitus eſſe, & ita loquitur in dicto
8 cap. ſecundo, admittens tertium ad cau-
ſam nondum finitam, & alij ſupra citati,
& ideò admittitur ad appellandum à die
ſcientiæ non obſtante re iudicata, quę nō
ipſi, ſed condemnato hoc caſu præiudi-
cat, & hanc ſententiam amplexa eſt Ro-
ta referente, Acchil. deciſ. 3. de appell.
vbi tertius admiſſus fuit ad appellandum
à ſecunda ſententia, quæ tranſiuerat in
iudicatum, & relaxatę fuerunt exequu-
toriales, & proceſſum fuit contra eum
per aliam inſtantiam, quod æquiſſimum
etiam viſum eſt in hac cauſa, in qua com
paret Ciuitas, quæ iure minoris vtitur,
9 Clerici vero non poſſunt euitare exequu
tionem reſpectu impenſarum, quia eorū
contumacia eis nocet, Gabr. de ſent. con-
cluſ. 3. num. 5. An autem talis ſententia
debeat mandari exequutioni reſpectu ne
gotij principalis contra dictos Clericos,
Domini dubitarunt, ex eo quod intereſſe
eorum videretur inſeparabile ab intereſ-
ſe Ciuitatis, per ea quæ tradit Ang. in l. ſi

ſu-

ſuſpecta, num. 3. in fin. de inoff. teſt. ideo ſuper hoc .... dubitatur.

Et hæc ita per Dominos reſoluta fuerunt, circumſcripta pro nunc ea ſententia de partibus, quam Vniuerſitas de nouo allegauit, ſuper qua erit audienda, ſi opus fuerit, &c.

R. P. D. COCCINO.

Num. XLIX.

ROMANA MOLENDINI.

Veneris 6. Nouembris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito iudicato datur ſolum poſt tres conformes.*

2 *Clauſula parito iudicato non datur lata vna ſententia, qua in iudicatum legitime tranſiuerit.*

Ideo hoc caſu clauſula non obſtante, Rota ad vlteriora procedit, ibi.

DOmini reſoluerunt in caſu, de quo agitur non obſtare clauſulam pa-
1 rito iudicato, quo minus poſſit procedi ad vlteriora, quia licet per ipſam detur iuriſdictio conditionalis, Put. deciſ. 429. libro 1. quæ exerceri non poteſt ante paritionem, cap. cum dilecta, de reſcr. cap. cum olim II 1. de offic. deleg. Tamen cum ſtylus Signaturæ ſit quod detur ſolum,
2 quando adſunt tres conformes, non autem vbi adeſt vnica tantum ſententia, etiam quando ob non interpoſitam, vel proſequutam appellationem tranſiuerit in iudicatum, vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanenſis Cappellaniæ 13. & 23. Maij 1591. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Seraphino, & in cauſa Toletana Cappellæ 14. Aprilis, & 12. Maij 1595. coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Mellino, & in alia Toletana penſionis 12. Decembris 1597. coram bo.mem. Litta propterea non debet obſtare Herculi, qui per vnicam tantum ſententiam fuit condemnatus, & ab ea appellauit.

R. P. D. GIPSIO.

Num. L.

VALENTINA PECVNIARIA.

20. Nouembris 1598.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula parito iudicato ſatisfactum eſt, ex receptione pro reſiduo.*

2 *Signatura non ſolet dare quo ad expenſas clauſulam parito iudicato, niſi quando ſunt tres conformes.*

3 *Damna, & intereſſe non liquidata non veniunt ſub clauſula parito iudicato.*

HAec cauſa fuerat mihi commiſſa cum clauſula parito iudicato, propterea dubitaui an conſtaret de paritione, & an ſententia Aud. Cam. eſſet nulla, & reuocanda Domini quoad primã partem dubij reſoluerunt conſtaret de ſuffi-
1 cienti paritione, quoniam ex quietantia Ioannis Fuentes creditoris, in qua dicitur pro vltima, & finali ſolidatione, & integrali ſatisfactione, vt in ſummario numero tertio ſatis apparet fuiſſet petẽti, & accipiẽti ſatisfactum, nam illa verba pro reſiduo arguunt totalẽ ſolutionẽ, Corn. conſil. 33. num. 24. lib. 2. maximè ſi ex aduerſo nil in contrarium afferatur, fuit dictum coram R.P.D. meo Decano in vna Romana depoſiti 24. Maij 1595.
2 Nec reſponſum conditioni expenſarum intrat dicta clauſula, quoniam vna tantum fuit lata ſententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum.

Quicquid in contrarium dici poſſit ex obſeruantia Signaturæ, ſi tes iudicata prouenir et à tribus ſententijs conformibus, & firmarunt Domini apud prædictum Dominum meũ Decanum in vna Mediolanenſis Cappellaniæ 13. & 27. Maij 1591. & in Toletana Cappellaniæ coram R.P.D. Mellino 14. Aprilis 1595.
3 Minuſq. eſt locus paritioni quo ad prætẽſa damna, & intereſſe cum adhuc nõ ſint liquidata, glo. Bar. & alij in l. 1. de eden. fuit dictũ in Burgenſis S. Thomæ, coram bo.mem. Oriolen. 16. Decembris 1576.

Circa ſecundam partem dubij Domini non fuerunt concordes.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. L.

AVXIMANA DOTIS,

Lunæ 14. Martij 1578.

SVMMARIVM.

1 *Error apparere dicitur, quando conſtat ex actis.*

2 *Reſtitutio datur ex capite iniuſtitiæ, licet non ſit notoria.*

3 *Sententia reuocari poteſt à ſupremo tribunali, quando iniuſtitia conſtat ex actis.*

FVit dictum per nonnullos ex Dominis ſententiam videri ex capite notoriç iuſtitię reuocari poſſe; nam controuerſia, quæ eſt inter Doctores circa ſtatuta, loquentia de dote data, an habeant locum in dote promiſſa, non videbatur applicari in iſto caſu, ita vt excuſandus veniat iudex, cum ſtatutum loquatur per verba, quæ legitima interpretatione, comprehendebant dotem promiſſam, vt fuit reſolutum; & ſententiam continere errorem expreſſum, cnm facta ſit in ea mentio ſtatuti, & ſufficit, quod ex actis
1 poſſit de iſto errore conſtare, Rot. in no. deciſ. 16. ad fin. de re iudic. Tamen in hoc conuenerunt omnes, hanc ſententiã reuocari debere ex capite reſtitutionis,
2 cum iniuſtitia, licet non notoria, ſit ſufficiens cauſa reſtitutionis. Nec obſtat, quod ſententia contra ius litigatoris valeat, quia nihilominus competit denunciatio Euangelica grauato, vt per Abb. in cap. nouit, num. 20. de re iud. & ſuprema tribunalia ſemper ſolent ſenten-
3 tias reuocare, vbi ex actis de iniuſtitia conſtat, vt per Guid. Pap. dec. 215. nu. 8. & deciſ. 368.

DE COMMISSIONE

SVPER VNIONE CAVSARVM.

§. Vnico.

SVMMARIVM.

1 COMMISSIO Vnionis cauſarum quando detur.

2 *Commiſſionem vnionis cauſarum dari, vt plurimum per Signaturam Papæ.*

3 *Cauſæ continentes, quæ dicantur.*

4 *Exceptio continentiæ cauſarum ante litis conteſtationem opponenda.*

5 *Continentia cauſarum quando non diuidenda.*

6 *Iudex poſſeſſorij, eſt etiam in petitorio.*

7 *Continentes cauſæ dupliciter dicuntur. Et tribus alijs modis, & num. xi.*

8 *Iudex, qui in vna cauſa pronunciauit in alia ſimili eſt ſuſpectus. Diſtingue vt num. x.*

9 *Animi perſeuerantia in eodem ſubiecto præſumitur.*

12 *Articulus cauſam coadiuuans reſpicit præterita, vel præſentia.*

13 *Probibito vno, omne per quod ad id peruenitur, erit probibitum, ſic de conceſſo.*

14 *Connexitas ratione actionis, vel obligationis conſideratur.*

15 *Connexitas ex condemnatione apparet.*

16 *Connexas ratione perſonæ, vel rei apparet.*

17 *Connexa quæ dicantur.*

18 *Connexa eodem modo iudicantur.*

19 *Dependens cauſa quando ſit.*

20 *Emergens cauſa quæ dicatur.*

21 *Incidentes cauſæ, & emergentes quæ cenſeantur.*

22 *Sententijs duabus contrarijs, à duobus iudicibus latis, quæ præualere debeat.*

CAP.

CAP. V. §. Vnico.

1 CAVSA pendente, vel cauſis in diuerſis Tribunalibus contra aliquam hereditatem, diſcuſſionem bonorum, perſonam, vel ſimilem, ne diuerſas fieri expenſas contingat, in eadem ſcripturarum productione actibus, aduocatis, & procuratoribus, quæ omnia in creditorum, ſeu heredem damnũ redundarent, eo ſub prætextu, ne continentiæ cauſarum diuidantur, ac ne coram diuerſis iudicibus, pro eadem re vexentur, datur commiſſio, in qua petitur, omnes pendentes cauſas à quibuſuis iudicibus auocari, ac auocatas vniri,
2 & vni iudici committi, quod ad Signaturam gratiæ facere pertinet, vt plurimum, quia derogatur priuilegijs, tolluntur conſenſus in iuriſdictionem, & alia fiunt, plenitudinem poteſtatis requirentia, ob id, primo, quæ ſint cauſæ continentes, videndum
3 dum cenſeo. Quæ tales dicuntur, quando vnam, & eandem rem concernunt, vel cognitio vnius, ad alterius cognitionem confert, Felinus in capitulo ſignificauerunt, numero octauo de iudic. Præterea opus erit, vt continentes cauſæ dici valeant, quod inter eas detur identitates, quæ ſit, vel reſpectu actionis, vel rerum, vel perſonarum, quæ in aliquo ex eis ad inducendam continentiam, vel connexitatem concurrere debent, Alber. in l. nulli, C. de iudic. Afflict. deciſ. 34. num. 13. quod ex exemplis per Iaſ. adductis in d. l. nulli, num. 3. colligitur, & per Menoch. de Arbitr. iud. lib. 2. concluſ. 371 per totum. Natt. conſil. 135. num. 1. & ſequen. volum. 1. nec identitas cauſarum ex identitate exceptionis rei conſiderari debet, ſed tantum (vt dixi) ex identitate actionis, rerum, ſiue perſonarum, & ita Rota cenſuit ſub die 24. Nouembris 1581. in illa Romana Caſalis, coram Sanctę memoriæ Clemen. VIII. tunc Sacræ Rotæ Auditore approbando, doctrinam Iaſ. in dicta l. nulli, numero ſexto.
4 C. de iudic. Talis nempe continentiæ cauſarum exceptio, ante litis cõteſtationem opponenda venit, alias non admittitur, Crau. conſil. 60. numero quinto, & conſilio 258. num. 7. verſ. pręterea, ſed pro vlteriori clauſulæ intelligentia dicunt, Franc. Aret. in conſil. 29. num. 24. verſ. nec obſtat, & Bart. in dicta l. nulli, in prin
5 cip. Quod continentiæ cauſarum tunc non debent diuidi, quando pendet iudicium prius motum, Exempli gratia, plures ſunt heredes, ac contra vnum ago coram vno iudice, tunc ratione connexitatis, non potero alium heredem coram alio iudice conuenire, ne ſuper eadem re plures, ac diuerſæ ſententiæ ferri contingat, quia idem regiſter eſt fabricandus, & ideo ne inconueniens ſequatur, vni iudici cauſæ omnes erunt demandandæ, Decius conſil. 12. num. 17. verſic. & ne ſequatur abſurdum, volum. primo, & idem Socinus in cap. fin. num. 3. verſ. & ne ſequatur abſurdum, de mut. petit. Felin. in cap. 1. columna quarta, verſi. & ne continentiæ cauſarum de præſcrip. Et ſimiliter ſi heres peteret, vt cauſæ in multis Tribunalibus pendentes præuia auocatione omnes vni iudici vniendo, demandarentur, quia cum reſpectu eiuſdẽ hereditatis connexæ iudicentur, non erit deneganda eo caſu commiſſio, ſtante eadem cauſæ defenſionis ex præmiſſis in omnibus Staphil. de lit. iuſt. cap. citatio perſonalis, num. 10. & de hoc in ſimi
6 li habemus, tex. in cap. fin. de iudic. vbi iudex, qui in poſſeſſorio pronunciauit, debet etiam de petitorio cognoſcere, ne
7 continentiæ cauſarum diuidantur. Dupliciter quippe cauſæ continentes dicuntur. Primò, quando ſub vna actione generaliter plures ſpecies, & plura capitula comprehenduntur. Secundo, quando ſuper eadẽ re agitur, licet diuerſis actionibus, Bart. in dicta l. nulli, num. 1. Immo quod plus eſt, Sec. Bar. ibi num. 3. Si cauſa fuerit finita, ratione continentię eadem cauſæ coram eodem iudice, & nõ coram diuerſis, tractandæ veniunt, ac expediendæ. Quod ego tanti doctoris
8 Bartoli pace, nec verum, neque ita loqui textum credo, quia ſi iudex habet cauſam, puta inter Titium, & Caium, ac in fauorem Titij pronunciet, alteri ſimilem cauſam habenti, ex finali ſententia lata in eadem cauſa, & materia, adeo ſu-
ſpectus

Digitized by Google

ſpectus ex ſui animi pręambula declara-
tione pronunciando, factus eſt, quod in-
trante firmisſima præſumptione de non
mutatione opinionis, merito ſuſpectus
recuſari poterit, quia lex multum ſuæ la-
tæ ſententiæ iudicem fouere præſumit,
adeo quod ſtultum dicere, ac cogitare
erit, quod reſpectu vnius in eodem facto
vnum animum, & alium mutando ſenten
tiam, habere vellet, Iccirco dixit Butr. in
capitulo cauſam, el 2. de re iudic. quod ſi
iudex delegatus habet cauſam vti pri-
uatus, ac vti delegato ſimilis cauſa ſibi
demandata poſtea fuerit, tanquam ſuſpe
ctus recuſari poterit, quia animi perſe-
9 uerantia in eodem ſubiecto pręſumitur,
Innocen. in capitulo irrefragabili, in prin
cipio, de offic. ord. Moder. in capitulo cũ
10 ſpeciali, in princip. de appellat. Tamen
pro huius dubij declaratione diſtinguen-
dum puto, quod aliquando vna cauſa fi-
nita, iudex qui de illa cognouit non re-
manet ſuſpectus in alterius cauſæ illi an-
nexæ cognitione, & tunc (vt diximus) de
poſſeſſorio, & petitorio, ac de meritis in-
formato, ne continentię diuidantur, pote
rit ſibi commiſſio dirigi. Si vero fuerit
ſuſpectus, tũc iniquisſimũ videtur, quod
ratione diuerſarum perſonarum coram
eo, cauſa, licet connexa, tractetur, vel co-
ram illo, quis comparere cogatur; quia,
vt dixi, in principio Commisſionis de iu-
dicum ſuſpicione, coram eo litigare du-
riſſimum erit, capitulo quia ſuſpecti, 3.
quæſtione quinta, vt dixit etiam text. in
11 capitulo cum inter, de except. Præte-
rea, tribus alijs modis cauſas connexas
diei teſtatur, Imol. conſil. 139. num. 2.
& ſexto. primo Aut. ratione contractus,
vel quaſi contractus, actionis, vel obliga-
tionis in eundę, aut condemnationis ſe-
quendæ, & iſtæc, connexitas donec ap-
paret, manet ſub primæ cauſæ cognitio-
ne, capitulo acceſſorum, de reg. iur. in 6.
12 Quia omnis intentio, & articulus, qui
cauſam prępoſitam reſpicit, vel coadiu-
uat, dicitur pertinere ad antiqua, vel prę
cedentia, capitula, vnde intrat regula,
13 Quod cum quid conceditur, vel prohi-
betur, omne id, per quod ad id perue-
nitur, cenſetur conceſſum, vel prohibitũ,
Bartol. in l. 2. ff. de iur. omn. iudic. l. cũ
principale, ff. de regul. iur. de quibus idẽ
eſt iudicium, capitulo cum ſingula, 8.
diſt. cap. quo iure 21. diſt. cap. ſi laicus,
14 & cap. ordinatus, 58. diſt. Secundo mo
do conſideratur cõnexitas ratione actio-
nis, vel obligationis; vnde contrahitur
ſtipulatio, §. item ex vno naſcitur, inſtit.
15 de verb. oblig. Tertio modo ratione cõ-
demnationis, vel exequutionis obligatio
nis, quando de vno, ad aliud infertur,
ſed præfatæ connexitates tunc non ſunt
conſiderandæ, quando non ſunt proxi-
mæ cauſæ principali, quamuis aliquam
habeant cum illa connexitatem, vt ibi
16 Imol. num. 6. Cui. Quartus addi poteſt
modus, ratione perſonę ſeu rei, vt dixi
ſupra de herede, vel hereditate, & de
his connexis, late tractant Mandoſ. in
11. reg. reuocat. quæſt. 12. num. 3. & 5.
Dec. in capitulo ſi duobus, num. 19. de
17 appell. aſſerens, illa eſſe connexa, quæ ex
diuerſitate factorum ſeparationem non
recipiunt, ac vnius cognitio, ad alterius
cognitionem tendit, vt idem Dec. con-
ſil. 33. num. 7. Boer. deciſ. 33. num. 4.
& ſequen. Pariſ. conſil. 66. num. 13. cum
pluribus alijs ſequen. volum. primo.
18 Idemque eſt de connexis iudicandum,
cap. quanto, de iudic. & quod connexũ
dicatur, tradit Aretin. conſil. 29. Ale-
xander conſil. 458. circa fin. num. 10.
volum. 1. Vnde Bal. in l. ſi quis, §. ra-
tione, ff. de eden. ait, quod Conſules
Mercatorum habent iuriſdictionem non
ſolum in pertinentibus ad artem, ſed in
connexis etiam, ob id in ordinarijs vno
conceſſo, vel prohibito ad inuicem, idem
eſt in alio prohibito, & ſimile de cohe-
rentibus, quod de connexis erit iudican
dum, & quomodo præmiſſa procedant,
Declarat Decius in capitulo tranſlato in
1. lect. num. 5. & 6. late de conſtitut.
19 Dependens autem cauſa, tunc dicitur,
quando res iudicata in vna, in alia exce-
ptionem parit, Iaſ. conſil. nono, numero
5. & 6. volum. 1. Dec. dicto conſil. 33. nu
mero 4. poſt med. verſ. nam cum iſto-
rum, Capic. deciſione 122. in fin. Ay-
mon conſil. 81. num. 51. & conſil. 80. nu.
1. Put. deciſ. 98. parte prima, Gabr. lib.
com. opin. tit. de iud. concluſ. prima, nu-
mero 35. ac dicitur etiam illa dependens
quæ à negotio principali originem trahit
illudque tangit, ac quando negocium
prin-

Digitized by Google

principale pendet in neceſſarium conſe-
quens,opus eſt, vt dixi, quod de depen-
denti cognoſcatur, Ruin. conſil. 164.nu.
10.volum.5. Angel. de Malef. in verbo
emergentibus; & continentibus, Boſſ.
in tit.de for.compet. num. 117. in pract.
20 crimin.Emergens nempe cauſa illa dici-
tur, quę reſpicit proceſſum, & ordinem
litis, caditque in naturam exceptionis
dilatoriæ, quando agitur, an dilatio ſit
danda, an teſtes admittendi, vel iura, &
ſi oppono ſcripturas non eſſe in forma
probanti, quem non procuratorem, vel li
bellum ineptum, Bal. Caſtr. Salicet. &
Doctores in l.1.C.de ord.iud.Socin.iun.
conſil. 136. numero ſecundo, volum. 2.
21 Lap. alleg.82. Incidentes cauſæ, & emer
gentes illę cenſentur, quę ſunt eiuſdem
qualitatis, vt eſt cauſa iudicialiter agitan
da, de quo eſt deciſ. Bellam. 328. Caſ-
ſad. deciſ. vltima, num. 13. de cauſ. poſ.
& propr. & de his annexis, & connexis,
late meminit Abb. etiam in tribus Apo-
ſtillis, in capitulo Præterea, num. 6. in
verb. connexa, de conſtit. Felinus in cap.
ſedes, colum. 3. verſ. pro hoc vltimo, de
reſcript. Boſſ. in pract. crim. in tit. de re-
miſ. merc. publ. num. 30. &c.
22 Quid ſi cauſa coram duobus iudici-
bus eodem tempore pendat, & ambo ſen
tentiam proferant vna alteri contrariam
quæ illarum præualebit? Et primam di-
cas, ſi ab illa non fuerit prouocatum,
non à ſecunda; quod procedit niſi pri-
ma ſententia ſecundo iudici notificata
fuerit; nam eo caſu contra notorium ſe-
cunda lata videretur, ob id non valebit
capitulo inter cæteras, de appell. Secus ſi
ſecundo iudici notificata non foret, cap.
inter monaſterium, vbi Doctores de re
iudic. quo in loco tractant etiam aliam
quæſtionem, quando ſententia contra
ſententiam valeat. Imol. in cap. cum M.
Ferrarienſis num. 7. de conſtit. Et de hac
cauſarum vnione, vel continentia plura
congerit Menoch. de arbitr. iud. Centur.
4. lib. 2. caſ. 371. per totum, cuius dicta
videas.

Commiſſ. Tenor VRBIS.

BEatiſs. Pater. De anno 1603. proximè pręterito, defuncto N. ſuo vltimo condito teſtamento, in quo deuotum S.V. oratorem P. heredem inſtituit, poſt multa in eo diſpoſita, ſub die 10. menſis Maij dicti anni, per acta D. notarij, multi aſſerti præfati N. creditores, inſurrexerunt, agendo contra bona hereditaria coram Aud. Cam. Vrbis Gubernatore, Vicario in Curia Capitolina, & forſan alijs vrbis tribunalibus, in maximum eorum præiudicium; quia quo maiores expenſæ fiunt, eo minus hereditati ſoluendo remanebit, nec S.V. orator qui cum beneficio legis, & inuentarij illam adiuit, poteſt pro eadem hereditate coram tot diuerſis iudicibus ſumptus ſuſtinere ac iura tueri, ſtante copiarum, quę in forma probanti coram vnoquoque iudice ſunt producendę, multitudine, & quia intereſt non vexari coram tot diuerſis iudicibus, & tribunalibus pro eodem re, & cauſa, ideo ſupplicat S. V. quatenus præuia auocatione cauſæ, & cauſarum huiuſmodi occaſione hereditatis ſupradictæ coram quibuſuis iudicibus Romanæ Curiæ pendentibus, in ſtatu, & terminis quibus reperitur, vnaquæque, vel reperiuntur, omnes ad ſe auocare, illaſq. ſic auocatas, & in ſimul vnitas, alicui Ro. Cu. iudici ordinario committere, & mãdare dignetur, audiendas, cognoſcẽdas, decidendas, & fine debito terminandas ſummariæ omni, & quacunque appellatione Remota cum ſuis incidentibus, dependẽtibus annexis, & connexis, quam æquas, ac toto negotio principali. Cum poteſtate citandi, &c. vt ſupra.

Priuilegijs, & indultis, præfatis tribunalibus, vel vnicuique perſonæ vel loco conceſſis, etiam in corpore iuris clauſis, ll. ſtatutis vrbis, etiam iuramento vallatis cæteriſque contrarijs.

Et idem dicatur in cauſis diſcuſſionum, mutatis facto, & alijs, ſecundum occurrentiam.

Multoties datur iſta commiſſio firmis remanentibus notarijs, ne illis præiudicium inferatur.

DE

DE COMMISSIONE

QVANDO TERTIVS AD CAVSAM ADMITTATVR.

§. Vnico.

SVMMARIVM.

1 COMMISSIO admiſſionis ad cauſam pro intereſſe, cum quibus clauſulis detur.

2 Tertius, niſi docto de intereſſe, non admittitur ad cauſam.

3 Tertius veniens cauſa durante admittitur in ſtatu, & terminis, quibus reperitur.

4 Tertio an rei exceptiones quo ad forum competant.

5 Tertius veniens ad cauſam iudicium, non alterat.

6 Tertius de nullitate proceſſus non dat, niſi meliora iura oſtendat habere.

7 Tertius abſque commiſſione, ad cauſam venire poteſt.

8 Tertius in cauſa beneficiali ad ſui tituli canonizationem ad cauſam venire poteſt.

9 Tertius quando exceptiones obiectiuas dare poſſit.

10 Tertius poſſidens exequutionem impedit.

11 Fideiuſſor in ſententia contra principalem lata, non afficitur, ideo nouo opus eſt proceſſu.

12 Tertius exequutionem non impedit, niſi manifeſte de intereſſe conſtet.

13 Tertius ſummarie antequã ad cauſam admittatur de intereſſe probare debet, & ſemiplena.

14 Tertius ad tres effectus ad cauſam venit.

Primo, Ne cœptum iudicium aliquis proſequatur, & num. xv.

Secundo, Vt liti, & cauſæ aſſiſtat.

Tertio, Ad impediendam exequutionẽ.

Quarto, Adde vt cauſam de nouo incipiat.

16 Tertius principalem in cauſa agentem, nequit impedire.

Secus ſi non principaliter, ſed illi tertio, num. xvij.

18 Clauſula cum poteſtate citandi, & inhibendi, dicitur proteſtatiua.

19 Tertius lite conteſtata ſuperueniens, an impediat principalem ne agat.

Diſtingue, vt ibi.

20 Tertius ueniens aſſiſtendo cauſæ, de intereſſe docere debet ſummariae, nec iuramentum ſufficit.

21 Tertius an poſt datam actori primam dilationem, iura producere poſſit, & an ex geſtis ledatur.

23 Tertius appellans, & nouam obtinens commiſſionem, non ſentit litis ſtatum.

24 Appellatio interdicta collitiganti non erit interdicta tertio.

25 Tertius alienans bona dum cauſa eſt prope finem, quid à iure patiatur.

26 Tertius an exequutionem impediat.

Diſtingue vt hic.

27 Tertio exequutionem impedire volenti, per cautionem ſuccurritur.

28 Tertius appellare debet à ſententia lata pro ſuo intereſſe, alias patitur rem iudicatam.

29 Tertius calumnioſe impedire uolens repellitur.

30 Tertius trium conformium exequutionẽ impedire volens actor erit, & iudicium erit ſummarium.

31 Tertius decretis exequutorialibus poſſeſſor, tenetur ante illas probare ſe poſſediſſe.

32 Magnus Magiſter Religionis Melitæ non impedit exequutione ſententiæ lata contra Commendatorem.

33 Clauſula in ſtatu, & terminis quibus reperitur, quare addatur commiſſionis.

34 Tertius ad cauſam veniens, an, & quando poſt tertium ad articulandum ad dandos obiectus admittatur.

35 Tertius ad cauſam beneficialem veniẽs tenetur eam ſuſcipere in ſtatu, & terminis, quibus reperitur.

36 Tertius in tertia inſtantia ad cauſam veniens, an alias duas ſententias la-

tas ſuas faciat.

37 *Tertius ad cauſam veniens facit ſententiam, & rem iudicatam ſuam, ad effectum numeri non effectum rei iudicatæ.*

38 *Tertius, vel tanquam in prima cauſa committi curare poteſt, vel appellando, & de nullitate dicendo.*

39 *Clauſula Quam, & quas, quid operetur.*

40 *Commiſſio vbi de Cameræ Apoſtolicæ intereſſe agitur, in Camera dirigitur.*

41 *Fiſcus in hereditate ſuccedens, cauſam ad ſuum forum trahit.*

42 *Cauſam à Fiſco, & ius habens, coram iudice Fiſci agit.*

43 *Feudales, vel ſimiles cauſæ, in Camera cognoſcuntur.*

44 *Cauſæ patrimonij Principis Apoſtolorum ſunt Camerales.*

45 *Cauſæ ibi ſecundario de intereſſe Cameræ tractatur, ſunt Camerales.*

46 *Cauſa ceſſante intereſſe Cameræ ſi ſit inter priuatos, non eſt Cameralis.*

47 *Cauſa Religionum, ad earum protectores remittuntur.*

48 *Tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam veniens, ſi non admittatur appellat.*

49 *Clauſula contradictores in commiſſione deficiente, tollit proceſſum iudicis contra tertium.*

50 *Tertius lata ſententia appellans, conſtito de intereſſe auditur.*

Et impedit exequutionem trium conformium, ibi num. LI.

52 *Appellationi inherens, in iudicio partem facit.*

53 *Regula nil nouari appellatione pendente habet locum in tertio ad cauſam quoque veniente.*

54 *Excipiens de iure tertij de illo clare docere debet.*

55 *Tertius ad cauſam vigore clauſulæ omneſque alios ſua intereſſe putantes, de intereſſe docere debet.*

56 *Tertius ex clauſula conſtito de intereſſe, an in cauſa Spirituali ad ſcandala vitanda admittatur.*

57 *Sententia in re ſocij indiuidua, tertio prodeſt, ſed non nocet.*

58 *Tertius an commiſſionem appellationis obtineat, ſi nec appellans, nec appellatus agant.*

59 *Res iudicata, quando tertio noceat.*

60 *Sententia lata contra defunctum, non exequitur contra heredem, niſi ipſo citato.*

61 *Tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam veniens, quæ probare teneatur.*

62 *Tertius à ſententia lata pro ſuo intereſſe appellare poteſt.*

63 *Tertius duobus agentibus comparens, & melius ius habere dicens non ſuſpendit illius iudicis iuriſdictionem nec proceſſum.*

64 *Tertius coram Eccleſiaſtico de illegitimitate excipiens, duplicem habet actionem, & quam.*

65 *Tertius conſtito de intereſſe admittitur ad cauſam parte non citata.*

66 *Tertius tanquam tertius ad cauſam admiſſus retroacta cenſetur approbare.*

67 *Proteſtatio tertij, quod non vult tanquam tertius ad cauſam admitti, eſt vtiliſſima.*

CAP. VI.

§. Vnico.

LIte pendente inter aliquos, inſurgit interim tertius, & pro ſuo intereſſe ad cauſam admitti cupiens, porrecta cõmiſſione, eidem iudici, coram quo lis pendet, vt in ſtatu,
terminis, quibus cauſa reperitur, illum
1 admittat, committi petit. Concedi namque paſſim huiuſmodi commiſſio, admiſſionis pro intereſſe nuncupata, per Signaturam iuſtitiæ ſolet, ſed in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, ad-
2 dita clauſulæ, prout de iure. Et conſtito de intereſſe, nam virtus ambarũ clauſularum, talis eſt, quod Iudex ante-

quam petentem ex præfato reſcripto ad
cauſam admittat, de intereſſe guſtare
debet, alias petens erit excluſus a tali
admiſſione, & iudex nil notabit, ea ra-
tione, quia non eſt quis ex gratia admit
tendus, Io. Andr. in cap. fin. cum de pręb.
in ſexto.

3 Et pro intereſſe veniens ad cauſam
admitti debet cauſa durante in ſtatu, &
terminis, quibus reperitur. Oldradus
conſilio 255. numero quarto. Taliſque
4 Tertius voluntarius litigator dicitur,
quare rei exceptiones quo ad forum illi
non competunt declinandum, niſi com-
miſſa eſſet cauſa ſine reo, & ipſe ſciens, &
tacens comparere cogeretur, Bal. conſil.
427. per totum, volumine quarto. Et
5 non alterat iudicium in aliqui, quia ve-
niens ex tranſuerſo, dicitur incidenter
conſiderari. Anchar. conſilio 183. nu-
mero ſecundo, & tertio. Tam ſi in pri-
ma, quam in ſecunda inſtantia veniat,
quia paria ſunt, vt ibi Oldradus verſic.
6 non obſtat. Immo niſi meliora iura do-
ceat habere, non opponit contra princi-
palem de nullitate proceſſus, Aretinus
conſilio 98. in principio, vbi etiam tra-
ctat quando tertius fideiuſſor ad cauſam
valeat venire, numero quinto. Et quan-
do tertius vult facere partem de ſe, vel
de illius agatur præiudicio, quia obeſſe
illi ſententia inter alios lata poterit, eo
caſu ſimpliciter admittitur. Et quod iſte
tertius ad exequutionem impediendam
ſit actor voluntarius, dicit Roland. à Val
le conſilio quinto, numero 2. & conſil. tri
geſimo primo, volumine ſecundo. Rota
coram Reuerendo P. Domino Coccino
Decano, in vna Toletana Parrocchialis
de Chirion, Mercurij 28. Nouembris
1601. Quare ſi ius id cõcedit, licet ſimpli
citer abſque alio reſcripto admitti poſſit
ad cauſam, vt habetur in c. ſi is, contra
quos, §. quod ſi ſecus, vt lit. pẽd. in 6.
Eo magis non veniunt preces denegan-
dæ. Sed forſan præſens commiſſio ſuper-
flua dici poterit, quia aut coram ordina-
rio iudice cauſa pendet, & de iure tertius
ad eam pro ſuo intereſſe admittitur, aut
coram delegato, & pariter vigore clau-
ſulæ, omneſque alios ſua quomodolibet
coniunctim, vel diuiſim intereſſe putan-
tes poterit inſtare ad eam admitti, Innoc.

Vide hãc dec. in fi. cap.

in cap. veniens, el primo, verſ. nam hic
illa, de teſtibus, Abb. in ca. veniens, el 2.
num. 8. ibi Fel. num. 16. eod. tit. & quod
coram delegato ad cauſam venire valeat
licet in commiſſione expræſſus non ſit,
etiam ſine cõmiſs. ex clauſula oẽsq; alios
Rota cẽſuit, ex dec. Put. 166. per tot. p. 3.
& ſimiliter in beneficialibus; etiã quo ad
canonizationem ſui iuris, dixit Achil. de
ciſ. 4. de excep. nam per regulam, quod
non præſumitur ſcientia litis, l. verius, ff.
de prob. iſtum nullam habuiſſe notitiam
concludendũ eſt; vnde, ſi poſtea cauſam,
in qua ſua intereſt agitari videt, inuitus
ad ſui defenſionem iudicium petit, Caſ-
ſad. deciſ. 1. de. except. vbi tractat etiam
quando tertius iſte dare exceptiones
obiectiua queat & videre regiſtrum, &
quando poſſit, vel non teſtes producé-
re, Afflict. deciſione 235. per totum.
Sed ſi tertius iſte poſſideat, tũc impedire
exequutionem valebit, etiam ſi vigore
inſtrumenti illam habentis paratam aga-
tur, Alexander in l. à Diuo Pio, §. ſi ſu-
per rebus, numero vigeſimo octauo ver-
ſiculo & bene facit, ff. de re iudic. Felin.
in capitulo cum ſuper, numero decimo-
quinto, verſic. amplius, eodem tit. Gal-
leſ. ad obl. in forma Cameræ parte ſecun
da, quęſt. 2. numero tertio. Ratio eſt,
quia interuertitur eius poſſeſſio, vel etiã
ius ſuum læditur, Innocen. In cap. ve-
niens, el ſecondo, numero tertio vbi Io.
Andr. num. 4. Butr. num. 10. Abb. nu.
6. de teſtibus. Felin. in cap. cum ſuper. de
re iud. Couar. pract. quæſtione cap. 16.
num. 2. vti videmus, fideiuſſori non no-
cere ſententiam latam ipſo non citato cõ
tra principalem, neq. abſq. nouo proceſſu
poſſe contra eũ exequi, Roncag. in l. ex
duobus, n. 29. & 36. C. de duob. reis, Gui
do Pap. conſ. 12. n. 2. verſ. præterea quia ſi
ſententia, At ſi per contradictas pronun-
ciatũ fuerit, ſine difficultate procedit. Et
maxime ſi appellari ommiſſum, quoniã
in caſibus, quibus nocet tertijs, non ha-
betur in conſideratione contra tertios ſi
inſtantia caruit defenſione, non obſtãte
quod fuerit proceſſum contra legitimum
contradictorem, l. ex contractu, vbi glo.
& DD. ff. de re iud. Pinel. in l. 1. par. 3. n.
50. ver. limitatur quarto. C. de bon. mat.
Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. num. 10.
At

Digitized by Google

12 At cautus ſit iudex, quando execu-
tionem tertius iſte impedire intendit, vt
minime ad cauſam illũ admittat, niſi eui
denter de intereſſe conſtet, alias a limine
iudicij eum repellat, quia id tali tempore
potius ad calumniandum facere videbi-
tur, quem alias, Tiraq. in trac. de conſtit.
par. 3. limit. 12. num. 14. Card. conſ. 7.
Fel. in dict. c. cum ſuper, nu. 13. de re iud.
& quamis ſummaria cauſa dicatur, ta-
men pariter de intereſſe ſummarie appa-
13 rere, antequam in cauſa audiatur, debet,
cap. veniens, el 1. vbi Abb. 4. col. verſ.
nunc reſtat, in fin. & Fel. col. 6. de teſtib.
Maran. de ord. Iud. par. 4. in verbo vt iu-
dicium mercatorum, n. 78. ad quod non
requiritur integra probatio, quia ſemiple
na ſufficit, vt per Felin. in dicto capitu-
lo veniens, numero decimo tertio de
communi atteſtantem, & in dicto capi-
tulo cum ſuper, numero 16. de re iudic.
Couarru. practicarum quæſtionum cap.
16. num. 5. Vnde, ſicut loco ſupracita-
to refert Marant. nu. 179. de mente DD.
14 in c. veniens, el 2. de teſtibus, ſi in hoc iu-
dicio, in quo ſummariæ de intereſſe con
ſtare debet, per ſemiplenam probatio-
nem apparebit, non erit teſtium repulſa
attendenda, ſed vt diſtinctius, & breuius
procedamus, præſupponendum, ad tripli
cem effectum tertium ad cauſam per aliũ
ceptam venire poſſe. De quibus late
15 Benin. dec. 75. per tot. Primo, vt aliquis,
qui iam illam cępit, vlterius non agat,
Secundo liti, & cauſa pro eius intereſſe
aſſiſtendo, ac vt ex probationibus, & iu
ribus productis ad victoriam tendat,
iuxta illud adagium omnibus notum,
inter duos litigantes, tertius gaudet. Ter
tio, quando poſt latã ſententiam ad cau-
ſam venit; vt eius exequutionem impe-
diat. Quamuis quartum effectum addat
Benint. deciſ. 75. n. 5. allegans Afflict.
dec. 135. nempe principaliter, vt cauſam
de nouo incipiat, ac de nouo omnia fa-
ciat & an, & quando ad perſeuerandũ in
iudicio cogi valeat, ibi tradit Benint. Pri
16 mo itaque, quando inſurgit tertius iſte
ad impediendum ne quis agat, ſi ille, qui
cæpit eſt principalis, impedire non pote-
rit, Alex. conſi. 60. col. fi. vol. 5. c. ſepe, ff.
17 de re iud. At ſi non pertinet principaliter
ad eum, qui cauſam cæpit, ſed in conſe-
quentiam, & ad tertium illum principali
ter, tunc, Aut tertius iſte venit ante litis
conteſtationem, & impedire poterit adhi
bita cauſę cognitione, quæ in hoc articu-
lo venit quoque adhibenda, vt dixi Put.
deciſ. 375. lib. 1. & quamuis contra eum
cauſa non ſit commiſſa, ſed in diſpoſitiua
tantum mentio fieret contra intruſos, &
intrudendos, tamen, quia in parte pote-
18 ſtatiua, quæ talis dicetur illa, cum faculta
te citandi, & inhibendi, omneſq; alios vel
dictum aduerſarium, & omnes alios ſua
communiter, coniunctim, vel diuiſim
intereſſe putantes, ſicuti impetrans, com-
miſſionem alios citare facere actiuæ po
teſt, ita etiam, & paſſiuæ citari illius vi-
19 gore, Put. deciſ. 385. lib. 1. Sin vero ter-
tius iſte poſt litis conteſtationẽ ſuperue-
niat, & denuo ſubdiſtingue, aut (vt di-
xi) cauſam ignorauit, & impedire poteſt,
aut ſciuit illam agi, & paſſus fuit, & illo
ſtatu impedire nequit, ſed bene aſſiſtere
valet, & ita formaliter dixit, Bart. in l. ſi
præluſorio, §. ſed, & agere, nu. 1. ff. de
20 Appel. Boer. deciſ. 69. num. 3. Secundo
caſu principali, quando venit, vt cauſæ
aſſiſtat, tũ (vt dixi) de eius intereſſe ſum-
mariæ conſtare, & probare debet, & non
ſufficit ad hoc iuramentum, ſed requirun
tur ſemiplenæ probationes, vt ibid. Ma-
rant. loco cit. ex dictis per Bar. in l. a diuo
Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 2. ff. de re iud.
Rot. de iudic. deciſio. 11. in antiq. l. 3. §.
ſciendum, ff. ad exiben. cap. veniens, vbi
Fel. col. 2. in verbo audiendus, n. 5. de te-
ſtibus, qui late factum hoc differens, mul
ta cumulat, quam videas, ſi occurrat,
quia eius dicta non refero, vel ſaltim ſuf
ficit, vt de eius intereſſe apparenter pro-
bet, Put. deciſ. 166. in fi. parte 3. alias ſe-
queretur abſurdum, ſi præmiſſa non mili
tarent, quod eſſet in cuiuslibet tertij po-
teſtate, commiſſiones impetrando, earum
virtute, in cauſis, vt immortales fierent
21 machinare (ut dicam) Sed an in facto no-
ſtro iſte tertius poſt actori datam pri-
mam dilationem producere iura poſſit,
& an ex actis ab eo factis lædatur, ponit
Bar. in d. §. ſed, & agere, numero tertio,
quarto, & quinto. Vnde bene praxis ino-
leuit, quod non ſolum in noſtra commiſ-
22 ſione addatur clauſula cõſtito de intereſ-
ſe, verum etiam, & aliam prout iuris fue-

rit, ad cauſam, in ſtatu, & terminus, qui-
bus reperitur, admittat, vt per Mandoſ.
in commiſſ. admisſionis pro intereſſe, in
verbo pro ſuo intereſſe, Innoc. in cap. ſu-
per his, num. 7. de accuſat. cap. veniens,
23 el. 2. de teſtibus. Tertius vero appellans,
ac nouam obtinens commiſſionem, facit,
vt tertio litis ſtatus non noceat, quemad
modum declarat Caſſad. deciſione 1. nu.
24 3. & per tot. de except. & Appellatio
interdicta collitiganti, non erit tertio pro
hibita cenſenda, Fel. in dicto capitulo ve
niens, colu. 2. verſ. prima concluſio, Me-
noch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 844.
25 & duob. ſeq. Alias tertius poſſidens ſuc
cumbere in lite dubitans, bona, de qui-
bus agi contingebat, alienauit, & ſic in
creditoris fraudem, vel collitigantium,
& quamuis reuocatoria tunc agi posſit,
dummodo reali actione actum non fue-
rit, tamen id non procedit, quando in
executione ſententiæ ſtatim ferendæ fa-
ctum eſſet, Iaſ. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper
rebus poſt numerum decimum, & ibi
Hercul. colum. penul. ff. de re iud. quia il-
lo caſu in fraudem ſententiæ, & exequu-
tionis id factum præſumitur, quando lis
eſſet talis, in qua de facili ſperaretur exe-
quutio, & condemnatus, alia bona, præ-
ter alienata, in quibus exequutio fieri
poſſet, non haberet, Caſtr. in d. §. ſuper re
bus, poſt num. 8. verſ. vbi Baldus nota-
26 bilius, & verſ. & poterat dici, Tertius, &
vltimus eſt caſus, quando ad impediendã
exequutionem tertius inſurgit, & tunc,
aut res, de qua agitur, à nemine poſſi-
detur, ſeu vacans eſt, vti exemplificari
poteſt in beneficio, & pariter ſi inconti-
nenti de ſuo intereſſe tertius iſte docebit,
exequutio erit retardanda, etiam quan-
do appellatur à mandato de exequendo,
ſi ſuper iure, de quo opponitur, venit di-
ſcutiendum, Verall. deciſione 40. par. 1.
Alexander in dicto §. ſi ſuper rebus, nu.
10. Put. deciſ. 326. par. 2. Aut res ab alio
per ſententiam victo posſidetur, & eo ca
ſu non obſtante obiectione iſtius intereſ-
ſe habere aſſerentis, exequutioni deman
dabitur, vnde illam minime impedire po
terit, quia ſi (vt dixit) debet venire in ſta-
tu, & terminis quibus reperitur cauſa, ca-
pitulo primo, vt lit. pend. in 6. Felin. in
capitulo cum ſuper, num. 15. de re iud.
appellando à ſententia, ſi illa eſt, quo ad
mortuum vltima, debet etiam contra il-
lum tertium eius executionem impedi-
re, non valentem exequi. Put. deciſ. 71.
lib. 3. Achil. deciſione 13. de adpellatio.
Mohed. deciſione prima, quod etiam
procedit, quando agitur ex obligatione
de ſtando vnicæ ſententiæ, vt Rota obſer
uat quando poſſeſſor, qui obtinebat, ha-
buit remiſſoriam, & de ſtando vnicæ con
ſenſit, ac ſe obligauit, vel ſequeſtro aſ-
ſenſit, Put. deciſione 43. lib. 1. & deciſ.
305. lib. 2. Io. Paul. dec. 117. Et ſic, ſi vlti-
ma contra defunctum erat, in illo ſtatu,
pariter contra appellantem, vel ab illo
ius habentem, talis erit reputanda, Mo-
27 hed. deciſ. 103. Put. dec. 11. lib. 3. Interdũ
autem ſubuenitur iſti tertio per cautionẽ
ab illo, qui obtinuit præſtandam, vt con-
tra alium petitorem indemnis ſeruetur,
& præfata cautio operatur, ne tertius va-
leat poſt illam præſtitam exequutionem
impedire, Fel. in d. cap. veniens, col. 2. l.
ſi is à quo, & l. ſeq. ff. de re iud. Creſc.
dec. 1. de reſcri. de quo late per Menoc.
de recup. poſ. rem. 1. n. 327. & ſeq. Ratio
diuerſitatis illa affertur, quia vbi trans-
fertur res vacans in alium, tunc petentis
conditio deterioratur, quia leuius peti-
tur res vacans, quam poſſeſſa, ob id ſen-
tentia, ſi contradictor ſua intereſſe pro-
bet, vbi de vno in alium posſidentem
transfertur dominium, nõ mandatur exe
quutioni, quia non poteſt tunc petitor,
quoad conditionem deteriorari, vt no-
tanter tenuit Innoc. in d. cap. veniens, el
ſecondo, num. 1. quem ſequitur Bar. in d.
l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 7. &
Boer. dec. 79. n. 1. ac de relata cautione n.
3. Immo prædictũ tertium appellantẽ au
diri non debere, credo in prænarrato ca-
ſu, quia, ſi non grauatur, repellitur ab ap
pellando, Bal. in l. poſt ſententiam, nu. 6.
C. de ſen. & interl. om. iud. Dec. poſt alios
in cap. ſi duobus, in prin. uerſ. dictum ta-
men de app. & ceſſante grauamine, à quo
ortũ habet appellatio, pariter, & ipſa ap-
pellatio ceſſare debet, Tiraq. in tract. de
cauſ. ceſ. par. 1. nu. 39. Ideo cum per cau-
tionem, quæ ſequeſtri eſt medicina, ſit ei
conſultum, conqueri non poteſt, Franc.
28 Curt. in trac. de ſequeſt. q. 14. num. 55. l.
final. de ord. iud. Nihilominus debet, &
poteſt

Google

poteſt de iure tertius in cauſa intereſſe habens, vel pro ſuo intereſſe,à ſententia contra alium lata appellare, alias ſi habita de illa notitia id facere prætermittat, lata ſententia pariter in iudicatum cõtra illum transibit late, Couar.pract.quæſt. c.15.per tot.DD.in l.ſæpe,ff.de re iud. & in c. ſuper, vbi Feli. num.12.in fi.eod.tit. ac appellationem à tertio interpoſitã proſequi.Felin.in c. veniens, nu.5. de teſtib. Quod tamen declara vt per eundem Fel. ibi nu.8.9.& ſeq. vbi ample articulum hunc tractat,quod nullam apud ſcribentes difficultatem babet, ſed in hoc pariter tertius de ſuo intereſse ſtatim docere debet,alias veniret repellẽdus, & audientia illi à iudice deneganda. Couar.in eo.
29 tit.c.8.n.1.& 2. Itaque quando de iſtius tertij calumnia conſtat, neque appellans auditur, neque ad cauſam admittitur,capitulo ſciſcitata,vbi DD.de in integr. reſtit.Fel.in d.cap.veniens,num.4.Card.in clem.1.q.4.de re iud.Et hoc te nõ lateat, quod ſi tractatur de ſuperſedendo in exequutione Breuis, dilatio danda erit.

30 Si vero iſte tertius trium conformium exequutioni ſe opponere voluerit, actor erit, quia vltro ſe offert, Vnde ob id illi obſtat exceptio excommunicationis, ad conſil.Anchar.333.numero primo,& ſecundo. Et iſto caſu reſpectu priuilegij, non poterit forum declinare vti ex tranſuerſo veniens, & illi onus probandi incumbit, vt ibi Anchar. Vnde ſi trium conformium exequutionem impediendam venerit, erit iudicium ſummarium faciendum,ac extraiudicialis,ſine inſtantia cognitio erit, vt ibi Anchar. Res autem inter alios acta, tunc tertio nocet contra regulam ordinariam, & quomodo regula procedit, vide congeſta per Benint. deciſione 67. numero primo, & per tot. Sed ſi quid latis tribus conformibus tertius ad cauſam veniat, an impediat trium exequutionem, & Rota coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Domino Cardinali Seraphino in vna Cordubenſis Statutorum, die 24. Ianuarij 1590. negatiue dixit licet omnes actus ſuos faciat.Sed quid ſi tertius reperiatur

Vide hĩc dec. in fi. cap.

31 in poſſeſſione poſt decretum exequutorialis contra eum,qui eſt probatus poſſeſſor per teſtes,& per veras probationes nõ autem per confeſſiones, vel inditia, an teneatur probare ſe ante litem motã fuiſſe in poſſeſſione, & Rota ea mota ratione dixit, quod ſic, quia probationes factæ non obſtant, quia ſi ille,contra quem erant decretæ exequutoriales reperiebatur in poſſeſſione tempore iudicij moti, neceſſario illum tunc temporis poſſidere non potuiſſe conſtat cum eodem momento duo in ſolidum poſſidere dicendum nõ ſit,&niſi intruſus, lite pendẽte probetur, poſſeſſor erit cenſendus, alias numquam locus exequutioni eſset,vt bene per Ac-
32 chil.dec.21.probat.Rurſus fertur ſententia contra præceptorem religionis Hieroſolymitanæ,quæ in iudicatum tranſit, &quando pro eius exequutione inſtatur, Magnus Religionis Magiſter,vel alij,exequutionem impedire ſatagentes, occurrunt eo medio,quia ſententia contra præceptorem temporalem lata, non poteſt magno Magiſtro, neque religioni perpetuo permanenti, præiudicare, quemadmodum ſententia latacontra heredẽ, nõ afficit fideicõmiſſarium,Iaſ. in l. decem, vbi Crot.nu.37. ff.de verb. oblig. Alex. in l.ſi de vno quoq. circa fin.ff.de re iud. Achil.dec.3.eo.tit. At negotio diſcuſso. Rota contrarium tenuit, quia præceptores ſunt legitimi procuratores, & Eccleſiarum defenſores, licet in Eccleſiaſtica dignitate cauſa adminiſtrationis conſtituti non ſint,vt abunde per Achil. deciſ.
33 11. de re iud. Apponuntur vlterius in commiſſione noſtra alia verba, in ſtatu, & terminis quibus reperitur,& id ex diſpoſitione capituli ſi ij, in fine,vt lite pendẽn.in ſexto. vbi Gloſa in verbo in illo ſtatu, & ideo illa verba apponi mandatum fuit, vt fraudibus obuiaretur, quia multoties cauſæ perducebãtur vſque ad finem, & poſtea alteri iura cedebantur, quo mediante denuo lites incipiebant, in cuius expeditione, deinde alia ſimilis ceſſio fiebat, ſicque in infinitum, poſtea lites protrahebantur,abſque eo,quod illis vnquam finis eſſet, ideo Sanctiſs.Summus Pontifex ibi illa addi verba ſtatuit, quæ tãtę ſunt importãtię, quod in eo ſtatu admiſsus, ſi bene terminus ad articu-
34 landum tẽtus fuerit, minime ad obiectos dandos admitti poterit, quia ſi ſtatu litis beneficio gaudet, debet cum ſuis qualita

tibus in illo agere, nam alias erat in ſua poteſtate vigore clauſulę omneſq; alios, (vt præmiſi) comparere, at quia prius, vel non venit, vel non curauit venire, modo præmiſſo, ſtatu cauſæ cum ſuis qnalitatibus arctatur, capitulo quod dãnum, de reg. iur. in ſexto, l. ſecunda, §. quod diximus, ff. ſi quis caut. Caſſador. deciſione prima, num. tertio, de except. Rot. in antiq. deciſ. vndecima, de reſcript. Oldr. conſil. 255. numero quarto. Vnde ſi ſciuit litem motam, teſtes examinatos, ac publicatas depoſitiones, non poterit niſi ſuper nouis articulis audiri. Secus ſi ignorauerit, quia licet teſtificata ſint didicita, tam ſuper eiſdem articulis, quam ſuper directo contrarijs, nouos inducere teſtes poterit, iſto etenim caſu omnia geſta per ipſum reum approbare videtur; ac illis met terminis, quibus principales litigantes vtuntur, arctari, vt late Afflict. deciſione 235. & Rota Bonon. deciſione 75. Oldrad. Alleg. conſil. 255 numero quarto. Quod in omni inſtantia id ſibi locum vendicare, aſſerit, quia ſi pendet cognitio appellationis, non poteſt dici cauſa finita, nam agendo poteſt error facti corrigi, & per conſequens, iſte tertius obtinere, vt ibi Oldr. num. 5. deciſione 20. de reſcript. in nou. Butr. conſil. 9. Gemin. conſil. 120. colum. 2. Alexand. conſilio 82. num. 6. volum. 1. vbi etiam dicit, ius iſtius tertij regulari ſecundum naturam iuris principalis, Anchar. in capitulo ſecundo in fine, vt lit. pend. in ſexto. Alber. in dicta l. ſæpe, ff. de re iud. Anchar. conſilio 182. Afflict. deciſione 15. & illi prodeſt, quia alias ex ſua perſona non poſſet comparere, Gom.
35 conſil. 53. num. 9. volum. 3. Ob id, ſi tertius venit ad cauſam beneficialem, litem, cauſamque pariter ſuſcipere tenetur in eiſdem ſtatu, & terminis, quibus reperiebatur tempore obitus ſui anteceſſoris, Decius conſil. 89. num. 1. Put. deciſio-
36 ne 71. parte tertia per totum. Sed vnam queſtionem tangit Mandoſ. in commiſſione admiſſionis pro intereſſe in ſtatu, & terminis, &c. de qua nunc tractamus, pone, dicit ipſe, quod tertius, in tertia inſtantia veniat, & ad cauſam pro ſuo intereſſe admitti obtineat, ſuccumbatque, an iſta tertia ſententia contra primum litigantem lata, qui per duas alias ſuccubuit, erit pariter tertia contra ſupradictum tertium ſic admiſſum, vel prima, & Domini de Rota dixerunt in hoc, quod ſi agi cauſam ſciuerit contra iſtum admiſſum ſimiliter tertia erit. Secus autem ſi ignorauerit, vt ibi Mandoſ. nihilominus ſi iſte tertius in tertia inſtantia ad cauſam venerit, & vigore commiſſionis petat in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur admitti, & in ſpecie ſeruatis terminis ſubſtantialibus, perinde ac ſi præfati termini ipſius intuitu ſeruati forent; quatenus contra ipſum feratur ſententia, adeo ſuam ſententiam facit, quod iam contra ſe tres reportaſſe, dicendum erit, vnde amplius appellare nõ valebit, quia in illo ſtatu, quo venit, ſententias ſuas fecit, vt paulo ante dixi, ex Put. deciſio-
37 ne 71. par. 3. num. 6. & 7. Hinc Rota in vna Montis Regalis iuriſdictionis coram Illuſtriſſimo Mellino Lunæ 10. Iunij 1602. dixit, Vniuerſitatem, & Clerum feciſſe ſententiam ſuam, non ad effectum, vt eis obſtaret res iudicata; quia hoc caſu admiſſio ad cauſam eſſet inutilis, ſed ad effectum numeri, vt ſolum poſſit proſequi iudicium tanquam in tertia inſtantia, eo quia pro eorum parte fuit prouocatum à duabus ſententijs prius latis cõtra Epiſcopum, & cauſa appellationis, ac nullitatis Rotæ demandata, & iſtud ius appellandi, & dicendi de nullitate nõ competit niſi illi, cui obſtant ſententiæ, & propterea appellando, & dando de nullitate, ac iniuſtitia ſententiæ ſuper illis cauſam committendo appellationis, ac nullitatis ſententię, in neceſſarium antecedens voluerunt facere geſta illucuſque ſua, quod ſententię illos afficerent, Achil. deciſione 43. de appell. Put. deciſione 71. par. 3. & alias reſolutum fuit Coram Domino Aldobrandino poſtea Clemente Octauo felic. recor. in vna Cataníenſis illegitimatis 13. Februarij, & 7. Nouembris 1580. Nec facit, ſi dicatur quando tripliciter ad cauſam Tertius venit ad ius ſuum deducendum, intelligatur venire tanquam in prima, vt per Felin. in capitulo cum ſuper. de re iud. & inconſequens ſuas ſententias non facit, Quia hanc opinionem Doctores non ſequuntur, ac per Rotam reprobata fuit

Vide hãc dec. in fi. cap.

Vide hãc dec. in fi. cap.

38 ex deciſione. Put. 71. par. 3. Poteſt namque Tertius duplici inſiſtere viæ, vel nouam committendo cauſam tanquam in prima, & hoc caſu nouum eſt iudicium inchoandum, vel appellando, & de nullitate dicendo, & iſto caſu facit ſententias ſuas, quia aliter ius appellandi, & de nullitate dicendi illi non competeret, vt late Rota dixit in vna Cordubenſis ſtatutorum 24. Ianuarij 1590. coram Illuſtriſsimo Seraphino, Vnde ſibi capitulum, & litis conſortes imputent ſi hãc

Vide hãc dec. in fi. cap.

39 viam elegerunt. Nec clauſula quam, & quas, cuius vigore poteſt procedi, vt in prima obſtat. Quia operatur ſolum iſtum effectum, vt non conſtito de appellatione, vel cauſa deſerta, poſſit pronunciari pro ut in prima, & non quando fuit appellatum, ac appellationis, & nullitatis cauſa commiſſa, ex quibus caſibus oritur approbatio, quod voluerit facere ſententias ſuas, Sicque cenſuit Rota in vna Montis regalis iuriſdictionis, prima Iulij 1595. coram Domino Penia.

Vide hãc dec. in fi. cap.

40 Commiſſio, vbi de Cameræ Apoſtolicæ intereſſe agitur, eidem Cameræ venit demandanda, quamuis Camera habeat magna priuilegia in ſimilibus, illam reaſſumendi, vti etiam quando fiſcus ſuc-

41 cedit in hereditate alicuius mortui abſque heredibus, vel ſimilibus, nam talia eius ſunt priuilegia, etiam de iure communi, quod ad ſuum forum, quando intereſſe habet, cauſas trahat, l. ad fiſcum, §. ſi quis C. vbi cauſ. fiſcal. l. 3. C. de iur.

42 fiſc. lib. 10. vbi Glo. Bar. & DD. Et maxime, quando quis à fiſco ius habeat, nam lite fiſco tunc denunciata, mutare tenetur iudicium, & coram ipſius fiſci iudice agere, Iul. Clar. in prax. crim. q. 78. verſ. item in fiſcum Paul. de Caſtr. conſil. 390. volum. 2. late Borgn. Caualc.

43 dec. 8. num. 2. 3. 18. & ſeq. Et tanto magis, ſi agi de feudis contingat, vel alijs Camerabilus iuriſdictionibus, vt expreſſe cauetur ex Bulla Pauli Tertij, de qua in Bullario, num. 77. ac Pij Quarti, eod.

44 Bullario, num. 44. Sicut etiam quando agitur de patrimonio Beatorum Petri Apoſtolorum Principis, & Pauli Doctoris gentium, quia pariter coram procuratoribus Cæſaris, ad quorum inſtar ſunt hodie Domini Clerici Cameræ, in Camera Apoſtolica cauſa tractanda erit, tot. tit. ciuil. cauſ. fiſcal. l. prima, C. de fide inſtrumentorum libro decimo. Ant. Peregr. in tractat. de priuil. fiſci libro ſexto, titulo primo in princip. Idque etiam extenditur, ſi agi contingat de bonis, ex quorum amiſſione ius collectandi Camera perderet, quia cum pariter tunc

45 agatur de illius intereſſe, cauſa in Camera erit tractanda, Bald. in cap. 1. num. 5. quæ ſit regal. Iaſ. conſil. 100. colum. 1. verſ. cauſæ autem fiſcales, volum. 1. Et in tantum, id verum eſt, quod ſi ſecundario etiam de eius intereſſe appareret, dato quod coram alio iudice cauſa inſtructa ſit, vigore ſupradictæ Bullæ Pij Quarti, numero 44. in Bullario poterit illam ad ſe auocare, & multa de hac materia ponuntur in reformatione eiuſdẽ Pij Quarti, de qua in dicto Bullario, nu. 70. quam

46 videas, Et quamuis ortum à Camera cauſa habuerit, ſi excluſo Cameræ intereſſe inter tertios agi contingat tales cauſæ neque in Camera agitari, neque in illa tractari ſolent.

Ratio præmiſſorum affertur per Iſern. capitulo primo, numero quarto, verſ. intereſt plurimum, de proh. feud. alien. per Feder. Quia Cameræ Apoſtolicæ intereſt primario, ſiue ſecundario, licet inter priuatos agatur, videre cui feudum adiudicetur, & quales eius Vaſſalli futuri ſint, & quæ bona appellatione Patrimonij glorioſiſſimi Petri Apoſtolorum Principis contineantur, tradit Feli. in c. ſi deficiente numero primo de except.

47 Sicut in ſimilibus fieri videmus in multis cauſis religionum, quæ ex vrbanitate quadam, ad Illuſtriſſimos, & Reuerendiſsimos Cardinales eorum reſpectiue protectores cognoſcendas, & eorum arbitrio Religioſos puniendos remitti ſo-

48 lent. Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe (vt dixi) ſi nõ admittatur, poterit appellare, & tunc impedit executionem trium conformiũ, Oldr. conſ. 254. Innoc. in c. cum ſuper, de re iud. Bal. in l. a ſententia C. de App. Oldr. in conſ. 254. Innoc. in c. cum ſuper, 2. col. de re iud. Alex. in l. a Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. eod. tit. Quando in commiſsione non adeſt clauſula contradictores, vel alia, omneſque alios, &c. contra tertios procedere iudex

non

Digitized by Google

non poterit, Abb. in capitulo pro illo-
rum, numero nono, de probat. Io. Mo-
nac. in capitulo primo, nu. 7. & 8. de con-
ceſſ. preb. Vbi Gemin. num. 11. & Franc.
50 numero ſexto, Tertius, ſi latæ ſententiæ
notitiam habens, appellet, conſtito de
aliquali intereſſe, erit audiendus, capit.
cum ſuper, vbi Fel. numero vndecimo,
de ſent. & re iud. Lancell. de attent. par.
2. cap. 12. limit. 50. num. 171. & talis ap-
51 pellatio etiam trium conformium execu
tionem impedit. Gab. lib. com. opp. de
exeq. rei iud. concl. 1. num. 15. Vant. de
nul. in tit. quis, de null. dic. poſſ. numero
19. Lancell. vbi ſupra ampl. 14. numero
ſecundo, & ſequitur Bar. in l. ſi quis liber
tatis, de petri, hæred. Boer. deciſ. 79. nu. 3
Bar. in l. ſi præluſorio, §. ſed, & agere nu.
2. ff. de app. Natr. conſ. 377. numero pri-
mo, capitulo ſi ſuper beneficio, vbi Fel.
n. 10. de re iud. Vant. de null. quis de nul.
dic. poſ. nu. 19. Afflic. deciſ. 15. num. 30.
Tamen declara ad hoc vt executionem
præmiſſa appellatio retardare poſſit,
quod debet iſte tertius incontinenti do-
cere de iure ſuo, ac in promptu proba-
re, Boer. deciſ. 29. in princ. Lancel. de at-
52 tent. amp. 14. num. 24. Appellationi in-
hærens, ſicuti facit prænarratus tertius,
ſe partem in iudicio facere, dicitur, Rot.
53 deciſ. 52. de appell. in no. Immo contra
iſtum tertium etiam intrabit regula, nil
nouati appellatione pendente, Lancell.
tit. de attent. à tertio, capitulo tertio, nu-
54 mero 64. cum add. Vnde ſi aliquis de
iure tertij excipiat, debet de illo clare, &
liquide docere, Bar. in l. 2. num. 2. ff. de
except. Sarn. in regul. Cancell. de non
iudican. &c. queſt. 1. colum. 2. & ſuper
regul. de public. quæſt. 7. Pariſ. conſil. 47
55 num. 98. volum. 4. At quando tertius
pariter ad cauſam vigore clauſulæ, quæ
ordinariæ in commiſſione apponi ſolet,
omneſque alios, tam coniunctim, quam
diuiſim, quomodolibet ſua intereſſe pu-
tantes, venire voluerit, niſi de intereſſe
doceat, non poterit procedi contra eum,
Put. deciſ. 242. parte 2. & ſaltim ſum-
mariæ de illo probare ſuum erit, Biſign.
deciſ. 1. de reſcrip. alias non venit audien
dus. Tiraquell. de conſtit. par. 3. limit. 13
num. 14. Vnde bene per Signaturam in
tali Commiſſione additur, dum tertius
56 ad cauſam admitti petit, clauſula, Con-
ſtito de intereſſe, & an pro ſuo intereſſe
quis in cauſa ſpirituali, ad vitanda ſcan-
dala ſit admittendus, late tradit Man-
doſ. in commiſ. admiſ. pro intereſſe, in
verbo cauſam, quem videas Appellatio
prohibita, quo ad litigantes, non cenſe-
tur quo ad tertium, Felin. in cap. veniens
57 el 2. colum. 2. verſ. 1. concluſio, de teſt.
Menoch. de adipiſc. poſ. rem. 5. nu. 855.
& ſequen. Tertio ſententia in re commu-
ni ad fauorem vnius Socij lata, prodeſt,
ſed non nocet, l. ſi de communi, ff. ſi ſeru.
vend. Glo. in l. 2. ff. quib. res iud. non
noc. Innocen. in cap. cauſam in fine, qui
fil. ſint leg. Alex. conſil. 186. num. 11.
volum. 2. & in l. ſæpe, num. 52. ff. de re
iud. Rota coram Domino Orano in vna
Illardenſis iuris decimandi, Veneris 18.
58 Aprilis 1587. Quid ſi nec appellans, nec
appellatus agant, an tertius appellatio-
nis commiſſionem obtinere poſſit, aut
audientia ſibi veniat deneganda, de quo
vt breuitati conſulam diſtingue, vt per
Zabarel. in clem. conſtitutionem, §. ſane,
59 num. 4. & 5. de elect. & an, & quando
res iudicata tertio noceat, vel alijs, acce-
de Fel. in cap. quando, & ſequen. de re
60 iud. Tandem te nõ lateat, quod execu-
tio ſententiæ latæ contra defunctum, con
tra heredem, niſi ipſo citato, fieri nequit,
Felin. in cap. quia. num. 4. de iud.
61 At ſi cupis videre, quæ probare ter-
tius teneatur quando pro ſuo intereſſe
ad cauſam venit, pro ut ad contradicen
dum admittatur. Secundo quando com-
parens pro ſuo intereſſe admittatur non
ſolum ad contradicendum, & litem in ſe
ſuſcipiendum. Tertio, an, & quando pro
ſuo intereſſe tertius iſte prouocare poſ-
ſit. Quarto, an Vittoria iſtius tertij, ſi
pro ipſo pronunciari contingat, colliti-
gantibus proſit. Quinto, an appellatio
iudicialis, vel extraiudicialis cenſeatur,
quando tertius iſta pro ſuo intereſſe ap-
pellat, uideas Imol. in cap. cum ſuper, nu.
62 6. & ſequen. de re iud. Late præmiſſa di-
ſtinguens. Nulli autem dubium eſt, quin
iſte tertius à ſententia lata pro ſuo inte-
reſſe appellare poſſit, ut copioſè tra-
dit Abb. in dicto capitulo cum ſuper,
numero primo, tertio, & decimoquarto.
Veniens ad cauſam ex iure ſuo, quod nõ

habet

Digitized by Google

habet connexum cum iure litigantium, ſuo nomine poteſt agere, litem denuo inchoando, Couar. pract. quæſt. cap. 13. nu. 1. Tamen id intelligendum eſt quando quis venit ad alterius defenſionem, ſed quãdo quis venit principaliter ad ius ſuum deducendum, duplici via inſiſtere poterit, vel (vt dixi) veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, vel principaliter pro ſuo intereſſe committi cauſam petendo, Rota coram Illuſtriſſimo Seraphino, in vna Cordubenſis ſtatutorum Mercurij
63 24. Ianuarij 1590. ſupra allegata. Quando duo ſemel agunt, & compareret tertius, ſub prætextu, quod melius ius habeat, non ſuſpendet iuriſdictionem iudicis, ſed melius probando, tollit aliorum intentionem, non autem proceſſum, tanquam reſpiciens deciſoria, & merita cauſæ, & tantum peremptoriæ exceptionis vim habet. Innoc. Butr. Felin. & Doctores in cap. cum ſuper, de re iud. Couar. pract.
64 quæſt. cap. 4. colum. penult. At ſi coram diuerſo iudice, puta Eccleſiaſtico poſtea tertios dando de illegitimitate alter compareat, ratione iſtius iudicij duplex actio dabitur, nempe actio, & exceptio præiudicialis non ſolum reſpectu intentionis, ſed etiam proceſſus inter actorem & reum agitati, & erit dilatoria, ratione perplexitatis, ac primi iudicis iuriſdictionem ſuſpendit, ac pariter proceſſus etiã inter duos primos, niſi iſta ſecunda cauſa finita, tamquam primæ præiudiciali, cap. tuam vbi Doctores de ord. cogn. Vtque Rota dixit deciſ. 275. num. 3. & 4. par. 2. diuerſ. erit actio, & exceptio præiudicialis, non ſolum quo ad merita cauſæ, ſed etiam quo ad proceſſum, quia remanet ſuſpenſa ſæcularis iuriſdictio,
65 Petens admitti ad cauſam pro ſui intereſſe, iudexque illum admittat de illo conſtito, licet ad illud pars non ſit citata, quia de intereſſe debet cauſa cognita, & ſic citata parte conſtare, Tamen quandocumque conſtet, ſatis eſt ex productis, & admiſſionem ad cauſam facit, Rota
66 deciſ. 71. num. 3. lib. 2. par. 3. diuerſ. Sed ſi tertius iſte tanquam tertius ad cauſam non admittatur, retroacta cenſetur approbare perinde, ac ſi contra ipſum geſta forent, Rota coram Domino Litta in vna Toletana penſionis Veneris 12. Decembris 1595. Ob id Rota ſubdit proteſtationem, in qua tamquam tertius ad cauſam quis admitti non intendit fictam, eſſe vtiliſſimam.

Vide hic dec. in fi. cap.

Com. FORMVLA.

Beatiſſime Pater. Lite, & cauſa pendente in ſacro Rotæ Auditorio inter A, actorem ex vna, & B, reum conuentum ex alia, cauſa, & occaſione quarundam terrarum vel bonorum ſitorum in territorio Reatino in loco dicto de val le vina, iuxta ſuos confines, cauſa, & occaſione de quibus in actis cum S. V. oratori, C. valde inter ſit de iuribus ſuis experiri, ideo dignetur S. V. eidem R. P. D. N. Rotæ Auditori cõmittere, & mandare, vt præfatum oratorem in cauſa, & cauſis præfatis in ſtatuque, & terminis quibus reperitur, & conſtito de intereſſe pro ſuo intereſſe, & prout de iure, admittat, & audiat, aliaque circa præmiſſa quomodolibet fuerint neceſſaria, & opportuna faciat, & exequatur; Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c.

R.P.D. COCCINO DECANO.

Num. Primo.

TOLETANA PARROCCHIALIS de Chirion.

Merc. 28. Nouembris 1601.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula per ablatiuum abſolutum conditionem important.*
2 *Tertius conſtito de intereſſe auditur.*
3 *Clauſula prima commiſſionis, quod in alijs repetitæ cenſentur intellectus.*
4 *Clauſula quam, & quas facit, quod iudex etiam non conſtito de appellatione procedat.*

Petrus Sanchez obtinuerat cauſam appellationis, & reſtitutionis in integrum à ſententia lata ad fauorem Franciſci Alphonſi committi in Rota bo. mem. Illuſtriſsimo Cardinali Lancellotto, cum clauſula (parito iudicato) quã inſtantia deſer-

deſerta iterum commiſſa fuit cauſa reſtitutionis in integrum iudici Confidentiarum cum voto Rotæ, & cum clauſula, refectis expenſis, &c. Vnde Ioannes Gomez ad cuius fauorem Petrus ius ſuum reſignauerat, & qui de anno præterito ſubrogari ſe obtinuerat in iuribus Alphõſi iam tum antea defuncti, petebat audiri. Franciſcus vero Apparitius, qui poſt latam contra Ioannem à Vicario Complutenſis ſuarum litterarum exequutore ad inſtantiam fiſci Toletani ſententiam, fuerat per obitum dicti Alphonſi ante dictam ſubrogationem Ioannis ab Ordinario prouiſus, ei opponebat de dictis clauſulis, quia cum prolatæ eſſent per
1 ablatiuum abſolutum importabant conditionem, l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr. qua nõ purificata iuriſdictio remanebat ſuſpenſa. Put. deciſione 283. lib. 2. Caputaq. deciſ. 150. lib. 1. & Ioanni præcluſa videbatur audientia.

2 His tamen non obſtantibus viſum fuit Dominis Ioannem eſſe audiendum, quia de eius intereſſe ſatis conſtabat, ad cap. veniens, il ſecondo, de teſt. cap. 2. §. ſane, & ibi Gemin. num. 4. vt lit. penden. in ſexto. Biſignet. deciſione prima de reſcript. tam ex reſignatione Petri in eius fauorem, quam ex ſubrogatione in iuribus Franciſci Alphonſi, ad tex. in l. ſi eam. §. qui iniuriatum, ff. ſi quis caution. Gemin. in d. cap. veniens il ſecondo, num. 2. Ferret. conſil. 47. num. 24. & per totum.

3 Non obſtant dictæ clauſulæ, quia cum Ioannes obtinuiſſet committi cauſam appellationis, & nullitatum à ſententia Vicarij Complutenſis exequutoris, clauſulæ non cenſebantur appoſitæ in dicta cõmiſſione appellationis. Et quamuis clauſulę poſitæ in prima commiſſione, cenſeantur in alijs repetitæ. Emilian. conſil. 68. numero ſeptimo, late Modern. de attent. appell. penden. limit. 8. num. 7. & fuit dictum coram me in cauſa Cæſenatenſis de Cacciaguerris 26. Ianuarij huius anni.

Tamen hoc debet intelligi ſolum reſpectu cauſarum antiquarum. Nec enim huic cauſæ nouæ iſtæ clauſulæ conuenirent, cum ſoleant apponi dumtaxat in cõmiſſionibus appellationum, & nullitatũ, in quibus adeſt res iudicata. Sicuti etiam clauſula (in ſtatu, & terminis) refertur ſolum ad cauſas antiquas, in quibus non erat Ioannes; non autem ad nouam cauſam, in qua iam erat Ioannes, & appellauerat. Dicta enim clauſula ponitur in commiſſione, qua quis venit ad cauſam, in qua prius non erat, vt per Mandoſ. in formula commiſſ. 9. admiſsionis pro intereſſe.

Nihil facit, quod coram primo iudice non fuerit actum de ſubrogatione, quia cum cauſa fuerit commiſſa cum clauſula, quam, & quas, iudex appellationis poteſt canonizare etiam nouum ius, vt in terminis eſt deciſio Putei 7. de appellat. Egid. deciſ. 661.

Prout etiam non obſtat Apparitium non fuiſſe in cauſa coram Complutenſi, ſed ſolum fiſcum, quia cum in commiſſione adſit clauſula Omneſque alios, &c. potuit illius vigore contra ipſum tanquã contra intereſſatum etiam agi. Biſignet. deciſione ſecunda circa finem, de reſcrip. Achil. dec. vlt. eodem titulo, Veſtrius in praxi, lib. 4. cap. 2. numero 2. Mandoſ. in dicta formula commiſſ. nona admiſs. pro intereſſe, in princ.

Minus faciebat, quod dicebatur appellationem fuiſſe nullam tanquam interpoſitam coram notario, & non coram iudice, cuius copia haberi poterat, ad trad. per Felin. in cap. ex tranſmiſſa num. 5. verſ. quinimo, de præſcript. Caſſad. dec.
4 8. ſub num. 3. de appellat. Nam vigore dictæ clauſulæ Quam, & quas, &c. Iudex poteſt procedere non docto de appellatione, vel appellatione exiſtente nulla, vt per Sarnenſem in reg. de infir. reſign. quæſtione 34. verſ. & hoc vlterius. Achil. deciſ. 14. de reſcrip. Mandoſ. in formula commiſsionis 17. verſ. vna cum toto negotio principali, ibi, ſecundo quæro, fol. mihi 101.

Sed & reſpectu cauſarum antiquarum non obſtabant Ioanni ſupradictæ clauſulæ; quę fuerunt appoſitę in fauorem Franciſci Alphonſi, in cuius locum etiam quo ad litem fuit ſubrogatus Ioannes; ideoque cum ſemper intelligantur appoſitæ, quatenus pars eis vti velit, vt in ſimili fuit reſolutum in cauſa Pampilonenſis matrimonij 16. Ianuarij 1585. coram bo. me. Orano, & in terminis eſt deciſio

ciſio Achill. 12. de reſcript. Sicuti Franciſcus ſi viueret poſſet audiri, ſi vellet ijs non vti, vel renunciare ad l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact. Io. And. in ca. ſtatutum, numero primo verſ.quid ſi prælatus, ibi, dicit autem de præben. in 6. ita etiam licere debet Ioanni ſubrogato, arg.d.l.ſi eam, §. qui iniuriarũ, ff.ſi quis, cautionib. l.qui in ius, ff.de reg. iur.

Nec refert, quod non fuerint exhibitę litteræ ſubrogationis; quia cum hodiè non agatur de illius canonizatione, iudicarunt Domini poſſe admitti ſupplicationem argumento eorum; quæ traduntur per Verall.deciſione 235. & 301. par. 3. maximè vero ad effectũ, vt Ioannes poſſit audiri, quo caſu ſufficit, vt apparenter, & ſummariè doceat de intereſſe. Innocent. in dicto capitulo veniens, il ſecondo in ver. incontinenti, de teſtib. vbi Card. & conſil. 7. Felin. in cap. cum ſuper numero 16. de ſent. & re iudic. Biſignet. dicta deciſione prima. Mandoſ. in dicta formula commiſſ. 9. admiſſionis pro intereſſe, in ver. ad cauſam.

Poſtremo quod dicebatur ius Franciſci Alphonſi eſſe incompatibile; cum iure, quod Ioannes habebat ex reſignatione Petri, non fuit habitum in conſideratione cum in beneficialibus admittatur multiplicatio titulorum. Veral. deciſione 339. parte prima, & eſt tex. in c. poſt electionem, vbi Abb. num. 4. de conceſſ. præben. Lapus allegat. 132. numero ſecundo.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. Secundo.

CORDVBENSIS STATVTORVM.

Merc. 24. Ianuarij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Tertius poſt tres conformes veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis non impedit exequutionem trium conformium.*

Licet omnia acta ſua faciat, num. ij.

3 *Admiſſio ad cauſam in ſtatu, & terminis, quare inuenta.*

4 *Tertius cum collitigantibus ius commune non habens, ſuo nomine poteſt agere.*

5 *Tertius ad ſuum ius defendendum dupliciter venit.*

6 *Sententia contumacialis, tertio non nocet.*

7 *Clauſula in ſtatu, & terminis, quare inuenta.*

8 *Tertius quando à die ſcientiæ ad appellandum admittatur.*

9 *Contumacia ſoli contumaci nocet.*

FVit dubitatum an conſtet de intereſſe Ciuitatis Cordubenſis ad cauſam venientis, & ſi affirmatiue, An illi obſtet res iudicata, ita vt nõ poſſit audiri niſi refectis expenſis. Et quantum ad priorem dubij partem iam fuerat ſub die prima Decembris proximè præteriti reſolutum conſtare de apparenti intereſſe Ciuitatis ad effectum admiſſionis ad cauſam. Quãtum vero ad poſteriorem partem Domini cauſa ſæpius propoſita reſoluerunt, quod quamuis Ciuitas petierit ſe admitti cũ clauſula in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperiebatur; Status autem erat iſte quod Clerici Ciuitatis per con-
1 tradictas fuerant ad inſtantiam Vniuerſitatis Parrocchialium condemnati, quæ ſententia tranſitum fecit in iudicatum, nihilominus eſſet audienda, non tamen impediret quominus dicta ſententia mandaretur exequutioni contra Clericos re-
2 ſpectu expenſarum, Nam quamuis dicta clauſula in ſtatu, & terminis ſit eius efficaciæ, vt veniens ad cauſam faciat omnia acta, & ſententias ſuas, vt not. in capitulo ſecundo, vt lit. pend. in ſexto. & per Put. deciſione 71. libro tertio. Et fuit reſolutum coram R.P.D. Vicecomite in cauſa Salamantina portionis 27. Ianuarij 1584. & in alijs pluribus cauſis,
3 Tamen hoc fuit principaliter introductũ vt in dicto capitulo ſecundo in materia beneficiali propter ceſſiones, & ſubrogationes, ex quibus plerumque redderentur cauſæ immortales, ſi dato nouo collitigante proceſſus ſemper de nouo eſſet inchoandus, vt aperte ibi tradit gloſa, quod tamen non eſt perpetuum, cum
4 aliquando veniens ex iure ſuo, quod nõ habet connexionem cum iure litigantiũ

poſſit

poſſit ſuo nomine agere, & de nouo litē inchoare, vt teadit ibidem Ioannes Andreas num. 1. ver, illi autem Franc. nu. 5. Gemin. num. 9. & quamuis in cauſis pro ſanis idem aliquando obſeruetur, vt videre eſt ex congeſtis per Did. Couar. pract. quæſt. cap. 13. num. 1. Tamen id eſt intelligendum quando quis venit ad alterius defenſionem, vt loquuntur, Bal.
5 Ang. Aret. per eum alleg. Quod ſi quis veniat ad deducendum perſonaliter ius ſuum, tunc poteſt duplici via inſiſtere, vel veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, vel perſonaliter committi faciendo pro ſuo intereſſe, vt ſupra ex Ioanne Andrea, & alijs deductum fuit, ſed in caſu propoſito difficultatem faciebat, quod Ciuitas priorem viam aggreſſa eſt veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, & ideo vigore Commiſsionis videbatur idem dicendum, quod in deciſionibus, Put. & alijs per informantes allegatis.
6 Tamen Domini contrarium cenſuerunt, quia ſententia lata contra Clericos fuit lata in contumacia, & ideo non nocet tertio, quo minus à die ſcientiæ ei non liceat appellare, etiam quod tranſiſſet in iudicatum, vt per eundem Didacum, cap. 15. numero ſecundo, verſ. de-
7 inde ſententia, neque debet ei obeſſe clauſula illa in ſtatu, & terminis, quia benè operatur, quod admiſſus facit illam ſententiam ſuam, adeo quod cum alijs faciet numerum ad effectum rei iudicatæ, ſed non operatur, vt cenſeatur approbare illam qualitatem tranſitus in iudicatum, quia hoc repugnaret intentiuni eius, qui petit ſe admitti ad effectum impugnandi dictam ſententiam. Contraria enim ſunt facere rem iudicatam ſuam, & ſententiam impugnare, & admiſſo ad cauſam præſupponit eam adhuc durare, non autem extinctam penitus eſſe, & ita loquitur dicto capitulo ſe-
8 cundo. Admittens tertium ad cauſam non dum finitam, & alij ſupra citati, & ideo admittitur ad appellandum à die ſcientiæ non obſtante re iudicata, quæ non ipſi, ſed condemnato hoc caſu præiudicat, & hanc ſententiam amplexa eſt Rota, referente, Achil. deciſione 13. de appell. vbi tertius admiſſus fuit ad appellandum in ſecunda ſententia, quæ tranſierat in iudicatam, & relaxatæ fuerant executoriales, & proceſſum fuit contra eū per aliam inſtantiam. Quod æquiſsimum etiā viſum in hac cauſa fuit in qua cōparet Ciuitas, quæ iure vnionis vtitur. Clerici vero non poſſunt euitare exequutio-
9 nem reſpectu expenſarum, quia eorum contumacia eis nocet, Gabr. de ſenten, concluſ. 3. num. 5. An autem talis ſententia debeat mandari exequutioni reſpectu negocij principalis contra dictos Clericos, Domini dubitarunt eo, quod intereſſe eorum videtur irreparabile ab intereſſe Ciuitatis per ea, quæ tradit Ang. in l. ſi ſuſpecta, num. 3. in fin. ff. de inoff. teſtam. ideo ſuper hoc particulariter dubitatur, & hæc ita per Dominos reſoluta fuerunt circumſcripta pro nunc ea ſententia de partibus, quam Vniuerſitas de nouo allegauit, ſuper qua erit audienda, ſi opus fuerit.

ILLVSTRISSIMO MELLINO. Num. Tertio.

MONTIS REGALIS iuriſdictionis.

Lunæ 10. Iunij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Tertius admiſſus ad cauſam facit ſententias ſcias ad effectum numeri non rei iudicatæ, vt illi obſtet.*
2 *Tertius appellando à ſententijs latis illas ſcias facere, & quod eum efficiat declarauit.*
3 *Tertius dupliciter ad cauſam venire poteſt.*
4 *Tertius veniens tamquam in prima ad cauſam, incohando nouum iudicium tamquam in prima facit, vt nouus ſit incohandus proceſſus.*
5 *Tertius appellando, & dicendo de nullitate, facit ſententias ſuas, & quare.*
6 *Clauſula quam, & quas tunc operatur, quod pronunciari poſſit tamquam in prima non conſtito de appellatione, vel cauſa deſerta, ſed non quando fuit appellatum, & commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis.*

Fuit

1 Fvit per Dominos reſolutum Capitulum, Clerum, & Vniuerſitatem Catanienſem feciſſe ſententias ſuas, non ad effectum vt eis obſtet res iudicata, quia in hoc caſu admiſſio ad cauſam eſſet inutilis, ſed ad effectum numeri, vt ſolum poſſint proſequi iudicium tanquam in tertia inſtantia.

2 Fundamentum reſolutionis fuit, quia pro eorum parte fuit appellatum ab iſtis ſententijs, & cauſa appellationis, & nullitatis fuit commiſſa in Rota, quod ius appellandi, & dicendi de nullitate non competit niſi illi cui ſententiæ obſtant, & propterea appellando, & opponendo de nullitate, & iniuſtitia ſententiarum, & committendo ſuper eis cauſam in neceſſarium antecedens voluerunt facere geſta illuc vſque ſua, & quod ſententiæ eos afficere, Achill. deciſ. 13. de appell. But. deciſ. 71. lib. 3. & fuit reſolutum coram ſanctiſſimo Domino Noſtro in cauſa Catanienſis legitimitatis 13. Februarij, & 7. Nouembris 1580.

3 Non obſtat, quod quando tertius venit principali ad deducendum ius ſuum intelligitur venire tanquam in prima, vt per Felinum in capitulo cum ſuper, numero vndecimo, de re iudic. & conſequenter non facit ſententias ſuas, quia illud dictum non tenetur, & alias fuit reprobatum à Rota, vt per Put. dicta deciſione 71. lib. 1.

4 Tertius enim poteſt duplici via inſiſtere, vel committendo cauſam nouam tanquam in prima, & in hoc caſu eſt inchoandum nouum iudicium, vel appellando, dicendo de nullitate, & in hoc

5 caſu facit ſententias ſuas, quia aliter ius appellandi, & dicendi de nullitate ei non competit, vt facit late deductum in cauſa Cordubenſis Statutorum die vigeſima quarta Ianuarij 1590. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Cardinali Seraphino, & ideo imputent ſibi Capitulum, & litium conſortes, ſi hanc ſecundam viam elegerunt.

6 Non obſtat clauſula quam, & quas, cuius vigore poteſt procedi tanquam in prima, quia iſta clauſula operatur ſolum iſtum effectum, vt conſtito de appellatione, vel cauſa deſerta poſſit pronunciari, prout in prima, & in his terminis procedunt deciſiones, quæ allegantur per informantes, ſed ex hoc non ſequitur, quod non fuerit appellatum, & commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis ex quibus actibus oritur approbatio ſententiarum, & quod voluerint facere ſententias ſuas.

Non obſtant cautelæ contentæ in ſecunda proteſtatione, quia illæ non mutant naturam cauſæ, quod non fuerit appellatum, & commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis.

R.P.D. ALDOBRANDINO
poſtea Clemente Octauo
ſanctæ memoriæ.

Num. Quarto.

CATANIENSIS
Illegitimitatis.
Die 7. Nouembris 1580.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad cauſam in eiſdem ſtatu, & terminis, facit geſta illuc vſque ſua adeo, vt nequeat lata ſententia prauocari.*

1 Tertius veniens in tertia inſtantia ad cauſam in eodem ſtatu, & terminis facit geſta illucuſque ſua. Ita ut ſi contra ipſum feratur ſententia appellare non poſſit cum adſit res iudicata ex tribus conformibus.

Circumſcriptis nullitatibus, de quibus ſi opus erit particulariter agetur. Domini tenuerunt conſtare de tribus cõformibus. Cum vnquam Laurentius auctor Ioãnis appellauerit à decreto moderationis inhibitionis, & à relaxatione executorialium emanatarum vigore ſententię Camilli Baldro rei, cauſamque appellationis commiſerit, fecit geſta illuc uſque ſua. Achill. 13. de appell. Put. dec. 71. lib. 3. Maximè, quia procurator appellauit pro ſuo intereſſe ne dum à decreto exequutorialium, ſed etiam à toto proceſſu, vt legitur in cedula appellationis.

Nec facit, quod ad huc non eſſet nata cauſa feudorum commiſſa poſtea

bon. mem. Guidob. Quia, & illa pendet ſicut alia à legitimitate, vel illegitimitate. Ioan. Thom. Confratrum, nec alius articulus pendet in Rota, quam ſupradictæ illegitimitatis reſpectu ambarum cauſarum.

R. P. D. PENIA.

Num. Quinto.

MONTIS REGALIS
Iuriſdictionis.
Veneris prima Iulij MDCV.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tres conformes in omni caſu rem iudicatam faciunt maxime ſi idem ius reſpiciant.*

2 *Appellans à prima ſententia, & de nullitate dicens omnes præcedentes actus, & ſententias ſuas facit.*

3 *Sententia licet non citatos non afficiat, tamen appellando, & de nullitate dicendo ſuas illas facit.*

IN hac cauſa, quę diu fuerat agitata, latæ fuerunt duæ ſententiæ Rotales; prima à me, per quam pronuntiaueram Eccleſiam Cataninenſem, & illius Ciuitatem, & Diœceſim fuiſſe atq; eſſe de Prouincia, & Archiepiſcopatu Montis regalis; & Epiſcopum Cataninenſem pro tempore exiſtentem fuiſſe, & eſſe Suffraganeum, & immediatè ſubiectum D. Archiepiſcopo Montisregalis pro tempore exiſtenti, cui propterea licuerat, & licebat in Eccleſiam, & Epiſcopum Cataninenſem, & in eius Ciuitatem, & Diœceſim Ius Metropoliticum exercere.

Secundam primę confirmatoriam tulerat Illuſtriſs. Lancellottus; ex quibus altera in rem tranſiuerat iudicatam.

Interim Capitulū Eccleſiæ, & Ciuitas Cataninenſis ad impediendam executionem literarum executorialium, vigore rei Iudicatæ relaxatarum, pro ſuo intereſſe venientes ad cauſam opponendo de nullitate, & appellando à prædictis ſentētijs, cauſam Illuſtriſs. Millino committi obtinuerunt, coram quo, multo etiam tempore litigarunt qui tandem ad fauorem D. Archiepiſcopi, & contra Canonicos, & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, atq; homines, & Vniuerſitatē Ciuitatis pariter Cataninēſem, & alios litis cōſortes pronuntiauerit, & declarauit præfatos Canonicos, Capitulum, & Homines, & Vniuerſitatem Cataninenſem teneri, & obligatos eſſe recognoſcere Archiepiſcopum Montisregalis pro tempore exiſtentem in Metropolitanum, illumque admittere debere in dicta Eccleſia, Ciuitate, & Diœceſi ad Ius Metropoliticum exercendum, ſicut in duabus prioribus ſententijs fuerat pronuntiatum.

Et quamuis hæc ſententia Illuſtriſs. Mellini eſſet tertia contra prædictos appellātes, nihilominus ipſi prætendentes fuiſſe latam in prima inſtantia, ab ea etiam appellauerant; ſed cū eorum appellatio fuiſſet reiecta in Signatura Iuſtitiæ, & ad fauorem Archiepiſcopi reſcriptum eidem Auditori, ut conſtito ſibi de re iudicata vel quòd aliàs eſſet locus executioni, ad eam procederet. Idem Ill. Millinus vj. Iunij dubitauit, An conſtaret de re iudicata, ſeu quod aliàs eſſet locus executio-
1 ni contra Capitulum, & Ciuitatem Cataninenſem; & quoniam tunc non fuit capta reſolutio ex eo, quòd ego; qui eram primus Reſponſalis dubitaueram contra D. Archiepiſcopum, cum poſtea per promotionem eiuſdem Ill. Millini ad Archiepiſcopatum Rodienſem, vt proficiſceretur Nuntius Apoſtolicus ad Regna Hiſpaniarum, Ego in eius locum ſubſtitutus idem dubium vtraq; parte informante propoſuiſſem, Rota de re iudicata conſtare cenſuit; quia verè aderant tres ſententiæ Rotales ad fauorem Archiepiſcopi Montisregalis, quæ in omni materia cōſtituunt rem iudicatam, l. prima. C. ne lic. tertio prouoc. & maximè in hoc caſu, in quo prædictæ tres ſententiæ reſpiciebant idem ius, & eandem cauſam iuris Metropolitici, ex quibus pręcipuè conſtituitur res iudicata, l. cum quæritur, cum duabus ſequen. ff. de except. rei iudicat. Verall. deciſione 93. parte 3. & erant conformes in ſubſtantia, & in ei effectu ſubiectionis ad fauorem Archiepiſcopi, quod ſufficit ad effectum, vt ſententiæ dicantur, & ſint conformes, Socinus Iun. conſilio 74. num. primo, & 2. lib.

Digitized by Google

lib. 2. Ruin. conſil. 114. num. 10. & 13. lib. 5. Gabriel tit. de execut. rei iud. concluſ. 1. num. 33. Theſaur. deciſ. 112. & dec. 228. nu. 2. & ſæpe Rota cenſuit in pluribus cauſis, & ſignanter in vna Romana ſucceſſionis, coram bon. memor. Orano die 23. Maij 1597. Atque inde mox inferebatur locum fuiſſe exequutioni, Clem. 1. de ſent. & re iud. Præpoſ. in cap. ſua, nu. 2. de appellat. Creſcen. dec. 1. & dec. 22. de ſent. & re iud.

Neque ad rem pertinebat, quòd tertia ſententia lata à D. Rhodienſi non confirmabat expreſſe duas primas ſententias: quia cum ſimiliter eſſet ad fauorem Archiepiſcopi ſuper iure Metropolitico, & in ſubſtantia contineret idem, quod duæ priores, cum quibus conuenie bar ſuper facto principali, valida fuit, & cum illis conformis, vt notabiliter dixit Bald. in l. creditor, §. cum de ſorte, num. 1. de ſolut. nam ad effectum, vt ſententiæ non dicantur conformes, opus eſt, quod adſit difformitas circa ſubſtantiam, vel qualitatem principalem, Alexander conſil. 77. num. 3. verſ. ſicut ergo lib. 2. & fuit reſolutum in cauſa Romana ſucceſſionis die 23. Maij 1597. coram bon. mem. Orano.

Ad potiſſimam oppoſitionem, quæ vrebantur informantes pro Capitulo Eccleſiæ Cataníenſis, quæ in alia huius cauſæ propoſitione contra D. Archiepiſcopum fecerat me dubitare, videlicet, quòd licet antea fuiſſent latæ duæ ſententiæ contra Epiſcopum Cathanienſem, illæ tamen contra Capitulum, & Ciuitatem non faciebant numerum, prout in indiuiduo fuerat reſolutum in hac cauſa, die 27. Nouembris 1602. coram eodem Illuſtriſſimo Mellino, neque afficiebant eos non citatos.

2 Fuit reſponſum, quòd cum Capitulũ à primis ſententijs appellauerit, & de illarum nullitate dixerit, conſequenter omnia acta, & ſententias præcedentes fecit ſuas, ita, vt ſi alia lata fuerit ſententia contra eos, illa, & tertia, & conformis cum alijs cenſeri deberet, Acchill. deciſ. 13. de appell. Put. deciſ. 71. lib. 3. Et fuit reſolutum in cauſa Catanien. legitimitatis coram fel. rec. Clem. Papa 8. tunc Rotæ Auditore die 7. Nouemb. 1580. & die 13. Februarij 1581. quod etiam in hac cauſa fuit expreſſè deciſum die 10. Iunij 1602. coram D. Rhodienſe; quicquid enim dicendum eſſet, quando tertius committit nouam cauſam, quo caſu venit tamquam in prima, quando tamen venit per viam appellationis, vel nullitatis omnia acta, & antea geſta cenſetur ſua facere.

Neque obſtabat quòd capitulum principaliter non appellauerat, ſed ſolum de nullitate dixerat, quia præterquam quòd ex tenore commiſſionis apparebat principaliter appellaſſe, idem in effectu erat ſolum de nullitate dicere, quia qui committit cauſam nullitatis ſententiæ ſub aſſertione, quòd ſua intereſt declarari nullam indicar ſententiam ipſum afficere, & ſic facit illam ſuam, vt ſic in terminis fuit reſolutum coram dicto Clem. Papa 8. tūc Rotæ Auditore in dicta cauſa Catanien. legitimitatis die 13. Februarij 1581.

3 Rurſus non obſtabat deciſio aliàs in hac cauſa facta, quòd prædictæ ſententiæ non afficiebant Capitulum non citatum ad effectum faciendi numerum; quia licet ex capite non citationis non afficerent Capitulum, bene tamen afficiebant ex alio capite, quia appellando, & opponendo de nullitate fecerat illas ſuas, & ſibi imputare debuerat præiudicium, quod ſibi intulerat appellando, & dando de nullitate, cum potuiſſet venire, tamquam ad nouam cauſam.

Ad proteſtationem procuratoris Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Catanienſis declarantis ſe voluiſſe vigore commiſſionis in actis præſentatæ, & clauſulæ, quam, & quas, experiri pro ſuis principalibus principaliter, non autem pro admiſſis ad cauſam in ſtatu, & terminis in quibus reperiebatur.

Fuit reſponſum iſtam cautelam non mutaſſe naturam cauſæ, neque effeciſſe, quod non fuerit appellatum, neque vt non fuerit commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis.

R. P. D. LITTA.
Num. Sexto.

TOLETANA PENSIONIS.
Ven. 12. Decembris 1597.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, niſi tanquam tertius admittatur ad cauſam non facit acta ſua.*

2 *Proteſtatio, quod tanquam tertius ad cauſam admitti non vult, eſt vtiliſſima.*

DOmini tenuerunt non conſtare de tribus conformibus, quæ veniant
1 exequendæ contra Gaſparem de Morales, ea mori ratione, quia licet tertius admiſſus ad cauſam pro ſuo iure, & intereſſe cenſeatur approbare retroacta, ita vt eam ipſum afficiant, non ſecus, ac ſi contra eundem facta fuiſſent. Put. deciſione 71. lib. 3. Achill. deciſione 130. de appellat. in impreſſ. Iſta tamen concluſio hoc in caſu non applicatur, ſiquidem noluit Gaſpar admitti in eo ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperiebatur.
2 Immò expreſſe proteſtatus fuit nolle approbare acta facta contra Criſpum, ſed ſolum velle citari pro ſuo intereſſe, vltra, quod re ipſa tanquam tertius non fuit per iudicem cauſæ admiſſus ad deciſ. Mohed. 12. vt lite pendent. & 12. de cauſſ. poſſeſſ. & proprietat. in manuſcript. & faciunt tradita per Bart. in l. ſępe num. 5. & quæſt. 8. ff. de re iudic. quem ſequitur concordando, & allegando. Couar. practicarum quæſtionum, capitulo decimo quinto, numero octauo, verſiculo ſcribit tamen, Bar. & quod requiratur explicita admiſſio ad prædictum effectũ, nec ſufficiat ſola tertij comparitio, mandati productio in actis citatio partis, vel quid ſimile, Creſcent. deciſione ſexageſima octaua, alias tertia de reſcrip. & tenuit Rota in illa Legionenſis iuriſdictionis de Saldagna, decimatertia Maij 1592.

Coram Illuſtriſs. Domino meo Pamphilio.

DE COMMISSIONE AVOCATIONIS CAVSARVM.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *CAuſa Auocata, quando dicatur.*

2 *Iudex datur per Principem, ſeu alium ſuperiorẽ.*

3 *Auocatio cauſæ maioris importãtiæ, eſt appellatione.*

4 *Auacatio Papæ Motu proprio facta, geſtorum poſtea nullitatem inducit etiam ſi ignoretur.*

Secus ſi ad partis ſupplicationem, & quando, ibi.

5 *Signatura quomodo circa ſcientiam auocationis ſe gerat.*

6 *Roma mundi caput, & patria communis, & omnium forus.*

7 *Cauſæ totius Orbis Eccleſiaſticam dictionem continentes in Romana Curia tractantur.*

8 *Cauſæ citius, & melius, quam alibi in Romana Curia peraguntur.*

9 *Cauſa an fori Eccleſiaſtici, vel ſecularis ſit in Ro. Cur. reſoluitur.*

10 *Cauſæ de partibus ad Ro. Cur. & à Ro. Cur. ad partes Signatura auocat.*

11 *Cauſae in Ro. Cur. inſtructae non auocantur niſi de licentia Papae.*

12 *Cauſae auocatio multoties reſidet in arbitrio Signaturae.*

13 *Contendere cum pari anceps eſt cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum.*

14 *Cauſae magnae importantiae, & inter magnates Ro. Cur. dignae ſunt.*

15 *Cauſae animae intereſſe concernẽtes Ro. Cur. ſunt reſeruatae.*

16 *Cauſae Eccleſiaſticae quae dicantur.*

17 *Curia quae ſit.*

18 *Curialium nomine Cardinales, & eorum familiares veniunt.*

Curia

19 *Curia quibus aſſimiletur.*
20 *Cauſæ ſpirituales quæ dicantur.*
21 *Cauſæ ſpiritualitati annexæ quæ ſint.*
22 *Cauſæ mixti fori, quæ ſint.*
23 *Cauſarum ſpecies tres ſunt, & quæ.*
24 *Cauſæ arduæ, quæ dicantur.*
25 *Beneficiales cauſæ Rotæ committuntur.*
26 *Beneficiales cauſæ ſunt Rotales.*
27 *Beneficialis cauſa breuior prophanis eſſe debet.*
28 *Beneficiorum Eccleſiaſticorum plena diſpoſitio ad Papam pertinet.*
29 *Beneficium Eccleſiaſticum non dicitur ante Papae approbationem.*
30 *Beneficia reſeruata, ſolus Papa confert.*
31 *Cauſae maiores, quae dicantur.*
32 *Beneficium Eccleſiaſticum, ex quibus cognoſcatur.*
33 *Beneficiales cauſae, quae dicantur.*
34 *Beneficij deuolutio, quando ad Papam fiat.*
35 *Beneficia reſeruata, quae dicantur.*
36 *Beneficij reſeruati cauſa etiam in prima inſtantia Rotae demandatur.*
37 *Cauſa Rotalis, eo magis erit ſi agatur de interpetratione priuilegiorum, & litterarum Apoſtolicarum.*
38 *Ordinario ſuſpecto in cauſa beneficiali, in curia demandatur cauſa.*
39 *Cauſae prophanae, & beneficiales, quae reputentur.*
40 *Commiſſio ſecunda, quando primam non tollat.*
41 *Cauſa rotali effecta, alter iudex in ea non pronunciat.*
42 *Sequeſtro per Rotam appoſito ab ea cauſa non auocatur amplius.*
43 *Cauſae minime, in Romana Curia non tractantur.*
44 *Cauſae in Rota non committuntur, niſi aſcendant citra montes ad ſcuta quingenta auri in auro & extra ad ſcuta mille.*
45 *Fructus, & expenſae non coadiuuant ſortem principalem, vt Rotales fiat.*
46 *Signatura non reſcribit in cauſis a ſexdecim ducatis Camerae infra.*
47 *Summa de qua agitur in commiſſione debet exprimi.*
48 *Cauſae breuiores, quae dicantur.*
49 *Durum eſt, quem in cauſis minimis extra prouinciam ſuam trahere.*
50 *Pauper quis dicatur.*
51 *Paupertas, & inopia inter ſe differunt.*
52 *Iudex Eccleſiaſticus quid antequam à laico cauſam auocet guſtare debeat.*
53 *Parua cauſa ad Papam deuoluta in Curia non eſt cognoſcenda.*
54 *Canſa modica, quae ſit.*
55 *Cauſa an parui, vel magni momenti ſit arbitrarium, eſt iudici, & Signaturae.*
56 *Signatura auocat cauſas paruae ſummae in omni inſtantia ab Auditore Camerae, & ad partes remittit.*
57 *Signatura Iuſtitiae Papam repraeſentas de illius mandato reſcribit.*
58 *Forus tutus litigantibus dandus eſt, & quomodo.*
59 *Exceptio loci non tuti quandocumque opponi poteſt.*
60 *Exceptio loci non tuti impedit litis conteſtationem.*
61 *Locus tutus, quomodo conſideretur.*
62 *Citatio in loco non tuto facta, eſt nulla.*
63 *Locus non tutus, an per teſtes probetur.*
64 *Inimicitiae generales non faciunt locum tutum.*
65 *Acceſſus non tutus ab allegante probandus.*
66 *Citatus in loco mali aeris, vel peſtilenti, non tenetur comparere.*
67 *Commiſſio exemptionis à iuriſdictione non ita de facili datur.*
68 *Commisſio exemptionis à iuriſdictione Ordinarij, non dirigitur, & quare.*
69 *Exemptorum nullus eſt iudex præter Papam.*
Declara, vt num. lxx.
71 *Exemptio à iuriſdictione, quomodo in Signatura ſtricte concedatur.*
72 *Exemptione à iurisdictione Ordinarij violata, geſta tanquam attentata reuocantur.*
73 *Commisſio exemptionis à Iuriſdictione raro, & cum grano ſalis conceditur.*
74 *Commisſio exemptionis à iuriſdictione datur illa lite durante.*

75 *Exemptio à iuriſdictione ordinarij non conceditur, niſi legitimis cauſis verificatis.*

76 *Exemptionis à iuriſdictione Ordinarij quæ cauſa legitima dicantur.*

77 *Commiſſio exemptionis à iuriſdictione calumnioſè petita, denegatur.*

78 *Iudex Eccleſiaſticus quando in cognitione cauſæ laico præferatur.*

79 *Commiſſio quod cauſa criminalis pendente in ciuili ſuperſedeatur, vel e contra, quomodo concedatur.*

80 *Iudex criminalis, quando de cauſa ciuili cognoſcat, nec ne.*

81 *Criminalis cauſa, quando dicatur.*

82 *Iudex criminalis, ſi de crimine non condemnat, de ciuili non cognoſcat.*

83 *Iudex criminalis in prima inſtantia in cauſa ciuili pronuncians, reſeruata criminali cauſa, nulliter facit.*

Cautela, vt pronunciare iudex criminalis valeat, ibi.

84 *Criminalis cauſa quando in ciuili ſuperſedere non faciat.*

85 *Criminalis cauſa, quando ciuili ſit præiudicialis.*

86 *Criminalis cauſa calumnioſe intentata, non retardat in ciuili exequutionem.*

87 *Criminales cauſæ pro ciuili intereſſe, in Rota multoties cognoſcuntur.*

88 *Commiſſio, quod in ciuili cauſa criminali pendente ſuperſedeatur, vel e contra, quomodo detur per Signaturam.*

89 *Calumnioſa lis, quando dicatur.*

90 *Calumnioſus quando aliquis ſit.*

91 *Calumnijs non attentis, quando ad vlteriora iudex procedat.*

92 *Calumniatores, graui pœna plectendo.*

93 *Calumniator quando excuſetur.*

94 *Criminalis cauſa quando ſit ciuili præiudicialis.*

95 *Criminalis cauſa quando ciuilem tacere faciat.*

96 *Fiſco inhærere pro ſuo intereſſe, quare in praxi adinuentum.*

97 *Inhibitionis contrauentionis cauſa per iudicem, cuius maieſtas læſa eſt, cognoſcitur.*

98 *Falſitas in ciuili iudicio commiſſa, ciuiliter coram ciuili iudice terminari poteſt.*

99 *Laicus coram Eccleſiaſtico falſum deponens, punitur tam a iudice laico, quam Eccleſiaſtico, & ab eo qui præuenit.*

100 *Clericus coram laico falſum deponens, in quo laicus de falſo cognoſcat.*

101 *Cauſa criminali pendente in Ro. Cur. vel per ſententiam finita, non auocatur amplius ab ea ciuilis.*

102 *Commiſſio auocatoria cum clauſula quatenus cauſa non ſit inſtructa, conceditur interdum.*

103 *Inſtructa cauſa, quando dicatur, & num. c v i.*

104 *Clauſula quatenus cauſa non ſit inſtructa, eſt conditionalis.*

105 *Inſtructa cauſa, abſque attentatorum metu, primus iudex procedit.*

107 *Clauſula quatenus cauſa non ſit inſtructa, ſi poſt commiſſionem inſtruatur, an proceſſus ſit nullus.*

108 *Geſta poſt reſolutionem Signaturæ, quando nulla*

109 *Inhibitione Aud. Cam. obtenta, & in partibus exequuta, ſi non reproducatur an cauſa ſit curialis, & an a curia auocanda.*

110 *Lis per ſolum citationis decretum etiã non exequuta introducta dicitur ſecundum aliquos.*

111 *Procuratorem pro clientulo extraneo proprias pecunias erogare non eſt præſumendum.*

112 *Citatio exequuta non reproducta, non inducit talem conſenſum, quod reuocari nequeat.*

113 *Citationis expeditio non præſumit exequutionem niſi probetur.*

114 *Enunciatiua notarij, non probat citationem.*

115 *Procura mandato deficiente ceſſat conſenſus in iuriſdictionem.*

116 *Mandatum procuræ, quando ex impenſa præſumatur.*

117 *Iudicium à citatione incipit.*

118 *Citatio in actis non reproducta, non eſt perfecta.*

119 *Citatio in actis non reproducta, contumacem non facit.*

120 *Nuncius citationem exequendo, quæ dicere*

cere in relatione debeat.

121 *Citatione exequuta,& non reproducta cauſa curialis non dicitur.*

122 *Citatio exequuta ſi non reproducatur, non dat iuriſdictionem, nec præſcriptionem interrumpit.*

123 *Citatio non reproducta, non efficitur de actis.*

124 *Appellans licet in fine anni aliquid faciat, nihilominus repellendus venit.*

125 *Commiſſio auocatoria à Romana Curia, an alia commiſſione prius, & inhibitione licet non exequuta obtentis concedenda.*

126 *Cauſa ſemel curialis effecta, ſemper remanet curiales.*

127 *Cauſa curialis effecta, duobus modis dicitur.*

128 *Cauſa per citationem pendens, non ob id deuoluta ad Curiam dicitur.*

129 *Appellatio quo ad appellantem cauſam ad curiam deuoluit.*

130 *Cõmiſſio impetrata lite pendente, quando faciat attentata.*

131 *Pœnitentia locus eſt non exequuta citatione.*

132 *Litis pendentis mentio, vt ſuſtineatur commiſſio, eſt facienda.*

133 *Litis pendentia, quando dicatur, quo ad ambas partes.*

134 *Litis pendentia, vt dicatur, qua requirat.*

135 *Reſcriptum deuians à ſtilo Cancellariæ eſt ſuſpectum de falſo.*
Fallit ſi motu proprio emanauerit, ibi.
Fallit in priuilegio, ibi.

136 *Commiſſio obtenta per Signaturam Iuſtitiae, tacita prius alia obtenta per Papam, quomodo reformetur.*

137 *Papa ſignando manum apponens, inferiores ceſſare facit ne ſcribant.*

138 *Commiſſio auocationis à iudice delegato facile datur, quare, & quando.*

139 *Signatura Iuſtitiae non auocat cauſas à Legato de latere habente clauſulam, quod ab eo auocari cauſae nequeant.*

140 *Legatus quando ſententiam ſubdelegati corrigere, vel reuocare poſſit.*

141 *Legatus natus, qualis dicatur.*

142 *Signatura Iuſtitiae an in prima inſtantia non obſtante cap. cauſae omnes Concil. Trid. auocare poſſit.*

143 *Sigillans geſta confirmat.*

144 *Sigilli auctoritas quae ſit.*

145 *Anuli piſcatoris ſignum in Breui Papae neceſſarium.*

146 *Breue in commiſſione cauſarum in curia remanentium, non expeditur.*

147 *Sigillum in ſcriptura publica requiritur formatum.*

148 *Commiſſio auocatoria cauſarum, non ita de facili concedenda.*

149 *Commiſſio auocationis cauſarum in cauſa dependente coram alio iudice, facile datur.*

150 *Clauſula audiat, qui præuenit, non datur extra Rotam.*

151 *Præuentio in Rota fit per commiſſionem, extra Rotam per citationem.*

152 *Commiſſio in Rota hinc inde in tribus ex DD. ſuſpectis allegatis, vni ex ſuſpectis directa, petente altera parte auocari, quomodo per Signaturam prouiſum fuit.*

153 *Appellatione in parte, & partibus præiudicialibus, vel quatenus contra hinc inde interpoſita per litigantes commiſſionibus expeditis, certantibus de iudice tertio committi cauſa ſolet.*

154 *Appellans ad Papam vnus, & alter inferiorẽ, an inferioris proceſſus prius factus ſit validus.*

155 *Delegatus ſua delegationis copiam dare tenetur.*

156 *Locorum piorum priuilegia quo ad cauſas committendas in Rota quomodo conſeruentur.*
Signatura Iuſtitiae quomodo in talibus cauſis manus apponat, ibi.
Appellans à ſententia ordinarij ſi alias

157 *habet coram eo cauſas, an tenetur coram illo comparere.*

158 *Iuribus admiſſis cento termino ad ſententiam circumducitur terminus.*

159 *Iudicis citantis iuriſdictio quare in principio citationis, vel inhibitionis ponatur.*

160 *Commiſſio ſuccedit loco libelli, vnde ex clauſula omneſq. alios Tertius ad cauſam venire poteſt.*

CAP.

CAP. VII.

§. I.

1 CAuſa auocata ea
dicitur, quando
pendens coram
inferiore, abſq;
alia appellatione,
ſiue prouocatio-
ne, ad ſe ſuperior
illam auocat, vel
trahit, ſeu ad ipſum deuoluitur, Couar.
Prac. quæſt. c. nono, nu. 1. Rebuf. in trac.
de auocat. q. 2. ſuper l. Regni Taur. Tom.
1. ſubdens ibidem Couar. num. 2. id ſo-
2 lius Principis munus eſſe, vel alterius ſu-
perioris, ad quos pariter iudicem dare
pertinet, l. iudicium ſoluit; ff. de iudic. eſt-
3 que appellatione maioris importantiæ
auocatio, quia, quando Princeps cauſam
ad ſe auocat, proceſſus poſtea factus ipſo
iure nullus redditur (vt dixi) in cap. de
clauſula ſublata, & Decreto irritanti.
4 Et auocatio cauſæ facta per Papam
motu proprio nullitatem poſtea per iudi
cem geſtorum operatur, dato quod auo-
cationis præfatæ ignorans fuerit. Secus
ſi ad partis ſupplicationem, & inſtantiã,
ea ratione, quia gratia conceſſa parte pe-
tente in ſe conditionem habet, ſi gratia
vti voluerit impetrans Doctores, commu
niter, in c. cum M. Ferrarienſis, de con-
ſtit. Quamuis Gemin. conſil. 47. pariter
quando per ſupplicationem, vel inſtan-
tiam partis cauſa auocetur, etiam geſta
ab ignorante non valeant, ſupra vero
relata loqui in ſimplicibus commiſſioni-
bus aſſerat, Non in delegationibus fa-
ctis cum expreſſa auocatione cauſæ ad ſe
per Principem facta, quod tamen decla-
rat procedere ſi in auocationis reſcripto
adſit decretum irritans, & huic ſenten-
tiæ annuit, Benint. deciſ. 41. nu. 2. verſ.
& iſtud certe, vt ſupra in cõmiſſione, cap.
decreti Irrit. ea clauſ. ſublata parte 1. la-
5 te dixi, Sed Signatura quando per com-
miſſiones cauſas de partibus auocat con-
ſiderat opportunum tempus, in quo de
tali auocatione certiorari in partibus
poſſint, & interim ſtante ignorantia ſi
procedatur, non reprobat, ſed lapſo tem
pore, in quo veriſimiliter de tali cauſæ
auocatione pars certiorari potuit, ſi ad
vlteriora procedatur in cauſa, omnia re-
uocat, per inde ac ſi geſta non forent,
quia ſtante veriſimilitudine ſcientiæ, &
& præſumptione certiorationis, contra-
rium fingendo, adeſt Signaturæ. Im-
mo Principis ſpretus cuius mandata non
debent eſſe illuſoria. Idemque pariter
ſeruatur, quando commiſſio auocatoria
in Signatura proponenda foret, & altera
pars ad illam edocendam citatam, varijs
coloratis ſubterfugijs ſuperſederi per vnã
vel duas ſignaturas, & dum pars bona fi-
de, ac ſub Referendarij verbo quieſcen-
di ſuas omittit defenſiones, callide inte-
rim expediri cauſam curat. Nam Ordi-
nariæ, & Signatura tales ſententias cum
omnibus inde ſequutis, & reuocat, & ad
priſtinum reducit, ac contrauenientem
expenſarum reum ex facti qualitate, ac
multoties ſic agentes carcerare facit, &
6 mandat illos puniendo. Merito itaque,
cum Roma communis patria ſit, ac mun
di caput, DD. in l. 2. §. omnes, ff. de iudic.
l. Roma, ff. ad munic. l. nemo rem. C. de
conſult. lib. 12. c. fi. dſt ſor comp. Rot. de
App. in antiq. dec. 19. nu. 3. §. fin. inſti. de
ſatidat. c. 2. & c. 3. de tranſgreſ. prælat. de
cuius præeminentia, ac excellentia memi
nit, Bal. in Auten. quæ ſuplicatio, num.
7 7. & 8. C. de præc. imper. offer. Omnium
que forus communis, cap. fundamenta,
de elect. & elect. poteſt. ca vbi maior. §.
cæterum, eodem tit. in 6. cap. quoties, 1.
quæſtio. 7. & nulla Sanctę Romanæ Ca
tholicę, & Apoſtolicæ Eccleſię maior po
teſtas, vel ſuperior inueniatur, Abb. in
c. licet, nu. 1. in fi. de elect. merito in ea
orbis totius cauſæ tractantur.

Eſt enim tanquam mare, à qua om-
nia fluunt, & refluunt, exeunt, & reuer-
tuntur vniuerſi curam habens, cui om-
nes aliæ ſubſunt Eccleſiæ, ac tamquam
à mare flumina exeunt, & redeunt, vt Ol
drad. verbis utar in conſil. 172. num. 4.
cum add. & conſil. 244. num. 8. & mater,
ac magiſtra omnium aliarum Eccleſia-
rum cap. ſi. de for. comp. de quibus Papa
dicitur ſpecialis Gubernator ſumpto ſi-
gnificatu Romanę Eccleſiæ. Gemin. di-
cto conſilio 74. num. 3. uerſ. & ſic in iſtis
bonis

bonis, vtque ſubdit Oldrad. conſil. 62.
num. 2. Adeo eſt fundata, & in ea ſuam
ſanctiſſimam ſedem elegit, ibi multa com
memorat, verſ. ſed Pater Beatiſſime Me-
rito Apoſtolicorum Priuilegiorum cau-
ſæ, & interpræetationes per ſolum Papam
cognoſcuntur, & in fi. vbi Bal. de iudic.
vt dicam. Vtque Bellamer. verbis vtar,
in deciſione trigeſima ſeptima, in mun-
do locus Eccleſiaſticus non eſt, in quo
tam bene, & celeritet lites terminentur,
16 quam in Romana Curia, quæ vbi Papa
eſt, ibi dicitur Zabarel. in Clementina pri
ma, numero decimo de reſcript.

20 Cauſæ autem meræ ſpirituales dicun-
tur Eccleſiaſticæ, vt cauſa fidei, ſacra-
mentorum, & ſimiles, ob id cauſæ ma-
trimoniales, & legitimiratis reſpectu ma-
trimonij, ſpirituales, dicuntur, cum ſit
cauſa Sacramenti, nec poteſt ſeparari
matrinionium ab homine, ſed cogno-
ſci ab Eccleſiaſtico, vices Dei in terris
gerente. Vnde cauſæ vſurarum, ſacri-
21 legij, & ſimoniæ; Profesſionis, Reli-
gionis, vel Ordinis, & ſimiles, de qui-
bus late Geminian. in conſilio ſexageſi-
mo ſexto, numero primo, & ſequenti.
Vt cauſæ pariter annexæ ſpiritualitati
dicuntur iuris patronatus; aliç quæ non
niſi ab Eccleſiaſtico videntur, capitulo
22 quanto, de iudic. Et mixti fori dicun-
tur quando, & per Eccleſiaſticum, &
laicum cognoſci poſſunt, & datut præ-
uentioni locus, Nam ſecundum Baldum
conſilio 216. numero ſecundo, verſicu-
lo hoc permiſſo, volumine primo. Tres
23 eſſe cauſarum ſpecies concludas. Cri-
minalis, ciuilis, & mixta. Iterum Ec-
cleſiaſtica, prophana, & mixta, in qua
vt diui locus eſt præuentioni, & quæ di-
cantur cauſæ arduç, tradit Menoch. de
Arbitr. iudic. centur. 3. lib. ſecundo caſ.
205. à num. 1. vſque ad numerum quin-
tum.

17 Curia eſt vnum corpus ex multorum
maiorum congregatione repræſenta-
tum, & collectum. Vnde Ioannes An-
dreas, relatus per Illuſtrisſimum, & Re-
uerendisſimum Dominum Cardinalem
Tuſcum pract. concluſ. iur. in verbo cu-
ria, concluſ. 1214. Tom. 2. ad repræhen-
ſionem curiarum dicit: Curia curarum,
Genitrix nutrixque malorum, Ignotos
noris, inhoneſtis æquat honeſtos; Vn-
de Lapus refert in capitulo primo, §. ve-
rum, vbi Ioannes Andreas, & Franc.
quod Philoſophus interrogatus quid eſ-
ſet Curia. Reſpondit, Eſſe locum deter-
18 minatum ad decipiendum; Curialium
autem appellatione Cardinales eorum-
quç familiares veniunt, vt ex Oldrado
conſilio 211. numero 6. verſ. & ſi hæc ve-
ra; Multoties accipitur pro Curia Prin-
cipum ſeu Curia vniuerſali iuriſdictionis
loci domina, Sed iuris fontem Curiam
Romanam fore dicit, Zabarell. conſilio
trigeſimo ſexto in principio. Tantoque
magis cum ibi reſideat Sanctisſimus, &
Beatiſs. Papa. Asſimilatur vero Roma-
19 na Curia Auibus Turdis nuncupatis;
Nam dum eorum regiones reddeunt,
alijs laudant has Vrbis Campaneas, Ae-
ris benignitatem, paſcua opulentisſima,
vbique exiſtentia, cum aquis, & omni-
bus delitijs, Vnde videte, videte dicunt
nos pinguisſimos redditos. Dixerunt il-
li qui remanſerunt, Videmus vos pin-
gues, & bene habentes; ſed quot ex
hoc loco diſcesſiſtis? At illi. Ea in
quantitate, quam numerare imposſibile
fuiſſet. Replicant alij. Quot reddijſtis?
Et illi. Paucisſimi. Quare alij ſub-
dunt. Melius eſt in patria abſque pin-
guedine, & tot delitijs manere, quam
de mille vnum redire. Sic Curiales, mul-
ti laborant, vitam, & opes incaſſum e-
rogant, ac Curiales vocantur, pauci ve-
ro eliguntur, & remunerantur vt fructum
reportant, In illa peritorum viget co-
pia, ac methodus cauſas conſulendi,
differendi, audiendique diſcretisſimus.
Quare ſi dubitari contingat an fori Ec-
cleſiaſtici, ſiue laicalis ſit cauſa, non
coniunguntur ſimul, neque præfati co-
gnoſcunt, ſed maior, & ſic Romana
Curia, quæ Eccleſiæ caput præfertur,
Felin. in capitulo paſtoralis, numero 4.
de reſcript. Ideo multoties de partibus
auocantur, & in Romana Curia deman
dantur, vel è conuerſo, aliquando, à
Romana Curia auocatæ, ad partes re-
mittuntur, vel committitur, quamuis nũ-
quam à Curia auocentur, niſi de Papæ li-
centia, vel Signaturæ permiſſu, Biſign.
deciſ. 13. per tot. de reſcript. Quia, poſt-
quam Sanctisſimo, in quo omnis ſcientia

pro-

prouidentia, ac prudentia reſident, vt in
ea videatur placuit, idonei Iudicis perſo
nam eligendo, non amplius erit, a Curia
extrahenda, maxime quando inſtructa,
nam ſi talis aperiretur via, vltra illius
preheminentiæ, ac dignitatis ſupræmiſ-
ſime contemptum, eſſet pauperes litigan
tes deſtruere, æquum nempe non eſt,
quod ab alijs inferioribus, in ea geſta
20 cenſurentur, vel iudicentur, At quando
non eſſet cauſa inſtructa, aliquando ratio
nabilibus medijs adductis, auocationis
commiſſio conceditur. Sed certa regula
in hac facti contingentia aſſignati ne-
quit, quia omne Papæ, vel Signaturæ ar-
bitrio remiſſum eſt, quæ circumſtantijs,
qualitatibus, grauitate cauſæ, perſonarũ
loci qualitate, & diſtantia conſideratis
quid, quomodo, & in quo loco reſcriben
dum ſit determinat, & ideo, omnia præ
miſſa in reſcribendo ſunt conſideranda,
quia iuſtis ſubſiſtentibus cauſis, tales auo
cationes fiunt, Caſtr. in Auth. qua in pro
uincia, col. 1. verſ. proderit ergo, C. vbi
21 de crim. agi opp. quamuis cum pari con
tendere, anceps ſit, cum ſuperiore furio-
ſum, & cum inferiore, ſordidum, vt dixit
Seneca relatus per Bal. in conſil. 218. co
lumna ſecunda, verſ. quo ad perſonas, vo
22 lnm. 3. Cauſæ nempe magnæ importan-
tiæ, inter magnates, ac difficiles, & Rom.
Curia digne, & in ea tractanda veniunt,
deciſione 43. incip. ſi appellatus, de ap-
pellar. in nou. & melius Dec. in cap. vt
debitus, num. 10. vbi etiam text. eodem
titulo. Veſtr. in ſua prax. lib. 4. cap. 9. nu.
12. Rota deciſione prima, deciſione 12.
de elect. in ſexto. Clem. cauſam eodem
titulo, cap. quoties 24. quæſt. 1. cap. ma-
iores, de Bapt. cap. quo ad translationem
vbi Glo. in verbo reſeruata, de offic. de-
leg. Innocen. in cap. innotuit, num. 1. de
elect. Milis in ſuo repertorio in verbo di-
ſpenſare poteſt. Et multas in Curia co-
gnoſcendas cauſas commemorat, Man-
doſ. in commiſſione cauſ. credit. cont. he
red. in verbo deuolutæ. Cauſas autem
nonnullas ex maioribus connumerat.
Imol. in cap. vt debitores, num. 15. de
appellat. Sed præ cæteris ſignanter illæ
Romanæ Curiæ ſunt reſeruatæ, quæ ani-
mę intereſſe concernunt, Veſtr. in ſua
prax. libro decimo, cap. 6. num. 3. Doct.
23 in cap. ſæpe, de appel. Petr. Duen. in re-
gul. 85. incip. cauſæ de partibus, limit. 1.
& 2. Mandoſ. in 4. for. commiſs. in ver-
bo, de ſui natura, Ratio vrget, quia Pa-
pę in Romana Curia reſidentis, anima-
rum periculo occurrere, munus eſt, Butr.
24 in cap. 2. num. 1. de conſt. in 6. Pręterea
pluribus modis cauſæ Eccleſiaſticæ conſi
derantur, & ſunt, Aliæ Criminales, puta
hereſis, cap. ad abolendam, de hæretic.
Alię Articulorum fidei, ſacramentorum,
Decimarum, Religionum, ſeu Religio-
ſorum, de quibus per Bellam. conſil. 54.
cap. cum ſit. vbi glo. in verbo maleficia-
tores, de foro compet. & aliæ ciuiles, de
quibus in capitulo prudentiam 14. quęſt.
2. Quæ coram ſuis iudicibus ſunt tractan
dæ, & ſimiles etiam aliæ multæ, quas om
mitto, Cagnol. in l. fin. numero 20. & ſeq.
C. de pact. Quæ vero dicantur cauſę piæ,
recenſet Bald. in Auth. ſimiliter, C. ad l.
falcid. Franc. Aret. conſilio 97. in princ.
& late Bero. in capitulo cum omnes, nu.
44. & 83. de conſt.
25 Merito itaque cauſę beneficiales, iux-
ta diſpoſitionem Clem. primæ, de elect. &
deciſione 36. num. 2. de appellat. in nou.
Melius in Sacro Rota auditorio, per tot,
tantoſue prudentiſſimos Patres, iures no
ſtri lucernas, quam alibi tractantur, di-
ligentiſſime, maturiſſimeue ibi digerunt,
26 diſcutiuntur, & diffiniuntur, vnde illud
adagium exortum eſt, Cauſæ beneficia-
les, ſunt rotales, dec. 30. de appell. in no.
& vt dixit Bellam. deciſione 37. In ea vi-
get copia peritiſſimorum aduocatorum,
qui ſuo marte cauſas agunt, ſicque com-
mitti curans cauſam beneficialem, vide-
tur non ſolum deducere ius, quod ſibi cõ
petebat tempore Commiſſionis, ſed etiã
omne, quod ſibi competere poterat in
futurum, Bellam. deciſione 662. Quod
intellige, & declara, ut per Put. deciſio-
ne 510. lib. 2. procedere, quando quis
committit ſimpliciter, non exprimendo
certam cauſam in commiſſione. Secus
27 quando illam exprimit, ex mente Inno.
in capitulo Abbate, circa finem, de re iu-
dic. Beneficialis nempe cauſæ cęteris pro
phanis breuior eſſe debet, dec. 25. nu. 3.
de appel. in antiq. quæ dicitur, ſiue aga-
tur de dignitate, ſiue perſonatu, officio,
præbenda, uel beneficio, cap. gratum, ubi

glos.

glo. in verbo beneficio, de reſcri. Alber.
in ſuo dictio. in verbo cauſæ beneficia-
les, Pariter cauſa erit beneficialis, ſi aga-
tur de canonizatione regreſſus, Acchil.
deciſione quarta, num. 4. de penſ. &
quando agitur de alteri, ſiue cappella
fundata à laico, dummodo auctoritate
28 Papæ, vel Ordinarij, nam ad ſolum Pa-
pam plenaria beneficiorum Eccleſiaſti-
corum diſpoſitio pertinet, cap. 2. de
præb. in ſexto, neque dicitur Eccleſiaſti-
cum beneficium ante Sanctitatis ſuæ ap-
probationem, Felin. cap. ex parte, il 2.
29 num. 2. de reſcrip. Sicut cauſam etiam
dicimus ſpiritualem, ſi de Eccleſiæ inte-
reſſe agatur, Franc. in cap. cum qui, nu.
67. de eo qui mit. in poſſ. in 6. Et c. du-
dum de decim. eodem libro. Idem Franc.
in capitulo ſi duo procuratores, §. ſane,
num. 11. de pac. vbi allegat. deciſionẽ de-
cimã de iur. patron. & deciſione 17. de
præben. in antiq. quod intelligẽ ſeruata
forma Concilij Tridentini, in c. cauſæ om
nes 24. ſeſſ. maxime ſi beneficium, de
30 quo agitur ſit reſeruatum, de quo nul-
lus præter Papam valebit diſponere, di-
cto capitulo quo ad tranſlationẽ. Rom.
31 Sing. 59. num. 2. Ita pariter in Rota,
quando de beneficij reſeruatione agitur,
32 erit cauſa tractanda. Et teſte Gig. de
penſ. quæſt. 99. in fi. Eccleſiaſticum be-
neficium ex ſex cognoſcitur qualitati-
bus. Primo ſi de illo niſi Epiſcopus pro-
uidere valeat, ſiue alter Eccleſiaſticus
ſuperior. Secundo quando alteri confer-
re debeat, non ſibi. Tertio quando cleri-
co. Quarta ex ſpiritualitate ſibi annexa,
vt officium recitandi. Quinta ſi perpe-
tuũ. Sexta, & vltima quãdo pura ſit pro
uiſio non adiecta pactione, quæ omnia
prius fuerunt dicta per Abb. conſil. 47.
33 volum. 2. vbi clarioribus verbis dige-
ſta præmiſſa reperies. Beneficialis præ-
terea cauſa dicetur, licet reus impugnet
ſententiam latam cum condemnatione
expenſarum, ſolum propter expenſas,
quia licet expenſæ ſint cauſa litis. Tamen
quia ius metimur ab intẽtione actoris, &
attenditur origo cauſæ, beneficialis dice-
tur Oldr. conſil. 320. num. 5. & 6.
34 Quod idem cenſendum eſt de benefi-
cijs deuolutus, quorum deuolutio fit ad
Papam quando eſt lapſum tempus con-
ment

ferendi inferiori aſſignato, Nam ſtatim
abſque alterius termini præfixione, vel
monitione. Talis autem admonitio Pa-
pæ impoſſibilis foret cum omnia vacan-
tia beneficia Papa ignoret, ob id ſufficit
admonitio Canonis. Archid. in capitu-
lo propter Eccleſiaſticas, verſ. ſed alij
18. diſtinct.
35 Beneficia reſeruata dicuntur ſtante
manus Papę appoſitione, Aeneas de Fal-
ci. in Tract. de reſeru. quæſt. 4. pręſent.
quęſt. 4. præſent. 19. effect. 35. Gemin.
in cap. ſi à ſede, columna ſecunda, de
36 præb. in 6. Ideo ratione talis reſerua-
tionis cauſa maior dicitur, & ſic Rota-
lis etiam in prima inſtantia præuia auo-
catione à quibus vis ordinarijs, & de par
tibus, quatenus ibi cognoſci prætenda-
tur, nam in Rota demandantur, Imol. in
cap. cum ex illo, num. 4. de Tranſlat.
Epiſc. cap. cupientes de elect. in 6. Cle-
men. cauſam, eod. tit. gloſſ. in Clem. pri-
ma in verbo deductas, de ſupl. neg. prę-
37 lat. Tantoque magis Rotæ dignæ ſunt,
ſi agatur de interpretatione litterarum,
& priuilegiorum Apoſtolicorum, etiam
ſub annulo piſcatoris clauſularum, & de-
cretorum, cap. cum veniſſent, vbi Glo.
in verbo iudicari. But. num. 2. Henric.
Boyc. num. 3. Card. Zabarell. & alij de iu
dic. Quod extende ad interpretationem
priuilegij, gratiæ, vel mandati de litteris
Apoſtolicis principaliter, non tamen ac-
ceſſoriæ, ſiue an factum, de quo agitur in
litteris compræhendatur; Gabr. conſilio
182. numero 14. & 24. volum. ſecundo:
Quod ſeruatur in Signatura paſſim, tum
ratione plurimarum difficultatum, quæ
continuæ exoriuntur, nec alibi melius,
quam in Sacro Rotæ Auditorio cogno-
ſcuntur, deciſione 36. numero ſecundo,
de appellat. in nou. Borgn. Caualc. deciſ.
33. num. 23. Tum quia huiuſmodi cauſæ
interpretationis litterarum Apoſtolica-
rum de ſui natura ad cauſarum benefi-
cialium inſtar ardue, maxime quãdo red
ditus (vt dixi) notabiles ſunt melius in
hoc ſupremo Tribunali, quam alibi co-
gnoſcuntur. Rota deciſione 30. de appel.
38 in nou. Bellam. deciſione 37. Vt pariter,
quando Ordinarij in iſtis cauſis ſuſpecti
ſunt, vel ex aliqua rationabili cauſa eam
nequeunt cognoſcere beneficiales cauſa
de

Digitized by Google

de ſui naturâ Rotales erunt, vt in proxime alleg. deciſ. Quæ ex inueteratiſſimo Signaturæ ſtylo. Rotæ demandantur, ſi redditus beneficij id ſufferre poſſint, ne per plura fiant, quæ per pauciora fieri poſſunt, & quia Rotalis erit cauſa in alia inſtantia. Darique poterit caſus, quod vnice ſententiæ Rotali partes conquieſcant, ſicque breuiores fiant lites, quæ in partibus, quaſi penè incognitæ tractantur, Quorum proceſſus vt plurimum ſunt nulli, Bellam. deciſ. 54. Staphil. de lit. iuſt. cap. ſi quiſpiam, num. 9.

Maiores vero cauſæ ille dicũtur, quæ ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, Imol. in c. cũ ex illo, nu. 4. de transl. Epiſc. ratio eſt, quia attenditur titulus, qui eſt perpetuus, c. cupientes, de elect. in 6. Clem. Cauſam, eod. tit. Gloſ. in c. 1. in verbo deuolutas, de ſuppl. negl. prę l. & ſic quia ſunt ſubtiles, & importantes, non alibi, quam in dicto Tribunali erunt cognoſcẽdæ, non coram groſſis hominibus, qui vt plurimum in his cauſis ſunt extra curiam. Borgn. Caual. dec. 33. num. 23. Sed
39 in illo Rotæ ſupremo Tribunali. ſcias, quod omnes cauſæ reputantur prophanę, etiam ſi ſpirituales ſint, & ille ſolum beneficiales, quæ ſuper titulo ſunt, Veral. deciſ. 99. par. 2. interdum pendente licet ſuper beneficio, mandat Papa vni ex Rotæ Auditoribus, coram quo pendet cauſa, quod lite durante, ſeu ad tem
40 opus, alicui ex collitigantibus, de fructibus reſpondere faciat, recuſat aduerſarius, interim alteri Auditori, omnes cauſas inter ipſo pendentes committi curat cum ſolita clauſula, annexis, & connexis dependentibus, & emergentibus quibuſcunq; non obſtantibus, & in hoc ſcias, quod vigore iſtius ſecundæ commiſſionis, non erit Auditori demandatum, quod faciat de præfatis fructibus reſponderi, quia iſte ſecundus, eſt iudex in cauſis iuriſdictionalibus, & contentioſis tantum, vt per Bellam. dec. 328. Poſt-
41 quam autem Rota pronunciauit, cum ſit ſupremiſſimum Tribunal, inferior iudex amplius in cauſa ſe intromittere nõ poteſt, nec debet, Feder. de Sen. conſ. 115 Rot. dec. 17. de Appel. in nou. Bellam. de
42 ciſ. 37 Et ſi Rota apponat ſequeſtrum in beneficio, tunc neque ab ea auocabitur cauſa, maxime ſi præceſſit collatio Apoſtolica, c. ſine, el 2. de offic. deleg. Alex. conſ. 68. lib. 6. Dec. conſ. 191. nu. 10. Im-
43 mo neque Epiſcopo demandabitur. Cęteræ autem cauſæ minime, in curia nec tractandæ, nec committendæ ſunt, maxime in Rota, quia inconueniens vide-
44 tur, vt ibi cauſæ infimorum, ac pedaneorum iudicum dignæ, cognoſcantur, & inibi non ſolent demandari, niſi aſcendant ſaltim ad ſummam 500. ſcutorum auri in auro, & ſic obſeruat ordinariè Signatura, quamuis non deſint, vt cauſa Rotalis ſit, qui teneant ſummã 500. ducatorum auri de Camera. Vnde Archidia. in cap. Anteriorum, colum. 3. verſ. illud etiam, ſecunda quæſtione 6. dicit, quod in minimis cauſis non debet ad magnos iudices prouocari, ſed ad medios. Quamuis in maioribus negotijs appellare ius non prohibeat, l. in minoribus, C. de appell. Quare, vt dixit, Imol. in cap. 1. num. 4. de Transl. Epiſc. Maiores cauſæ ad Papam ſunt deferendę, cap. quamuis, de elect. in 6. cap. vt debitus in fi. de appell. Illas maiores dici cauſas ſubdens, quæ Apoſtolicæ ſanctiſſimæ Sedi ſunt reſeruata; & iſte poſſunt dici meri imperij. cap. quod translatum, de offic. deleg. ca. quo ad Sedem, de offic. ord. ob id Imol. in capitulo primo, numero primo de iur. calum. Grauiores, & maiores cauſas per Pontificem terminandas aſſerit, cap. vt de appell.

45 Et extra montes, mille, dico quo ad ſortem principalem, de qua agitur de per ſe, non autem ſi illi addantur fructus, vel intereſſe, inſimul, eandem conſtituentes ſummam, quia non ſufficeret cauſam rotalem facere. Ratio præmiſſorum eſt, quia nil commune in hoc cauſa principalis habet cum expenſis, damnis, & intereſſe, cum vnaquæque eorum de per ſe intentetur, immo finita cauſa principalis nõ extinguitur appellatio, ſiue ab exceſſiua taxatione expenſarum, damnorum, & intereſſe, ſiue appellationis à condemnatione damnorum, & intereſſe, cum igitur ſint diuerſæ, & diuerſis iudicijs finiantur, ac vna expleta principali, remaneant aliæ diffiniendæ, & ex diuerſis non fit illatio, l. papinianus exuli, ff. de minor. quare nullo pacto poſſunt augere ſummam

mam principalem, vt Rotalis cauſa fiat, vt paulò infra dicam. Et quamuis cauſa decem ſcutorum, habito reſpectu ad ſtatum perſonę pauperrimę dicatur magna, Iaſ.in rep.l.admonendi,num.272.ff.de iur.l.ſed,& ſi ſuſceperint, §.1.vbi Bart. & Ang. ff. de iudic. l.illicitas, §.neſſenius, vbi Glo.ſic verborum, vnde, ff. de of-
46ſic. præſ. Tamen non erit talis, quæ in Curia demandata ſit,vltra quod,non reſcribit Signatura in cauſis à ſexdecim du catis Cameræ infra, quamuis multi aſſerant à ſexdecim ſcutis infra, ſed prima opinio verior, ſeruatur itaque ſint cauti
47 Domini mei Referendarij.Vt ſumma certa in commiſſione præciſę exprimatur,& licet breuiores cauſæ etiam à centum au reis infra conſiderentur. Bart. in l.imperium, num.26. verſ. ſexta eſt iuriſdictio,
48 ff. de iur. omn.iud. Nihilominus regulã veriorem cenſeo,quod ille dicantur cauſæ breuiores, in quibus plus in Procuratoribus, Aduocatis,ſcripturis, itinere,ac temporis ammiſſione litigando conſumeretur, quam ſors principalis eſſet.Felin. in capitulo nonnulli, in princip. verſ. Tamen ſi cauſa eſt parua, de reſcript. l. mediterranea, vbi Glo. & Bart. C.de anno, & Trib. libr. 10. Glo. & Doctores in cap. de appellationibus,eod.tit.Immo ibi ſubdit Felin.quod ſi cauſam ſuæ dioeceſis minimam vellet Epiſcopus valde
49 longe cognoſci poterit,à tali delegatione appellare, ratio eſt,quia in iſtis cauſis minimis, durum eſt aliquem extra patrios lares ad litigandum trahere, laboribus,& expenſis illum vexando, Franc. in cap. ſæpe, col.7.verſ. ſecundo quęrit, de appel. Nicol.Grau.in addit. ad Veſtr. lib.3.c.6.nu.9.Iaſ.in d.l.admonendi,nu. 272.dec.1.nu.2.de elect.in no.inhumanumq. foret,pauperes in teſtium examine,publicis documentis extrahendis, libris rationum aſportandis,eorumq. fere totam ſubſtantiam erogando, cogere,cõ tra tex.in l.2.C. vbi de ratio agi op.Glo.
50 in fi.in ca.requiſiuit,de teſtam. Pauperque in hoc propoſito ille dicetur, (vt latius alibi dixi)qui non habet 50.aureos, Abb. in cap. 1. de accuſat. Immo ſubdit Anchar. in cap. ad audientiam in 1.not.
51 de Eccleſ.ædifican. Sed inter pauperem, & inopem datur differentia, Nam pauper ille videtur, qui habet aliquid, licet paruum habeat, Inops vero illud qui nihil penitus poſſidet Alex.in l. ſi conſtante num.15.ff.ſol. matr. vbi pariter ponit differentiam inter paupertatem, & penuriam. Diciturque cauſa magna, parua, vel minima, ſecundum qualitatem perſonarum, ſicque in hoc præciſe determinari nequit. Ideo iudicis arbitrio remittendum,vnde cauſa ducentorum ſcutorum inter Principes minima erit, & maxima inter alios inferiores. Dec. in
52 cap. de appellationibus, eod.tit. Quidue iudex Eccleſiaſticus facere, & guſtare debeat antequam à laico cauſam auocet, ſeu illi inhibeat, late tradit Vant.in Tract. nullit. Tit. de nullit. ſent. defect. iuriſd. num. 55.& multis ſeq. ac etiam ante cuius dicta ex te videas, quæ breuitatis cauſa ommitti.
53. Et licet ad Papã parua cauſa deuoluta ſit per appellationem, nihilominus ſtante itineris, & expenſarum magnitudine, non debet in Curia cognoſci, l. 2. ff.ſi quis caut. multoties vero ex propterua litium proſequutione, ad paupertiẽ alii qui currunt, vltra id,quod facere valent erogando,ideo præ oculis Deum habentes,illas odio habent,ne die,noctuq.cor, mẽs, animis torqueantur, licet multoties in aliquibus locis, & perſonis, quæ minor,aut maxima,vel Rom.Cur.cauſa digna ſit, exemplificari poſſit in facto,l.ſed & ſi ſuſciperint.§.1.de iud.l.1.& l. mela, §.fi.ff.de alim. & cib. leg. & quamuis,in
54 aliquibus legibus illa modica dicatur cauſa, quę duorum, vel trium ſcutorum ſummam continet, & aliquando, 10. ſeu 20.inter magnates, & nobiles, vel Principes trecentorum ſcutorum minima erit cenſenda, ſec. tex.in §. iudicare, & in §. iudicare, & in §. audient. Authen.de defenſ. ciuit. vt late per Specul. in tit. de iur. delat. §. nec enim, numero tertio,& in §. ſi autem, num. 6. Tamen an cauſa parui, vel magni momenti ſit, iudicis arbitrio relinquendum erit, recte loco-rum diſtantia, perſonarum qualitate, quantitate, ſumma, ac regionis, in qua litigatur conſuetudine inſpectis. Maſcard. de probat. volumine primo, concluſ.9.n. 39. Nam dari certa regula,ſiue norma,neque ita de plano, quæ maiores

Digitized by Google

ſeu minores aut Romanæ Curiæ cauſæ dignæ ſint, Iudicari nequit, idcirco totum Signaturæ arbitrio repoſitum erit, vt per Scrib. in Auth. niſi breuiores, C. de ſentent. ex breui, recit. Bart. in l. diuus, ff. de bon. damn. Iaſ. in dicta l. admonendi, numero 275. Hoſtien. in cap. finali, de crim. falſ. Anchar. quæſtione 45 numero primo, parte prima. Roman. con ſil. 346. num. 5. Butr. in capitulo ſi pro debilitate, colum. 2. de offic. delegat. late Innocen. in capitulo ſedes Apoſtolica, numero quinto de reſcript. De quo vide Benint. deciſ. 67. num. 5. tractantem, quæ dicatur cauſa magna, Nec reſcripta ad lites extenſionem patiuntur, vltra mentem, & verba delegantis. Rimin. ſen. conſil. 195. numero quinto, & ſexto volum. ſecundo. Et vbi cauſa non comprehenditur ſub verbis reſcripti, vel com miſſionis, proceſſus erit ipſo iure nullus, ac per conſequens ſententia, ideo in reſcripto non comprehenditur intereſſe, nam debetur principaliter, non acceſſoriæ, ac vti ſeparatum à capitali de per ſe venit, nec in reſcripto comprehenditur, deciſ. Pedem. 129. num. 16. Bero. conſil. 200. numero quarto, volum. primo. Borgnin. Caualc. deciſione 21. nu. 33. late, Vnde refert Imol. in d. c. de appel. nu. 2. eod. tit. Quod Gomitiſſa Matildes, cuidam territorium triginta miliariorum dō nauit, & Tamen dixit Donatario, Aliquantulum terræ dono tibi, quia modicū erat reſpectu ipſius donatricis, quod fuit dictum, Glo. in l. ſed & ſi ſuſceptis, §. quod ſi libertis, ff. de iudic.

56 Ideo ſi Auditor Cameræ in cauſis mi nimis ex ſua ordinaria iuriſdictione inhibitionem extra Curiam conceſſam, moderare recuſaret, cauſam ad partes remittendo, licet in ſecunda, vel tertia inſtantia, ex ſupra narratis cauſis à dicto

57 Tribunali auocare ſolet Signatura, & ad partes remittere, rationabilibus mota medijs, quæ Papam repræſentans, de mandato, & ſcientia id facit, Abb. in cap. cum dilecta, num. 7. verſic. Item pon deratur, de reſcrip. Pariſ. conſil. 49. nu. 3. volum. quarto, Bellam. deciſione 46.

58 At de loco (vt ſupra dixi) in partibus aſſignando, intellige de tuto, ad quem collitigantes remoto inimicitiarum periculo, itinerisque ſuſpecto libere accedere poſſint, circa quod ius prouidet, vt tutus petenti locus detur, deciſione 5. de dolo, & contum. in antiq. De quo Affl. deciſione 289. num. 22. Immo ſi iudex de loci tuti aſſignatione requiſitus per menſem locum non mutet, ſeu comminatur partibus non conſentientibus corā ipſo litigare, prouocare permittitur ab eo Anchar. in Clemen. cauſam, num. 27 de reſcript. Quod ſano velim modo intelligas ſupradicta procedere, quando capitalis adeſſet inimicitia, vel perſonalis, quod libere iter habere nequiret, tunc autem excuſandus veniret, ac de loco tuto prouidendus, alias quandocumque poſſet appellare, Abb. in cap. ex parte, numero tertio de appell. & li-

59 cet ſit exceptio dilatoria, tamen quandocumque etiam poſt litem conteſtatam opponi poterit, ea ratione, quia habet ſucceſſiuum grauamen, non momentaneum, Felin. in cap. accedens, num. 2. & 15. vt lite non cont.

60 Immo etiam litis conteſtationem impedit, cap. ex parte de appel. vt pariter loci inhoneſti exceptionem, Blanc. de Comprom. quæſt. 4. cap. 6. de excep. di-

61 lat. num. 1. & 1. & 2. Conſideratur autem locus tutus, in quo citatus comparere debet, non locus rei ſitæ, vel domicilij illius, ad cuius inſtantiam ſit citatio, ſed iudicij, Immo is, qui promiſit ſtare, vel certo loco ſiſtere, in quo tuto non pateret ex cauſa ſuperuenienti, neque obligatur, neque incurrit pœnam promiſſā, & obligatus certo loco ſoluere ſi ad illū non eſt tutus acceſſus, alius deſtinatur, ex conſil. Rom. 352. num. 19. vbi Apoſt. in verbo commodo plura cumulantur, & tandem præmiſſa concordat. Tutus autem locus non dicitur ſi manifeſti inimici citati ibi habitent, ſed alleganti non tutum acceſſum, onus probandi competit. Decius conſil. 460. num. 26. vbi neque officiali credendum de non tuto acceſſu atteſtāti dicit, Vltra, quod ſubdit ta

62 li loco factam citationē nullam fore, nec arctare, quia præſumitur ignorantia citati, & magiſtratui in alterius præiudicium non creditur, & niſi in eorum officium concernentibus, vbi ex arbitrio diſponere poſſunt. Secus vbi requiruntur cau-

cauſæ cognitio. Alexander conſilio 206.
numero 4. volum. 2. Herculan. in Tract.
de probat. negat. num. 24. & 26. De quo
multa limitando, & ampliando congerit
Maſcar. de probat. concluſ. 17. per tot.
volum. primo, ſubdens concl. 18. Quo-
63 modo iſte tutus acceſſus an per teſtes ſin
gulares probare poſſit, & quomodo de-
ponere debeant, ac in alijs duabus ſe-
quen. concluſ. an probetur per inimici-
tias in loco, vbi ſe conferre debeat, &
an eo ipſo, quo peſtis probatur, ad quem
te remitto. Dicitur præterea non tutus
acceſſus, quando quis eſt bannitus à lo-
co in quo citatur, vbi adeſt peſtis. Quam-
uis limitando locus, vel acceſſus non tu-
tus, minuſque ſuſpectus iudex recuſari
poſſit, quando procurator conſenſit in
iudicem loci, qui allegatur ſuſpectus,
nam non poteſt poſtea recuſari, ſicut ne-
que iudex electus de conſenſu procura-
toris per principales, vt bene Anchar.
conſil. 158. num. 19.

64 Secus verò ſi eſſent inimicitiæ gene-
rales, puta guerræ, & patriæ, nam eo ca-
ſu non excuſaretur, præcipuè ſi ſaluum
conductum haberet à faciente bellum, vt
late Rota deciſione duodecima per tot.
de dolo, & contum. in nou. Quamuis de
hoc dubitet Afflict. in deciſione 288.
num. 23. eo quia, multoties iſti ſalui con-
ductus ſunt fragilis cautionis, vlterius ſu-
pradicta extende procedere, etiam ſi ini-
micitias haberet in locis per quæ, eundo,
vel redeundo eſſet tranſiturus, nam licet
iſto caſu haberet ſaluum conductum,
quia tranſit per non tutam regionem nõ
tenetur accedere, nec per conſequens
citatio ad id facta, vti ipſo iure nulla,
valeret, quod clare colligitur ex tex, in
Clem. Paſtoralis, §. piſana, de re iudic.
capitulo ex parte, vbi Abb. numero ſe-
cundo, & per totum, de Appel. late Iaſ.
multos congerens in conſilio 86. nu. 13.
volum. 3. Bart. & Doctores in l. de æta-
te ff. ad Treb. Oldr. conſ. 43. per tot. c.
accedens, el 2. vt lit. nõ cont. vbi Fel. nu.
4. & 5. ſubdens num. duodecimo, debere
procuratorem tranſmittere, dummodo
tutc. Et contingente facto, ne prætermit-
tas videre tex. in d. Clem. paſtoralis, §. pi-
ſana, ibi hæc quidem iure timentur, quia
loquitur in irreparabili, mortis ſuſpitio-
ne, Felin. in cap. cum inter, num. 8. ver-
65 ſic. indicium. de except. Sed non tutus
acceſſus, per allegantem probari debet
Dec. conſil. 460. nu. 26. Hercul. de negat.
fol. mihi 23. num. 26. verſ. 24. infertur, &
ſi ob militum inſidias, id cauſari dicatur,
vel ſtantibus, viarum craſſatoribus, ta-
lem exceptionem noſtri iuris interpretes
non approbant, cap. cum R. Canonicus,
de offic. deleg. Afflict. deciſ. 289. num. 22.
Menoch. conſil. 100. nu. 189. Ita pariter
ſi peſtis allegetur. Bart. & Doct. in l. de
ætate, ff. ad Trebel. gloſſ. in Clemen. ne
in agro, in fi. in verbo rationabili, de
ſtat. Monac. Felin. in cap. accedens, el
ſecondo, num. 11. verſ. ſexta concluſio,
vt lit. non conteſt. Boer. deciſ. 228. num.
11. Pariſ. conſil. 33. num. 3. volum. 2.

66 Sed ſi quis ad locum, vbi adeſt aeris
intemperies, ſeu peſtis citatus foret, ve-
nit excuſandus, etiam ſi non compare-
ret, ſic Felin. in d. cap. accedens num. 11.

67 Quando agitur de cauſa exemptionis
à iuriſdictione Ordinarij, ſi quis ex priui-
legio ratione Eccleſiæ loci, perſonæ, ſeu
beneficij eſſe prætendat, vel non ſubijci,
ſiue ſi cauſa exiſtente, vel ab illa ſe
eximi curet, non eſt ita de plano audien-
dus, neque per conſequens commiſſio-
nes talis exemptionis, niſi magna, & ra-
tionabili cauſa exiſtente, concedendę, cũ
à capite membra non veniant ſeparãda,
Felin. in cap. cum non liceat impune, nu.
11. de pręſcrip. Ant. de Pret. in tract. de iur.
Epiſcop. cap. 4. num. 4. Immoderata
etenim debet eſſe iniuria, Guid. Pap. la-
tæ deciſ. 62. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 205.

68 Sed quando tales cauſæ tractandæ
ſunt, non cognoſcuntur, neque deman-
dantur eiſdem Ordinarijs; Immo ſi lis co-
ram illo verteretur, auocanda foret; vti
pariter ſi cõtingeret agi de exemptis ex
priuilegio, vel alias, Ratio eſt, quia exem
69 ptorum nullus eſt iudex præter Papam,
& licet exemptio habitum dignitatis Epi
ſcopalis non tollat, tamen tollit exerci-
tium, quod in exemptis impeditur; Vti
exemplum de tutore videmus, cui licet
adminiſtratio ſit interdicta, tamen tutor
eſſe nõ deſinit, l. ſi pluribus, ff. de aut. tut.
Oldr. conſ. 172. n. 13. Innoc. in c. ex parte,
n. 3. verſ. verum autem, de verb. ſign. Sed
70 hoc procedit, quando clare conſtat de

Digitized by Google

exemptione, quia ſi dubium foret, cum
in ordinariæ iuriſdictionis odium tendat,
pro qua ius aſſiſtit, ſtrictiſſime veniret
interpratatio facienda. deciſ. Veral. 48.
parte prima. Quare præmiſſorum occa-
ſione, ſæpe coram Sanctiſſimo Domino
noſtro Commiſſiones, ſiue ſupplicatio-
nes porriguntur in Signatura gratię pro-
ponendæ clerico inſtante, in quibus litē
cum ordinario habere narrando, ſeu
quod ſibi infeſtus, inimicus, vel odio
graui eum proſequitur, ab eius iuriſdi-
71 ctione eximi ſupplicat, Circa quod, ſiue
cauſa ciuilis ſit, ſiue criminalis, reſcri-
bendum non eſt, niſi in ea ſola cauſa,
quæ tractatur, quando pendens, vel cæ-
pta inter ipſos reperitur, At commiſſio-
ne conceſſa, prælati iuriſdictio ita ſuſpen
ditur, vti quando ab eo appellatum eſ-
72 ſet, Ideo, ſi aliquid egerit, vel innoua-
uerit, merito per iudicem futurum, vti
attentatum erit poſtea reuocandum, ea
nempe ratione, quia litis odio factum
cenſetur, capitulo olim, vbi Glo. in ver-
bo poſt inceptum, de accuſ. & vt Abb.
numero ſeptimo dixit, inimicitiæ graues,
73 ex tali denunciatione oriri ſolent. Sed
pariter iſtæc, gratia raro, & cum grano
ſalis (vt illius mundi primarij tribunalis
mos eſt) conceditur, nempe cauſa alle-
gata, & guſtata, iuri, rationi, & æquita-
te conſona, nam concurrentibus præmiſ-
ſis, ne aliquid iniurioſe contra ſubdi-
tum, ſuperior iratus agat, vel in ipſum
ſeuiat, præſumptio oritur, quod effica-
citer, & valide lite durante dubitari po-
teſt. Hoſt. & Abb. in cap. dilectus, num.
15. de ſequeſt. poſſ. Tuncque libentius
commiſſio datur, quando illa lite duran-
74 te tantum exemptio petitur, ea ratione,
ne interim à ſuo opprimatur ſuperiore,
ſeu iura deducere impediatur, & quan-
do commiſſio præfata reſtringitur cum
clauſula, cauſa tantum durante, non ſo-
lum erit in cauſa principali intelligenda,
verum etiam appellationis, & reſtitutio-
nis in integrum, Lancell. de Attent. cap.
75 18. num. 18. Sed circa cauſam legitimā
aduertendum erit, ne falſa, vel palliata
ſit, vt ſæpe multa fingendo, oratores fa-
cere ſolent, & ita pariter ne friuola lis
ſit, quia non omnis lis ad id ſufficiens
erit, tum quia de facili ſubditi, vt ſe exi-
merent, ac liberius viuere poſſent, ab or-
dinaria iuriſdictione cui ſubdunt, lites ſu
ſcitando, eaſque in longum trahēdo, pro
curarent, ac delinquendi occaſio, aut pec
catum nutriendi, per conſequens illis da
ri poterit, Immo auferetur ordinario via,
& animus iura Eccleſiæ, vel Epiſcopalia
tuendi, vt dixit Abb. in dict. c. cum olim,
num. 6. de accuſat. Poterit autem præla-
tus ſuam in cæteris negotijs iuriſdictionē
exercere, dummodo ex tali exercitio nō
impediatur, vt late per Caſſad. deci. 6. per
76 tot. de priuil. Achil. dec. 16. eod. tit. Cau-
ſa vero legitima talem concedendi gra-
tiam, nimia ſæuitia erit, vt in ſimili vide-
mus de Domino contra Vaſſallum, l. vni-
ca, C. de off. comit. Sacr. patrim. Ioan.
Faber. in §. ſed hoc tempore inſtit. de
his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Roland. à
Vall. conſil. 40. num. 3. volum. 4. & non
ſolum ſi vere de ſæuitia conſtaret, ſed
etiam ſi de illa præſumptiue dubitaretur.
Specul. in titulo de denunciat. num. 13.
quamuis ſecundum Rom. conſil. 372. nu-
mero primo. id totum Papæ arbitrio re-
poſitum ſit, ſicut quando vxor à viro di-
uertit, vel eximitur, Abb. in cap. in lit-
teris, numero 7. de reſtitut. ſpoliat. Bal.
conſil. 446. volum. 3. Pariſ. conſil. 54. nu.
36. volum. 4. Grat. conſil. 31. per tot. Co-
uar. in ej. in parte 2. cap. 7. §. quinto,
num. 1. ad fin. eoque ipſo, quod ab ordi-
nario auocatur cauſa, & alteri demanda-
tur, poſtea geſta nullitatis vitio ſubiacēt,
Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis, nu. 196.
77 & 198. de conſtit. Omnino quippe (vt
dixi) denegatur commiſſio, ſi calum-
nioſe petatur, ac notorium ſupplicantis
eſſet delictum, ac poena in iure pro ipſo
expreſſa, quia iſto caſu ſuperior iuris mi-
niſter, non valet recuſari, nam ſi talis
aperiretur via, omnes rei id procura-
rent, ne ordinarij ad debitas iuris, & fa-
cti poenas, contra eos procederent, In-
noc. in cap. ex parte, num. 3. de verbor.
ſignif. Abb. in dicto capitulo cum olim,
num. 6. vltra quod ſuperioris contem-
ptus oriretur, ſi ita de plano tales conce-
derentur gratiæ, hoc tamen finaliter di-
cam, ex mente Innocent. in cap. recipi-
mus, num. 2. de Priuil. & exceſſ. Prała.
Quod in Eccleſia exempta, & eius mona-
cis, etiam cōuerſis, ordinarius ius perdit,
ſed

Digitized by Google

ſed nõ in ſacerdote curam animarũ exercente. Itaque curent clerici quid faciunt, ne ſui Epiſcopi iram in ſe concitent. Et poſt Conciliũ Tridentinum non ſolent dari tales exemptiones, ex quo in illo exemptiones omnes reuocantur, ne Ordinarij ſuam exercere iuriſdictionem impediantur in ſubditos. Immo talis demandatur illis poteſtas, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, vt habetur ſeſſione ſexta, cap. 3. & ſeſſione 24. cap. 11. vbi in ſpecie derogatur exemptionibus, & quibuſcumque inhibitionibus.

78 Quando tractatur an cauſa per iudicem Eccleſiaſticum, uel laicum cognoſci debeat, ad hoc, ut fauore Eccleſiaſticæ iuriſdictionis cauſa remaneat coram Eccleſiaſtico, vel ei committatur, ſufficit ſi ſummariæ, vel ex præſumptione rem Eccleſiæ fore conſtet, vel ad ipſius fauorem pronunciatum fuiſſe, Butr. Abb. & poſt alios, Felin. in cap. ſi Clericus laicum, ſub numero ſecundo, verſic. limita ſecundo, de foro compet. Lap. alleg. 58. num. 15. Secus autem ſi laicus negaret, & eſſet reus, quia tunc non intrarent Eccleſiaſtici priuilegia, vt Abb. in dicto capitulo ſi clericum, in principio, num. 1. At ſi fateretur rem eſſe Eccleſię, dicendo illam retinere poſſe ex gratia, ſiue cõceſſione ſibi facta, tunc teneretur coram Eccleſiaſtico litigare, & iſto caſu Clericus trahit laicum ad ſuum forum, quod ſimile erit, quando de feudo agitur inter Vaſſallos, affirmantes rem eſſe feudalem, capitulo cæterum, de iud. at ſi è contra, rem eſſe feudalem negetur, coram loci ordinario agendum erit, vt per Menoch. plures allegat. in 3. remed. retinen. nu-
79 mero 413. & 419. Pendet aliquando cauſam ciuilis coram ſuo iudice competenti, porrigitur querela criminalis, à debitore diffugiente, quantum fieri poteſt ſolutionem, faciendo (vt Neapoli dicitur) vn contrafoſſo, & ſic ſtante criminalitate intentata, porrigitur Commiſſio, petendo ſupraſederi in cauſa ciuili, & quod ciuilis iudici, criminalis inhibeat, ſeu criminali introducta, ciuilis intentatur, & petitur committi, vt in criminali ſuperſedeatur, vel lata eſt ſententia abſolutoria in cauſa criminali, etiam vrgente pro parte contraria Camerali obligatione, & ſic contra ipſam obligationem, qui reuertit ad Signaturam, & petit committi, vt mandatum exequatur, Sententia lata non obſtante, ſaltim præſtita cautione de reſtituendo in euentum ſuccumbentiæ. Modo videndum eſt, quomodo in ſupradictis caſibus ſit procedendum, & ad primum, deueniendo, Præſupponendum credo, quod iudex criminalis latrunculator à noſtris iure conſultis vocatus, in l. ſolemus, §. latrunculator, ff. de iud. poſſit de cauſa ciuili cognoſcere, quando habet a criminali de-
80 pendentiam, & quando pro criminali pœna corporis afflictiua imponenda, ſeu pecunia fiſco incorporanda venit, vel ad publicam vindictam, Iul. Clar. in pract. crimin. in §. finali, quæſtione prima, verſ. ex quorum omnium, & verſ. ſecundus eſt caſus.

81 Immo criminalis pariter erit cauſa, ſi de pœna pecuniaria fiſco applicanda agatur, dũmodo ex delicto proueniat, Clar. vbi ſupra. Quod declara procedere dum fiſcus agit ad exequtionem pœnæ ſibi applicatæ, qua exacta cauſa reducitur ad ciuilem. Bart. conſil. 169. num. 3. verſ. ex hoc apparet. Sed ex octo cauſis criminalis cauſa in ciuili ſuperſedere facit relatis per Grau. conſil. 835. numero 1. & ſeq. quas ex te in dict. conſilio videas, & hanc concluſionem quando criminalis cauſa in ciuili ſuperſedere faciat late ampliando, limitando, & extendendo cumulat Illuſtriſs. Card. Tuſcus pract. concluſ. iuris in verbo criminalis cauſa concluſ. 1087. per totum cuius dicta breuitatis cauſa miſſa facio. Et ſic quando iudex criminalis principaliter de crimine cognoſcit, poteſt etiam de quæſtione ciuili ab eo dependente, ex eodem facto, de quo agitur, incidenter (vt dixi) videre, vt puta, ſi agatur de furto, in eadem ſententia præter condemnationem fiſco, rem reſtitui domino mandare, text. eſt in l. interdum, §. qui furem, vbi Bart. numero quarto, ff. de furt. & in l. 2. §. hoc edicto, num. 2. ff. vi bon. rapt. Rom. in l. 2. num. 8. verſ. Sed quæro, ff. de iur. omn. iud. glo. in proœm. Inſtit. in verbo, Imperatoriam maieſtatem, & ibi Aretin. numero 7. & ab hac communi ſcribentium ſententia non diſſentiunt, Bald. in l.

Digitized by Google

2.colum. 5.verſ.vltimo quæro,nu.25.C. de eden. Innoc.& Canon.in cap.cum oporret,de accuſ.Bald.Salic.in l. qui crimen,C.qui accuſ.non poſſ. quamuis ani maduertendum in hoc ſit, quod ſi iudex condemnat aliquem pro delicto principa liter,tunc poteſt etiam in conſequentiam condemnare ad reſtitutionem,vel ad intereſſe parti paſſum, quia iſto caſu, non per actionem reſtitutio petitur, ſed Officio Iudicis, vt Doct.ſupra allegati te-
82 nent, At ſi de crimine non conſtaret,& inquiſitus veniat abſoluendus, eo caſu non poteſt ex officio reus condemnari ciuiliter tantum,quia cum ſit Criminalis iudex, & habeat iuriſdictionem diſtinctam illa tunc caret, & iuris noſtri periti loquentes, quod iudex Criminalis ciuiliter crimnoſum condemnare valeat, dicunt in conſequentiam condemnato prius ipſo ex delicto, & ideo Domini de Rot.teſte Creſc.deciſ.ſexta,de iud.tenuerunt,ſententiam Locumtenentis Criminalis D. Gubernatoris Vrbis eſſe nullam, ex eo,quia reum abſoluerat a delicto, & condemnauerat ad reſtitutionem rei ſubtractę, non obſtante,quod reus ſe defendendo in illius iuriſdictionem, & conſenſiſſet, & eam prorogaſſet, cum vt ibi tenuit Rota, magis communis opinio videatur, quod nec expreſſe partes poſſint iuriſdictionem in cauſis criminalibus tantum ad ciuiles prorogare, vt per Abb.& canon.in cap.1.& 2.de offic. deleg.maximè quando,adeſt iudex ciuilis,vt ibi Rota, & idem tenet latiſſimè Rol.a Vall. in conſ. 30. nu. 2. vol.2. pro quo multa adducit Iul.Clar.in §.fi.prax. crimin.q.2.verſ.& hæc quidem,de communi atteſtans, & Bal. in dicto §. qui furem, num. 5. Curt. Iun. in l. edita,num. 198.C.de eden.vbi Rom.num.143.verſ. non obſtat ſua ratio, Aret.etiam de com muni. in c.qualiter,& quando, el 2.§.ad corrigendos.nu.139.de accuſ.Bal.in l.data opera, num. 6. C.qui accuſ. non poſſ.
83 quod intellige,vt per Iul. Clar.ibid.pariter ſi iudex criminalis, primæ inſtantiæ ſuper ciuili articulo pronunciet, reſeruata ſibi cognitione cauſæ criminalis,nulliter facit,quia ſuper ambobus eodem tempore pronunciare tenetur, vnde talem reſeruationem facere minimè poteſt, ſec. Bal.conſ.153.incip.nouum dubium,nu. 2.vol.1.Eſt autem,vt ipſe inquit, talis reſeruatio quędam iuris cautela, & potius litis intricatio, quæ cauſæ naturam non mutat, ſed dum ita declarat,& facit, partem grauat, & ideo poteſt a tali reſeruatione appellare, vt quoque dixit Grat. conſ.vltimo, num.51.lib.2.Cin.in l.terminato num.3.de fruct. & lit.expenſ. & & licet criminaliter egerit, dummodo non ſuccubuerit, non erit poſtea ratione rei familiaris,ei interdictum, quin ciuiliter agat, ratio eſt,quia per exceptionem agit tantum ad repellendum ab actione, & per actionem intendit ſibi debere reſtitui, Innoc.in cap.cum dilectus, nu. 11. de ordin. cognit. l. 1. C. quan. ciuil. act.

Sed diebus elapſis cum per quemdam famulum pecunias, & bona ad circiter ſcuta tercêta, ex domo quadã ſubtracta forent, ac capto fure, & ad carceres Vrbis traſducto maxima parte rerum ſubtractarum penes eum inuenta. Cogitante Domino Hieronymo Felice Nobili Ariminenſi, vno ex criminalibus Locumtenente Reuerendisſimi Domini Vrbis Gubernatoris reum quæſtioni ſupponere, quia non habebat ipſum conuictum, niſi ex vrgentisſimis probationibus,quo caſu non in ordinariam, ſed in extraordinariam pœnam condemnandus veniebat,abſque eo, quod condemnaretur ad bonorũ reſtitutionem; Quare ad euitandum præmiſſa, vt Domini Locumtenentes criminalis haberet iuriſdictionem,commisſionem expediendam curauiilli directam vt principaliter, vel incidenter coniunctim,vel diuiſim ſimul, & ſemel, vel ſeparatim arbitrio ſuo ad reſtitutionem ſubtractorum procedere poſſet, quia leuiores probationes requiruntur ciuiliter agendo, & criminaliter luce meridiana clariores, Glo. & DD. in l.fi.C.de probat.&ſic obtinui reſcribi.
84 Quando conſtat de calumnia partis, quæ de criminalitate nihil dixit, niſi in fine cauſæ, tunc propter moram, & negligentiam non debet in ciuili ſuperſederi, Affict. deciſ. 229. num. ſecundo,
85 Capic.deciſione 25.per tot. Sed in præmiſſis conſiderandum eſt, quando ciuilis cauſa criminalem abſorbeat, & quando

do criminali deciſa,penitus ciuilis extinguatur, puta ſi tota vis conſiſtit in falſita te teſtium, ſeu ſcripturarum, nam tunc cauſa criminalis erit prius terminanda, Rolaud. a Vall.conſilio 13.per totum, cum add.volum. ſecundo. Afflict. deciſione 103. numero ſecundo, & deciſione 229. Cæſar de Graſ. deciſione tertia, numero quarto,de except. Anchar. in conſil. 62. Et ideo interim differtur proſequutio cauſæ ciuilis, Afflic.dicta deciſione 229. Capic.deciſ. 25. Gram.deciſ. 60.num.23. Bald.cit.& Doct.in l. 1. C.

86 de his qui accuſ.non poſſ. Ciuilis autem cauſæ proſequutio, reſpectu criminalis non retardatur, quando apparet, quod calumnioſè criminalis petitur, ſub cauſę commiſſione, vel ſub eius clypeo, & ciuilem differre, & ſolutionem in longumtrahere, ſeu cauſæ expeditionem. Nam eo caſu ciuilis non ſilet propter criminalem,vt per Capic.deciſ.25. Et quomodo cauſa criminalis à ciuili ſecernatur recenſet. Dec. in Rub. de Iudic. num. 9.

87 In Rota vero multoties cauſæ criminales pro ciuili intereſſe cognoſcuntur, Biſign.deciſ. 1. de pact. Put. deciſ. 103. & 104. parte prima, Sarmien. deciſ. 24. & 36.lib.2.Tholoſ.deciſ.69.& 114.& 115.

88 lib. 1. Sed quando porrigitur commiſſio in Signatura,petendo demandari, vt cauſa Ciuilis Criminali pendente ſileat, ſolet concedi, addita clauſula, quatenus cauſa criminalis, ſit præiudicialis ciuili, l.fin. C.de ord. Iud.Bar. communiter approbatus in l. ædita,vbi Curt. iun. num. 181. & Claud.num.68.C.de eden. Alexan.in l.reum criminis,colum.1.de communi, C. eod. Rolan. a Vall. conſil. 13. numero primo, volum. 2. Peregr. deciſ. 295.& deciſ. 133. lib. ſecundo.in cauſa Fulginatenſi. Put. deciſ. 99. lib. primo, Ror.diuerſ.deciſ.206.parte prima, late Gram.deciſ. 60.nu.24.&maximę,quando talis cauſa non calumnioſa, nā tunc ratione maioritatis criminalis, in ciuili ſuperſeditur d.l.fi.C. de ord.Iud. Curt. Iun.in d.num.181.Rol.alleg.conſ.Pereg. deciſ.29.lib.1. Et calumnioſa lis dicitur,

89 quando ius aliquod nō deducitur,Franc. in cap.1.vlt.not.vt lit.pend.in 6.Caſſad. deciſ.7.num.4.ad fi. de dol.& cont. Achil.deciſ. 7.nu. 2. vt.lit.pend. quamuis non pręſumatur calumnioſa,ſi quis venit ad litem,quam ipſe nō mouit,ſed ab alio mota fuit,ut ibi Achil.n.3.uerſ. itē quia.

90 Calumnioſus præterea ille dicitur, qui modo vnam, modo aliam ſubterfugiendo,diuerſis temporibus, diuerſas proponit exceptiones, vnam hac die, & cras alteram, maxime dum quotidie numquam propoſitas exceptiones in medium afferre nititur. Grau. conſilio 350.num. 16.Anchar.conſilio 234. num.3. verſ.& cum tempore confeſſionis, Vtque ibi numero 17. Grau. ſubdit, in eo magis verū erit ſi obijciens poſſideat; tunc autem per has diuerſas exceptiones expeditionem cauſæ diſtrahit; Ac dum omnia, etiam clara diſputare acta iudici, & ſcripturas exhibere differendo, Caſſad. de-

91 ciſione 3. de appell. Et vltra ceteras inflictas calumniatori pœna, illam ipſum angit, quando calumnijs non attentis, iudex ad vlteriora procedit, & id poteſt facere, quando multum vehemens ſit præ ſumptio, Alexander conſilio 65.num. 5 cum adduct. volum. 1. Subdens ibi pro iudice præſumptionem limitare, quod non repellet niſi ex iuſta cauſa. Vtque ſubdit text. in cap. ſi.vbi Abb.de calum. calumniator maiori pœna, quouis alio delinquente dignus eſt, qui ſecund. Menoch.de arbitr.iudic.caſ. 322. num. 12.

92 Calumniator eſt ſemen viperinum. Ideo ni puniatur, ad id faciendum anxa alijs datur. Tunc autem ſecundum Grau.con-

93 ſilio 404. num.26.& 28. Excuſatur calumnia ex perſonæ qualitate, ſi conſilium ſapientis ſit adhibitum, ſi ſemiplene probauerit; in denunciatore ex officio, & ſimilibus.

94 Sed difficultas eſt videre, quando criminalis cauſa ciuili præiudicet, vtque breuitati, quantum fieri poteſt conſulā, quamuis criminalis negotij finis à ſententia lata initium ciuili quæſtioni det,puta ſi teſtes, ſeu inſtrumenta falſa declarentur, quodque ſcriptura ſuſpecta,quæ nec interim probat, nec facit adminiculum, Abb. in cap. cum Venerabilis, num. 32 & 33. vbi de communi, Felin. num. 17. & 24.uerſ.ſecunda concluſio, de except. & uitium uiſibile multo magis auget ſuſpitionem. Anchar. conſil.99. num.20.

95 Tunc criminale illud ciuile iudicium ſilere

lere facit, āt è contra, ratione maioritatis etiam, ſed ſupradicta multas patiuntur limitationes, Primo, quod non ſuperſedeatur in cauſa ciuili, quando ciuilis mouetur, ab vno, & criminalis ab alio, & ideo, ſi fiſcus ſolus agit, & mouet cauſam criminalem, in ciuili non ſuperſedetur, quando eſt diuerſa, vt latius infra declarabitur, Alexand. in l. reum criminis, numero tertio, C. de procur. Salic. in l. vnica, num. 4. C. quan. ciu. act. crimin.
96 præiud. Ob id praxis adinuenit, vt ad expenſas euitandas, intereſſe particulare habens, fiſco ciuiliter inhæreat, & an, & quando accuſatus in cauſa criminali reaccuſare poſſit, vide ibi præfatos Doct. Secundo, dummodo non ſit ex diuerſa cauſa. Puta, ſi ego te pro mille ſcutis conuenio, & tu accuſas me de homicidio, ob id non ſuſpenditur exercitium, & exequutio ciuilis. Tertio, vt ciuilis criminalem abſorbeat, opus eſt, quod ſit ſuper cauſis annexis, non autem ſuper ſeparatis, & l. finalis procedit, quando criminalis ciuilem abſorbet, non autem quā do non præiudicat, ex alio attenditur finis, quando ſentētia ferenda ſuper cauſa criminali, poſſet parere prçiudicium in cauſa ciuili, & ſic ratione contingentiæ erit præiudicialis, quod ciuilem ſuperſedere faciat, ius autem aſſiſtit ſtantibus præmiſſis, vt prius criminalis, quam ciuilis intētetur, & in iſtis ſupra relatis ſæpè datur commiſſio, ac verificantur verba commiſſionis, conſtito, quod cauſa criminalis, ſit ciuili præiudicialis, vt latè cum adductis ſupradicta omnia bene ponuntur, per Put. deciſ. 98. par. 1. Quamuis ſecundum Imol. in l. Diuus, num. 10. ff. de re iud. Intentata criminali actione poteſt incidenter retractatio ſententiæ peti, quod intellige procedere ſi agatur contra partem, quæ falſos teſtes, produxit; ſecus ſi ageretur contra dictos teſtes, vt ibi cum congeſtis.

97 Quando contrauenitur inhibitioni Curiali, quia Curiæ maieſtas & iudicis lęditur, coram eo cauſa venit tractanda, l. prima, in princip. vbi Iaſ. numero primo, Caſtr. num. 2. & in §. fi. numero primo, vbi Bart. num. 6. ff. Si quis ius dic. non obtemp. cap. ſollicitudinem, vbi Franc. num. 3. appel. Rot. deciſ. 2. num. 1. verſic. Et eſt ratio, de reſtit. ſpol. in nou. & tanto magis, quando criminaliter pro contrauentione actum fuit, quia cum ciuilis tunc procedant ab eodem fonte, conſequenter ibi ratione naturæ, & connexitatis eſt videnda, Abb. in cap. 1. num. 14. de ſeq. poſſ. & fruct. Franc. Dec. & Doct. in cap. ſi duobus, de appellat. immo non ſolum acceſſoriè ad criminalem. Sed ſimul debent terminari, quia (vt dixi) ambe ex eodem fonte procedunt, vt per Bellam. deciſ. 400. per tot. l. interdū, §. qui furem, & ibi Bart. numero quarto, ff. de furt. Salicet. in l. ſi quis ad ſe fundum, numero nono, C. ad l. Iul. de vi pub. Felin. in cap. cum oporteat ad fi. numero octauo, de accuſat. Menoch. ad tertium
98 remed. crim. num 513. Sed quando corā ciuili iudice falſitas committitur, poterit ab eodem de ea quoque cognoſci, dico ciuiliter, non criminaliter, quia (vt dixi) ſunt iuriſdictiones diſtinctę, l. nullum, & ibi Doct. C. de teſtam. Abb. & Canon. in cap. 1. de crimin. falſ. Abb. in cap. verum, numero 20. de for. comp. Couar. pract. quæſt. capitulo 18. Marant. de ordin. iudic. in ſecunda parte, iud. artic. 12. Iul. Clar. in prax. crimin. §. fi. quęſt. 38. ver-
99 ſic. Sed quæro numquid iudex. Pariter, ſi laicus corā Eccleſiaſtico iudice falſum deponit, in eo puniendo erit locus præuentioni inter ipſum Eccleſiaſticum, & iudicem laicum. Sed interim, vt iuridica Eccleſiaſtica pœna eum puniat, non impeditur procedere iudex Eccleſiaſticus. Afflict. deciſ. 219. numero quarto, Couar. pract. quæſt. c. 18. prop. fin. verſ. Sed & hac in re, Marant. loc. proximè citato,
100 vbi etiā, ſi Clericus corā iudice laico falſum deponat, poterit ſuper hoc etiam cognoſci per iudicem laicum. Sed ſtrictè, ſolum ad effectum, an eius teſtimonium teneat nec ne, nam in cæteris erit puniendus à ſuo competēti iudice, Abb. in capitulo verum, numero 20. de foro competen. Couar. vbi ſupra, licet multi hoc caſu per Eccleſiaſticum puniri poſſe, tenuerint, Bald. in l. nullum, colum. fin. verſic. Quæro hic de Clericis, numero quinto, C. de teſtibus, quod verum non
101 credo. Cauſa ciuilis à Curia auocari numquam ſolet, quando criminalis corā eodem iudice pendet, vt in ſimili videmus

mus de petitorio, & poſſeſſorio, Abb.
in capitulo primo, numero 3. de cauſ.
poſſ. & propr. vti pariter, neque auoca-
tur ſi lata ſententia fuerit, quia cauſa per
eam cenſetur finita, maxime, ſi ſeruatis
ſeruandis lata ſit (vt dixi) l. vbi cœptum,
ff. de iud. ſicuti neque quando partium
adeſſet conſenſus, nam eo caſu quodam-
modo iniuriam iudici fieri videretur, Caſ-
ſidor. deciſione prima de reſcript. & de-
ciſione ſecunda, numero ſexto de appel-
lat. Præcipuè ſi grauis erit cauſa, quia illæ
de paupere regno (vt dici ſolet) Romanæ
Curiæ indignæ ſunt, vt retuli; ergo à
contrario ſenſu, & graues, & inter ma-
gnates in ea, & videndæ erunt, & co-
ram Principe, & ratione ſuperioritatis,
& facilius, ſi perhorreſcentia in partibus
fuerit allegata, vt in fine ſeq. cap. dicam,
& vltra relata ſupra hunc propoſitum in
commiſſione appellationis in cauſis cri-
102 min. parte prima. Conceduntur ſæpe
commiſſiones auocatoriæ, tam in parti-
bus, quam in Romana Curia, Cum clau
103 ſula quatenus non ſit cauſa inſtructa.
Quare quando talis ſit, videndum eſt. cir
ca quod, tunc inſtructam fore cenſeo,
quando tempore auocationis iura pro-
ducta erant, & termini (licet male, & nul
liter) ſeruati; eo autem in ſtatu inhibitio
vigore vltimæ commiſſionis obtenta
emanata minimè obſtante, poterit iudex
pronunciare, ac ad vlteriora procedere,
104 quia non obſtat cōmiſſio præfata con-
dictionalis, vt per multa iura, & ratio-
105 nes dixi Rota, dec. Creſc. 1. de iud. Sub-
dens, quod bene id facere abſque atten-
tatorum metu ſupradicta valet, & ideo
ita reſcribit Signatura, quia iã inſtructus
iudex poſt concluſum in cauſa, poteſt
ſententiam proferre, quamuis non ante,
Fel. in capitulo ſignificauerunt, num. 3.
de teſtib. & tunc concluſio in cauſa, alias
probationes excludit, & quos pariat
effectus, tradit idem Felin. in capitulo cũ
dilectus, nu. 1. 2. & per tot. de fid. inſtr.
106 Hinc eſt, quod pariter res integra
nõ erit, ſi negotium agitari cœptum ſit,
etiam ſubſtantialia tangendo, Abb. in
capitulo cauſis, numero ſeptimo, vbi
Imol. de elect. & tempore auocationis,
tunc inſtructa dicitur cauſa, quando pro-
ceſſus eſt productus primæ inſtantiæ, ac

erit in ſtatu, quo ferri poteſt ſententia.
Rota diuerſ. dec. 779. nu. 8. par. 1.
107 At ſi cauſa inſtruatur, poſt commiſ-
ſionem, hac inhibitionem illius vigore
obtentam, feraturque ſententia, erunt
omnia nulla, Acchil. deciſ. 5. per totum
de reſcript. & licet Rota præſentatæ com
miſſionis tẽpus attendi debere dixerit, &
quod medio tempore, donec concedatur
inhibitio, iudicis munus erit ſuperſedere
quia ſatis eſt eo tempore præſentationis
commiſſionis inſtructam non fuiſſe, ta-
men ex mente Lancell. de attent. poſt
Auoc. cauſ. cap. 10. num. 16. & 21. diſtin
guendum putarem, Quod aut iudex
ſciebat commiſſionem expeditam, ſiue
præſentatam in actis, ſi lis inſtructa non
ſit, ſuum eſt ſubſiſtere, aut præmiſſa
ignorabat, tuncque ad vlteriora proce-
dendo, non errat. At ſi hoc tempore
aliqua facta foret nullitas, non poterit
cauſa inſtructa dici, vt ibi Lancell. num.
17. multa congerens in hoc articulo. De
quo pariter latè tractant Doct. in l. aper
tiſſimi, C. de iud. Veral. deciſione 101.
parte prima. Franc. March. deciſione
107. parte prima. Sed ſi pars aduerſa
108 ſciens commiſſionem expeditam ad vl
teriora procedi curet, ſeu fatiat, exempli
gratia, quando Signaturæ ſint reſolutio-
nem, quia in contemptum id agit, non
ſolum geſta omnia veniunt reuocanda,
dico poſt reſolutionem, verum ipſe pu-
109 niendus. Euenire ſolet ſæpe in Roma-
na Curia caſus, aliquis appellationis in-
ſtrumento de partibus coram Auditore
Cameræ producto, obtinet citationem
cum inhibitione in forma via ordinaria,
vel interdum vigore commiſſionis ab
alio iudice dato, inhibitionem, vel cita-
tionem in partibus exequi facit copia di-
miſſa, vt moris eſt, ſed poſtea origina-
le in actis reproducere non curat, neque
vult, dubitatur; an adeo ſit cauſa curialis
effecta, vt ita citatus comparere tenea-
tur, inſtando multoties aduerſariũ per au
dientiã contradictarum citari, ac contra
ipſum cauſam expediri, ſeu ſi non alias
reproducta inhibitione, qui eã obtinuit,
commiſſionem porrigit cauſam a Curia
auocari petendo, & ad partes remitti in-
ſtando. Quomodo reſcribendum erit?
Et breuiter hinc inde fundamenta recen
ſendo,

ſcndo, prò parte affirmatiua. Primo face re videtur deciſ. 17. numero primo. in nou. de dol. & contumac. quam pluries Rotam ſequutam fuiſſe teſtatur, Put. deciſio. 402. libro primo. Accoramb. deciſ. 46. incip. ſi actor committit cauſam, libro primo, Tholom. deciſ. 150, in-
110 cip. in nou. de dol. & contum. Rationē afferunt, quia per ſolum citationis decretum, etiam abſque alia exequutione quo ad actorem lis dicitur introducta Rop. deciſione ſexta, vt lite penden. in nou. Caſſad. deciſionē ſexta Super regul. Cancellar. num. 24. & 26. & ita coram bon. mem. D. Cantucio. cenſuit Rota in vna Tordonen. fructuum 8. Ianuarij 1586. et in deciſ. diuerſ. parte ſecunda, deciſ. 424. num. 26. & coram D. Gipſio, in vna Bonon. 31. Ianuarij 1586. Vnde vt Rota dixit, proceſſum factum per audientiam contradictarum ad rei inſtantiam contra actorem, non reproducta citatione, validum eſſe, ea ratione, quia coram illo iudice reo comparente, a quo emanauit citatio, citatus præſumitur, per alleg. deciſ. 17. de dol. & contum. in nou. in fin. Corroborare conantur premiſſa, quia citatio reperitur annotata in libro expeditionum notarij, vt paſſim fit, quare, & a quo, & ad cuius inſtantiam fuerit obtenta, ſatis concludenter apparere videtur, & quotieſcumque iura de partibus tranſmittuntur, pariter, & mandatum procuræ, ac pecuniæ pro impenſis
111 trāſmiſſæ præſumūtur. Cum dicendum non ſit procuratorem, vltra proprios labores, velle pro extraneo proprias erogare pecunias, ſuum iactando. l. cum de indebito, ff. de probat.

Vide hæc dec. in fi. cap.

Maxime ſi impenſa fuerit in cauſa facta, principalis certioratus eo caſu præſumitur, quia non ſolent à communiter accidentibus lites per procuratores eorum ſumptibus ſuſtineri, Præcipuè cauſa graui exiſtente principalibus non certioratis. Roman. conſilio 42. numero ſeptimo, & octauo. Dec. 396. nūm. 3. parte tertia diuerſ. De quo multa congerit Menoch. de præſumpt. lib. 6. preſ. 23. num. 4. & ſequen.

Qui autem conſenſit in iudicem in iudicio, figura iudicij, vel quaſi diſſentire poſtea nequit. Bal. in cap. de quo vult Deo, colum. ſecunda, verſic. non quod qui, de iudic. Secus ſi extra iudicium, aut non in figura iudicij. Et ſubdiſtingue. Aut ommittendo dare, vel facere in illo iudicio, vt puta iudicatum ſoluere, vel iudicio ſiſti, ea ratione contractus locus erit, Quia forus non ſolū in loco puta Ciuitate, ſed etiā in loco loci, vt cōm certo tribunali conſtituitur, l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. Aut promittendo reſpondere, vel litigare, Et iterum, Aut coram iudice ſuo, & declinare nequit, Aut coram alieno, & pœnitere poteſt vſque ad litis conteſtationem, ſaluo tamen intereſſe aduerſarij, in damnis, & expenſis litis vſque ad tempus pœnitentiæ, quæ nō petuntur ex nudo pacto, ſed iudicis officio ratione temeritatis, vt late Bald. in cap. de quo vult Deo, colum. 3. verſic. oppono quod ſiue, de iudic. Neque dictis deciſ. Bellam. 456. & 462. obſtare videntur, quia ibi nec citationes fore exequutas, nec actor reum voluiſſe citare, neque cauſam proſequi conſtat, nam ibi reus actorem rogat, quod contra eum exequi citationem faciat, cui actor id, quod ſibi placebit facturum, reſpondit, nihilominus per Rotam reprobare, fuerunt Bellam. deciſ. vt ex deciſ. Put. alleg. ſupra patet, & per Accoramb. dicta deciſ. 46. dicentes, ſine auctoritatibus Bellam. loqui, cui ita loquenti, fides non eſt adhibenda, Put. dicta dec. 402. parte prima. Pro alia parte plura adducuntur, quæ meo iudicio magis vrgere credo, quia data ſupradicta citationis exequutione, non inducitur talis
112 conſenſus, quod variare non liceat, vt ex ordinaria regula, ante litem conteſtatam ſemper de iure præmittitur, l. ædita, vbi glo. & Doct. C. de eden. & quod potuerit a præfato iudicio recedere, dixit Bellam. allegata deciſ. 456. Achil. deciſ. 10. de reſcript. Lancel. de Attent. lit. penden. parte ſecunda, cap. 4. nu. 23. 25. & ſeq. Neque obſtant in contrarium adducta, & primo id, quod in memorialium libro, vel expeditionum adnotatum reperiebatur, quia ex ipſius lectura, neque citatio, neque conſenſus illius, ſaltim litis pendentiam inducens, colligi poteſt, Peregr. deciſ. 14. alias 35. in cauſa Salamantina, Lancell. loco citato, nu. 23.

113 23. Sed eſto, quod de expeditione appareret, & de traditione copiæ parti, tamen nõ concluditur ob id eius executio, niſi probetur (vt moris eſt) per publica documenta, quia poteſt eius dari deperditio, pœnitentia, voluntas non exequẽdi, receſſus, a lite, ac pariter caſus, quod reus habita expeditionis notitia, vel illam exequutam fingar, vel copiam procuret, quare non probat hoc eſſe, quod non contingit ab eſſe, l. neque Natales, C. de probat. Nam citationis expeditio, & eius exequutio, adeo inter ſe differentes ſunt, ac diuerſa, quod de vno ad alium, non poteſt inferri, vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minor. ſicque non poteſt dici, quod lis pendeat, niſi de præfata exequutione, ac reproductione conſtet, Clem. 2. vbi Card. numero 7. vt lit. non conteſt. Lancell. vbi ſupra, num. 16. Felin. in cap. cauſam quæ, numero 18. de teſtibus.

114 Nam enunciatum notarij non probat citationem, ſed actus citationis requiritur, quare ſtante iſto defectu, ex quo nullitas reſultat, intrat ſpolium, d. c. conquerente, de reſtitutione ſpoliat. vbi Abb. & Doctores, Oldrad. conſil. 227. in princip. num. 1. & 2. Ang. conſ. 24. num. 4. Felin. in cap. dilectus el primo, numero primo, verſic. & ideo dicit Hoſtienſis cum ſequen. de reſcript. Rota coram Domino Iuſto in vna Camerinenſis ſpolij 28. Nouembris 1598. Immo ſi pars cauſam committi curet, citatione vigore commiſſionis obtenta, illam non reproducat, vnquam licet exequuta, circũducta citatio dicetur, ac pro infecta habebitur, adeo quod, nec citatum arctat, neque præſcriptionem interrumpit, Felin. in cap. illud, colum. 4. in princip. de reſcript. Rot. diuerſ. dec. 44. n.

Vide hic dec. in ſ. cap.

115 2. p. 3. lib. 3. Præcipuè ſi a vero procuratore illa non appareat expedita, quia e contrario, ſi mandatum procuræ deficit, ceſſat eius præſumptio, ex impenſa, & neq; lis, neque conſenſus in iuriſdictionem inducitur, vt ibi Lancell. num.

116 23. Minus facit quod mandatum ex impenſa præſumatur, quia id Rota verum eſſe tenuit, ſi magna ſit impenſa, non modica, Put. dec. 27. in princ. p. 1. Neq; allegata, deciſ. 402. obſtat, quia ibi erat caſus, in quo principalis cauſam commiſit, relictoq; procuratore, qui poſtea mandarum non acceptauit, receſſit, vnde iſto caſu per contradictas procedi poſſe, Rota cenſuit, dicta deciſ. 17. num. 2. & 4.

117 de dol. & contu. in no. Quod a facto noſtro diuerſum eſt, quia ſi a citatione iudicium incipit, §. omnium, inſtit. de pen. tem. litig. & non a commiſſione, Lancell. ibid. num. 16. Socin. conſ. 38. num. 8. volum. 1. Guid. Pap. dec. 421. num. 1. & 3. Gabr. concluſ. 1. num. 2. de iudic. quando in actis non reproducitur, citatio ex-

118 traiudicialis dicitur, quia, & ſuum perfectum non habet, ac illi actor renunciare videtur, Innocent. in capitulo ſuper quæſtionem, numero ſecundo de offic. delegat. ac reus citatus, non conſtito de citatione, coram non ſuo iudice comparet, quia ea non exequuta, conditionaliter ad Curiam deuoluta cauſa dicitur, Achil. deciſione 10. de reſcri.

119 Nam ſi renunciare illi actor valet, contumacem non facit, Veſtr. in ſua prax. libro ſeptimo, capitulo vltimo, numero decimo, quamuis coram Reuerendo P. Domino Penia in vna Vrgellenſis Archidiaconatus de Andorra 13. Aprilis 1592 Domini per commiſſionem cauſæ in Rota, citationis exequutionem, ac terminorum ſubſtantialium ſeruationem, concorditer de lite conſtare tenuerunt, Clement. ſecunda, vt lit. pend. Aut. Litigioſi, C. de litig. Put. deciſione 240. per totum, parte ſecunda. Achil. deciſione decima de reſcript. num. 1. deciſione 17. de dolo, & contum. in nou. Veral. deciſione 252. & 254. parte prima. Quæ Rotæ reſolutio, omni caret difficultate, ſtante commiſſione, quæ communis (vt dixi) iam effecta eſt.

Vide hic decis. D. Peniæ in fine cap.

120 Debet autem nuncius in relatione citationis dicere, exequuta tali die, loco, perſonaliter, &c. ea ratione, quia locus, dies, & perſona tales eſſe poſſunt, qui citari non valeant. Creditur autem nuncio de citatione exequuta, non tamen de contumacia, ſi dixiſſe citatus aſſerat ſe nolle venire, capitulo cum parati, Vbi Bal. columna prima de appell. Iſto tandem dubio in Signatura propoſito, licet aliqui ex Dominis meis conuotantibus

121 curialem effectam cauſam dixerint. Nihilomi-

hilominus maior Dominorum meorum
pars, in eam deuenerunt ſententiã, quod
ex præmiſſis cauſa non eſſer effecta Cu-
rialis, ob id non porerar petenti dene-
gari commiſſio auocationis, cum remiſ-
ſione cauſæ ad partes, niſi appellans cita-
tionem reproduxiſſet, ſiue inhibitionem,
quia omnis, tũc careret difficultate, Et
quamuis à citarione iudicium incipiat,
non tamen à mandato, de citando exor-
dium capit, Iaſ. in Rubr. ff. de in ius voc.
num. 1. gloſſ. Bart. & Doct. in Rubr. C.
eodem titulo, quod ſecundum. Iaſ. ibi
procedit, tam in prima inſtantia, quam
in cauſa appellationis, Clemen. prima.
vbi glo. in verbo citationem, de iud. In-
nocentius in capitulo ſuper queſtionum,
numero ſecundo de offic. deleg. quia (vt
pixi) dicitur extraiudicialis citatio, cui
agens non comparendo, renunciare vi-
detur, quæ carens, ſuo perfecto in forma
peccat, redditurque nulla ipſo iure, Inno
centius in capitulo Præterea, num. 1. de
dilat. Actoreve non comparente, vel ſi
ex eius parte agarur, eo magis remanet
citatio imperfecta, atque in caſu caduci,
& ſicut præſcriptio per inualidam cita-
tionem non interrumpitur, Iaſ. in l. mo-
re, numero 58. ff. de iur. omn. iud. Felin.
in cap. illud, numero quinto de præſcrip.
Bart. in l. accuſaturus, num. 1. ff. ad l. Iul.
de adult. Bald. in capitulo quoniam con-
tra falſam, columna ſexta, de probat. ni-
hilque operatur, glo. in l. ſi accuſatori-
bus, C. de accuſat. Bald. in capitulo
in nomine Domini. Quarto notab. de
122 teſtibus, ita pariter, neque iuriſdi-
ctionem tribuit, quando, (vt dixi) co-
ram non ſuo iudice citatus comparet,
quia licet coram ipſo lis conteſterur, ta-
men non interrumpitur preſcriptio, gl. in
verbo interrupta, in cap. placuit, §. ſi per
naturalem 16. quæſt. 3. & quod citatio
per non comparitionem partis circundu
catur, ac citatus pro non cirato habeatur
dixit Veſtr. vbi ſupra lib. 7. ca. vlt. nu. 10.
per tex. in l. poſt edictum, §. ſi is, ff. de iu-
123 dic. Subdens ibi, quod talis citatio non
efficirur de proceſſu, vel de actis, niſi re-
producatue, quia cauſa, neque ex com
miſſionis impetratione, pendere dicitur,
ſed ab eo tẽpore, quo iudicialiter proce-
di cæptum eſt, deciſ. 9. de dol. & contu.
& deciſ. 4. vt lit. pend. in antiq. Vnde ſi ap
pellans, qui commiſſionem impetrauit,
ſtetit per annum ad cauſam proſequen-
124 dã. Licet in vltimo dicti anni aliquid fa
ciat, nihilominus a limine iudicij repellen
dus erir. Thom. Faſt. deciſ. 37. in antiq.
per tex. in cap. Gratum de offic. deleg. &
in capitulo relatum, de for. comp. l. in cri
minali, C de iur. omn. iud. Vnde Veſtr.
loco ſupradicto, procuratores ne anni
finem expectent, admonet. Sed ſi ali-
quid in cauſa facturi ſunt, vel ſtatim,
vel ante ſex menſes faciant, quia ſi per
annum ſileant, remanebit cauſa deſerta,
Et citatus vtrum agens citationem re-
producat, necne, eurare debet, quia ex
proprio Ligone vulnus ſibi infert, & ſi
nil aliud ad victoriã deſiderarur niſi cau
ſæ deſertio, & vt res iudicata, intus ha-
ber, quod foras quærit, quia exequutio
nem, expenſarum taxationem, vna cum
ſilentij perpetui impoſitione petere po-
teſt, deciſ. 5. de appellat. in antiq. & quod
eitatione non reproducta, cauſa minimè
ſit curialis, pluries cenſuit Signatura.
125 Sed an cauſe commiſſione in Curia
obtenta, & citatione illius vigore, ſed
non exequuta, commiſſio auocatoria
concedenda veniat? Immo an ſecunda
commiſſione expedita, primæ non facta
mentione, vna cum poſtea in cauſa acti-
tatis teneant, & videtur dicendum quod
non, quia ſi cauſa in Curia demandata
fuit, præuia commiſſione in actis, ac cita
tione illius vigore conceſſa, adeo litis
pendentia in ea inducta extitit, quod ceſ-
ſat auocatio, immo poſtea geſta fueru nt
declarara attentata, deciſione ſexta, vt
lite penden. in nou. quia ſemel curialis
effecta cauſa, non poteſt amplius, niſi de
licentia Pape ab ea extrahi, neque in du-
bio videtur à primo iudice Papam auo-
care iuriſdictionem, niſi de certa ſcientia
id faciat, Biſign. decimatertia, de reſcrip.
in fine.
126 Semel autem cauſa Curiali effecta
namque Romanam Curiam exibit, niſi
de licentia Papæ (vt dixi) Bald. in l. ſi vt
proponis la prima, columna penultima,
127 verſ. & nota, C. quo, & quando Iud. Di-
citur autem duobus modis cauſam eſſe
in Curia primo quando recipitur à iudi-
ce, & à parte approbatur. Secundo, Quan
do

do iuſtitię complementum in partibus li-
tigans conſequi non ſperare iurat,cui iu-
ramento ideo ſtandum eſt , quando con-
trarium probari non poſſit . Dec. in ca-
pitulo interpoſita, numero octauo de cō
muni atteſtans , de appell.

128 Tamen præmiſſis non obſtantibus ,
Rota in vna Bononienſis Caſtri Liani
contrarium tenuit , Put. deciſione 240.
parte ſecunda , & licet cauſa pendeat per
citationis decretum, quo ad committen-
tem , non ob id dicitur deuoluta ante
citationem exequutam. Deciſionibus au
tem pro contraria parte adductis, reſpon
det ibi Rota , quod loquuntur de auoca-
tione cauſæ à primo iudice , vbi ab vtra-
que parte erat introducta , & conſenſum
in iuriſdictionem , & quamuis Biſign. in
dicta deciſione 13. approbatam appella-
tionem à parte appellata,ad Curiam cau
ſam deuoluere aſſerat , tamen id proce-
dit , quando poſtea pars appellata eſſet
intimata,ſeu citata, & tunc cauſa ad Cu-
riam deuoluta dicitur , nam ſecus,appel-
129 latio ſola deuoluit cauſam quo ad ap-
pellantem, non quo ad appellatum , &
ſic quando talis appellatio non eſt inti-
mata, poteſt variare appellans , & alium
130 impetrare iudicem . Dumque pro par-
te contraria dicebatur , reſpectu impe-
trantis commiſſionem litem in Curia
pendere , & ideo poſtea geſta cenſeri at-
tentata, Domini tunc dixerunt id proce-
dere , quando lite pendente aliquid ex-
traiudicialiter fiebat, vt puta,nouam gra
tiam impetrando, poſſeſſionem quæren-
do , vel quid ſimile . Secus autem in fa-
ctu noſtro, quando nouus iudex quæri-
tur, nam id fit iure permittente,quia ea-
dem cauſa poteſt pluribus iudicibus com
mitti , & coram quocumque expediri, ſi
non excipiatur,ac quia reſcriptum,etiam
ſubreptitium tribuit iuriſdictionem, cap.
ex tenore , & cap. ad audientiam, de re-
ſcript. & ita renuerunt Domini in maiori
parte , vt in dicta deciſione , & idem ha-
betur in deciſione 10. Achil. de reſcrip.
131 Aſſerentis commiſſa cauſa, & decreta
citatione , poſſe pœnitere ante eius exe-
quutionem, & illi renunciare , quia con-
ditionaliter, quatenus citatio debitè exe
quatur, ad Curiam cauſa dicitur deuolu-
ta , Veral. deciſione 252. num. 2. & de-
132 ciſ. 254. lib. 1. Ad reſcripti validitatem,
ſemper litis pendentis mentio facienda
eſt , vt obuietur pariter vitio ſubreptio-
nis,ſeu obreptionis , vnde pro regula fir-
memus,quod ſecundum reſcriptum de
primo mentionem non faciens,ſit ſubre-
ptitium , Felin. in capitulo cæterum , nu-
mero quarto. verſic. extenſio,cum addu.
de reſcript. Decius conſil. 460. num. 15.
ac pariter ſi eſſet iudicium inchoatum ,
de eo eſt facienda mentio , alias non te-
net commiſſio, Dec. in capitulo pruden-
tiam,numero octauo, vbi Abb. de offic.
delegat. Et ideo dicitur in Commiſſione
lite , & cauſa pendentibus .

133 Litis autem pendentia , quo ad am-
bas partes , non inducitur , niſi per litis
conteſtationem,& ante illam quamuis di
catur lis , tamen non dicitur mora , ne-
que aliquid à reo petitum , cum libellus
iudici porrigatur , cuius loco commiſſio
ſuccedit , vt dixi parte prima in capitulo
de commiſſione in ſpec. Ob id reus ante
litem conteſtatam non eſt in mora. Bald.
conſil. 150. nu. 2. vol. 2. Secus de iure ca-
nonico, diſponente per citationem litem
induci . Quamuis Guido Pap. dec. 488.
dicat, litem penderi non dici per citatio-
nem factam niſi per illam reus inſtruatur
ſuper quibus trahatur, ſeu vocetur ad iu-
dicium, per tex. in Clem. cum lite. vt lite
penden. nil innou. ibi Glo. fin. in verbo
ad partem , ſubdens ſex requiri , vt lis
134 pendere dicatur . Primo , quod citatio
emanauerit. Secundo à competenti iudi-
ce. Tertio, quod ad citatum peruenerit ,
vel per eum ſteterit. Quarto, vt plene per
eam ad quid citetur inſtruatur. Quinto ,
quod apta ſit citatio. Sexto, & vltimo, ꝙ
nuncius ſufficienter citauerit . Quare con
cludit iſtis ſex interuenientibus litis pen-
dentiam induci, alias iuriſdictio per cita-
tionem ſecus factam perpetuatur , vnde
ad inducendam litis pendentiam , vt nil
ea pendente nouetur , ſat erit ſpecialis
citatio à iudice competenti emanata ,
& exequuta . Abb. conſilio 68. in prin-
cipio, parte prima, & amplius hanc mate
riam declarat Socin. Regula tertia . vbi,
multos numerat caſus , in quibus ex ſo-
la citatione ori lis, & litigioſi vitium ,

& quando, ac quomodo lis pendere dicatur, ac quæ ad hoc requirantur cumulat Lancell. de atten. lite pend. in princ. & multis num. ſeq.

135 Quando vero non eſt reſcriptum factum ſecũdum ſtilum, & vſum Cancellariæ, de falſo eſt ſuſpectum, Rom. conſ. 376. num. 12. Fallit id primo, ſi reſcriptum emanauit motu proprio, & ex certa ſcientia, quia tunc non facta tali mentione tenet, Caſtrenſ. & Doctores in l. ſi quis quempiam, ff. ſi quis cautio. Et maximè quando ſumus in priuilegio conceſſo lite pendente, & in terminis, de quibus per Lancellot. de attentat. lit. pend. limit. 11. num. 17. Fel. in cap. cauſam quæ num. 18. & ſeq. de reſcript.

Secundo fallit in priuilegio, in quo neceſſario litis pendentis inualidę non eſt mentio facienda, etiam ſi vigore ſubreptitij reſcripti introducta foret, vt latè Gabr. in lib. com. opin. tit. de iudic. concluſ. 4. num 31. 32. & 33. Oldr. in conſ. 199. numero ſecundo, verſ. electio prima.

136 Contingere ſæpè ſolet, quod lata ſententia vigore commiſſionis manu Sanctiſſimi ſignatæ, cum clauſula appellatione remota, præmiſſis tacitis, expediri per Signaturam iuſtitiæ præmiſſorum ignare commiſſionem appellationis via ordinaria curat ſuccumbens, & illius vigore inbiberi, & licet abſque attentatorum metu iudex a quo exequi poſſet, vt latius in commiſſione attentatorum dixi, tamen ſe abſtinere ob reuerentiam volens, appellatus inſertis commiſſione manu Sanctiſſimi firmata, & alia appellationis ab aduerſario obtenta, dat reformatoriam, in qua narrando, ſi aduerſarius expoluiſſet, prout non ſine dolo, & fraude tacuit, cauſam appellatione remota commiſſam, &c. Et quod tacita veritate relaxata fuit commiſſio, vbi ſtante appoſitione manus Papę, Signatura iuſtitię ſe ingerere non poterat, vt latius patet ex commiſſionis huius formula ſuper appoſita, &c. Ideo petit illam de medio tolli, Solet autem altero de duobus modis Signatura reſcribere, ſeu iudici a quo, vt ad vlteriora procedat, perinde ac ſi præinſerta non emanaſſet, ſiue iudici ad quem, vt ſuam moderetur inhibitionẽ: Idque fit, quia, quod ignoranter factum fuit, cum non liceat,

137 vbi Papa manũ ſignando appoſuit inferiori reſcribere, cum & interpetrare, corrigere, declarare, & derogare Sanctitaitatis ſuæ arbitrio ſit repoſitum, ſumma ſapientia de medio tollitur, l. ex facto vbi Iaſ. num. 4. ff. de vulg. & pupil.

138 l. Neratius vbi Doct. ff. de reg. iur. Si ex rationabilibus cauſis a iudice delegato auocari cauſa petatur, vt latius infra in commiſſione de iudicum ſuſpitione dicam, dari ſolet commiſſio in totum auocatoria, quia delegato adiunctum dare Signatura non eſt conſueta, maximè extra Curiam, ideo alteri demanda-

139 tur cauſa, quamuis. Facultatibus legato de latere tributis, eiuſve indulto, maximè ſi fuerit per Papam ei conceſſum, vt cauſæ ab ipſo auocari nequeant non derogatur per Signaturam iuſtitiæ capitulo cum inferior, de maior. & obed.

140 Legatus autem poteſt ſententiam per ſubdelegatum latam reuocare, quando vel contra formam mandati lata ſit, vel ſi rationabiliter lata, idest ſi nulla fuerit. Secus ſi aliqua, & valida fuerit, nam illo caſu ſe intromittere nequit. Imol. in capitulo ſtuduiſti, numero ter-

141 tio, de offic. delegat. Legatus natus ille dicitur, quando dignitati legatio erit adiecta, ſicque quando quis conſequitur dignitatem, pariter & legationem conſequitur. Secus autem quando id ex priuilegio perſonæ habeat, quia non dicitur legatus natus cum non naſcatur cum ipſa dignitate. Imol. in capitulo volentes, numero tertio, de officijs delegati.

142 Dubitaui aliquando, an ſtante, c. cauſæ omnes in Concil. Trid. ſeſſ. 24. vbi cauſas de partibus ab ordinario, niſi commiſſio met Papæ manu ſignata ſit, auocari non poſſe, ſtatuitur in prima inſtantia, vtrum ſi talis auocatio ex rationabilibus cauſis, iuxta canonicas ſanctiones fit, quod bene facere Signaturæ Iuſtitiæ poteſt, vt in dicto Concilio, fecerit, & deinde breue ſub anulo piſcatoris ſemper

pænes

pænes Papam exiſtente vigore talis commiſſionis fuerit expeditum, & ſic de ſcientia, & approbatione Sanctitatis ſuę dicatur, ex iſta obſignatione Concilio ſatisfactum.

143 Et credo, quod ſic, quia ſigillando geſta ſcienter Papa confirmat de eius mandato expedita, vnde cum noſtra faciamus, quibus auctoritate impartimur & a breui dependat commiſſionis executio, perinde ac ſi ipſe ſignaſſet, haberi debet, capitulo inter dilectos, §. 1. de fid. inſtrument. Imol. cap. 2. num. 26. eodem tit. l. 2. C. de rebus Eccleſ. non alien. vbi Bal. in Margar. in verbo ſigillum, e mologat, & approbat, ac obſeruari, & præſtari obedientiam mandat, Rot. diuerſ. deciſ. 106. par. 1. Nam ſigilli talis eſt auctoritas, cap. nobiliſſimus vbi glo. in verbo ſignantes, & Doct. 99. diſtinct. Innoc. in cap. 2. num. 2. & 3. de fid. inſtrum. l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſcop. & cleric. Ob id in fine breuis illa apponuntur verba. Datum ſub anulo piſcatoris, vt in alijs inferiorum reſcriptis, in quorum, fidem, & teſtimonium ſigillo, quo in ſimilibus vtimur, iuſſimus appreheſione muniri, vt ibi Imol. n. 23. Multumq; conceſſa ſigillum validat, & roborat, nempe actu, aptitudine, voluntate, & caractere, ob id impreſſionem continet, Bal. in d. cap. 2. col. 3. verſic. quæro vtrum Sigillus, vbi Imol. nu. 24. & Doct. l. fin. vbi glo. in verbo æternales, & in verbo violare. C. de veter. nummiſ. lib. 11. l. decernimus, C. de aquęd. lib. 10. c. inter dilectos, de fide inſtrum. cap. ſigni ficauit vbi Doct. de appellatio. Et ideo neceſſario breue ſigillationem requirit, quæ de forma dicitur, quaſi eodem actu ſollemnitatem inducentem, Bald. in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit, ff. de iur. iur. Alberic. Brun. in Tract. de for. & ſollemn. actus, in rubr. ex quibus conſtit for. & ſollem. verſic. 49. Quare eodem modo Concilio ſatisfactum fore concludo, per inde, ac ſi commiſſio eſſet manu Papæ firmata, licet quando in Curia auocando Signatura iuſtitiæ cauſam committat (vt dixi) non expediatur breue, ſed in cauſis extra eam, ab vno auocando, & altri committendo, vtq; de ſigillo, poſtquam de illo locutus ſum, nonnulla ſubnectam, dico, quod ſi cum aliquo inſtrumento, forma, caractere, legibilibus litteris carente, quis ſigilllare vellet, puta cum claui, corrigia, vel alia re ſimili; id facere minime valeret, §. poſſunt, vbi Ioannes Faber. inſtitut. de teſt. l. ad teſtium, §. ſigno, ff. eodem. Nam vere tunc ſigillum non eſſet, propter formæ omiſſionem, Speculat. in titulo de inſtrum. ædit. §. inſtrumentum, numero decimonono in fine, & numero vigeſimo.

148 Sed ut ad auocationis thema relictum reuertar, hanc commiſſionem non ita de facili concedendam dico, quia ſi à iudice inſtructo prope finem, vt rei, quorum proprium eſt fugere ſatagunt, cauſa auocaretur, alium deputando, numquam iiti finis eſſet, ac faciendi lites immortales anſa daretur, creditores, quod ſuum eſt, conſequi non valerent, debitores eſſent ab æris alieni ſolutione immunes, ac rei alienæ occupatores, ſeu ſimiles fraudantes, numquam male detenta reſtituerent, Abb. in capitulo cum dilecta, numero ſeptimo, columna tertia. verſiculo Item ponderatur, de reſcript. Pariſius conſilio quadrageſimo nono, numero vigeſimotertio, volumine quarto. Bellamer. deciſione quadrageſima ſexta. Ideo ex rationabilibus cauſis (vt dixi) in hoc venit reſcribendum.

149 Quamuis commiſſio noſtra in cauſa dependenti coram alio iudice, facile detur, eam iudici negotij principalis remittendo, l. nulli, C. de iudic. Staphil. de lit. iuſt. capitulo Signatura dat, numero ſeptimo, capitulo diſpendia, de reſcript. in ſexto. Nam ſi cauſæ principalis commiſſio ſecum acceſſorias trahit, merito iure medio vniuntur (vt dixit) Felin. in capitulo præterea, numero quarto, de offic. delegat. neque vnquam cenſetur auocata cauſa, niſi de certa Papæ, vel Principis ſcientia, eam auocare volentis, appareat, latè, Caſſador. in deciſione ſecunda, numero ſecundo, de reſcript. Bellamer. deciſione quadrageſima ſexta.

150 Clauſula audiat, qui pręuenit extra Rotā non datur, uti neq. in Rota, inter ſubrogatos. Sed aut decano remittitur, qui prouideat, vel omnia tertio demandantur.

Lata ſententia in Rota ſuccumbens

prouocauit, appellatus autem ſuſpectos habens nonnullos ex Dominis Auditoribus, quandoquidem de ſtilo Curiæ ante expeditam commiſſionem coram D. Regente Cancellariæ, cuius officij munus dare iudices eſt, tres ſuſpecti dari poſſunt, & data liſta, vna cum Nihil tranſeat, nihilominus pars appellans celeriter ſuam appellationis commiſſionem expediri, & vni ex ſuſpectis Dominis allegato cauſam demandari, quia in turno forte talis locus ei contigit, non recordato Domino Regentis reuiſore de Nihil tranſeat committi forte obtinuit. Mos autem eſt, vt iuxta liſtã duodecim DD. Auditorum ex ordine vni poſt aliũ cauſæ incipiendo à Decano demandantur pars appellata conqueſta, fecit aliam expedire commiſſionem, & alteri Auditori non ſuſpecto committi, ſed in faciendo incaſſare, & in actis commiſsionẽ ponere appellans fuit diligẽtior, quia in Rota per
151 commiſsionem fit præuentio, Ac extra Rotam per citationem, dec. 1. de conſt. & deciſ. 6. de reſcript. in nou. Bellam. deciſ. 34. & extra per citationem, Felin. in cap. paſtoralis, num. 5. de reſcrip. Glo. in cap. ſi à ſede, in verbo apparet, de probation.
152 Ideo commiſsione in Signatura Iuſtitiæ propoſita, quia contra appellati voluntatem ſuſpecto cauſa commiſſa fuit obliuione reuiſorum in eam venit Signatura ſententiam, vt tertio, & ſic alio Auditori cauſa demandaretur, proponente R. P. D. Zaccaria Vetulio Veneto, Prothonotario Apoſtolico Referendario nobili 22. Septembris 1611. reſcriptum fuit.
153 Contingere multoties ſolet, lata ſententia multa capita continente, & diuerſa, ab illa vtramque partem prouocare, in parte, & partibus ſibi præiudicialibus, & ſeparatis capitibus, & ambas partes particularem commiſſionem expedire, diuerſo iudici directam, quod bene fieri poteſt, aſſiſtente iure vtrique appellationi, quia tot ſunt ſententiæ, quot capita, l. etiam vbi Doct. ff. de minor. & ſuper vno, & ſuper alio ſententia valere poteſt. Datur commiſſio, in qua ab vno, præuia auocatione, alteri demandari petuntur omnes cauſæ, hanc materiam late tractant Doct. in cap. ſi duobus, vbi Abb. num. 1. & Dec. num 17. de appel. & quamuis nonnulli teneant, quod appellationi nullatenus, quoad varios iudices deferatur; ſed vnica attendenda ſit appellatio, ac in negotio principali interpoſita præualeat, quia emergens ipſius naturam ſequitur, tamen multoties illius diligentia, qui prius appellauit cauſamq; committi obtinuit, attenditur, & præualet, & quia ab initio vnicum fuit negotium, licet articuli diuerſi, ita pariter coram vno iudice debent vniri. Sed hinc inde iſti iudices ſic impetrati, ſuſpecti haberi ſolent, ideo vt plurimum præuia auocatione, hinc inde cauſis coniunctis, illas tertio aliquando de partibus conſenſu eligendo ſecundum facti qualitatẽ, (loquẽdo de cauſa ciuili quia in criminali non datur iudex de conſenſu) deman-
154 datur. Sed quid, ſi duo appellent, vnus ad Papam, & alter ad alium inferiorem, an proceſſus inferioris, qui præuenit, ſit validus, vide Abb. in cap. ſi duobus nu. 2. vbi Fel per tot. latè, & Dec. num. 17. de appellat. circa hoc multa congerentes, quorum dicta, cũ videri poſſint, inconſultus pertranſeo.
155 Sed an iudex delegatus, teneatur copiam ſuæ delegationis, ſiue reſcripti inſerere in citatione, vel ſe dicere delegatum ſufficiat? etiã Fel. in c. cum in iure, n. 5. de off. deleg. dicit quod ſic, alias citatus de citantis iuriſdictione incertus, niſi tota copia, ſiue commiſsione inſerta non tenetur comparere, at vbi, quomodo, & quando id facere Delegatus teneatur, tradit ibi Fel. late limitantem, & diſtinguentem.
156 Multoties pia loca efficaciſsimis clauſulis, etiam Motu proprio, priuilegia referta habentes, & cum clauſula motas cauſas, & mouendas, ac pendentes auocandi etiam inſtructas à quibuſuis iudicibus facultate, etiam ſi Rotæ Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus, & alijs, vt in dictis litteris. Cauſa pendens, vt in Rota, & per iudicem loci pij vigore dictarum facultatum auocata extitit, & inhibitum. Sed pars aduerſa ſtante cauſæ grauitate, ac continentia dubia diſputabilia, & adeo difficilia, quæ vnius iudicis ſententia terminari non debeat, ad Signaturam ſanctiſs. cuius munus ſolius eſt contra huiuſmodi priuilegia reſcribere, quia eius eſt derogare cuius cõcedere pro auocatione à iudi-

iudici loci pij, & commiſſione in Rota ſupplicatur, vt plurimorum ſaniori terminetur conſilio, ſed vt quæſtioni, & quærenti conſulatur. Solet Signatura, ſi locus pius protectorem habeat, quod firmo remanente notario, cauſa Rotæ Auditori demandetur, vel tamquam deputato ab Illuſtriſſimo protectore, ſeu quod ipſe Auditorem iudicem faciat, multoties extra Rotam, & abſque Rotæ participatione, quæ clauſulæ parum operantur, quia ex Rotalibus conſtitutionibus prudentiſſimi illi patres, omnia in Rota non attentis illis verbis, & clauſulis, communicent. Vtiique namque parti conſulitur ex huiuſmodi reſcripto, loco pio cuius ſeruantur priuilegia, quæ à Papa conceſſa manſura eſſe debent, & colitiganti, qui firmo remanente notario, in ſcripturis non fatigatur. Immo aliquando ſi huiuſmodi cauſæ Signaturæ Iuſtitiæ deferantur, quæ licet obſtantibus ſupradictis priuilegijs non reſcribat. Tamen, guſtata rationabili cauſa, vel Illuſtriſs. Protectori, vt alium deputet, & qua decet reuerentia id ſignificari per R. P. D. Ponentem curat, vel interdum ſic commiſſionem ſignat. Eſtque iſtud potius excitatio, vt pars denuo audiatur, ſicque quando reſcribit iudici, vt cum facultatibus Auditoris Cameræ procedat, dicetur potius iuriſdictionis exten-
157 ſio, & ampliatio. Prouocauit aliquis ab Ordinarij ſententia, & habet alias cauſas coram eo, an cogatur in alijs cauſis reſpondere? & affirmatiue eſt text. vbi Baldus in capitulo propoſuiſti, in princip. de appellat. quamuis tamquam ſuſpectum illum recuſare valeat, & auocationem petere, niſi conuincatur de manifeſto errore, vt ibi Baldus, ſi ſuper diuerſis cauſis ad diuerſos iudices commiſſiones impetrantur. Quando inter illas cauſas erit connexio, exempli gratia, in aliqua hereditate, & vnus coram vno iudice, & alius coram alio, vnus poſſeſſorio, alter petitorio. Iſto caſu, ne continentiæ cauſarum diuidantur, coram diuerſis iudicibus, ne diuerſæ ferantur ſententiæ, pro vnione conſulendus Princeps erit, Abb. in capitulo ſanè, ſi à nobis, numero ſecundo, in fine, de offic. delegati.

158 Ideo inoleuit praxis, vt porrigantur commiſſiones vnionis cauſarum, præuia ab alijs iudicibus auocatione, & de facili conceduntur, ſi iudex tento ad ſententiam termino, ad actoris, vel rei articulos admittat, Tacite reuocata videtur concluſio in cauſa, quando in cauſa concluſum ſciebat, quod ſcire præſumitur, ſi ille iudex eſt, qui concluſit in cauſa, & præcipuè ſi fiat parte præſente, & non contradicente, vt per Alexander conſilio ſeptuageſimo ſecundo, numero ſeptimo, volumine tertio. Et ſic, ſi alia ad dictos actus circumductos non interuenerit citatio, ex citationis defectu, nullus remanebit proceſſus.

159 Quero pręterea, quare praxis in citationi, vel inhibitionis initio, iudicis citãtis poteſtatem, ſi ordinarius, vel delegatus fuerit apponatur. Iſtud nãq; ea de cauſa fieri dicitur, vt in reliquis actis pariter fit, ad cognoſcendum, an citatus teneatur comparere, nec ne, nam cauſa demonſtrandi perſonam, illa verba apponuntur, Abb. in cap. cum ex officij, nu. 32. de præſcript. Innoc. in cap. 2. num. 3. de dilat. Lanfr. de Oria. in Rep. cap. quoniam contra, num. 2. de probat. Commiſſio loco libelli ſuccedit, quare vigore clauſulæ omneſque alios tertius ad cauſam venire poterit, etiam contra eum, qui commiſſionem præſentauit, ac ſi per contradictas ſententiam obtineat, non erit nulla. Put. deciſ. 422. parte prima.

R. P. D. GIPSIO.

Numero primo.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS de Varignana.

Veneris vltima Ianuarij 1586.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua contra non citatum non è confeſſum, nec conuictum ferri nequit, et quare.*
Fallit, ut numero iiij

2 *Defenſio nulla conſtitutione humana tolli poteſt.*

3 *Commiſſio eſt communis, & illa reus vti poteſt etiam in partibus praiudicialibus.*

4 *Certus certiorari amplius non debet.*

AGentes pro Venerabili Religione Camaldulenſi obtinuerant ſententiam abſolutoriam ab Ordinario Bonon. ſuper prætenſo iurepatronatus Eccleſiæ de qua agitur, & cauſam appellationis in Rota commiſerant, ac instante eiuſdẽ religionis aſſerto Procuratore decreta, & relaxata fuerat citatio cum inhibitione, & termino duodecim dierum ad comparendum, quam vt prætenditur Domini agentes contra homines Terræ Varignanæ, & ab eis præſentatur reos conuentos in partibus exequi curantes, Sed rei poſt nonnullos menſes videntes Religionem dictam citationem non reproducere, docto de illius exequutione præ audientiam contradictarum ſententiam fauorabilem reportarũt à qua Religio infra decem à die notitiæ appellauit, & cauſam mihi committi obtinuit propterea dubitaui An ſententia Rotalis eſſet nul-
1 la. Ratio dubitandi fuit, quia contra non citatum, non confeſſum, aut conuictum ad diffinitiuam ſententiam deueniri non poteſt, cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ cum alijs ibi adductis per Glo. in verbo non conuenti, de conſtit. & ſi aliter
2 diceretur defenſio naturalis tolleretur, quæ nulla humana conſtitutione tolli poteſt. Bart. iu l. fil. famil. de donat. Gabr. de citat. concluſione prima, numero 198 Iſtis tamen non obſtante Domini cenſuerunt dictam nullitatem nõ obſtare, quoniam eſt in facultate rei agere per Con-
3 tradictas in contumaciam actoris non comparentis, & abſolutionẽ petere ſiquidem Commiſſiones ſunt communes, & illis vti poteſt, reus etiam in partibus præiudicialibus actori, cap. 1. & 2. de mut. petit. & in terminis noſtris eſt deciſio Rotæ 17. de dol. & contum. in nou. Put. deciſione 422. libro primo, & fuit dictum in vna Calaguritana portionis de anno 1563. coram Domino Robuſterio, quinimo Domini extendunt illam deciſionem ad perſonas non nominatas, & vbi ſola eſt decreta citatio, vt teſtatur Achil. deciſione 34. alias 38. de reſcrip. Non obſtat, quod ſine citatione nemo ſit condemnandus, quoniam actori imputandum eſt c um non dimiſerit procuratorem in Curia, & quia erat certus de Cõmiſſione, & partis citatione amplius certiorari non debuit ad Regul. cum, qui certus, de reg. iur. in 6. cum vulg.

R. P. D. PENIA.

Num. Secundo.

VRGELLENSIS Archidiaconatus.

Lunæ 13. Aprilis 1592.

SVMMARIVM.

1 *Lis probatur pendere per commiſſionem cauſae in Rota citationis exequutionem, & ſeruationem terminorum ſubſtantialium.*

2 *Breuis de capienda poſſeſſione nomine Camerae exequutio ceſſat non facta litis mentione.*

3 *Poſſeſſio capta vigore Breuis de capienda poſſeſſione nomine Camerae tacita lite, tamquam attentata, non ſuſtinetur.*

1 QVoniam Raphael Duran Archidiaconatum de Andorra, tanquã vacantem in menſe reſeruato per obitum Michaelis Grimoſalch impetrauit in curia, & obtinuit ſibi concedi litteras Apoſtolicas de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, in quibus non fecerat mentionem de lite, quam Paulus Antonius Boquet, qui vigore ſtatuti à Sede Apoſtolica confirmati prædictum Archidiaconatum optauerat de anno 1583. mouerat contra q. Michaelem pro uiſum Apoſtolicum, & in Rota introduxerat vigore ſpecialis commiſsionis citato, & comparente Michaele, & ſeruatis terminis ſubſtantialibus dubitaui. An conſtaret de lite, de qua foret facienda mentio in prędictis litteris in forma Breuis, & Domini concorditer cenſuerunt primum conſtare de lite per commiſsionem cauſę in Rota, citationis exequutionem, & ſeruatos terminos ſubſtantiales, Clem. 2. vt lit. penden. auth. litigioſa, C. de

C. de litig. quæ cum non fuerit extincta per obitum Michaelis beneficium reman ſit litigioſum, capitulo primo, & ſecundo, vt lite penden. libro ſexto. Mohed. deciſione 14. alias 240. de cauſ. poſſ. & propr. in nouiſſimè impreſſis, & deciſ. 190. in manuſcript. Sarnen. de triennali,
2 quæſt. 61. circa fin. Et ideo debuit de illa fieri mentio Aegid. deciſione 102. etiam in litteris in forma Breuis pro capienda poſſeſſione, alias cēſentur ſubreptitię, & non operantur effectum, Paleoct. deciſ. 116. incip. Io. Michael, Verall. deciſione 70. incip. Breue, par. 1. in imp. vnde nec vigore talis Breuis poſſet capi poſſeſſio, nec capta ſuſtineri, quia eſſet attentata, & vitioſa.

DE COMMISSIONE
AVOCATIONIS
CAVSARVM.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *VIDVIS, & pupillis præſto eſſe debemus.*
2 *l. vnica, C. quand. Imp. inter pup. & vid. quare edita.*
3 *Viduam, pupillos, & alios in l. vnica, C. quan. Imper. inter pupill. & vid. Princeps, & officiales fauore proſequi debent.*
4 *Vidua, pupillus, vel miſerabilis perſona, quæ dicantur.*
5 *Viduam, pupillum, &c. non trahi extra prouinciam, quomodo intelligatur.*
6 *Hoſpitalium, & locorum piorum cauſa, an in l. vnica, C. quan. Imp. &c. comprehendantur.*
7 *Hoſpitalia quando ſub priuilegijs Eccleſiæ conceſſis contineantur.*
8 *Hoſpitalia in reſeruationibus, & alijs diſpoſitionibus ſub Eccleſiæ nomine non veniunt.*
9 *Bona victui pauperum, & infirmorum aſſignata, litibus non ſunt conſumenda.*
10 *Laicorum Societates non comprehenduntur ſub priuilegio Eccleſiarum.*
11 *Pauperes.*
Membris debilitati.
Mulieres virum inutilem, vel damnatum habētes ſub l. vnica. C. quan. Imp. comprehenduntur.
12 *l. vnica, C. quand. Imp. inter pupill. & vid. non derogatur ſub generali diſpoſitione.*
13 *Pauperes miſerabiles perſonæ, non trahuntur extra propriam prouinciam ad litigandum.*
Quando illis tale priuilegium non proſit, num. xiiij.
15 *Prouincia, à qua priuilegiati extrahi nō poſſunt, quomodo intelligatur.*
16 *Clericus in duabus diœceſibus beneficia habens, in ambabus an habeat domicilium.*
17 *l. vnica, C. quand. Imp. priuilegium præualet priuilegio equitum Hieroſolymitanorum.*
18 *l. vnicæ, C. quand. Imp. Priuilegium tollitur ſolum per Signaturam Papæ.*
19 *Clauſula etiam priuilegijs in corpore iuris clauſis, quare reſcriptis addatur.*
20 *l. vnicæ, C. quando Imp. &c. Priuilegio nequeunt comprehenſi renunciare*
Nec iuriſdictionem prorogare, ibi, Declara, vt num. cvij. & cviij.
21 *Regula de iure quæſito tollendo cum expreſſa mentione derogandum eſt.*
22 *Clericus coram Iudice laico pro comprehenſis in l. vnica, C. quando Imp. procurare poteſt.*
23 *Clerici ex Papæ tollerantia in cauſis ciuilibus tantum patrocinare valent.*
24 *Clericus in cauſa criminali patrocinare nequit.*
25 *Cautela, ut Clericus accuſando, euitet irregularitatem.*
26 *Signatura in l. vnica, C. quan. Imp. &c. comprehenſis fauorabilis eſt.*
27 *Miſerabilis perſona, quæ ſit, et quæ ut talis requirat.*

Puella

28 *Puella nobilis uirum non inueniens miſerabilis dicitur.*

29 *Miſerabiles perſonæ, quæ dicantur, & num. xxxi.*

30 *Iudex ſecundæ inſtantiae, notarium primae inſtantiae cogere poterit, ut gratis det pauperi ſcripturas.*

32 *Vidua ad ſecunda uota tranſiens priuilegia, l. unic. C. quando Imper. &c. perdit.*

33 *Vidua inhoneſta non fruitur priuilegio, l. unic. quando Imp. &c.*

34 *Vidua Monialis, in priuilegio, l. unic. C. quando Imper. &c. praeſertur, et quare.*

35 *Infans in priuilegio, l. unice, C. quando Imper. &c. praeualet uiduae, et quare.*

36 *Mulier nupta inutilem habens uirum, gaudet priuilegio, l. unica, C. quando Imp. &c.*

Reſtringe in uiro, uel patre perpetuo inutili, ibi numero xxxvij

Reſtringe dummodo inutilis non ſit facto, uel culpa, ibi numero xxxviij

39 *Virgo priuilegio uiduae gaudet, ex magis communi Doctorum ſententia.*

Primo, limita in Virgine nobili, non ualente ſecundum ſuam conditionem nubi ibi

Secundo limita in uirgine honeſta, et grauis aetatis, ibi

Tertio limita in uirgine uiuente in cælibatu toto uitae tempore.

40 *Vidua, uel uirgo per uerba de futuro deſponſatae, an l unic. C. quando Imp. priuilegio gaudeat.*

Amplia primo in uirgine ui uiolata, honeſte poſtea uiuente, ibi numero xli.

42 *Litis conſortes &c. uiduae, et pupilli gaudent priuilegio, l. unic. C. quando Imper.*

Limita, niſi cauſa ſit diuidua, ibi numero xliij

Limita ſi priuilegiati ſuo uti nollent priuilegio fori, ibi numero xliiij

Amplia etiam ſi uidua, uel uiro ſic tempore ſint, et poſtea nubant, quia forum non ob id mutant, ibi numero xlv.

Amplia etiam ſi poſt litem conteſtatam, uidua efficiatur, ibi et numero xlvi

Amplia ſi uidua, uel pupillus non egerint iure proprio, ſed ceſſo, ibi numero xlvij.

Limita primo praefata ceſſare in fraudolenta ceſſione, ibi

Limita ſecundo, ſi ceſſio ſit ex cauſa oneroſa, ſecus ſi lucratiua, ibi

Limita tertio in ceſſione facta uiduae, et ſimilibus diuitibus cauſa lucratiua, ibi

Limita ſi iudicium cœptum ſit cum cedente non priuilegiato, ibi

Amplia quando miſerabilis conuenit, uel conueniatur tamquam heres, numero xlviij

Amplia de uidua, pupillo, &c. ad decrepitum, et alias &c. ibi numero xlix

50 *Senex gaudet priuilegio, ne in Romana Curia comparere teneatur.*

Amplia, et praemiſſa ad furioſos extende, ibi numero li.

Limita in affecto morbo Gallico, ibi

Amplia, et extende praemiſſa ad pauperem, numero lij

Fallit ſi culpa ſua pauper effectus ſit, non cauſa, ibi

Limita primo praemiſſa in uidua, quae uirum ſuum occidit, numero liij

Limita ſecundo, in uidua, ſiue pupillo hebrao, numero liiij

Limita tertio, in fideiuſſore uiduae, pupilli, ſeu miſerabiles perſonae, numero lv.

Limita quarto, in uidua honeſte uiuente, numero lvi.

Limita quinto, in uidua, uel ſimili aliū defendere uolente, numero lvii.

Limita ſexto, in ceſſionario uiduae, et quare, num. lviii.

Limita ſeptimo, in Eccleſia quae licet, habeat priuilegium eligendi iudicem, non trahit in prima inſtantia ad Principe, numero lix.

Sublimita in Regno Neapolitano, ibi.

Sublimita in Regnos Hiſpaniarum. ibi.

Declara ut ibi

Limita octauo, in clerico in propriis bonis non Eccleſiaſticis, numero lx.

Amplia, ut procedat etiam in prima

In-

Digitized by Google

inſtantia. numero lxi.

Amplia ut procedat etiam non praſtito iuramento perhorreſcentia. num. lxij.

Amplia ut uidua, & alii habeant fori electionem, nec trahi ad Principem ualeant. num. lxiij.

Amplia tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus, num. lxiv.

Fallit in delicto commiſſo in eorum perſonis ad priuilegium impingendum. ibi.

Amplia priuilegio prædictorum non eſſe per clauſulam non obſtantibus derogatum num. lxv.

Amplia etiam ſi adeſſent aliæ clauſulæ derogatoriæ ampliſſimæ. & numero lxvi.

Amplia etiam in iuriſdictione motu proprio conceſſa. num. lxvij.

Fallit ut numero lxviij.

Limita ſi aderit clauſula ex certa ſcientia. ibi.

Amplia tale priuilegium tam in prima quam in ſecunda inſtantia, ut non trahatur extra prouinciam intrare. ibi.

Amplia etiam ſi lata ſit ſententia in Curia Principis, quia poteſt cauſam à dicta Curia extrahere. numero lxix.

Amplia, quia eligendo primum Ordinarium, poſtea Principis curiam tamen ad Ordinarium redire poterunt. num. lxx.

Limita præmiſſa ceſſare, quando conſtaret de iſtorum calumnia. ibi num. lxxi.

Limita ſecundo, ſi cum miſerabili perſona, non miſerabilis ſit commixta, num. lxxij.

Limita tertio, valere geſta cum primo iudice iſto caſu, num. lxxiij.

Limita quarto, quando declarauerit illum ob aduerſarii perhorreſcentiam eligere, num. lxxiv.

Limita quinto, quando Principis tribunal primum elegit, quia uariare poſtea nequit, num. lxxv.

Amplia etiam in vidua nouiter baptizata, quæ miſerabilis dicitur. num. lxxvi.

Limita principalem regulam, quod non procedat parte opponente. num. lxxvii.

Limita ſecundo, præmiſſa non procedere inter æque priuilegiatos. numero lxxviii.

Sublimita, ſi alter ex miſerabili perſona ex proprio iure ageret. numero lxxix.

Limita ſi trahens haberet plures iudices, alios de iure ſpeciali, uel priuilegio elegatque iudicem de iure communi, quia eligendo miſerabilis præfertur. num lxxx.

Limita ſi iudex electus à miſerabili ſit aduerſario competens, ſecus ſi incompetens. num. lxxxi.

Limita, quod ſpecialis perſona non poteſt declarare forum iudicis ſecularis contra laicum, & Eccleſiaſticum adire. num. lxxxii.

83 Variare uiduæ, & aliis de loco ad locum, non de foro ad forum.

84 Variare an liceat plures iudices habenti.

85 Variare uiduæ, & aliis, non licet reprobata Afflicti ſententia.

86 Variatio tanquam odioſa, legibus contraria, & doli plena reſtringenda venit.

87 Variatio eſt mutatio cauſæ deuiandi à iure.

88 l. vnica C. quando Imp. habet locum etiã ſi comprehenſi agant ſuper iure patronatus.

89 l. vnica C. quando Imp. intrat etiam in cauſa ſpirituali pro comprehenſis.

90 l. vnica C. quando Imper. perſonis non cauſis eſt indultum priuilegium.

91 l. vnica C. quando Imp. ceſſat in cauſa criminali.

92 Forus ratione tam delicto, quam mandati ſortitur.

93 Viduæ, & aliis lite cœpta heredes inſtituti non ponuntur l. vnica, C. quando Imp. priuilegio.

Secus ſi denuo inſtantia foret inchoanda. ibi.

94 Obligationis Cameralis priuilegium, an præualeat priuilegio, l. vnica, C. quando Imp. &c. vide infra.

Chri-

95 *Chriſtophorus Robuſterius ſuit Rotæ Decanus, & vir inſignis.*

96 *Pupillus miſerationis gratia potitur priuilegio l. vnic. C. quando Imper.*

97 *Pupillus, quæ videt ignorat, & rebus ſuis praeeſſe neſcit, ideo tutores ei dantur.*

98 *Obligationis Cameralis priuilegia, pupilli priuilegijs, prævalet.*

99 *Facultates Auditoris Cameræ priuilegijs pupillorum, & aliorum derogant.*

100 *Derogatio per clauſulas generales, & quorum tenores quando conſtat de mente Papæ requirentium ſpecialem mentionem inducitur.*

101 *Auditur Cameræ obligationum Cameralium priuatiuæ quoad alios eſt exequutor.*

102 *Iuriſdictio uniuerſaliter conceſſa, capit etiam clericos, & alios priuilegiatos*

103 *Clauſularum Vniuerſalitas, & geminatio arguit concedentis voluntatem.*

104 *Verba recipiunt interpretationem à ſubiecta materia.*

105 *Clauſula quorum tenores habet vim ſpecificae, & indiuiduae expreſſionis.*

106 *Papa pro expreſſo habere poteſt, id quod erat in indiuiduo exprimendum.*

107 *Pupillus heres, qui non contraxit non poteſt renunciare priuileg. l. vnic. C. quando Imp.*

Declara præmiſſa procedere quando auctoritate legis illud ammiſit.

Non quando eius auctor obligando heredes Auditores Cameræ ſe ſubmiſit. ibi.

109 *Heres tenetur ratum habere factum defuncti.*

110 *Iudex cauſae praeparatae eſt etiam cauſae praeparantis.*

111 *l. vnicae, C. quando Imp. &c. non habet locum in tertia, & quarta inſtantia.*

112 *Spurij an comprehendantur in priuilegio, l. vnic. C. quando Imp.*

Contrarium uerius, num. cxviij.

113 *Spurij, nec apud Deum amabilis, nec apud homines honorabiles ſunt.*

114 *Spurius, & Manzer, qui dicantur.*

115 *Spurius in emphyteuſi pro ſe, filijs, & Nepotibus non comprehenditur.*

Etiam ſi legitimati ſint, ibi num. cxvi.

117 *Baſtardi, nec nobiles, neque de domo nobilium ſunt.*

119 *Argumentum de maiori ad minus optimum eſt in materia legitimationis.*

120 *Legitimatio à Principe, uel auctoritatem habente, omnem maculam natiuitatis tollit.*

121 *Delegati, nec legitimare, neque cregre tabelliones poſſunt.*

122 *Legitimatus ad ſucceſſionem bonorum paternorum non admittitur.*

123 *Legitimatus per Imperatorem, uel facultatem ab illo habentem eſt incapax Eccleſiaſticae emphyteuſis.*

124 *Legitimatus a Papa eſt incapax feudorum imperialium.*

125 *Priuilegiatus cauſa de ſocij conſenſu coram vno iudice inſtructa non trahit illam ad ſuum forum.*

126 *l. unica, C. quando Imp. habet locum in priuilegiato reo, non actore.*

127 *Priuilegiatus ex l. unica, C. quando Imp. laico ſuccedens dictae l. utitur priuilegio.*

Etiam ſi ex iure ceſſo, ibi.

Limita ſi non compareat, ut tertius, ibi.

128 *Priuilegiatus quando priuilegio contra aeque priuilegiato utatur.*

129 *Eccleſia clericus uel Monaſteriũ coram Eccleſiaſtico lite non cœpta, an ſint conueniendi.*

130 *Venditor emptorem coram eo iudice, coram quo lis eſt cœpta, tueri tenetur.*

131 *Laicus clericus effectus coram iudice laico comparere tenetur.*

132 *Clericus laico ſuccedens litem cœptam coram iudice laico proſequi debet.*

133 *Priuilegiatus, non priuilegiato ſuccedens ſuo utitur priuilegio.*

134 *Clericatus eſt de iure diuino, ideo laico ſuccedẽdo, ad ſuum forum cauſam, trahit.*

135 *Hereditas per clericum adita, dicitur clericalis, non laicalis.*

136 *Laicorum iuriſdictio non eſt ad clericos.*

cos, neque inſtantiam etiam de teſtatoris voluntate tranſmiſſibilis.

137 *Priuilegium generale, quod quis non teneatur coram tali comparere, capit etiam iudicem præuentum.*

138 *Inſtantia perit perſona mutata.*

139 *l. vbi cœptum, ff. de iudic. intellectus.*

140 *Contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas loqui, periculoſum eſt.*

141 *Virgo in cœlibatu viuens, gaudet priuilegio, l. vnica C. quando Imp. &c.*

142 *l. vnica C. quando Imp. in prima inſtantia competit ante litem conteſtatam.*

143 *Priuilegiati ex l. vnica, C. quando Imper. trahere coram vno ex iudicibus aduerſarij illum debent.*

144 *l. vnica, C. quando Imper. non capit Eccleſias, neque Eccleſiaſticas perſonas.*

145 *Eccleſia fori electionem habet.*

146 *Actor forum in quo reus conueniatur elegit.*

Declara ut numero cxlvij.

149 *Variatio, ex l. vnica, C. quando Imp. ſemel tantum permiſſa.*

Declara non procedere in proprio domicilio, num. cl.

151 *Clerico, & laico contendentibus vnumquemq. ad ſuum forum cauſam trahere, quid faciendum.*

152 *Pupillus, vel fiſcus, quis magis priuilegiatus dicatur.*

153 *Miſerabilis perſona ſibi forum eligere poteſt ſi iudex competens ſit.*

154 *Minor vt compareat legitime quomodo citandus.*

155 *Minor cauſam in partibus committi ſi poſtea aduerſarius in rota committat, quando minori præiudicet.*

156 *Vidua laicum coram Eccleſiaſtico etiã pro re prophana non trahit.*

Fallit in vidua ſpoliata, ibi.

157 *Vidua, & alij prouocando in ſecunda inſtantia adire Principem poſſunt.*

158 *Vidua, quæ dicatur.*

159 *Clauſulæ non obſtari priuilegijs etiam ſi talia forent, quæ ſpecificam, & indiuiduam requirerent mentionem intellectus, & virtus.*

160 *Regularum Cancellariæ derogatio ſpecialis requiritur.*

161 *Clauſula pro expreſſis datur per ſolum Principem.*

162 *Vidua ſpoliata ſpoliatores coram Eccleſiaſtico conuenire poteſt.*

163 *Cauſa naturalis accidentali in concurſu præualet.*

164 *Miſerabilis perſona iudicatur à lege ſicut pupillus, vidua, & alij.*

165 *Miſerabilis perſona iudicis arbitrio declaratur.*

166 *Vidua vere vidua honoranda venit.*

167 *Mulier habitum Mantellatarum, vel Pizzocararũ ſuſcipiens cauſam cœptam coram iudice laico ad forum Eccleſiaſticum aduocare facit.*

168 *Laicus Clericus effectus iudicium cœptum coram laico terminare cogitur.*

169 *Priuilegium ſuperueniens, à priori onere, quem eximit, & obligatione.*

170 *Leges adeo conſtituuntur, vt humana coerceatur malitia.*

---

§. II.

1 VIDVIS, & pupillis non nocebitis, & ſi eos læſeritis, vociferabunt ad me & audiam clamorem eorum, indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij orphani, dicit Dominus per Ezechielem prophetam cap. 22. Qua
2 re merito Imperator Iuſtioianus, & præfatos, & alias miſerabiles perſonas, priuilegio in corpore iuris clauſo, vt maioris ſit efficaciæ, ex l. vnica, C. quando Imp. int. pup. & vid. inuiolabiliter decorari voluit, vt cæteri Principes, & iuſtitiæ mi-
3 niſtri, omnes in dicta l. & priuilegio cõprehenſos, a calumniatorum manibus liberare, auxilium, fauoremque præſtare valeant, cap. Regum 23. quæſtione ſexta.
4 Quis uero pupillus ſit, uel dicatur Vidua, vel miſerabilis perſona, colligas ex [illegible]tis per Azo. Odofr. Alber. Ioan. Fabr. Io.

Si-

Sicardum in hac eadem Rubr. Andr.de
Iſer. Afflict. Gram. & Foller. ſuper con-
ſtit. Regni Neap. Tit.de Magiſt.iuſt. in
conſtit.Statuimus.Menoc. de arbitr.iud.
caſ. 66. Maſcar.de probat. Concl.1061.
num.1. par. 2. Immo ſubdit Archid.in c.
licet nos, 8. diſt. ex mente Innoc. Quod
ſi aliquis reſcriptum impetret contra ali-
quem ex ſupradictis, niſi mentio expreſ-
ſa de illorum miſeria facta foret,non va-
5 leret. Præterea dicens, illud verbum
extra prouinciam trahi, intelligendum
fore extra propriam Ciuitatem, vel diœ
ceſim, alia nulla priuilegia forent, quod
idem eſt in quolibet maiore, qui extra
propriam prouinciam trahi non valet,
capitulo neminem 3. q.6. Ob id ipſorum
patres,& defenſores vocantur in §.finali.
Aut vt hi, qui oblig. ſe perh. habet res
6 aui. Iſtorum numero pauperes Eccleſiæ
& Hoſpitalia,quando ſunt loca pia, & ſi-
miles,aſcribuntur,quæ fauorabiles ſunt,
ſecundum Ruin. in conſilio tertio, num.
7 ſeptimo, volum. ſecundo. Ob id omnia
priuilegia Eccleſijs conceſſa, trahuntur
ad Hoſpitalia, l. omnia, C. de Epiſc. &
cler. Aut. de Eccleſ. Titul.§.finali,colum.
nona. Clem. quia contigit, vbi Gloſſ. &
Ioan. Andr. de Relig. dom. Alexander
conſilio nono, numero ptimo,volum.ſe-
cundo, vbi præmiſſa procedere declarat,
ſi de licentia Epiſcopi Hoſpitale ſit con-
ſtitutum,ſiue poteſtatem habentis, alias
ſecus, Imol.in capitulo procuratorem,
numero octauo de procur. Abb. in capi-
tulo ad hæc,de relig.dom. Ideo ſi cum
Eccleſia ſint erecta,vel altari,ſiue Epiſco
pi auctoritate, illi ſuberunt, Gloſſ. in
Clem. quia contigit in verbo altaria, de
relig.dom.Lap.alleg.42.in princ.c.ex lit
teris, vbi Abb. ſecundo notab. de con-
8 ſuet.Quamuis in reſeruationibus, & alijs
diſpoſitionibus Eccleſiarum nomine non
veniant Feder. de Sen. conſil. 280. per
tot. nec cadunt ſub reſeruatione vacan-
tium in Curia, Zabarel. conſil.117.Cal-
der. conſil.vnico de ſup.reg. prælat.late
Bal.conſil.205.in princip. volum.tertio.
9 vnde ex dicto priuilegio auocationẽ cau
ſarum petere poſſunt, cum equitas non
p[illegible]atur, quod bona victui, & ſubſten-
tationi pauperum aſſignata, litibus diſ-
ſipentur, quod permittere, eorum vtili
tati contrarium eſſet, vt dixit Bal. in l.
id quod pauperibus, numero primo, &
ſecundo, C.de ſacroſ.Eccleſ. nam ſi par-
ticulariter priuatæ perſonæ tale imperti-
tur priuilegium, multo magis Hoſpitali,
vbi plurimi miſerabiliſſimi domo caren-
tes, reducuntur, aluntur, ſubueniuntur,
ac in eorum neceſſitatibus recreantur,
Auth.multo magis C.de ſacroſ.Eccleſ.
Quare merito tot Summi Pontifices in-
numeris priuilegijs,immunitatibus, mu-
neribus, & honoribus illa decorarunt.
10 Licet illorum numero non aſcribantur
laicorum ſocietates, quia non dicuntur
locus pius,Bar.in l. illud, col. 1. ver. Quid
de eo, vbi Bal.num.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.
cum congeſtis per Gabr. lib.com.opin.
tit. de pijs cauſis, concluſione prima,
numero ſeptimo, de communi atteſtan-
11 tem: Quamuis cum illis connumerentur
pauperes,membris debilitati,ac mulieres
inutilem, ſiue condemnatum virum
habentes, Bar.in d.l. vnica, vbi etiam
Bald. Ac de Cecis etiam ab Eccleſia de-
fendendis, dixit Innoc.in capit.licet, de
12 conceſ.præb. Ideo per generalem deroga
tionem,vel conceſſionem priuilegiorum,
niſi ſpecialis mentio fiat, vt paulo infra
dicam, hæc lex non tollitur, vt bene
13 Gram.dec.20.per tot.Quapropter, pau-
per, qui miſerabilis perſona dicitur, ad
litigandum extra propriam prouinciam
trahi nequit, Et ſi perhorreſcẽtiam, iuret
ad ſe alios trahere valet.
14 Sed ſi cauſa ratione materiæ curialis
foret, Priuilegium ratione perſonæ con-
ceſſum non operaretur, Afflict. in Con-
ſtit.Regn. Neap. libro primo Rub.37.nu.
33. decimo quæritur, loquens in
materia feudi, & legis noſtræ,quod cau-
ſa coram Domino feudi,uel alio eius iudi
15 ce cognoſcenda.Quæ autem ſit,& intelli
gatur prouincia, à qua ſic priuilegiati ex
trahi non poſſint, Tradit Roncagal.in l.
3.§.ubi duo, numero 183.ff. de duobus
reis.Quamuis regulariter niſi fuerit pro-
uocatũ à ſuo iudice debeatur iudicari, li-
cet reali actione, ubi res conſtitute ſunt
conueniatur,quis,& per quas agitur,l.ſi.
C.ubi in rem.act. & poteſt reus conueni-
ri coram illo iudice,ſub quo domicilium
habet.

Digitized by Google

16 ritur. Vnde Clericus in duas Diœceſes
Eccleſias habens ſub diuerſis Epiſcopis,
in vtraque diœceſi habere domicilium
dicitur, quamuis propriè forus ſit ille,
vbi eſt titulus, Archid. in capitulo extra
prouinciam, in princip.& fi. 3. quæſt. 6.
& in quibus cauſis actor rei forum ſequi
non teneatur. Tradit idem Archid. in
capitulo experientiç, in principio, 11.
quæſtione prima, & vbi ſortiatur clericus
plura beneficia habens forum. late
tradit Felin. in capitulo dilectus filius,
num. 2. de reſcrip.

17 Ideo quidam pauper, probata impoten
tia eundi ad magnum Magiſtrum Me-
litæ, ibique litigandum, non potuit vi-
gore efficaciſſimorum priuilegiorum ma
gno Magiſtro, ac ordini Hieroſolymita-
no conceſſorum, adire litigatum cogi Me
litam, non obſtantibus, quibus vis clau
ſulis efficaciſſimis, & priuilegiorum de-
rogatorijs, vnde Rota in ſimili caſu,
nunquam priuilegium in corpore iuris
clauſum ſublatum fuiſſe, declarauit, vt
in terminis. Creſc. deciſ. 16. de priuil.
Felin. in capitulo primo, numero duode
cimo, de reſcript.& in capitulo nonnulli,
num. 19. eodem tit. Bart. in auth. qua in
prouincia, C. vbi de crim. agi opp. Bart.
& Caſtr. in l. 2. §. omnes, ff. de iud. Rom.
18 conſil. 498. num. 15. Iſtud namq; effica-
ciſſimum priuilegium tollitur ſolum per
Signaturam gratiæ, quia cum derogare
legibus, ſtatutis, & priuilegijs, Signatu
ra iuſtitiæ, neque alijs inferioribus ſit
permiſſum, manus in hoc non opponunt,
Staphyil. de lit. iuſt cap. ſecundum eſt
pro nunc, num. 4. l. 2. ibi ad ius reſcri-
bitur, C. de diuerſ. reſcrip. c. cauſamque,
de reſcript. ideo ſi agitur de priuilegij de
rogatione, ac præfatæ legis, practici in
ſignando reſcripto apponũt in clauſula
19 priuilegiorũ derogatoria, ibi non obſtan
tibus priuilegijs etiam in corpore iuris
clauſis, quia alias per generalem deroga
tionem non tollerentur, (vt dixi) Dec.
conſ. 165. nu. 5. Rom. in rep. l. ſi vero, §.
de viro, nu. 22. ff. ſolut. matrim. l. hæres
abſens, in princ. ff. de iudic. Gram. dec.
20. num. 4. & ſeq. Pariſ. conſ. 140. num.
10. vol. 4. Bart. in extrau. ad reprim. in
20 verbo non obſtantib. num. 11. & 12. Im-
mo quod plus eſt, cum miſerationis cau-
ſa ſit dictum priuilegium indultum, illi
nequit renunciari, Fel. in c. ſi diligenti,
num. 3. concluſ. 4. de for. comp. Neuiz. in
Silu. nupr. lib. 6. num. 3. Bal. & Sal. in d. l.
vnica, Rom. conſ. 269. num. 3. Afflict. in
conſt. Regni incip. Statuimus, lib. 1. num.
9. Brun. in tract. de for. in tit. ex quibus,
conſtit. for. col. 1. in princ. vti in ſimilibus
dicimus de miſerabili ceſſionis bonorum
beneficio, cui renunciari non poteſt, vt
de communi, Bar. & Doct. in l. alia cau-
ſa, §. eleganter, ff. ſol. matr. Abb. in cap.
lator, num. 2. de pignor. Bero. conſ. 133.
numero decimooctauo, Gram. deciſ. 20.
Et dicit Bal. in capitulo de cauſis, colum.
2. verſic. quæro numquid, de offic. de-
leg. Quod tales miſerabiles perſonæ, pro-
rogare iuriſdictionem non valent, quia
huius legis priuilegio renũtiare nequeũt.

21 Itaque ſi nitimur in auferendo iure al-
teri quęſito, expreſſa, & indiuidua men-
tione, eſt opus, cap. quamuis de reſcript.
in 6. vbi Doct. & Brun. loco citato, &
22 tantum, in dicta l. compræhenſis ius Põ-
tificium indulget, quod clerici prohibiti
coram iudice laico cauſam dicere, ac pa-
trocinare, licet in Rom. Cur. ex tolleran-
23 tia Summi Pontificis contraria ſit con-
ſuetudo, vbi in cauſis ciuilibus tantum,
& procurationis, & auocationis munus
exercent. Veſtr. in ſua prax. lib. 3. cap. 4.
Tamen, vt pro præfatis id facere queant,
ius licentiam tribuit, vt in c. 1. de poſtul.
cap. licet, vbi glo. & Abb. in fi. de cenſib.
Nam ſi illorum miſereri, ac tueri propriæ
eſt Eccleſiæ munus, Innoc. in cap. ſignifi-
cantibus, num. 1. de off. deleg. ergo Cle-
rici, qui Eccleſiæ ſunt miniſtri animati iu
re medio id exequi poterunt.

24 Quamuis agere in cauſa criminali pro-
hibeatur; cum ex hoc ſacerdotalis can-
dor denigretur, eiuſq. puritas contami-
netur, cap. his à quibus 25. quæſtione pri
ma. Ideo in laicorum tribunalibus, Pro-
curatores, Aduocati, teſtes Notarij, ſiue
accuſatores eſſe nequeunt, capitulo po-
ſtulaſt. de homic. cap. 1. 50. diſt. cap. ſen-
tentiam ſanguinis, & c. ex litteris de ac-
cuſ. & delator. Merito contra facientes
irregulares ſunt, Et ſi accuſando vitare
irregularitatem cupiant, proteſtari debet
ne ad mortem, ſiue membri mutilatio-
nem procedatur, cap. 2. de Homic. in 6.

Digitized by Google

Nauar. Manual. confeſſor. capitulo 22.
numero 226. & late Lopez de Salzedo
in prax. crimin. capitulo 98. per totum.
26 Sicque, quando ad Romanam Cur. aliquē trahere volunt, ſi ex præfatis priuilegiatis ſint, pariter, quādo a Curia auocare cauſam quærunt, & ad partes remittere, Signatura, iure ita ſuadente eis fauorabilis eſſe debet, vt ibi Innoc. num. 5. Miliſ. in ſuo repert. in verbo, minor, pupillus, & viduæ. Maximè ſi aduerſarij potentiam timent, ſeu in partibus litigare perhorreſcunt, vel inibi iuſtitię complementum conſequi non ſperant, fortiori ſunt fauore digni, ac Principis auxilio, vt per Bald. in dicta l. vnica, numero ſecundo, qui licet ibi ſubdat iudici arbitrariū fore in caſu dubio declarare, quæ, nam perſonæ miſerabiles dicantur: Tamē ad hoc, vt quis miſerabiles propriè dici valet, requiritur actus, & habitus, ex quibus ad commiſerendum natura cōmoueatur, vt per Abb. in dicto capitulo ſignificantibus, numero ſexto.

Et quæ ſint miſerabiles perſonæ, tradunt Innocent. & Imol. in capitulo ſignificantibus à nu. 19. uſque ad nu. 23. mul-
27 tos congerentes, de off. deleg. Nec actus ſiue habitus de per ſe ſufficiunt. Sed ambo cumulatiuè requiruntur, vt ibidem Felin. numero ſexto, & Abb. in capitulo licet ex ſuſcepto, de for. comp. Miſerabiles præterea perſonæ dicuntur, orphani, ſenes, decrepti, ac diuturno morbo fatigati, quibus natura cōmouetur ad cōmiſerandum, propter fortunæ iniuram dec. Guid. Pap. 566. Affl. deciſione ducenteſimaquinquageſimaſeptima, numero primo. Etiam ſi talis perſonæ eſſent diuites, Azo. in ſum. C. quand. imp. int. pupil. & vid. in fine. Ioan. Lup. in repet. capituli per noſtras, numero ſecundo, & duodecimo, de donat. inter uir. & uxor. Guido Pap. in dicta deciſione Capr. in concluſione regul. reg. 30. numero undecimo, & uigeſimo primo.
28 Eodem modo erit miſerabilis cenſenda puella ad uiduę inſtar, nobilis, quæ pari nobilitate inſignitum uirum inuenire non ualeat, Decius in capitulo cæterum, numero decimo quarto de iudic. Baldus in l. ſi quis ad declinandum, columna ſecunda, C. de Epiſcop. & Clerie. Nam ſecundum Guidum Pap. loco citato, uidua dicitur etiam ea, quę uirum numquam habet. Imol. in capitulo ſignificantibus, numero ſexto de offic. deleg. Alexander conſilio 104. numero 4. uolum. 2. Iaſ. in l. Titia teſtori, num. 6. ff. de leg. 1. Maran. de ord. iud. diſt. 9. num. 79.
29 Tandem miſerabiles dicuntur. Peregrini, aduenę, publicę pœnitentes, infantes expoſiti, cęci, mutilati membris, atque leproſi, debilitati, in carceribus coniecti, & alij relati per Rebuf. in tractat. de ſentent. prouiſ. articulo tertio, gloſſ. fin. per totum. Bened. Capr. loco cit.
93 Secundo limita, non habere locum, quando vidua, vel pupillus eſſent heredes inſtituti, & eo tempore cauſa introducta, ſeu ſi tempore ſui auctoris pendebat, quia ſi tunc illam auocare vellet, & trahere ad ſuum forum non poſſet, etiam ſi eſſet Pupillus, vidua, vel aliter priuilegiatus Caſtr. in d. l.hæres abſens, num. tertio, & quarto, vbi Doct. & in l. qui Romæ, ff. de iudic.& in l.ſi conſtante, §.fin.in fin.verſic.Nam & clericis, ff. ſol. matr.Iaſ.in Auth. quas actiones, numero trigeſimo nono, C. de ſacroſ.Eccleſ. Couarr. pract. qq. capitulo octauo, numero tertio, verſic. hunc ergo, Carauit. ſuper ritu Mag. Cur. in Rit. 234. ſub numero tertio. Secus vero ſi inſtantia eſſet inchoanda denuo, quia tunc ſuo priuilegiatus vteretur priuilegio, vt per Iaſon in dicta Auth. quas actiones, numero tertio, verſic.limita ſecundo. Couarr. loco citato dicto cap.8. numero tertio, l. qui Romæ, ff. de iud. vbi Docto. ad inſtar clerici, vt in ſequenti capitulo (Deo dante) ſubnectam. Sed maxima quæſtio menſibus elapſis inter RR. PP. DD. meos Conuotantes fuit in Signatura, quis nam præualeret, data concurrentia, an priuilegium præfate legis vnicæ, an vero Cameralis obligationis, eo quod eius vigore pendente cauſa coram R. P. D. Audit. Camer. priuatiuæ, quo ad alios in ſimilibus cauſis iudicæ, ex ampliſſimis eius priuilegijs, vt ſuo loco dixi ex præfatæ l. vnicæ, Vidua, ſeu aliter priuilegiatus, cauſam ab eo auocari, & ad partes remitti petens, eſſet deneganda Commiſſio, nec ne? Et licet variæ RR. PP Dominorum meorum Conuotantium in Signatura Iuſtitiæ, eſſet ſententiæ. Tamen, nil in ea Signatura tunc reſolutum fuit, ſed dictum, vt melius videretur ſuper dubio, de quo erat in ſequenti Signatura facienda, & diſputatio, & reſolutio, quæ ſimilibus cauſis euenientibus, ad legis Normam, & exemplum erat trahenda. Interim Reuerendiſſimus Pater Dominus Chriſtophorus Robuſterius Nob. Hiſpanus, Diœceſis Tarraconenſis Epiſcopus Orioleñſis, tunc bo. me. qui per multos Annos Auditor Rotæ, & Decanus fuit, Vir litteris, ingenio, doctrina præditiſſimus, matura ætate, in laboribus Curiæ conſumatus, vt aliquod in hoc articulo ſuæ ſcientiæ Signum daret, fecit infraſcriptum diſcurſum, quem omnes, & approbauimus, & ſecuti fuimus, ac amplectimur. Ideo ſub eiuſdem Auctoris nomine, ac memoria paulo poſt defuncti hic inſerendum, ad publicam duxi vtilitate, & commodum, ad futuras controuerſias ſedandas.

Diſcurſus Reuerendiſsimi P. D. Chriſtophori Robuſterii Epiſcopi Oriolen. iam Rotæ Auditoris, & Decani, & ex numero Votantium in vtraque Signatura

FVerat Romæ coram A. C. vigore obligationis Cameralis vocatus pupillus extra ſuam prouinciam, & quamuis forte eſſet diues, nihilominus petebat in Sig. Iuſti. ex priuilegio l. vnica, C. quando Imperator inter pupill. & vid. auocari cauſam dictæ obligationis Cameralis, a Curia, & committi alicui Iudici ſuæ prouinciæ, ex quo priuilegium d. l. vnicæ competit ipſis pupillis, non ratione paupertatis, ſed miſerationis gratia, propter illorum imbecillitatem, & fragilita-
77 tem, quicquid enim vident, ignorant, & rebus ſuis præeſſe neſciunt, & gubernantur à tutoribus, & adminiſtratoribus, qui plerumque in eorum officio delinquunt, & ſiue ſint pauperes, ſiue diuites, miſeri ſunt, & gaudent priuilegio dict. l. vnicæ, iuxta Azon. & Alb. ibi, & aliorum plurium ſententiam, quam communem, & veram dicunt, Couarr. pract. quæſt. cap. 6. num. 2. verſ. obtinet in hoc priuilegium, Menoch. de arbitr. iudic. libro ſecundo, caſ. 66. numero tertio. Marc. Anton. Natt. conſilio 590. numero tertio, Roland. à Valle conſilio 76. numero 45. in princ. quicquid idem dixerit, conſil. 20. volum. ſecundo, & nihilominus

minus etiam ſtante huiuſmodi præſuppo
ſito, re maturo diſcuſſa in Signatura iuſti
98 tię 12. Maij 1594. præualuit ſententia, vt
cauſa executionis d. obligationis Came-
ralis, cognoſcatur in Tribunali Aud. C. &
non in partibus, moti ſunt Domini ex il
lius facultatibus, in quibus habetur, vt
de omnibus obligationibus in forma Ca
meræ vbiuis locorum, & inter quaſcum
que perſonas factis, & faciendis quibuſ-
dam ibi exceptis, ſolus cognoſcat, &
alij quicumque iudices, in ſimilibus cau-
ſis nullatenus, nulloque modo procedere
poſſint, inhibendo quibuſcumque iudici-
bus, ne executionibus, & proceſſibus præ
fatarum obligationum de cætero, ad in-
ſtantiam cuiuſvis perſonę, Communita-
tis, Vniuerſitatis, Capitulorum, & quo-
rumuis priuilegiatorum, quouiſmodo,
directè, vel indirectè ſe intromittere prę-
ſumant, ac inſuper derogando ampliſſime
quibuſcumque conſtitutionibus, & regu-
lę de iure quæſito non tollendo, priuile-
gijs, quibuſuis, quoq. communitatibus,
vniuerſitatibus, Baronibus, &c. & alijs
quibuſcumque Sedis Apoſtolicæ media-
te, vel immediate ſubiectis, & quibuſuis
alijs etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali,
Patriarchali, & Cardinalatus honore ful
gentibus, perſonis vbiuis locorum exi-
ſtentibus pro quibuſcumq; cauſis con-
ceſſis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica,
& expreſſa mentio, &c. illorum tenores
99 pro expreſſis, &c. Ex quibus facultatibus
& derogationibus viſum fuit pupillos fuiſ
ſe comprehenſos, & ſufficienter deroga-
tum dicto priuilegio l. vnicæ, C. quando
Imp. inter pupill. & vid. nam licet Cin.
Bal. Angel. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. & Sali.
in d. l. vnica, & Bart. in extrauag. ad re-
primen. in verb. non obſtante, & plures
alij teneant clauſulas derogatorias gene-
rales non ſufficere ad derogandum pri-
uilegio d. l. vnic. in corpore iuris clauſo,
ex quo illud conceditur de Iure commu-
ni, & ſic coniunctim Communitati ipſo-
rum pupillorum, Gloſ. Bal. Pau. de Caſtr.
& alij in l. 2. §. de iud. cum alijs per Cre-
ſcen. deciſ. 16. de priuil. alias 225. Ant.
Galleſ. de oblig. Camer. in 2. par. tract. in
2. part. formulæ obligationis Cameralis
quæſtione ſecunda numero ſexto pagi-
100 na 54. Tamen quando (prout hic) con-
ſtat de mente Papę ex clauſulis ampliſſi-
mis, cum clauſula, quorum tenores, tunc
intrat opinio Alber. in d. l. vnica in fin.
vbi aſſerit, vidiſſe ſeruari contrarium,
quod ſufficiant clauſulę generales, & plu-
ra cumulat Rip. in terminis d. l. vnica, &
in capit. 1. num. 54. & 55. de reſcript.
Ant. Gabr. de reg. Iur. concluſ. nona,
numero ſextò; poteſt enim conſtare de
mente diſponentis, tam ex clauſulis po-
ſitis in parte executiua, quã diſpoſitiua,
Bald. in l. eam quam, num. 56. Hic au-
tem, tam ex verbis diſpoſitiuis, quam
executiuis conſtat de mente Papæ, vt
voluerit comprehendere in huiuſmodi
ſpecie executionis obligationum Ca-
meralium, perſonas de iure communi
priuilegiatas. Nam licet Angel. in l.
teſtamenta omnia, C. de teſtament. &
Aret. conſil. 102. column. prima, circa
med. Dec. conſil. tertio, num. 3. & ſeq.
& conſil. 550. poſt princ. & conſil. 664.
columna ſecunda Couarr. in Clem. alma
mater part. 1. §. fin. num. 3. de ſent. ex-
com. Rimin. Iun. de donat. §. primo, num.
179. cum plurib. ſequen. Rolan. a valle
conſil. 48. num. 2. lib. 2. multifarie diſtin-
guant, quando iuriſdictio conceditur ali
cui, an cenſeatur conceſſa priuatiue, vel
cumulatiue, præſertim reſpectu ordinariæ
101 iuriſdictionis, in his tamen facultatibus
expreſſę cõceditur, Aud. C. hic iuriſdi-
ctio quoad executionem obligationum
Cameralium priuatiue quo ad omnes
alios Iudices, & ceſſat hæc difficultas,
vt poſt Iacob. Butr. animaduertit Rim.
conſ. 7. num. 6. in 4. Solum ergo viden-
dum eſt hic, an ſint comprehenſi pupilli,
& derogatum illorum priuilegio, & dice-
tur fuiſſe comprehenſos, & ſufficienter
102 derogatum. Primũ, ex eo quod concedi
tur, Aud. C. in iſta ſpecie cauſarũ execu-
tionis obligationum Cameralium pro-
pter illarum naturam qualitatem vni-
uerſalis iuriſdictio priuatiue quoad alios
& in fortioribus terminis, de iuriſdictio-
ne vniuerſaliter cõceſſa laico in reliqua
ſpecie cauſarum, quod in illis cauſis com
prehendãtur perſonæ priuilegiatæ, etiam
de iure diuino, & cõi prout ſunt perſonæ
Eccleſiaſticæ, tenẽt. Hoſtien. Bald. Zab. &
Abb. in c. cętarum, nu. 6. verſ. vlt. Iudico
iſtum tex. & poſt eum Butr. Aret. Barb. &

Dec.de Iudic.& præſertim Felin. col.2. num.3. verſ.dicit hic.D.Andreas, & in cap.Eccleſię Sanctæ Mariæ, in fin.1.q. col.29.num.63.& ſeq.verſ.vlt.non omit to de conſt. & in laico Domino feudi vt cognoſcat de cauſa feudi actiue, & paſſi ue inter Vaſſallos, & Eccleſiaſticos, & quamuis dignitate Eccleſiaſtica fungentes, Felin.& alij in d.ca.Eccleſia Sanctæ Mariæ,de conſt.& in cap. cæterum, de Iudic.& late Iaſ. in prælud. Feud.col.3. q.2.num.5.& ſexto, verſ.An autem iſtæ conſtitutiones, & in ſtatuto de inſinuan.vel publican.teſtamentis coram iu dice laico, tenent Bald.Paul. de Caſtr. Alex.Corn.Iaſ.& alij in l. teſtamenta. omnia, & in l.conſulta diualia, C.de teſtam.Iaſ.in præludijs Feud.q.prima, num.6.verſ.adpræfata ſec. hoc itidem deducitur ex quamplurimis clauſulis vni uerſalibus & multipliciter geminatis, nõ ſolum reſpectu perſonarum, locorum, & quorumuis priuilegiorum, & priuilegiatorum, ſed etiam reſpectu cauſarum

103 ipſorum priuilegiorum,quæ vniuerſalitas, & geminatio multum valet, ad tegẽdum voluntatem diſponentis in mate ria odioſa, & exorbitanti, l. baliſta, & ibi notatur ad trebellia.& in l. imperium de iuriſd.omn. iud.cum alijs per Rom. conſ.271.viſis.Socin. conſ.266. num.4. & 15.in 2.Ant.Gabr.de 2erb.ſignif.con cluſ.4.Dec.in l. vnica, in 5.not.C. de errore calculi Mando.in reg.33.de ſing. per fiat.q.11. num.4.& circa ea,quæ requirunt ſpecialem, & expreſſam mentio nem, Felin.in tract.quando Litteræ Apo ſtolicæ noceant patro.in 4. ampliat.& in cap.poſtulaſti col.4.verſ. declara præfata, de reſcript.cum alijs per Rot. diuer. deciſ.368.num.4.& ſeq.par.1.Creſc.deciſ.32.alias,ac etiam circa priuilegia om nia cum huiuſmodi dictiones quorumcumque,in ſimiles ſint collectiue,& comprehendant omnia, & ſimultanea,Bart. in l.hoc articulo, numero tertio & ſexto de hæred. Inſt. & in l. ſi ex toto, §. ſi ita de leg. Felinus in cap. in noſtra, 38. correlat. de reſcript. cum alijs per Lambert.de iur. patr.libro ſecundo,par. 3.q.9.articulo 7.& 34.nu. 369. & 374. Pariſ.conſ.97.n.92.in 1.Rot.diuerſ.dec. 58.num. 17. 18.& 19.par.2. vbi poſt Dec.Aym.& alios id ampliat, etiam ſi in vno ſit maior ratio, quam in alio præſertim, vbi non adeſt reſtrictiua,aliaſque quandoque reſtringit ad paria vel ſimilia, Rom.conſ.32.viſis, vbi bona additio, Creſcen.dec.32.Mandoſ.in reg.27. q.5.num.5.Et tanto magis, cum hic adſit non ſolum vniuerſalitas, & geminatio affirmatoria, affirmet, Gloſ.Oldr.& alij per Dec.conſ. tertio, num.4.& ſeq. & conſ.640.num.nono, Mand.in Reg. 27.q.4.num.3.cum ſequen.& in reg.34. q.88.num.2.ſeq. & comprehendit maiora,& extraordinaria,ac inſolita,Paul. de Caſtr.conſ.170.viſo proceſſu contraſcripto,col.fi.lib.2. Aym. conſ.309. nu. 6.& multo magis,cum ſubiecta materia, de qua agitur comprehendat has perſonas de iure communi priuilegiatas, vt dictum, fuit, & verba reſpiciunt interpretationem a ſubiecta materia, l.ſi vno in princ.& ibi gloſ. locat.cum alijs per Dec.in l. non vult hæres eſſe, num.8.de regul.iur.& multo etiam magis, cum hic ſit facta expreſſa mentio de quibuſuis priuilegiatis, & de priuilegijs, ex quibuſuis cauſis conceſſis & ſic de re de qua agitur ſaltim in genere, quo caſu, Cin.& alij in d.l.vnica admittunt quod clauſula non obſtante derogat dicto priuilegio, & hoc nullam habet difficultatem, ex quo hic poſt præmiſſa ſequitur clauſula,quorũ tenores, quę de ſtilo curiæ habet vim ſpecificæ, & indiuiduæ expræſſionis, Butr.conſ.2. Caſſad.ſuper reg.deciſ.38.& in terminis proximis eſt deciſ.Peregr.Fabij 27.incipiente in vna Leodien.corã Put.& plura cumulat Rip. in d.cap.primo,nu.54.& 55.de reſcript. Ant.Gabr.de reg.Iur.concluſ. nona,nu. ſexto, quamuis in materia ſtricta,& odioſa quandoque non ſufficiant. verba vniuerſalia, vt dicatur ſatis fuiſſe de aliquo in genere cogitatum l.ſi de certa, & ibi notatur, C.de tranſact.Socin.conſ.266. num.15.in 2.cauſa, id non procedit vbi concurrunt tot,& tanta, de quibus ſupra, nec procedit, quando ſalua ratione recti ſermonis verba ſunt adeo clara, quod res, de qua agitur, probabiliter non poteſt effici dubia, Bal.in d.l.ſi de certa, columna ſecunda in fine. & ibi Angel. Paul. de Caſtr. Alexander, Iaſ.

&

& ceteri, C.de tranſact. Corn. conſ.139. col.fin.verſ.nec obſtat vol. 2. Afflict. deciſ.285.num.ſeptimo, Rota diuerſ.deciſ. 54. num. 22. & ſeq. in 2. part. cum alijs per Ant.Gabr.de reg.Iur.conclu.4.num. 22. Hoc etiam, & tertio, oſtenditur, quia ne dum fuit cogitatum in genere de materia rei, de qua agitur, hoc eſt de quibuſuis priuilegiatis, & priuilegijs ex quibuſuis cauſis conceſſis, quorum tenores &c.Sed etiam in ſpecie de pupillis, Viduis, & miſerabilibus perſonis, quia expreſſe dicitur de vniuerſitatibus, & cõmunitatibus, in quibus ſunt pupilli, viduæ, pauperes, & aliæ perſonæ miſerabiles, & reguntur, & gubernantur per adminiſtratores plurimumque annales, & æquiparantur per modum Regulæ ipſis pupillis l. reſpublica, C.ex quibus cauſis maiores, & bene per Corn.conſ.184. numero 4.vol.primo, Soccin.conſil. 66. num.3.& ſeq. in 4. Alciat. conſil.o 167. & 227.cum plurib. aliis, per Rol. à Vall. conſ.68. num. 2. & ſeq.in tertio, Sforz. Odd. de reſtit. in integ.q.6.art.7.num.3. & ſequ. & vtuntur dictæ communitates priuilegijs pupillorum, & viduarum, l. ſi communem, quemadmodum ſeruitutes amittantur cum aliis per Alexan. conſil. 222.num. 15.16. & 17. in 4. vbi bene in addit.Felin.in cap.1.de reſcript. Iaſ. in l. ſi emancipati, num. 5.cum plur. ſeq. C. de Collat.Creſc.deciſ.206. alias 9. de re iud. & ſaltim ex variis circumſtantijs Iudex, cuius iudicio hoc relinquitur, Menoc.de Arbit. Iud. caſ. 66. lib. 2. poterit arbitrari, quod multæ ex his communitatibus, & vniuerſitatibus ſunt miſerabiles, aut illis ſimiles, & cum dictæ Communitates, & vniuerſitates ſint expreſſe, & vniuerſaliter compræhenſæ in his facultatibus, & ampliſſime derogatur eorum priuilegiis, ſatis ex hoc apparet quod eſt facta mentio de ipſa miſerabilitate, & militet eadem aut maior ratio ad effectum derogationis priuilegiorum pupillorum, vt intret opinio Cini, & aliorũ in d.l.vnica, Calder conſ. 11. circa med. de priuileg.Rip.in d. cap. primo; numero 55.de reſcript. Sunt etiã excepti dumtaxat duo caſus ab iſta vniuerſali iuriſdictione executionis obligationum Cameralium, quæ exceptio firmat regulam in contrarium.

Concurrunt præterea tot, & tanta, vt clare dicatur conſtare de mẽte Papæ ad effectum, de quo agitur, latè Roman.conſ. 436.& 498.fere per totum, Caſſad.deciſione prima de procurator. & cum Papa
106 poſſit fingere, & habere pro expreſſo id, quod in indiuiduo erat exprimendum & illud habet vim ſingularis, & indiuiduę derogationis, Butr.conſil.2.Caſſad. ſuper Regul.deciſione 38. cum alijs per Gabr. de clauſ.concluſ. 5. eſſet nimis reſtringere poteſtatem Papæ, ſi cum his ampliſſimis clauſulis, non poſſet derogare priuilegijs in corpore iuris clauſis, Feder. de Sen. conſil. 47.& plures alij, per Rip. in dicto capitulo primo, num.55.de reſcrip. Ex his igitur conſtat nihil obſtare, Cin. Bald.& alios in dicta l.vnica, Bar.& Creſcen, ſupra citati vltra quod Creſcen. loquitur in paupere, & priuilegio dato magno magiſtro fauore publico, & ratione perſonæ. Hic vero eſt data vniuerſalis iuriſdictio in huiuſmodi ſpecie cauſarum, ratione qualitatis, & naturæ cauſarum, qui caſus multum inter ſe differunt ex ſubiecta materia, & alijs per Ang. in l. teſtamenta omnia, C. de teſt. Aret. conſil. 102.colum.2.& alijs ſupra citatis, & non fuerat in genere, nec in ſpecie cogitatum de huiuſmodi miſerabilitate perſonarum prout hic.

107 Non obſtat, quod in caſu iſto pupillus non obligauerit ſe in forma Cameræ, & cum non fuerit cœptum iudicium viuente patre, pupillus hæres eſt conueniẽdus non in foro patris, ſed in ſuo, l.heres abſens, l.his qui Romæ, & ibi Nat. de iud.cum aliis per Couarr. pract. quæſt. cap. 8. numero tertio in fin. verſ. tertia concluſio, & numero 4.Galleſ. de oblig. Cam.par.2.quæſt.2. fol. 38. cum plurib. ſequen. & numero tertio, & alijs. Nec obſtat, quod Pupillus iſtæ ſit hæres prioris, qui contraxit, & obligauit ſe in forma Cameræ, nec poteſt pupillus renunciare dicto priuilegio, vt not.in d.l.vnica cum aliis per Natt.d.conſ.590.num.15.
108 in tertio. Nam reſpondetur, quod licet pupillus non poſſit renũciare dicto priuilegio l.vnicæ, quandoq; tamen auctoritate legis illud ammittit veluti, quando lis cæpta cum defuncto, Paul. de Caſtr. in d.l. his qui Romæ, de iud.cũ alijs per

Couar.& Galleſ.ſupra citatos,& id, quãdo non eſt cęptum iudicium eum defuncto,ſed ipſe defunctus expreſſe obligauit, & ſubmiſit ſe,& ſuos hæredes iuriſdictioni A.C. quia iſti duo caſus æquiparantur ad effectum de quo agitur, ſaltim in pupillo laico, vt in terminis tenent Cagnol. in l.1.nu.43.circa med.de iuriſd. omnin. iud.Galleſ.d.par.2.q.2.nu.5.in fin.n.54.

109 Nam cum defunctus poſſit, de dum obligare, ſed etiã expreſſe donare res hæredis,& de illius rebus diſponere, & hæres teneatur habere ratum factum defuncti,ſi vult eſſe illius hæres, l. cum matre, C.de rei vendic.Alex. in l. ſi hæredis ſeruus deleg.& conſ.173.nu. 4. ibi addit.4. Ant.Gabr.de reg.iur.concl.11. in princ. & virtus dicti contractus ſit trãſitoria ad hæredes vt poſt alios late cumulat Gall. d.nu.38.natura, & qualitas dictæ obligationis trahit ad ſe perſonas priuilegiatas, non autẽ perſona trahit ad ſe contractus, vel cauſas,vt inquit Bald.in c.1. col.2.de controu.feud.apud pares, & in pupillo, refert conſ.83.nu.7.ante fi.cum aliis,per Iaſ.in prælud.Feud.q.1.n.6.verſ.ad præfata adde,& id faciũt. qui de natura cauſæ dicunt,Paul.de Caſt.Corn.& alii in d. l.teſtamenta omnia,& in l.conſulta diualia,C.de teſtam. quæ tanto magis procedunt in caſu iſto, in quo non tollitur priuilegium pupillo totaliter, ſed limitatur, & minuitur tantum in cauſa executionis obligationis Cameralis, vt dicunt Roma. & alij per Galleſ.in 2.par.formula q.1.n. 5.pag. ſi quæ limitatio ſeu diminutio priuilegii continet longe minus præiudiciũ quam abrogatio,vel derogatio, Franc.& alij in c.ſi duobus, verſ.quid autem ſi laicus,& in c.dilectus.col.8.verſ.7.quęritur de appell.Felin.in c.quoniam, nu. 12. de conſti.Non obſtat, quod non conſtet in actis huiuſmodi pupillum eſſe hæredem

110 patris.Nam hæc pertinent ad A. C. qui cũ ſit iudex executionis obligationis Cameralis,& ſic cauſæ præparatæ,eſt iudex etiam cauſæ præparantis, & debet in primis videri, An ſit heres,vel ne,vt per Galleſ.ſupra citato num.40.&c.

111 Redeundo igitur ad præpoſitam, l. vnic.relictam materiam, illius priuilegiũ in tertia, & quarta inſtantia non competere dixit deciſ.Pedem.177.n.8.vt latius infra ſuccinctè dicam.Sed exhoriri aliud dubiũ poterit,an ſub tali priuilegio ſpurij

112 comprehendantur, vti etiam illegitimi, & pro parte negatiua dicebatur, legẽ de filijs loquentem, reprobatos nõ contineri, ſicut ſunt iſti ſpurij, Bald. in l.generaliter,& in §.cum autem,maxime ſub n. 2.C.de inceſt.nupt.Tiraq.de nobil.c.15. nu.14.Bal.in cap.quæ in Eccleſiarum, n.

113 42.& 43.de conſtit. Eo quia nec apud Deũ amabiles, nec apud homines honorabiles ſunt,cap.ſi gens, 56. diſt. & ob id excluduntur à priuilegijs Principũ, quia illos de tali abominoſa prole cogitaſſe minime præſumendum venit. Ang.in dicto §.cum autem,num.7. Manzer dicitur de

114 ſcorto natus, ſpurius de Concubina à ſporcitia incontinentiæ,Notus eſt adultera,qui quaſi videtur filius, & non eſt, ob id omnis illegitimus repellitur ab Eccleſia in ordinum ſuſceptione ſacrorum, c. cum in cunctis,de elect.Innoc.in cap.niſi cum pridem,nu.10.de renunc.vbi Bald. verſ.nota litteram, dicens ſpuriorum nomine tamquam generale,omnes capere. Nec facit ſi dicatur etiam ratione ætatis, & imbecillitatis tale priuilegium ex naturali æquitate omnibus conceſſum, & ſic vt generale,etiam ſpurios comprehendere,vnde ſicuti aluntur cum aliis, etiam cũ illis frui debent priuilegio præfato, quia ſicut non comprehẽdit viduam inhone-

115 ſtam,ſed ſolum honeſtam, vt dixi,ac in Emphyteuſi pro ſe, & filijs, ſpurius non intrat,ita neque in hoc,latè Tiraq. in l. ſi vnquam,verb.ſuſceperint, num. 24. qui illos à multis excludit,C.de reuoc.donat.

116 Immo quod plus eſt,idem ſi fuerint legitimati,locum habere, ſecundum Bald. in d. §.cum autem,n.7.dicendum eſt, eo quia ſemper remanet macula. Hier. Gabr.conſ.53.num.3.& ſeq.vol.2.Cordub.

117 de priuat. obliu. fin.num.76. Subdens Bald.in c.innotuit,col. fin. verſ. per hoc de elect.Quod Baſtardi nõ ſunt nobiles, nec de domo nobilium, Quia non decidũtur ab aliquo fonte,qui ſit nobilis,ſed

118 de ſanguine putrefacto. Quamuis Bar. in l.ſi quis pro emptore,nu.29. ff.de vſucap.contrarium afferat, & quod gaudeat præfato priuilegio, quia militat eadẽ miſerabilitatis ratio in legitimato,quod præcipue Doctores in hoc conſiderant, cum in om-

in omnibus ſit legitimo ſimilis Hier.Gab. conſ.21.num.26.volumine primo, & ſequitur Rota diuerſ. deciſ. 367. numero octauo, & 13. par.prima. Secundæ huic opinioni aſſentiendum magis de iure cenſeo, moueorque pluribus rationibus, &authoritatibus & primo. Si tales ex priuilegio,& legitimatione ad id, quod plus eſt habilitati ſunt, puta ad Eccleſiaſticas dignitates,actus ſpirituales,& ſimilia,tanto magis præmiſſorũ erunt capaces, quia minora ſunt,tex.eſt clarus,in cap.per venerabilem, ibi ſi ad actus ſpirituales, qui
119 fil. ſint legit. Nam in materia legitimationis optimum eſt argumentum de maiori ad minus, Abb.in dicto c. per venerabilem,num.6.Felin in c.poſtulaſti, col. 11.verſ.limit.2. de reſcript. Præterea, ſi iſti qui legitimandi habent priuilegia, vel à Papa,vel ab Imperatore, ex auctoritate ſibi conceſſa ad omnia, vti ſi legitimæ orti eſſent ab initio habilitant,eo quia videtur actus iſte retrotrahere, & imitari naturam,merito ad iſtud quoque priuilegiũ conſequendum habilitatus erit diſcendũ, quia qui omne dicit, nihil excludit, l. à procuratore,C.manda.l.ſi pluribus,l.ſerui,§.fin.vbi Bart.ff.de legat.1. Alex.conſ.
120 177.per tot.volum. 5. Ea nempe legitimatio, vel priuilegium à Principe conceſſum, ex eius auctoritate (cum noſtra facimus,quibus auctoritate impertimur) omnem maculam natiuitatis tollit,& abſtergit, vt in terminis, Bald. in l. nam ita diuus,num.2.ff.de adop. etiam ſi ex iure communi inſurgeret, vt per Bald. in l.itẽ lapilli,num.5.verſic.& nota quod in priuilegio,ff. de rer.diuiſ.Bart.in l. nulla,nu. 1.verſic.Dinus tenet vltimam,ff.de leg.l. 1.C.de theſaur.lib.C.de theſaur.lib. 10.
121 Decius conſ.164.num.4. Licet delegati poteſtas legitimandi,neque tabelliones creando nõ poſſit extendi.Ratio eſt,quia ſuprema requiritur auctoritas, Innoc. in cap cum P.tabellio,num.4. de fide inſtr. Bald.in cap.1.col.5.ver.idem nota,quod non poteſt,de off.dele.Et id quia ſunt cõtra naturã,& miraculoſũ,de nõ legitimo legitimum facere,& de infamia, bonę famæ,& ſic viros,vnde Bal.in cap.ex tranſmiſſa,colum.2. verſ.in textu ibi, de reſtitutione ſpoliatorum dicit,baſtardos effici legitimos,quaſi reſtitutos legitimitati, & à iure ſtatutum eſt, quod filij in concubinatu geniti;non efficiantur legitimi, niſi interuenerunt matrimonialia inſtrumenta,cum aliquo dotis cõtractu, & per matrimonium ſpurij non poſſunt legitimari, quia non ſunt naturales,nec legitimi, ſed contra naturam nati. Vlterius duas habere vxores ſimul,eſt peccatum,contra naturam, cũ in l.naturæ à Deo creatas ſcriptum ſit,Erunt duo in carne vna.
122 Rurſus, ſi legitimatus, vna cum alijs legitimis, & Naturalibus, æqualiter ad ſucceſſionem bonorum paternorum admittitur, & illis deficientibus,ſolus agnatos excludendo ſuccedit. Bart. in l. cum acutiſſimi, numero ſeptimo. C.de fideicom.& in l. ex facto, numero tertio, vbi Bald.& Alexander conſilio 188.numero 17. volum.quinto.Abb.in dicto capitulo per venerabilem, numero tertio qui filii ſint legitim.Caſtren.in l. ſed ſi hac, §.patronum,numero ſexto,& ſeptimo. C. de in ius voc. ac conſeruãt familiam vti met legitimi, & naturales, Alexander dicto conſilio 11.numero 12, volu.primo. Tiraquell.in l.ſi vnquam, numero 67. verſic.ſuſceperit.C.de reuoc. don.ita pariter in hoc priuilegio, alias ſequeretur abſurdum. quod nullæ darentur differentiæ inter ſpurium,& hunc legitimatum Principis auctoritate munitũ, & omiſſis multis, quæ per Doctores in hoc articulo dicuntur, hæ mihi tutior, & communior videtur ſententia.
123 Quamuis legitimatio adeo ſpurii nomen ceſſare faciat,quod talis amplius dicit nequeat, l. Imperialis, §. itaque vbi Bald.& Salic. C. de nupt. ob id ex pacto in emphyteuſim ſuccedere poteſt, etiam patre,Bald.in l 2.num.5. C.de Iur.empt. Ratio eſt, quia ſtipulans vti libera perſona, alio in cuius fauore ſtipulatio concipitur ius acquirit, l. 1. C.per quas perſ. nob.acquir.Bald.in Aut.Quas ruinas,nu. 3.vbi Barbat.in Addit. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & quod filii perſona non expreſſa ſtipulationem pariter tenere, voluere, Imol.in l.quod dicit nu.7.ff.de verb.obl. Bar.in l.ſi tu i §.pactus,num.4. ff.de pact. Maxime ſi legitimatus ante euctum fuerit,& expreſſe, in emphyteuſim nominatus,

tus,Spec.in §.nunc aliquid, num. 88. de emphit.Bald.in l.cum acutiſſimi,num.7. C.de fideicom.Caſtr.in l.ſed ſi hac §. patronum,n. 6.& 7.ff.de in ius voc. Quamuis bene iſti legitimati comprehendantur in emphyteuſi ſtipulata pro ſe, & filiis,iuribus, & rationibus late ibi per eũ adductis,ſubdens verſic.poſſunt tamen,Quod ex ſpeciali gratia denuo inueſtiri, & concedi emphyteuſis poteſt, quod non proueniet virtute primæ inueſtituræ,& commiſſionis,ſed ex nouo contractu. Quare noua eſſet emphyteuſis non poterit, cum aliud ſit de nouo fieri, aliud fieri omnimode de nouo,vt ibi Bald. Neque ſimi-
125 les priuilegiati, quando aliqui ex ſociis collitigantibus conſenſerunt in alienum iudicem,poſſunt ad ſuum forum cauſam trahere,Aret.conſil.83.nu.7.verſ. vlt. dicebam.Vnde Couarr.pract. quæſt.capit. ſeptimo in princ.& num. ſecundo, verſ.
129 habent præterea, dicit. Quod priuilegiati ex dicta l. vnica, aut ſunt rei, vel reus, & tunc extra propriam prouinciam extrahi ad litigandum non poſſunt, Aut eſt Actor, vel Actores, neque eo caſu vllo ſunt priuilegio ſuffulti, niſi trahendi
127 ad Curiam Principis. At ſi tales priuilegiati laico ſuccedant, dicta l. vnic. priuilegio vti valebunt,Iac.de Sancto Geor. in l.heres abſens, in princip. & ſub numero quarto, ff. de iudic. Quod amplia etiam, ſi ex iure ceſſo agant, Afflict. in Conſtitut. Regni libro primo, rubr. 33. numero 27. & ſequen. Sed ſi comparent vti tertii, non gaudent priuilegio præfato, ad inſtar Clerici, qui in ſimilibus non iuuatur priuilegio fori, l. quoties, vbi ſcrib. C.de iudic. Bald.in l.1. in princip. & numero tertio.C.vbi in rem act. Autr. in tract.de poteſt. ſecul. reg. 2. num. 11.
128 & ſequen.Et licet concurrat ex tali, l. priuilegiatus, contra æque priuilegiatum priuilegio nõ vtatur, nihilominus in hoc fallit, quando alter ex his duobus priuilegiatis ex pauper, & ab omnibus deſtitutus,& alter eſt diues,ac potens, Rolan. à Valle conſilio 79. num. 37.& ſequen. volum.primo,& conſil.52. n.2.per tot.
129 Sed in dubium non refricatur, quin Eccleſia, clericus, vel monaſterium laici heres, non dum cœpta lite coram iudice Eccleſiaſtico ſit conueniendus. Couarr. pract.quæſt.cap.8.numero quarto. Surdus multos congerens deciſione 110. n. 9.Sed dubium,magnum eſt, in quo hinc inde vigent Doctorum opiniones, an lite cœpta ad iudicem Eccleſiaſticum trahe-
130 re cauſam poſſit. Pro negatiua adducitur primo regula l.vbi cœptum, ff. de iudic. & l.venditor, ff.eodem titulo, vbi Imp. võditorem defendere emptores teneri, coram eo iudice, qui cœpit cauſam cognoſcere, & hanc l.etiam clericos capere aſſerit,Couarr. cũ ibi relat. d.c.8. n.3.Grã.dec.21.ea ratione,Quia ſi laicus
131 clericus effectus corã eodem laico iudice comparere cogitur, Bald. in l. ſi quis poſteaquam, ff. de iudic. eo magis
132 clericus laico litiganti ſuccedens, quia in hæredem inſtantia tranſit, l. hæres abſens,in princip.l.ſi is qui Romæ, ff.de iudic.Bart.conſil.222. num.10. Ergo & in clericum, qui ſi abſtinere à præmiſſis cupiat, abſtinere ab hereditate poterit, ſed ſi vult illam,ſtatũ defuncti ſubire debet. Præterea ſicut clericus ligatur contractu ſui auctoris, ita quaſi contractu, cum in iudicio quaſi contrahatur, nam ſi non poteſt liberari a contractu iam cum defuncto ſuo auctore celebrato, ita neque ab hoc iudicio cœpto, & quaſi contractu, cum non ob id fieri deterior conditio debeat illius, qui cum defuncto iudicium inchoauit, neque cum tertij damno vti clericus priuilegio poſſit, nam vt Surd. ait in alleg. deciſione numero 10.
133 Priuilegiatus non priuilegiato ſuccedẽs ſuo non vtitur priuilegio, & ſi iam inſtantiæ laicus erat obligatus, & iam in eſſe ius de præterito reperitur deductum, ideo ab iſto priuilegiato tolli nequit,l. fiſcus, ff.de iur.fiſc.vnde principium,non ſubſequens venit attendendum, l.damni infecti, §.Sabini, ff. de damn. infect. & quod talem forum clericus declinare nõ valeat, tenuerunt Surd. conſil. 222. Viu. Comm.opin.opin. 108. Boer. deciſione 69.Autrer.de poteſt.ſecul.regul.2. num. ſeptimo. Cagn. in l.2. numero 249. C. de pact. inter empt.& vendit. Zuccallos practicar.quæſt.q.36.Andr. Gail. obſer. 87.numero 8.& ſequen. Contrariæ vero
134 ſententiæ annuentes per multa deducunt

ſunt nempe clericatum eſſe de iure diui-
no, capitulo ſi Imperator 93. diſt. Rota
deciſione 10. de conſuet. in antiq. Co-
uar. pract.quæſt.capitulo 31.per totum.
Ideo vllo pacto tolli nequit etiam per Pa
pam, Gram. deciſione 61. cum add. Et
cum iſtud fori priuilegium ſit in corpore
iuris clauſum, fauore omnium clericorũ,
& publico conceſſum illi ex perſona ſua,
etiam ſi laico ſuccedat clericus præiudi-
care nequit, vt coram laico ius dicat, ca
pitulo ſi clericus laicum, de foro compet.
Iaſ. multos congerens in Aut. quas actio-
nes, numero 39. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
Et cum in omnibus clericorum negotijs
Eccleſiaſticus iudex ſit adeũdus ex epiſt.
ſancti Leonis Papæ 94. Tom. 2. Concil.
& ex Bulla Martini Quinti in Bullario
num. 5. Nec vllus caſus reperitur in iure
expreſſus, Turrecrem. in capitulo expe-
rientis, numero tertio, 11. quæſt. 1. Vti-
que iſte non eſt ſuperſtitioſus præſumen-
dus inuentionibus, capitulo conſuluiſti,
135 ſecunda quæſtione prima. Nam ſtatim
adita per Clericum hereditate, non am-
plius laicalis, ſed clerici facta ſunt, & ec-
cleſiaſtica, l. quæ religioſis, ff. de rei ven.
Vnde eccleſiaſtici ſuperior adeundus. Ab
bas in capitulo Eccleſiæ S. Marię, nume-
ro 21. & 22. de conſtitut. Oldrad. conſi-
136 lio 83. nu. 4. Vlterius iſta laicalis iuriſdi
ctio non eſt ad clericum tranſmiſſibilis,
nec minus inſtantia, l. ſi operarum iudi-
cio, ff. de oper. liber. & teſtator etiam vo
lens iſtud onus in clericum tranſmittere,
non potuit, Bald. in l. ſecunda, numero
quarto, C. vt in poſſ. legat. Et ſicut in-
ſtantia non tranſit in fiſcum ſucceſſorem,
quia ſuos habet iudices. Doct. in capitu-
lo quia vero, de iud. Soc. conſ. 46. nume-
ro 22. volum. quarto. Ita neque in cleri-
cum ſuos iudices habentem; & licet iſtud
aſſumptum ſit controuerſum, tamen ſat
eſt, vt poſſit ad clerici fauorem argumen
tari. Et pro hac parte videtur facere,
tex in l. qui autem, ff. ſi quis caut. cuius
hæc ſunt verba. Qui autem nouo priui-
legio vtitur, non videtur in eadem cau-
ſa ſiſti, ex qua Paul. de Caſtr. in l. antece
denti magiſtraliter colligit, quod priuile-
137 gium generale, quod quis nõ teneatur
coram tali iudice comparere, extenditur
etiam ad iudicem præuentum, ſequitur
Iaſ. in l. cum quædam puella, numero no-
no circa finem, ff. de iur. omn. iud. Et cum
totum iudicium à clerico incipiat, ex quo
inſtantia laici non eſt tranſmiſſibilis, &
ſic eſt de futuro, neceſſario non defun-
ctus inſpiciendus eſt, ſed ſucceſſor, cum
quo totum iudicium initium ſumit ſui eſ-
138 ſe, vt bene Bald. in Auth. Quas actiones
numero 11. C. de ſacroſan. Eccleſiæ. Mu-
tata etenim perſona, inſtantia perit, cap.
primo de iur. pat. in 6. & hanc ſententiam
magis Eccleſię fauorabilem præualere te
nendum eſt, cum indecens ſit, quod co-
ram laico clericus compareat, vt omnes
antiqui Doctores tenuerunt, & multi ex
ſupra citatis relatos per Purpuratum con
ſil. 83. de communi teſtatur. Contraria
tolluntur, nam l. vbi cœptum locum ha-
bet, quando alterius iuriſdictioni non
præiudicatur. Neque ex priuilegio legis
poteſt forum declinare, vt hic, optime Fe
lin. in cap. ex tenore, numero 18. fallen. 4.
& 6. de reſcrip. Gabriel commun. opin.
tit. de iud. concluſione prima, numero 17
& 30. Ad l. venditor, reſpondet glo. in
capitulo clericum il ſecondo, 11. quæſt.
139 prima. Eo enim caſu non dicitur cleri-
cus conueniri coram iudice laico, cum
poſſit illius iudicium declinare, ſed ſolum
præſtat defenſionem, & aſſiſtentiam illi
emptori, vt bene declarat Gram. deci-
ſione 21. numero ſecundo, dicens nume-
ro nono, hoc caſu clericum laudatum
remittendum ad ſuum iudicem, & proce
dendum contra laicum fore, & numero
ſequen. hanc communiorem opinionem
aſſerit, ac tutiorem. Quia periculoſum
140 eſt in his loqui contra eccleſiam, & ec-
cleſiaſticas perſonas eorumque bona de-
ducta ex Bal. non applicantur, nam vl-
tra, quod de iure verum non eſt, vt ex
multis probat Oldr. conſilio quarto. So-
lum haberet locum quando in fraudem
laicus efficeretur clericus, vt bene decla-
rat Oldrad. vbi ſupra in fine. Sed in ca-
ſu noſtro, in quo citra eius factum cleri-
co priuilegium ſuperuenit voluntarium
eximit, cum iuriſdictione iudicis, coram
quo prius erat cauſa inchoata, ita ex mul
tis hanc declarationem approbat Lan-
cellot. de attentat. parte 2. capitulo quar
to. limit. 20. numero 19. Argumento de
continuatione inſtantiæ bene reſpondet

Glo.

Glo. reprobata in dicta l. heres abſens, quod regula illa ceſſat contra priuilegiatum ex lege, vt eſt clericus, vt ibi Bart. Bald. & alij. Et de contractu ad quaſi contractum, ceſſare in odioſis dicunt, Cogi autem clericum ad perſeuerandum coram iudice ſeculari, non ſolum eſſet damnoſum, quia perderet priulegium, Sed odioſum, quia ordini eccleſiaſtico iniutiam faceret, vnde non licet de vno ad aliud arguere Euerar. in cent. loco 87. numero 2. Nec iactura in laico conſiderari poteſt, quia eiſdem iuribus, & teſtibus vti coram Eccleſiaſtico poterit, & vnica reaſſumi citatione, Cagn. vbi ſupra numero 152. Et ſi damnum laicus pateretur, Maius eſſet præiudicium violationis clericalis priuilegij, & ad id quod dicebatur de ſucceſſione in realibus Limitatur in priuilegiato ratione totius ordinis, qualis eſt clericus, cap. 1. de iur. patr. in 6. Bald. ſic diſtinguens in Auth. quas actiones, numero 10. vbi Iaſ. numero 38. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Et licet in fiſco procedere poſſit, quem leges ligant, non tamen habet locum in clericis iure diuino exemptis, quorum priuilegia leges tollere non poſſunt, cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de Conſtit. Couar. dicto capitulo 31. numero quarto. Id quæ tandem æquitati tribuebatur, ſummam futuram fore iniquitatem dicitur, & dedecus clericum coram ſeculari aſtare, in totius ordinis vilipendium, & iuſtius eſſe à proprio eccleſiaſtico iudicari, quam à laico, ne tota iudiciaria confundatur poteſtas, & in laicos tranſfundatur. Hinc inde ſunt Doctorum opiniones, ac validiſſime rationes, & qui inherere primæ voluerit vnico verbo poterit reſpondere adductis in contrarium, quod loquantur de clerico à laico herede inſtituto, & de cauſis, vel iudicijs ab eo incipiendis, non inſtructis per eius auctorem, vt latius cap. ſeq. dicturus ſum.

141 Virgo in cœlibatu viuens, ad Curiã
Principis trahere poteſt, Bart. in l. vnic.
numero 1. vbi de communi Fulgoſ. C.
142 quan. Imper. inter pupill. & vid. Talis
lis autem legis priuilegium competit in prima inſtantia, Rebuf. de ſent. prouiſ. articulo tertio. Glo. vlt. num. 30. Thom. 1. Couar. pract. quæſt. capitulo 6. in prin. & numero ſeptimo, & cap. 7. nu. 4. verſ. primus, & num. 8. & in prima inſtantia debet fieri declinatio ante litem conteſtatam, & non poſt, Couar. dicto capitulo ſeptimo, numero 9. Afflict. in conſtit.
143 ſtat. lib. 1. num. 74. Nec poſſunt trahere, niſi coram vno ex iudicibus rei conuenti, & quem volunt. Afflict. deciſione 257. à numero tertio ad fin. Carauit.
144 in conſtit. Regn. d. rit. 233. nu. 7. Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, dicta l. vnica, non comprehendit, neque eorum bona, etiam ſi illarum commodum, & fauorem concernant, capitulo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, vbi Felin. & DD. de Conſtit. cap. aduerſus, de Immunit. Eccleſiar. & hoc etiã procedit, in lege emanata per Regem, vel Imperatorem, Dec. in dicto capitulo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, numero 53. 88. & 104. quia leges Impe-
145 riales, & Regales, neque Eccleſias, neque illis ſubſiſtentes ligare valent, cap. primo, & ſeq. 10. diſtinct. Couar. pract. quæſt. capitulo tertio, numero tertio, neque Eccleſia habet fori electionem, ſi nõ adeſt violentia, fraus, vel rapina. Secus vero ſi aderit, Alexander conſilio 103. numero nono, volumine quinto, Afflict. deciſione 257. numero 2. & in Conſtit. Regn. Rubr. 37. capitulo Statuimus, numero primo, Couar. vbi ſupra, numero 2. & verſic. ſequens vero, de Eccleſia. Regula eſt, quod ſit in electione Actoris forum.

146 Ratio eſt quare l. noſtra clericos, & Eccleſias non capiat, quia de ſuis iudicibus intelligi Imperator voluit, & ſic laicis, coram quibus clerici conueniri non valent, maxime quia nil circa hoc ius canonicum diſponit, vt contra Eccleſiaſticos in hac lege comprehenſi protegantur, excepta pupillorum, & ibi expreſſorum protectione, capitulo ſignificantibus, de off. delegat. & maxime ſi bona fuerint Eccleſiaſtica, ad deciſionem Affl. 257. in princ. Immo, cum Eccleſia æqualiter ſit priuilegiata, conquaſſantur adeo inter ſe priuilegia, quod illis contra eccleſiam vti nequeant. Couar. pract. quæſt. capitulo 7. numero quarto per totum; Vbi in prima inſtantia tantum procedere tenet, verſ. quo ad primam cauſarum cognitionem, ſed replicari pro alia

parte

Digitized by Google

parte poterit, quod etiam in foro Eccleſiaſtico locum habeat, ſi in illo tractetur cauſa, & quamuis Imperialis ſit, Tamen ratio, quæ priuilegium præfatum quotidie admittere conſueuit, eſt, quia lex illa non reperitur a iure canonico correcta, Immo Canones illi aſſiſtunt, in capitulo primo, diſtinct. 87. vbi Gloſſ. refert priuilegium legis præfatæ, & hanc opinionem ſequitur Signatura etiam in cauſis expectantibus ad forum Eccleſiaſticum, & Eccleſiaſticas perſonas concurrentes cum dictis priuilegiatis, & Rota dixit de militibus Hieroſolymitanis, vt in alleg. deciſione Creſcent. & quia in corpore iuris eſt inſertum, Afflict. deciſione 257. num. 6. Nec facit text. in capitulo ſignificantibus, Quia loquitur quando vidua omiſſo ſuo iudice ſeculari, Eccleſiaſticum petit, vt ibi Doctores, & bene Afflict. in Conſtitutione Regni. Tit. de offic. magiſt. iuſt. rubr. 37. numero 17. & in alleg. deciſione 257. ſub num. 1. Archid. capit. 1. 87. diſtinct.

Vbi ſit reus conueniendus, eligere, ſi actione reali agit, vel vbi bona ſunt ſita, vel vbi reus habet domicilium, Glo. in l. fin. in verbo res, C. vbi in rem act. cap.
147 ſanè, de foro compet. Tamen dicta iura procedunt, quando in loco vbi res eſt ſita, reperitur reus conueniendus. Secus autem eſſet, quando non reperitur, vel domicilium non habet, quia illo caſu cõueniri ibi non poteſt, & ita in ſpecie declarat. Caſtrenſ. in dicta l. finali, numero
148 ſecundo. Nam quis non poteſt in loco, vbi non reperitur conueniri, & dictum Caſtrenſ. ſequitur deciſio Vinc. Franc. 177 numero ſecundo, & quarto, Iaſ. poſt alios in l. ſi conuenerit, 3. col. verſ. aduenæ, ff. de iur. omn. iud. Ideo in vna Beneuentana vbi erant bona, & rea Domina Fulginei moram trahebat, licet Beneuenti cœpta foret cauſa, me Proponēte, per Signaturam Iuſtitiæ fuit auocata cauſa, & commiſſa in Rota, Stante eius
149 importantia, Variatio priuilegiatis ex dicta, l. vnica; ſemel tantum permiſſa eſt, Bald. in Aut. habita num. 75. in fine, C. ne fil. pro patr. Iaſ. in l. quicquid aſtringendæ, in princip. columna finali, verſic. item pro vna Gloſſ. ff. de verborum obligat. Tiraquell. in l. boues, §. hoc ſermone, in princ. num. 23. & 24. ff. de verbor. ſi-
150 gnif. Quod declara non procedere in proprio domicilio de vno ad alium iudicem, ſed tantum extra prouinciam, vt cõ-
151 muniter notant in dicta l. vnica Salic. & alij, in princ. Cauſa pēdet inter laicum, & clericum, & vnuſquiſq; ad ſuũ forum anhelat, ſed dum auocari, & committi contingat, quis Actor, vel Reus ſit, inſpicitur, Nam ſi Clericus, etiam quod ſit Epiſcopus, ſit actor, & non agatur de re Eccleſiaſtica, ac ceſſet conſuetudo, vel priuilegium laicale, laici rei forum ſequi debet. Sin vero clericus reus eſſet, & laicus actor, coram iudice clerici erit cauſa cognoſcenda. Put. decif. 15. nu. 6. & 7. p. 2.
152 Priuilegiatus magis, quis dicatur, an Fiſcus, vel pupillus, quando coram ſuo iudice cauſam trahere, vnuſquiſque quærit, & fiſci priuilegia præualere, conſuluit Fran. Aret. conſilio 83. numero quin-
153 to, & ſequen. Regula, quod miſerabiles perſonæ forum ſibi eligere poſſint, intellige quatenus competentem iudicem eligant, quia ſi eis incompetens, ceſſabit talis facultas, Afflict. deciſione 157. nu-
154 mero quarto. Et quomodo minor, vt legitime compareat, veniat citandus, tradit Afflict. in deciſione 162. numero
155 primo & per tot. Minor, ſi cauſā in partibus committi obtineat, & poſtea in Rota per aduerſarium committatur, ſi minor non excipiat cauſam fuiſſe in partibus agitatam, vſque ad cauſæ concluſionem, nec ſe reſtitui petere poterit, neque ad partes cauſam remitti, quia plus in partibus, quam in Curia, ſua non intereſt reportare ſententiam, Bellam. deciſione 365. quæ tamen declara procedere, ſi non fuerit multum læſus, at ſi non obiiciendo hanc declinatoriā ſi multum læſus reperiatur, tunc reſtitui poterit, Bald. in capitulo finali, numero 7. verſ. ſed nunquid minor, de off. ordin.
156 Vidua vero laicum pro cauſa nõ eccleſiaſtica coram iudice eccleſiaſtico trahere non valet. Quod tamen procedit, dummodo coram laico iudicium proſequi poſſet, Imol. in capitulo ex tenore litterarum, numero primo, & ſecundo de foro competen. Idque fallit, quando vidua ſpoliata poſſeſſorio agit, quia illo caſu irrequiſito iudice laico, eccleſiaſticum adire

Digitized by Google

adire poterit. Ratio eſt, quia iſto caſu, tã
quo ad habitum, quam quo ad actum
cenſetur eſſe de foro Eccleſiæ, ſecus ſi pe
titorio ageret, vt idem Imol. in capitulo
ex parte B. numero ſeptimo eodem titu-
lo. Quamuis in ſecunda inſtantia prouo-
157 cando Principem adire poſſet ex l. iſta.
Theſaur. deciſione 177. numero ſeptimo
etiam ſi huius l. beneficio vſa in prima in-
ſtantia non fuerit. Vidua etenim dicitur
158 cuius maritus obiit, & alio caret, capi-
tulo vidua, 84. diſtinct. ac præterea ſi
bannitus ſit, gloſſ. in l. finali, C. de plag.
licet large vidua dici valeat mulier num-
quam nupta, l. malum, §. vidua, ff. de
verborum ſignificatione. Quamuis Fe-
lin. in dicto capitulo ſignificantibus, nu-
mero octauo, in materia ſtricta, vbi pro
prie capienda vidua ſit, propriè de illa
cuius maritus mortuus eſt, intelligi dicat
ex mente Abb. in capitulo ex tenore, de
foro competen. Quid ſi Papa in reſcri-
159 pto dicat, non obſtantibus priuilegijs,
etiam ſi eſſent talia, de quibus mentio, de
verbo ad verbum fieri deberet, an iſta ge
neralia verba æquipollere videantur ex-
preſſioni de verbo ad verbum; quia hanc
expreſſionem illius loco ſubrogat, &
quia multum operatur talis clauſula, eius
virtute infinita ſaluantur reſcripta. Quod
intelligendum ſecundum Felin. in addit.
ad Abb. ad princip. op. in Decret. capitu
lo omnes leges, numero 12. Niſi eſſemus
in illis cauſis, in quibus ſæpe derogatur
160 Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, quia
requirit ad partes ſpecialis mentio, nam
iſtud æquipollens non erit ſufficiens
quando ſpecialis mentio requiritur cum
161 ſint inducta, ne Papa circumuen atur.
Spectat autem ad ſolum Principem velle
quod pro expreſſis exprimenda habean-
tur iſto vnico ſermone, vt late ibi Felin. &
numero 13. & in capitulo nonnulli, in ſe-
162 cunda fallent. de reſcript. Vidua quo-
que ſpoliata pro miſerabili connumerabi
tur, & oppreſſa, quare iſto caſu etiam
cum miſerabilibus ſub Eccleſiæ prote-
ctione erit; & conuenire ſuos ſpoliatores
coram Eccleſiaſtico poterit, Abb. in ca-
pitulo ceterum quia, numero 16. de iu-
163 dic. In cauſis duabus concurrentibus
vna naturalis, alia accidentalis; natura-
lis præualebit, l. qui habet, ff. de tutel.
164 Abb. conſil. 70. num. 2. volum. 1. Miſe
rabilis autem perſona à lege iudicatur,
vt pupillus, vidua, morbo diuturni affe-
ctus, quos tales lex noſtra vocat, & cum
iſtos declaret miſerabiles, ceſſat iudicis
arbitrium cõtra legis diſpoſitionem, nam
cæteræ miſerabiles perſonæ enunciantur
per Doctores, ſed bene arbitrio iudicis
declarandæ relinquuntur, quod colligi-
tur ex legis noſtræ verbis, ibi aliqua for-
tunæ iniuria miſerabilium, Couarr. pract.
quæſt. capitulo ſexto numero tertio, in
fine. Marian. Soccin. in cap. ex tenore, nu-
mero quarto de foro competen. late Me-
noc. de arbitr. iud. libro ſecundo, caſ. 66.
numero primo cum add. quem multa ad
comprehenſorum in hac lege numerum
cumulantem, ſi concurrat videas, cuius di
165 cta ne nimis ſim, prætereo. Vidua vero
quæ vera vidua eſt, honoranda venit, nõ
quæ deliciis affluit quæ viuens mortua eſt
Roland. à Valle conſilio 56. num. 15. vo-
lum. 2. & quando tam ipſa, quam miſera-
biles perſonæ ſint ſub protectione Eccle-
ſiæ, idem Roland. conſil. 20. num. 16. &
ſequen. volum. 2. tradit.
166 Fuit aliàs introductum iudicium rein-
tegrandæ poſſeſſionis per Tiberium con-
tra Diamantem in Curia Capitolina co-
ram ſecundo collaterali, & licet mulier
obiecerit exceptionem declinatoriam,
tamquam vidua, tamen illa non attentu,
fuit ad vlteriora proceſſum, & lis conte-
ſtata. Interim deuotionis feruore accen-
ſa, mulier iſta fuit recepta, & admiſſa in
Mantellatas, ſeu Pizzocaras S. Auguſti-
167 ni Ordinis ſanctæ Monicæ, ac nihilomi-
nus aduerſario in Curia Capitolina iudi-
cium proſequente obtinuit Mulier ab Il-
luſtriſſimo Vicario cauſam reaſſumi, &
inhiberi ſecundo collaterali. Adita Signa
tura Iuſtitiæ nomine Tiberi, Proponen
te Reuerendo Patre Domino Florauan-
te nobili Bononienſi, committi Illuſtriſſi-
mo Vicario inſtabatur, vt ſuam moderare
tur inhibitionem, & cauſam ad primum
iudicem remitteret, per regulam l. vbi cœ
ptum, ff. de iudic. aſſerendo ibi ad multos
actus deuentum in cauſa, ac relaxatum
mandatum de voto aſſettamenti, & quã-
168 uis habitum illum ſuſcepiſſet. Tamen
cœpto iudicio ad inſtar clerici, qui etiam
ſi reus efficiatur cogitur coram laico re-
dire

dire, Bald. in cap. ſi quis poſtea quam, ff. de iudic. & eo magis in hoc iudicio poſſeſſorio, in quo clericus coram laico trahi poteſt, Gail. obſeru. 37. num. 5. libro primo, quo ad vidutatem reſpondebatur id locum habere de loco ad locum, non de foro ad forum, & Priuilegium ſuſcepti habitus tollebatur, ex l. cum quædam puella, ff. de iur. omn. iudic. l. ſi quis poſteaquã, ff. de iudic. & text. in capitulo propoſuiſti, de foro competen. Oppugnabatur commiſſio, ex ampliſſimis priuilegiis Ordini ſancti Auguſtini conceſſis decreto irritanti, ac clauſula ſublata ſuffultis, & aliis clauſulis, quæ verba plenitudinem poteſtatis oſtendunt, Alexander conſil. 101. num. 16. volum. primo, Gabr. de clauſ. concluſione prima, num. 81. Eo magis, quia ſub protectione Beatri Petri iſtæ mantellatæ poſitę fuerant, & ſic bene ſub Illuſtriſſimi Vicarii dictione, cuius iuriſdictioni aliter præiudicium inferebatur. Ruin conſilio 21. num. 16. volum. 1. Cauſa vt tanti tribunalis moris eſt diſcuſſa, nihil reſcriben-
169 dum Domini cenſuerunt, ex regula, Quod ſuperueniens priuilegium eximit, quem à priori onere, vt in ſimili videmus de Pagano, milite effecto, nam illo caſu non coram primo iudice, ſed coram ſecundo de crimine agendum erit, quia ſuperueniens dignitas ſoluit vinculum obligationis præcedentis, etiam voluntariæ contractæ, & per mutationem fori, etiam ſtatus mutatur, quæ autem pro alia parte deducebantur, locum habebant quando malitioſę id factum fuerat; vnde, vt ait text. in capitulo primo, 4. diſt. Le-
170 gum conſtituendarum cauſa eſt, vt humana coherceatur audacia, ac nocendi tollatur facultas. Ideo ceſſante fraude iſtius mulieris, quæ nec etiam præſumi debet, quia deuotionis zelo habitum ſumpſit, iudex Illuſtriſſimus Vicarius remanſit, ex conſ. Oldr. 4. per tot. qui ſic per Seneſcalcum in parlamento pronunciatum fuiſſe teſtatur.

DE COMMISSIONE AVOCATIONIS CAVSARVM

§. III.

SVMMARIVM.

1 *Cauſarum auocatio, quid operetur.*
2 *Iuriſdictio eſt poenes Papam, tanquam mare a quo omnia profluunt.*
3 *Commiſſionum natura, quæ ſit.*
4 *Reſcriptum in facto conſiſtit, & quia venit à ſuperiore, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum timendum.*
5 *Procuratores vt facilius commiſſiones obtineant, multa inuoluunt.*
6 *Res iudicata exequi in Curia quando remiſſa cauſa ad partes poſſit.*
7 *Commiſſio auocatoria ſubſtantialibus tacitis, nulla remanebit.*
8 *Iudicis reuocatio eſt odioſa, et illi iniuriam afferre videtur.*
9 *Iuriſdictionem ſuorum iudicum declinare, odioſum, & iniquum eſt.*
10 *Reſcriptum nullum ipſo iure non redditur, ſed ope exceptionis.*
11 *Commiſſio auocatoria, ipſo iure vitiatur.*
Declara prædicta procedere in ſecunda commiſſione, ibi.
12 *Cauſa pendens coram ſeculari iudice, niſi excipiatur tenet.*
13 *Commiſſio vt valida ſit omnia, quæ Principem ad concedendum moueant, continere debet.*
14 *Comparitio ſimplex iudicis perſonam, & iuriſdictionem approbat, quod recedere nequeat.*
15 *Conſenſus in iuriſdictionem præſumptus quando in commiſſione narrandus.*
Declara vt hic.
16 *Commiſſionibus eadem die à reo, & actore impetratis, quid faciendum?*

17 *Clauſula non obſtante prima commiſſione obtenta in ſecundo reſcripto primum tollit.*

Deleant Domini Referendarii hanc clauſulam, alias citari curent partem.

18 *Clauſula ſi ſecus factum fuerit prioris iudicis geſta nulla reddet.*

19 *Commiſſio ſecunda quando primam tollat.*

20 *Clauſula in ſtatu, & terminis, quid operetur.*

21 *Clauſulæ non obſtantibus operatur in beneficialibus non improbanis.*

Limita, & declara, vt num. 22.

23 *Clauſulæ per ſimplicitatem ommiſſæ, quæ dicantur.*

24 *Cauſæ animum iudicis mouere, vel non ſufficiens arbitrariæ ſunt iudici.*

25 *Commiſſio ante præſentationem in quavis inſtantia nil operatur.*

26 *Commiſſionem impetrans fauori ſuo renunciare poteſt.*

27 *Subreptio in gratioſis ipſo iure vitiat.*

28 *Subreptio in literis iuſtitiæ per ſententiam, vel ope exceptionis declaranda.*

29 *Commiſſio donec ſubreptitia detegatur, iuriſdictionem tribuit.*

30 *Commiſſio ſecunda de prima mentionem non faciens, quando valida ſit.*

31 *Clericus venditor, vel in iudicio nominatus, an cauſa ad forum Eccleſiaſticum trahere poſſit.*

Et illi commiſſio danda.

32 *Clericus forum ſortitur in ea diœceſi, in qua curatum habet beneficium.*

Et ſi in pluribus diœceſibus in omnibus habebit domicilium.

33 *Clericus in tertii præiudicium ad ſuum forum cauſam nequit auocare.*

34 *Clericus neceſſarius defenſor forum, in quo primo conuentus fuit, ſequitur.*

35 *Vbi cœptum eſt iudicium, ibi finem accipere debet.*

Amplia l. hanc pluribus modis, & limita, num. 36.

37 *Iudicium an ante litis conteſtationem captum dicatur.*

38 *Clericus tamquam tertius ad cauſam veniens, perdit priuilegium clericale.*

39 *Iuſſiones ſacræ in medio litis non faciendæ.*

40 *Clericus coram laico cauſam dicere nequit.*

41 *Clericus omni iure a laicorum iuriſdictione exemptus eſt.*

42 *Clericus adire laicum, neq; in defectum iuſtitiæ poteſt.*

43 *Epiſcopus Clerico, vt laico foro ſe ſubiiciat, nequit li cen tiam impertiri.*

44 *Conſtantinus Imperator querelis ſibi de clericis porrectis non audiuit, ſed ad eccleſiaſticum remiſit illos.*

45 *Clericum percutiens eſt excommunicatus.*

46 *Clericus quibus cauſis coram laico conueniri valeat.*

47 *Laicus clericum coram iudice laico trahens cauſam perdit.*

48 *Clericus coram laico inſtrui cauſam patiens, ſi clericum ſe dicat, reddit geſta nulla.*

49 *Cauſæ clericorum etiam fauore Eccleſiæ, non poſſunt a laicis terminari.*

50 *Exceptio fori declinatoria quid operetur.*

51 *Priuilegium fori clericorum eſt de iure diuino, & num. 57.*

52 *Clericus laicum coram laico conueniens, an, & quando re euicta teneatur ad expenſas.*

53 *Clauſula promittens defendere, &c. quare in inſtrumentis ponatur.*

54 *Clericus priuilegio ordini generaliter conceſſum nequit renuntiare, ratio, numero 58.*

55 *Geſta contra clericum coram laico ius canonicum reuocat.*

56 *Clericus neque ſuper rebus temporalibus de licentia Epiſcopi laicum adire valet.*

59 *Priuilegio publicam tangenti vtilitatem nequit renunciari, vt clericus.*

60 *Clerici laicorum iuriſdictionem voluntarie ſubire nequeunt.*

61 *Laico clericorum cauſas non poteſt inferior à Papa committere.*

62 *Inferiores à Papa Clerici cauſam, clerico, & laico ſimul non committunt.*

63 *Maius dignum trahit ad ſe minus dignum.*

64 *Clericus litis conſors cum pluribus laicis cauſam ad ſuum forum trahit.*

65 *Exceptio incompetentiæ iudicii tam ante quam poſt ſententiam opponitur.*

66 *Clericus coram laico tacens ſe Clericum*

Digitized by Google

cum non tenetur ad expenſas.
67 Exceptio declinatoria fori nullum ab initio iudicium reddit.
68 Clericus iudicium ex inſtrumento ſuſcipere aſtrictus, an & quando à laico cauſam auocare poſſit.
69 Opinionum DD. varietas multoties cauſarum expeditionem impedit.
70 Iudex DD. opinionibus varijs vni inhærens non eſt reprehendendus.
71 Clericus quando coram laico tanquam cauſa defenſor agere cogatur.
72 Iudex laicus clericatu probata clericũ ad eccleſiaſticum remittere debet.
73 Scholaris priuilegium durat dum ſtudijs operam dat.
74 Canoniſtæ omnia ad ſuum molendinum trahere quærunt.
75 Ius clerici ad laici defenſam neceſſario venientis regulatur ſec. ius laici.
76 Clericus ſi coram laico trahatur ſtatutis laicorum quo ad ordinatoria iudicis ligatur.
77 Clericus laicorum conſuetudine non ligatur.
78 Clerici cauſa coram laico, an ſecundum canones, vel ius ciuile terminanda.
79 Laicus clerico, ſuccedens coram iudice eccleſiaſtico conueniri debet.
80 Laicus ad eccleſiam bona pertinere negans, coram laico conueniendus eſt.
81 Regula quod maius dignum ad ſe minus dignum trahat, inter clericum, & laicum declaratur.
82 Laicus rei Eccleſiæ adminiſtrator, coram eccleſiaſtico conuenitur.
83 Clerico, & laico ſimul de debito certantibus ab eccleſiaſtico lis decidetur.
84 Clericus laici iuriſdictionem etiam ſi velit, prorogare nequit.
85 Laicus clerici bona ſequeſtrando, ſpoliat.
86 Clerici vti de ciuitate pro communitate priuilegio non vtuntur, & quare.
87 Vniuerſitas dicitur corpus fictum, & imaginarium.
88 Clericus à laico infeudatus, ſi de feudo agatur, coram Domino feudi conuenitur.
Fallit ſi agatur de crimine clerici. ibi.
89 Laicus delinquens ſi clericus fiat, quandò laici iudicium euitet, vel non.
90 Laicus quando doloſè clericus factus dicatur.
91 Epiſcopus in cauſa ſua eccleſiæ iudex eſſe poteſt.
92 Auocari cauſa à Curia non debet, ſi libri, & iura ex quibus rationes redduntur portari offeruntur.
93 Scripturarum qualitas ad effectum exhibitionis, quando plene probanda.
94 Reus an ab actore editionem iurium petere valet.
95 Ratio ſemel reddita amplius reddi non debet.
Maxime liberatione per inſtrumentum ſequuta, ibi, num. xcvi.
Fallit ſi de dolo conſtet, nam denuo reddenda, ibi num. xcvij.
98 Dolus in omni liberatione exceptus ſemper cenſetur.
99 Dolus non præſumitur, ideo ab allegante probandus.
100 Rationem poſt quietantiam ex inſtrumento reddi iterum petent obſtat exceptio periurij.
101 Auocata cauſa per Papam geſta poſt nulla redduntur.
Etiam data auocationis ignorantia. ibi.
Maxime ſi motu proprio fiat, ibi, & num. cij.
103 Interpretationis priuilegiorum, uel litterarum Apoſtolicarum cauſa quando curialis ſit.
104 Littera Apoſtolica, & priuilegiorum interpretatio, quando per Papam facienda.
105 Priuilegio dubio exiſtente, à ſolo concedente interpretatur.
106 Litem in Rota pendere ex quibus probetur.
107 Lis finita in Rota non dicitur niſi per ſententiam.
108 Lis ante citationem in Rota in actoris præiudicium cœpta dicitur.
Non reſpectu actoris & rei, quia citatio requiritur, ibi.
109 Iuriſdictio per citationis exequutionẽ quo ad iudicem perpetuatur.
110 Iuriſdictio non perpetuatur per citationem nullam.
111 Indaginem altiorem quando cauſa requirat.

112 *Hieroſolymitani Aequites clericorum priuilegio fruuntur.*

113 *Citationis commiſſio reſpectu delegati iuriſdictionem perpetuat, non partis.*

114 *Prauentio per litis conteſtationem inducitur.*

115 *Cardinales ad Rom. Cur. trahuntur, non extra eam.*

116 *Ceſſio iurium talia qualia per Cameram facta, facit cauſam Cameralem.*

117 *Ocularis inſpectio melior alijs probatio dicitur.*

118 *Biennio lapſo in partibus, & cauſa non expedita ſi petatur auocari, & Rotæ committi, quid Signatura faciat.*

119 *Paupertas ſola non ſufficit vt cauſa auocetur à Curia, & ad partes remittatur.*

120 *Exceptiones tacite, uel expreſſe repelluntur, & quomodo.*

121 *Iudex ſi parte primo, ſecundo, & tertio moneat ad audiendam voluntatem, & nil declaret, quid facere pars debet.*

122 *Litis pendentia nõ inducitur per actus coram iudice incompetenti factos.*

123 *Litis pendentia legitima alium impetrare iudicem prohibet.*

124 *Litis pendentia exceptio coram ſecundo iudice allegata reddit eius acta nulla.*

125 *Iurare de calũnia recuſans, non poteſt ab alio calumniæ iuramentũ petere.*

126 *Cauſa in Romana Curia tractanda, quando fuit terminus appellanti datus eo lapſo.*

127 *Priuilegium, vel immunitas Domino conceſſa, capit eius ſeruos, & colonus.*

128 *Concluſo in cauſa, quid iudex facere poſſit, vel non.*

S. III.

1 Commiſſionis noſtræ Natura eſt, & operatur, vt iudex a quo cauſa auocatur, in ea amplius ſe ingerere non valet, & ſi ſecus faciat, omne nullum erit, ad textum in capitulo vt noſtrum, vbi DD. de Appellat. Innoc. in capitulo cum M. numero decimo, de conſtit. capitulo licet, de officij delegati cap. quamuis, tertia, quæſt. ſexta. Maxime ſi in Romana Curia cauſa commiſſa fuerit, dicto capitulo licet, & Abbas in dicto capitulo cum noſtrum, in fin. Ratio affertur, quia iuriſdictio eſt
2 penes Papam, & Principem; tamquam fontem, a quo fluunt, & refluunt aquæ, ſicut flumina ad Mare, vnde quando cauſas cognoſcendas demandat, omnibus alijs imponit ſilentium, & adeo ligat manus, quod in ea amplius ſe ingerere ne-
3 queant, Commiſſionum natura eſt, deuoluere, concedere, mandare, vetare, ſeu auferre iuriſdictiones inferiores, ac os pronuncianti claudere, Bald. in titulo de allod. in cap. ad hoc, numero vndecimo verſiculo ex pręmiſſis. Innoc. in capitulo cum M. numero nono, de conſtit. Abbas in capitulo vt noſtrum nume-
4 ro primo, & ſecundo, de appell. Reſcriptum in facto conſiſtit, & ſiue iuſtum, ſiue, iniuſtum ſit, ex quo exit a ſuperiore, iuriſdictionem inferioris ſuſpendit, nec poteſt niſi per ſuperiorem reuocari, l. iudicium ſoluit, vbi Bart. num. ſecundo, ff. de iudic. & in hoc ſcias, quod legitima exceptio litis pendentis coram ſecundo impeditiua eſt, Lancell. de Attent. ſecunda parte, capitulo quarto, de attent. lit. pen. lim. ſecunda, numero quin-
5 quageſimoſexto, Sed Procuratores ad facilius commiſſiones obtinendas, multa in eis tacent, omittuntque, videlicet, quod cauſa in partibus pendeat, quod in iuriſdictione ſit conſenſum, ſeu lis inſtructa, tacendo etiam, quod adſit res iudicata, redduntque commiſſionem ſubreptitiam, non facta de præfatis, vel aliqua earum mentione, Caſſad. deciſione prima, de reſcrip. Achil. deciſione duodecima, numero ſecundo, de re iudica-
6 ta, & licet, ibi Acchil. dicat. Quod ſi in cauſa pendente in Curia adſit res iudicata, nulla de ea facta mentione, remittatur ad partes, tamen in Curia poterit exequi res iudicata, vt ibi numero quinto. Nihilominus cautus ſit talem in Curia petẽs exequutionem, ne interim in partibus contra ſe procedi ſinat, quia ſibi præiudi-
7 caret, vt ibi Achil. num. 6. obtenta Commiſſio-

miſſione tacitis præmiſſis, vel aliquibus
eorum, vti quotidie fieri aſſolet rema-
nebit nulla, & ſubreptitia ipſo iure, ac
inſufficiens ad auocandam cauſam, capi-
tulo finali, vbi Abbas numero octauo
& ſequen. vt lit. non conteſt. capitulo in-
ter monaſterium, de ſent. & re iudicata,
capitulo ex litteris, vbi Abbas numero
ſecundo, quinto, ſexto, ſeptimo, & deci-
mo quinto, de dolo, & cotumac. Felin.
in capitulo ſuper litteris, numero duo-
decimo, vbi Glo. de reſcript. Caſſador.
deciſione prima, & ſecunda, de reſcript.
8 Ratio eſt in promptu, quia reuocatio iu-
dicis eſt odioſa, & quando fit abſque cau
ſa, iudici Contumelia infertur, Caſſad.
deciſione ſecunda, numero ſexto, de ap-
pellat. & deciſione prima, per tot. de re-
ſcrip. Felinus in capitulo ad audientiam,
in decima fallen. eodem titulo, cuius di-
cta Rotam ſequutam fuiſſe teſtatur Caſ-
ſad. dicta deciſione prima, Iniquum au-
9 tem, & temerarium eſt, velle eorum iudi-
cium, & iuriſdictionẽ declinare, ad quos
cauſæ cognitio ſpectat, l. fin. ff. de iur. om.
10 iud. Et quamuis regulariter reſcriptum
non reddatur ſubreptitium, ſeu nullum
ipſo iure, ſed ope exceptionis, id ceſſat
ex ſupradicta ratione in Commiſſione
11 auocatoria, quę vitiatur ipſo iure. Caſ-
ſador. in dicta deciſione prima, numero
primo, Miliſ. in ſuo repert. in verbo re-
ſcriptum ad lites, ſi eſt obreptitium.
Sed præfati Doctores loquuntur de ſe-
cundo reſcripto, non faciente mẽtionem
12 de primo, vel alias ſubreptitio. At quan
do cauſa vigore talis ſecundi reſcripti pẽ
det coram ſecundo iudice, niſi excipia-
tur, tenet, & quando Doctores loquun-
tur, quod reſcriptum reddatur nullum
ope exceptionis; id non habet locum in
commiſſione auocatoria noſtra, alias eſ-
ſent contraria, & vt ad Concordiam re-
ducantur, ita concludendum verè venit,
13 vt per Caſſador. dicta deciſione prima,
numero ſecundo, ob id omnia, quæ Pa-
pæ, vel alterius Principis animum mo-
uere poſſunt ad reſcriptum, vel gratiam
concedendam, ſeu non, in Commiſſione
hac ſunt exprimenda; Baldus conſilio
centeſimodecimoſeptimo, numero ſecun-
do, volumine primo, capitulo poſtulaſti,
de reſcri. deciſ. Pedemont. vigeſimaſecun-
dā, numero ſeptimo, Quia ſi ommiſsis,
vel tacitis pręmiſsis, alia eſſent in Com-
miſſione inſerta, forſan Princeps non
conceſſiſſet, contra iuris communis di-
ſpoſitionem, & regulam, vbi cœptum
eſt iudicium, ibi finem accipere debet,
l. vbi cœptum, ff. de iudic. de qua regu-
la, vbi cœptum, multa congerit, Gabriel
in libro commun. opin. in titulo de iudi-
ce, concluſione prima, vti pariter erit
ponendum, ſi cauſa ſit in partibus ſim-
pliciter introducta, quando iam partes
14 per ſimplicem comparitionem, iudicis
perſonam approbarunt, ac in iuriſdi-
ctionem conſenſerunt à quo poſtea non
poſſunt recedere, vnde ſi adſit conſen-
15 ſus præſumptus erit pariter in Commiſ-
ſione narrandus, Felinus in capitulo cæ-
terum, numero ſecundo, verſiculo ob-
ſtat tertiò, de reſcript. Quod intellige,
& declara, quando diuerſo iudice reſcri-
beretur, & tunc, non tantum de primo
reſcripto, ſi adeſſet, ſed etiam de perſo-
na iudicis, & alijs ſubſtantialibus, ex-
preſſa mentio neceſſaria forent, vt per
Rota deciſione ſexta, de reſcriptis in
nou. Secus vero ſi eidem iudici, coram
quo cauſa pendet, reſcriptum dirigere-
tur, vt exempli gratia, ſi in prima Com-
miſſione aliquid ommiſſum ſit, vel acto-
ris intentio non bene expreſſa, ſeu alias
non eſſet neceſſe de ſtatu, & meritis cau-
ſæ, inexactam facere mentionem, deci-
ſione quarta incip. Quidam dedit obie-
ctum, de reſcript. in antiquis, & alijs mo
dis, relatis per Felinum in dicto capitulo
cæterum, à numero ſecundo, vſque ad
quartum.
16 Sed quid ſi commiſsiones diuerſæ
impetrentur ſub eiſdem die, & data,
vna ab actore, & alia à reo, quid face-
re iudices deberent? Ex text. in capitu-
lo ſane, vbi Bald. de offic. delegat. do-
nec Papa, vel Princeps conſulatur ſuper-
ſedendum dicunt, ne proceſſus intrige-
tur, obſcuritatem ante declarationem
pariens, niſi per prius, ibi poſterius ob-
ſcuritas ſaluetur, iuxta illud, diſtingue
tempora, & concordabis ſcripturas, l.
apud antiquos, C. de furt. Quod tamen
declara, vt ibi per Bald. niſi ex pro-
ceſſu ſoluatur perplexitas. Et in hoc
caſu. Clauſula, non obſtante prima,

Digitized by Google

17 commiſſione obtenta, ſufficiens erit. Fe
linus in capitulo ex litteris, numero 1.
de officio deleg. Ioan. Andr. & Hoſtien.
in capitulo audita columna ſecunda, de
dolo & contum. deciſio. vndecima, de
reſcriptis, in antiquis. At caueant Do-
mini Referendarij, ne ſub hoc inuolu-
chro verborum ſignent Commiſſiones,
derogando alijs commiſſionibus non ex
preſſis, ſed mãdent pręinſeriri alias Com
miſſiones, & partem citari, vt audiatur in
iuribus ſuis, ne illi inauditæ afferatur
præiudicium. Nam factum, quod eſt in
tenebris, vitioſum præſumitur, capitulo
conſuluitur, de offic. deleg. Bald. in rubr.
eodem tit. colum. 2. verſiculo item nota.
Tales enim clauſulę non ſunt in vſu, quia
nunquam relinquuntur, aut ſignantur
commiſſiones, niſi parte audita, ne ita
confuſum reddant negocium longum,
& turbidum, ſed regula præfata non ſem-
per procedit, quia ſecundum reſcriptum
tacito primo, valet in ſeptem caſibus,
relatis per Felin. in capitulo ex parte, a
numero quarto ad numerum decimum,
18 de reſcrip. vt ſi inſeratur in ſecundis lit-
teris, clauſula, ſi ſecus factum fuerit,
&c. primorum iudicum proceſſus nullos
reddit, Felinus in capitulo cæterum, nu
19 mero decimonono, eodem titulo, &
quando per ſecundas litteras primarum
reuocatio inducatur. vide Feli. ibi a nu-
mero decimoquarto, ad fin. Imol. nume-
ro ſeptimo, & in dicto capitulo ex parte,
num. quarto, vbi tractant, an ſit ipſo iure
nullum, & operetur ante præſentatio-
nem quo ad tertios, & in capitulo non-
nulli, Felinus nnmero decimoquarto,
eodem titulo, Quoque valebit, Commiſ-
20 ſio ſi in ſtatu, & terminis in quibus repe
ritur cauſa demãdatur, vel in quibus erat
coram primo Auditore, & pariter quan-
do alter Iudex ſubrogatur, licet particu
lariter de ſtatu cauſæ alia mentio non
fiat, quia ex relatione facta vigore Clau
ſulæ, ſtatum, & merita cauſę, poterit de
eo conſtare ex actis primi iudicis, Rota
deciſio. vigeſima, de reſcriptis in nou.
Butrius conſilio quadrageſimonono, nu
21 mero ſexto, l. ait prætor, ſi Iudex, ff. de
re iud. Et licet Gemin. in conſilio cente-
ſimouigeſimo, numero ſexto, teneat,
quod clauſula non obſtantibus operetur
de ſtilo, vt omnia, quæ neceſſario ex-
primenda erant, habeantur pro expreſ-
ſis, cum idem ſit ſcribere expreſſe & par
ticulariter, quam relatiue. Quod tamen
procedit, & loquitur in beneficialibus;
non autem in prophanis, vbi adeſt præ-
iudicium tertij, vt per Butr. dicto conſi-
lio quadrageſimonono, numero primo,
& ſequen. ca. ſuper litteris, de reſcrip. cap.
ſi motu proprio, vbi Glo. in verbo taceat,
22 eodem titulo in ſexto. Sed aliter vt res
intelligatur, iudicio meo diſtinguendũ
cenſerẽ. Nam, aut ſupradicta omiſſio, etiã
quod adſit dicta clauſula potens erat ad
retardandum animum Principis a conceſ
ſione gratiæ, ob omiſſionem ſubſtantia-
lium, & tunc commiſſio redditur nulla,
aut omiſſio non erat de ſubſtantialibus,
& tunc ſecus, Ratio eſt, quia in hoc prę
ſumitur ſimplicitas, non dolus, & ita di
cit textus in dicto capitulo ſuper litteris,
vbi Gloſſa in verbo litteras multa ponit,
Vnde, dum ſic omittitur, non inducitur
23 nullitas reſcripti, & Clauſulæ per ſim-
plicitatem omiſſæ, illę dicuntur, & intelli
guntur, quæ nihilominus ſi fuiſſent ex-
præſſæ, Princeps reſcriptum, ſiue gra-
tiam conceſſiſſet, quibus deficientibus
non vitiatur reſcriptum, Felinus in dicto
capitulo ſuper litteris, numero ſecundo,
Socinus conſilio ducenteſimoſeptuageſi
motertio, numero duodecimo, conſilio
centeſimo ſexageſimo quarto, numero
tertio, & conſilio centeſimoſexageſimo
nono, num. 3. volum. 2. Lap. alleg. 89.
24 Quales autem ſint huiuſmodi cauſæ,
quæ tacitè, ſeu expreſſe potuerint retar-
dare animum Principis à gratia conce-
denda, vel non, neque certe determina-
ri, neque ſuper ipſis firma dari regula po-
teſt, ſed arbitrio iudicis relinquendæ ve-
niunt. Felinus in dicto capitulo cæterum,
numero ſecundo, verſiculo & non poteſt
dari, Abbas in dicto capitulo ex litteris,
numero ſexto, verſiculo ego puto, quam-
uis ad diffugiendos tales circuitus, omnia
narrare ſufficienter laudabile foret. Com
25 miſſio, ſiue reſcriptum, tam ſi ſit primũ,
quam ſecundum, vel tertium, ante eius
præſentationem, nihil operatur, Felinus
in dicto capitulo cæterum, numero 21.
26 quia cum impetrans poteſtatem habeat
illud præſentandi, vel non, ſi eo vti ne-
quit,

quit,fauori ſuo renunciare valet, capitu-
lo cum contingat, de reſcript. ſed maxi-
mam in hoc particulari circa ſubreptio-
nem, & obreptionem reperiri differentiã
Iuris noſtri periti aſſerunt, inter reſcripta
27 iuſtitiæ,& gratiæ. Quia litteræ gratio-
ſæ, vt puta in negotijs beneficialibus, &
ſimilibus, ſi ſubreptitiæ ſunt, irritantur
28 ipſo iure. Litteræ autem iuſtitiæ, ſi ſub-
reptitiæ reperiantur, veniunt per ſenten
tiam, ſeu ope exceptionis irritandæ, de-
ciſione tertia, numero ſecundo, de offic.
delegat.in nou.Felinus in capitulo ad au
dientiam, numero decimo ſeptimo, & in
capitulo ad aures,numero ſeptimo de re-
ſcript. & in capitulo præterea, verſiculo
quartus eſt caſus,de dilat.Miliſ.in ſuo re
pertorio in verbo reſcriptum, §.34.inci-
piens reſcriptum ad lites,&c. quod decla
ra,& limita,vt ſupra dixi,in reſcripto auo
cationis cauſarum. Fraudum vero ſpe-
cies,quæ committuntur in litteris, ac il-
lorum poene, qui fraudolenter reſcripta
impetrant,recenſet Bald.in capitulo quia
nonnulli, de reſcript. Et quando valeat,
vel non reſcriptum, multos caſus connu-
merat Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis
Tuſcus in Pract. Concluſ. iur. in verbo
reſcriptum, concluſ. 219.per totum am-
pliando,& limitando.

29 Hoc autem te non lateat,quod donec,
& quoſque reſcriptum ſubreptitium dete
gatur,iuriſdictionem tribuit, Rota in an-
tiq. deciſione 65. de appell. incip. ſi ali-
quis iudex,&c. ſed fallit regula in multis
caſibus ſubtiliter ſuo more connumeratis
per Felinum in capitulo ad audientiam,
el ſecondo, à numero decimo octauo,vſ-
que ad vigeſimum ſecundum de reſcript.
vbi plura optime, eleganterque ponit,
quæ breuitatis cauſa relinquo, quia eue-
niente facto,ſi libuerit, ex te inibi videre
poteris, vti ſimiliter, quæ in reſcripto ad
lites ſint exprimenda,tradit in dicto capi
tulo ſuper litteris, à numero octauo vſ-
que ad numerum decimum octauum, &
ibi per decem regulas, cum ſuis fallentijs,
ampliationibus, & limitationibus multa
ponit, quas nemine alibi ita tactas fuiſſe
aſſerit. Et in beneficialibus,vide eundem
Felinum in capitulo ad aures,numero 2.
& ſequen.& in capitulo noſtra, numero
quarto, de reſcript.

30 Limita tamen, & declara in vno caſu
reſcriptum ſecundum de primo mentio-
nem non faciens,valere quando primum
erat ſubreptitium, quia ſi non habet re-
quiſita, ſecundumque, ſit bene conce-
ptum, & expeditum, ea mentione omiſ-
ſa,erit attendendum, & validum. Abbas
in capitulo oblatæ,numero octauo, de ap
pellat. Felinus in capitulo ex tenore, nu-
mero ſecundo,& tertio,vbi Decius num.
15.& 19.de reſcript.Roman.conſil.483.
numero 14. Neuiza.conſilio 36.numero
18.Curt.Iun.conſilio 126. ante numerũ
nonum, Menoch.de arbitr.iud.caſu 202
numero 81. Lancellot.de attent.parte
ſecunda,capitulo 14.de attent.lite pend.
ampliat.3.numero 652. Et iſto caſu ta-
lis ſecunda commiſſio non diceretur auo
catoria primæ, quia prima nulla eſt, &
nullam tribuit iuriſdictionem, vnde meri
to, vt ex ſupra allegatis colligitur,ſecun-
da ea tacita, valida erit cenſenda, quia,
31 & nulla,& ſubreptitia prima fuit.Quoti-
diana eſt illa quæſtio,dum clericus eſt vẽ
ditor,ſeu in iudicio nominatus ab empto
re ſeculari,& conuentus ſuper re empta,
puta,quando ſuſcitatur lis occaſione eui
ctionis,vel alias,habens in cauſa intereſ-
ſe, nominatur, ille ſui fori Eccleſiaſtici
priuilegio, frui intendens, Commiſſionẽ
porrigit, & à laico iudice cauſam auoca-
ri petit. Quæro ſi indiſtincte veniat com-
miſſio concedenda.

32 Circa quod, antequam hanc quęſtio-
nem aggrediamur te non lateat, Clericũ
forum ſortiri quando habeat beneficium
curatum in ea diœceſi, in qua beneficiũ
ſitum eſt, & ſi plura curata obtineat in
omnibus diœceſibus, vbi ſunt ſita. Fe-
lin. in capitulo dilectus el ſecondo in
principio de reſcrip. vbi pręmiſſa non
procedere ſubdit, ſi beneficium perſona-
lem non requirat reſidentiam, But. Abb.
& Doctores in capitulo ex ore de Priuil.
Glo. in capitulo primatus 7.diſtinct. vt-
que dubium aggrediar. Varios in hac
quęſtione iuris noſtri interpretes, fore rẽ
perio, negatiuam quæ ſequentes, pluri-
bus medijs, & rationibus illum tueri co-
33 nantur,& primo,Clericus,quando adeſt
tertij præiudicium,etiam ſi vellet,iudiciũ
in ſe ſuſcipere non poteſt,l. prima,vbi gl.
in verbo contra poſſidentem, C. vbi in

rem

Digitized by Google

rem act. neque forum declinare, vt ibi-
dem Baldus numero primo, & in l. em-
ptori, num. 1. C. de euict. Bart. in l. ven
ditor, in principio, ff. de iud. Io. Andr.
& Ant. de Butr. in capitulo cum frequen
ter, §. ſi quis ſuper, vt lit. non cont. Sed
ſic eſt, quod a iudice laico cauſam auocã
do, tertio laico præiudiciũ infertur, quia
ſua non intereſt coram iudicibus diuer-
ſis trahi, ac vexari, igitur ad eccleſiaſti-
cum forum cauſam trahere non valebit,
34 Idque ſuadeatur, nam quando Clericus
cauſæ vti neceſſarius defenſor accedit,
forum, in quo fuit primo loco conuentus
ſequitur, l. vẽditor, ff. de Iud. vbi Baldus,
& Caſtr. numero quarto, & in l. minor
35 in fin. princ. ff. de euict. rationem ibi præ-
fati afferunt quia, ſi ei fundus prætoria
cognitione oblatus eſt, æquum erit per
eundem prætorem reſtitui, Ideo dum
pro ſui intereſſe comparet, ibi iudicium
tractare cogitur, vt expreſſe tenuit Io.
de Imol. in l. non ſolum, §. vulgo, nu-
mero quarto, ff de euic. Ange. in dicta l.
venditor, ff. de Iudic. Ioan. And. in capi-
tulo quoniam frequenter, §. ſi ſuper, in
nouell. vt lit. non conteſt. Aufrer. ad Ca-
pell. Toloſan. deciſione trigeſimaſexta,
Ioan. Ricard. in addit. ad com. opin. Vil-
lalob. in verb. nominatus, numero deci-
moquarto, Capic. deciſione centeſima-
nonageſimaſeptima numero ſeptimo,
Socinus, conſilio nonageſimoprimo,
numero ſeptimo, volumine tertio, Et
ſic, cum iudicium ſit fundatum contra
emptorem ratione ſuæ poſſeſſionis con-
uentum, cauſam auocare non poterit,
quia melioris non debet eſſe conditio-
nis, neq; plus venditori licere, quam
emptori, Capic. deciſione centeſima-
nonageſimaſeptima, numero tertio,
Lanfranc. in trac. de arbit. quæſtione
quadrageſimaſeptima. Præterea regu-
lam habemus, quod vbi cæptum eſt iudi
cium, ibi finem accipere debet, l. vbi
cæptum, ff. de iudic. Afflict. deciſione
trigenteſima quinquageſimaquarta, nu-
mero quinto, l. nulla, C. de iudic. capi-
tulo primo, de ſequeſtr. poſſ. & fruct.
§. quoniam, authen. de teſt.
36 Ampliatur autem dicta l. vbi cœptum
quinque modis, cum duabus limitatio-
nibus. Primo in iuriſdictione volunta-
ria. Secundo in iuriſdictione delegata.
Tertio etiam inter Delegatum Papæ, &
Ordinarium. Quarto, non ſolum in cau-
ſa principali inchoata, ſed etiam in anne
xis, & connexis. Quinto extenditur etiã
ad cauſam coram arbitro inchoatam.

Limita primo, ſi reus fuerit contu-
max, quia tunc non poterit in eius fauo
rem contumaciã allegari. Secundo quan
do opponitur de litis pendentia coram
alio iudice. Nam quando iuriſdictioni
alterius fit præiudicium, ceſſat præiudi-
cium, l. vbi cœptum; Quod exemplifi-
cari poteſt in dominio feudi ſi coram
alio vaſſallus conueniatur, Decius in
capitulo ex tenore, numero decimo, &
vndecimo de reſcript. cum add.

Præterea limita l. præfata, vt finiri, vbi
cœptum fuit, debeat iudicium, ſi excipia-
tur, at ſi non excipiatur, valet proceſſus
ab vtroque iudice factus. Abb. in capi-
tulo cum M. numero 35. de reſcript.

37 Et an iudicium dicatur cœptum ante
litis conteſtationem, & ſuper hoc articu-
lo, vide relata per Anton. Gabriel in lib.
commun. opin. libro ſecundo, concluſio-
ne prima de iudic. & circa intellectum
præfatæ, l. vbi cœptum, quæ fallit in
multis caſibus, adeas Felin. in capitulo
ex tenore, numero decimoquinto, & ſe-
quenti, de reſcript. ad quem, ne ſua di-
cta referã, te remitto. Sed ſi inter laicos,
coram laico iudice iudicium cœptũ eſt,
ideo ibi cauſam tractare clericus coactus
erit, cum iudici eccleſiaſtico de cauſa in-
ter laicos pendente cognoſcere, de iure
non ſit permiſſum, capitulo cauſam, vbi
Abbas numero primo, qui fil. ſint legit.
niſi vel in defectum iuſtitiæ ſæcularis, vel
aliter ſe ſe conſuetudo haberet, aut indul
tum foret, capitulo licet ex ſuſcepto, de
38 foro competenti. Itaque ſi tanquam ter-
tius, venire ad cauſam clericus voluerit,
Clericali priuilegio vti non poterit,
Quod ex alio ſuadeatur, quia in medio
39 litis iuſſiones ſacræ non ſunt faciendæ; eſ
ſet autem ius parti quæſitũ tollere, quod
Princeps velle non præſumitur, Pariſius
conſilio 101. numero 25. volumine quar
to, latè. Partem autem affirmatiuam te-
nentes, pluribus medijs eam tueri nitun-
tur, & primo per regulam generalem,
40 quod coram iudice laico nullo modo cle-

ri-

ricus cauſam dicere queat;capitulo ſi di-
ligenti, vbi Abb. numero ſexto, & ſe-
quen. Innocent.num. 1. Felin. num. 17.
de foro competen. Abb. in capitulo Cle-
ricus, num. 1.& 7. de iudic.Gram. conſ.
ciuil. 52. num. 28. & voto 18. num. 7.
cap. nullus iudicium, 11.quęſtione 1.
41 Immo, nec defectum iuſtitiæ coram
laico ad cauſam trahi clericus poterit,
quia illo caſu ad proximiorem ſuperiorẽ
recurrere debet dico eccleſiaſticum in ne
gligentiam inferioris,nec inuitus,nec vo
42 lens ad laicum trahendus eſt,etiam quod
ſuus Epiſcopus conſentiat tam in ciuili,
quam in criminali cauſa, ſiue Epiſcopus
iuſtitiam faciat, vel non, Quamuis lai-
cos ad ſuum forum eccleſiaſticum tra-
hat, eo quia conueniens, ac rationabile
eſt, quod maior inferioris negligentiam
ſuppleat, & quia olim omnes cauſę tam
ſæculares, quam eccleſiaſticæ, ad Eccle-
ſiam deferebantur. Vnde ſi laicus reddat
ad ſuum primæuum forum, non videtur
eius conditio deterior, vt verbis vtar.
Imol. in capitulo qualiter,numero 34.de
43 iudic. & id verum eſt. Quia ab omni le-
ge humana, etiam ante iuris ciuilis æ-
ditionem,iure diuino exemptos eſſe, di-
xit. Gloſ.in capitulo quamquam,in ver-
bo diuino,de cẽſibus in ſexto, vbi in ver
bo ipſarum pari modo eorum bona im-
munia fore aſſerit. Doct. in capitulo ſi
Imperator,99.diſt. Rom.Sing.413.Doct.
in capitulo Eccleſia ſanctæ Mariæ, de
Conſtit. Quæ exemptio multis in locis
probatur, maxime in capitulo et ſi cleri-
ci, & in capitulo clerici, & in capitulo
qualiter, de iudic. cap. 2.& capitulo ſi di
ligenti, de foro competen. cap. at ſi cle-
ricus,in princ. de iudic. Couar. loco cit.
quæſt. 35. num. 2. Decius conſilio 241.
44 Vnde Conſtantinus Imperator, quærelis
porrectis coram ipſo contra nonnullos
Clericos, eos à nemine iudicari poſſe re-
ſpondit, quia ad ſolius Dei iudicium re-
ſeruantur, vt pulchre refert text. in cap.
continua, §.item Conſtantinus, 11. q.1.
ſubdens in capitulo futuram, 12. quęſt.
1. Dij enim vocati eſtis, ideo non pote-
ſtis ab homine iudicari, merito ipſum
45 percutiens eſt excommunicatus,ſed fallit
in ſeptem caſibus, relatis per Innocent.
in capitulo non dubium, num. 1. de ſent.
46 excommun.Quod vltra illos ſeptem ca-
ſus,non habet locum in his caſibus, in
47 quibus coram iudice laico conueniri va
lent, vt in cauſa feudali, Guido Pap.de-
ciſione 139. & id in tantum verum eſt,
quod ſi laicus trahat clericum ad iudiciũ
coram iudice laico, vigore Milleuiten-
ſis, ac etiam Carthaginenſis Concilij,
cauſam perdit, & in conſequens omnia
ibi geſta ſunt nulla. Abb.in dicto capitu-
lo ſi diligenti, num.1. Immo in foro fori,
Gram. vot.18. dat cautelam, licet eam
non tutam in foro poli clamet,quod Cle
48 ricus coram laico conuentus, patiatur,
cauſam inſtrui,&quod proceſſus,vel acta
ordinentur, deinde Clericum ſe dicat, &
probet, ſicque omnia vti coram incom-
petente geſta, erunt nulla, nam prius id
facere non debet, ne ipſum conueniendi
aduerſario viam, alias coram ſuo compe
tenti iudice, quam citius aperiat, & vt
ibi ſubſequitur,reperta nullitate actorum
facilior erit inter ipſos concordia.
49 Sed Clericorum cauſæ, per laicorum
conſtitutiones finiri non debent, etiam
in fauorem eccleſiæ, etiam quod ſint iu-
dices eccleſiaſtici reputati,tamquam lai-
ci, Bald. in capitulo eccleſia S.Mariæ,in
princip.de conſtit.& quod debeat trahen
do clericũ laicus coram eccleſiaſtico cau
ſam perdere, dicit etiam Imol.in capitu-
lo ſi diligenti,numero 4. de foro compe-
ten. Immo etiam excommunicari, Sub-
dendo numero 5. Si litiget ſponte Cleri-
cus coram laico, debet (ſi ciuilis cauſam
ſit)illam perdere,ſi criminalis,deponi ab
officio. Ratio eſt,quia non ſolum inuiti,
ſed voluntarij illi foro nequeunt ſe ſubij-
ci,eo quia, cum ſit beneficium conceſ-
ſum pluribus, tanquam collegio, renun-
ciari priuilegio non poteſt.
Licet in foro conſcientiæ, ſi Clericus
coram laico iudice ſe trahi permittat (vt
dixi) refectione expenſarum non ſit im-
munis,capitulo exceptionem, de except.
Bellam,deciſione 226. Præcipuè ſi vſque
ad ſententiam cauſam diſcuti patiatur,
ſiue vſque ad exequutionem, non decli-
nando forum,vel ſe Clericum denuncian
do,vt ibi Bellam. Ratio eſt,quia exceptio
fori declinatoria, reddens ab initio iudi-
cium nullum, facit, quod neque iuriſdi-
ctio, neque iudicium prorogari poſſint,
neque

Digitized by Google

50 neque prorogata cenſeãtur, vnde, & poſt
ſententiam opponi, & oppoſita retarda-
re valent exequutionem, Felin. in cap.
exceptionem, num. 28. vbi Imol. Ant. &
Abb. de except. tex. eſt in cap. ad petitio-
nem, de accuſ. Dato pariter, quod coram
laico iudice conſenſum ſit; priuilegium
51 autem fori emanauit à iure diuino, & à
Deo, iuxta illud. Nolite tangere Chriſtos
meos. Ideo difficilius ammittitur priui-
legium fori, vt bene Socin. conſil. 12. nu.
20. volum. 1. ſed expenſatum quando cle
ricus non opponit de clericatu, taxatio
fieri debet per iudicem eccleſiaſticum,
neque eſt facienda abſque cauſæ cogni-
tione.

52 Secus autem ſi ſcienter vt Clericus laî
cum coram iudice laico conueniat, &
an, & quando re euicta emptori venditor
ad expenſas teneatur, late tradit Paul. de
Caſtr. in l. qui abſentem, num. 5. & ſex-
to, vbi Bal. & Ang. ff. de procur. & Bar.
in l. ſolutionem, per tot. vbi Caſtr. ff. de
53 ſolut. ibi rationem afferunt, quare nota-
rij in inſtrumentis apponant clauſulam
promittens defendere, desbrigare, ac
omnem litem in ſe ſuſcipere, & idem
Aret. in §. actionum, numero vigeſimo
tertio, Inſtit. de actio. Secundo facit pro
hac parte, ꝙ priuilegiũ iſtud generaliter
54 ordini Clericali conceſſum fuit, vnde
renunciare illi clericus minime poteſt, ad
hoc, vt coram iudice laico conueniatur,
Alex. conſilio octauo, numero primo, &
per tot. vol. primo, Rolan. a Vall. conſ.
quarto, a numero nono, vſque ad 15.
volum. primo, Gram. d. vot. 18. nu. duo
decimo, Alber. in tertia, par. ſtat. q. 42.
Calcan. conſ. 108. colum.

55 Immo quomodolibet geſta coram lai
co etiam ſi clericus ſit, ſed tanquam lai-
cus, Papa reuocat in dicto capitulo Eccle
ſia S. Mariæ, vbi Bald. & Doctores de
56 Conſtit. Sed ſuper rebus temporalibus,
etiam conſentiente Epiſcopo Clerici non
poſſunt ſæcularem adire iudicem, dict. c.
ſi diligenti, de foro competen. Innocent.
in cap. contingit, de arbitr. cap. præſenti,
de reſcript. & quamuis Archid. alias te-
nuerit de conſenſu clerici laico cauſam
Epiſcopum committere cauſam mere ci-
uilem poſſe; Tamen in cap. plures 16. q. 1.
contrarium tenet, firmando ſolum, de cõ
promiſſo lite conteſtata, ſed bene Epiſcò-
po laicus aſſeſſor eſſe poteſt, vt ibi Archi
dia. in verſ. ſed nunquid, nam generaliter
prohibitum reperitur, quod laicus, nec
etiam incidenter cognoſcat de cauſis ec-
cleſiaſticis, cap. decernimus, de iud. etiã
conſentientibus prælatis, vt per Archid.
in d. c. bene aſſecuta, ver. in ea, gl. ob illi.

Neq; valet Epiſcopus licentiam conce
dere, quod in iudicem laicum clericus cõ
ſentiat, Rolan. vbi ſupra, nnm. 10. Decius
conſ. 50. col. 2. Moder. in trac. de proteſt.
57 ſecul. in reg. in princip. Eſtque iſtud priui
legium clericale de iure diuino, Abb. in
capitulo ſolitæ, in ſexto, not. de maior.
& obed. Innoc. in capitulo cum olim,
propter numero ſeptimo, de priuil. capi
tulo ſi diligenti, vbi Felin. num. 17. de
foro comp. l. ab adminiſtratione, vbi
Alex. numero ſeptuageſimoprimo, ff. de
officio deleg. ideo tolli ab eo ob id ne-
quit, ſed dato quod ſuam perſonam ſpe-
cialiter priuilegium tangat, nihilominus
illi renunciare clericus non valebit, vt
dixit Corn. in conſilio 214. num. vnde-
58 cimo, volumine ſecundo. Rationem af-
ferẽs, Quia Clericalis decorum læditur,
Rota deciſione decima, num. 4. de. con-
ſuet. in antiq. Innocentius in capitulo ſi
quis, numero primo, de maiorit. & obed.
§. ſi quis contra Autent. de ſanct. Epiſc. &
quicquid contra legem fit, irritum eſt, l.
pacta quæ contra, de pact.

Immo Epiſcopi, & alij Ordinarij in tã-
tum tenentur iſtud priuilegium relinque
re, & conſeruare Deo rationem reddituri
ſtrictiſſimam; ſicq. cenſuris adhibitis, &
fulminatis, à laico clericum repetere Iul.
Clar. in pract. crimin. §. finali, quæſtione
36. verſ. debet autem, cum adductis.
59 Vnde priuilegio publicam vtilitatem tã-
genti, etiam ſi de priuata agatur, renun
ciari non poterit, Abbas in capitulo ſi
diligenti, numero ſeptimo, de for. com-
pet. Oldrad. conſilio 83. num. 1. & ſecun-
do, ideo ſequitur, quod neque Clericus
voluntariæ laicorum iuriſdictionem ſubi
rẽ; neque ex ſe talem iuriſdictionem in
Clericos, laicus iudex capere valeat,
capitulo Clericum, cum duob. capitulis
ſequen. 11. q. 1. Quia adſunt duæ Iuriſdi-
ctiones, cap. auctoritate 15. q. 6. & vni
præſidendo, alteram occupare non debet;
nec

nec Eccleſiaſticam laicus ſibi appropria-
re, ne promiſcuis actibus rerum officia
turbentur, cum indecorum ſit, quod
vnum membrum alterius officio funga-
tur, cap. 1. 89. diſt. Ideo ratione perſonæ,
de qua agitur, vnuſquiſque ſuum ſortia-
tur forum, Iuri conſonum eſt, capitulo
ſanè de foro competenti, l. quod legatur,
61 ff. de iud. Imo inferiores a Papa, Clerico-
rum cauſas, laici demandare non vale-
bunt, dicto capitulo Clericum, vbi Gloſ.
in verbo præſumatur, & idem ſub mul-
tis pœnis habetur, in Aut. Statuimus, C.
de Epiſc. & Cler. Rolan. a val. dict. conſil.
4. num. 14. Neque pariter præfati inferio-
62 res a Papa Clerici cauſam laico, vna cum
Clerico committere poterunt, Abb. in
dicto capitulo ſignificantibus, columnn. 8.
Dec. in cap. decernimus, num. 7. & ſe-
quen. de iudic. quæſtionem diſputans,
Barbat. conſ. 45. colum. 5. in fin. vol. 2.
63 Quod augeatur ratione, quia maius di-
gnum minus dignum ad ſe trahit, c. quod
in dubijs, vbi Gloſ. in verb. quam priuatis
de Conſecr. Eccleſ. vel Altar. Bal. in l. 1.
primo not. C. com. de legat. l. quæritur, ff.
de ſtat. hom. Bar. in d. l. 1. §. ſi quis in appel
latione, columna finali, de appellation.
Iaſon. in l. imperium, numero tertio,
cum lat. add. ff. de iuriſdictio. omn. iudic.
Soccin. conſilio 17. num. 12. volumin. 1.
64 Vnde per conſequens, ſi clericus in alia
parte intereſſe habebit, Seu ſi cum mul-
tis laicis ſit litis conſors, omnes in hoc
ex præfata regula, ſicut clerici erunt cen-
ſendi, quia Clericus tamquam dignior,
alios ad ſe trahit, Abb. in capitulo 1. num.
nono, de loca. Bartol. in l. ſin. columna
tertia, ff. de collation. Imola in capitulo
ex litteris, numero quarto, de conſtitut.
Iaſ. in dicta lege imperium, numero ter-
tio, verſic. quinto facit, & verſic. ſexto
facit, Alex. in l. præcipimus, §. eo obſer
uamus, ff. de appel. Mattelil. not. 114. Ita
que, de præmiſſis ſtante Clerici intereſſe,
65 Eccleſiaſticus iudex cōpetens erit, quam
uis iſtæc incompetentiæ iudicis exceptio,
ſemper tam ante, quam poſt ſententiam
opponi valeat, Bald. conſilio 369. nu-
mero primo, & ſecundo volumine tertio,
Gram. voto 17. num. 29. Couar. pract.
qq. cap. 33. num. ſecundo, Dec. conſ. 241.
in princip. & per tot. numero quarto, aſſe
rens, neque ad expenſas clericum teneri,
66 Si tanquam clericus coram laico conue-
niatur & taceat poſt ſententiam, quia do-
lus, cum dolo compenſatur, Caſſan. ſu-
67 per conſuet. Burgund. rub. prima, §. quin
to, Quæ exceptio declinatoria fori ab ini
tio nullum iudicium reddit, ex iuriſdictio
nis defectu, quæ prorogari nequit, neque
prorogata vnquam cenſetur, ac ſufficit
ad executionem impediendam, modo,
& forma in commiſſioneq; ſanatoria nul-
litatum, quando de iuriſdictionis defe-
ctu tractaui, quamuis appellare permiſ-
ſum non eſſet, ac tres conformes ſenten-
tiæ forent, Felin. in cap. exceptionem, nu-
mero decimooctauo, vbi Abb. & Imol. de
except. Couar. pract. quæſt. cap. 25. num.
4. Alexander conſil. 77. num. 8. volum. 2.
Marſil. ſing. 10. Gomeſ. in compen. vtri.
Sign. num. 75. dato, quod fori declinato-
riam clericus non obijciat. Socin. conſil.
12. colum. 7. volum. 1. de quo late Natt.
conſil. 495. num. 12. ad fin. Quare, & lai-
ci iudicis, & Eccleſiaſtici diſtinctas iuriſdi
ctiones, & partes remanere, clare appa-
rebit, & quamuis clericus ſolus ad defen-
68 dendum ex forma inſtrumenti veniat,
ſeu ad aſſiſtendum cauſæ, tamen quod
neque in ſe iudicium ſuſcipere teneatur,
volunt, ſed ſi ex dicto inſtrumento ad id
ſit obligatus, totam aſſumere litem ſuam
erit, neque tunc auocationem petere poſ
ſe aſſerunt, quando voluntarie non no-
minatus ad defendendum clericus acce-
dit, & hanc ſententiam, ſequitur Abb. in
capitulo quoniam frequenter, vt lite non
conteſtat. Et Ang. in l. non ſolum, §. quod
vulgo, ff. de vſufruct. Aretin. in §. actio-
num, numero 19. inſtit. de actio. qui con-
trarium in praxi ſeruari teſtantur, ſuffulti
auctoritate, Pet. de Anchar. in cap. cau-
ſam quæ, colum. 2. verſ. 17. de regul. iur.
in ſexto, & in capitulo primo de Cleric.
coniug. eodem libro. Validas pro vtra-
que parte fore, & Doctorum ſententias,
iura, & rationes ex narratis, & alijs, quæ
dici poſſunt. videmus, & vtramque opi-
nionem ſecundum facti contingentiam
69 veram fore clarum eſt; Qua varietate
ſtante, quæ multoties cauſarum expedi-
70 tioni dilationem præbet, illæ qui magis
vnæ, quam alteri inhæret ſententiæ, non
reprehenditur, nam omnes ex facultate à
iure

Digitized by Google

iure interpretandi, Doctoris attributa, ſunt probabiles, ob id ſecundum Anchar. in Clem. ne Romani, numero primo, & tertio de elect. in his dubietatibus Papam adire optimum dicit. Sed pro faciliori intelligentia, & reſolutione ita diſtin-
17 guendum cenſeo, Aut ab initio cauſæ, & ante inchoatum, ſeu fundatum iudicium, contra emptorem, fuit Clerico intimata, ſeu iudicium denunciatum, & in principio litis obiecta fori declinatoria, quæ de iure tunc opponenda eſt, Ioan. de Imol. in l. quidam, conſulebant, num. 17. ff. de re iudic. Tuncque vti dignior, cauſam auocare ad Eccleſiaſticum Iudicem poterit, l. fin. C. de except. Nam ſtante tali exceptione declinatoria (vt dixi) coram Iudice laico, ipſum incompetentem reddit, Ang. conſil. 340. numero tertio, & conſil. 200. num. 2. Immo in alijs etiam cauſis ipſum clericum tangentibus directè, ſemper deduci præfatæ declinatoriæ
72 obiectio, (vt dixi) poterit in ſupra citato loco, & inconſequens erit munus iudicis laici, conſtito de clericatu, ſtatim ab vlteriori ceſſare proceſſu, & ad Eccleſiaſticum cauſam remittere omnino, Alex. conſ. 149. numero quinto, vol. 6. Bald. in l. ſi qua per calumniam, num. 2. C. de epiſ. & cler. & in l. 3. in fi. ff. de re iud. alias (vt dixi) perperam facit, nullumq. proceſſum reddit, Alex. dicto conſ. 149. num. 13. Ang. conſ. 200. num. 3. Roland. a val. conſil. 4. num. 5. vol. 1. Felin. in capitulo cum ordinem colum. 10. de reſcript. Specul. in tit. de cit. § 1. verſic. Sed pone. Et in hoc, ſi in foro laicali vellet clericus emptorem defendere, non eſſet audiendus, quia tunc non aſſiſtit defenſioni iuris alterius, cum non ſit cæptum iudicium, ob id dum principaliter ad ſuum ius defendendum venit, coram ſuo Eccleſiaſtico iudice cauſa tractanda erit. Corn. conſil. 79. num. 13. 14. & ſeq. vol. 4. Tunc autem ceſſat diſpoſitio, d. l. vbi cæptum. Ratio eſt, id quia Clericus ex perſonali priuilegio facere poteſt, vt eleg. per Anchar. in cap. ea, quæſt. 17. de reg. iur. Bart. & Doct. in l. venditor, ff. de iudic. Aut clericus eſt neceſſarius defenſor, & fori declinatoriam non oppoſuit, ſeu ſibi ab emptore lis non fuit intimata, immo proceſſit emptor litem conteſtando, vel clericus ſciuit, & litem inſtitui paſſus fuit, ad inſtar ſcholaris, qui ſi conuentus declinatoriam non opponit, perdit priuilegium fori, glo. in l. 2. in verbo conſenſus, ff. de iudic. quod priuilegium ſcholaris
73 durat, ipſo ſtudiis operam dante, & conceſſum eſt illis, qui ſtudiis incumbunt, ſecus in mutatione perſonæ, & ſtatus, quæ eſt immediata cauſa priuilegii, quia tunc mutatur, & extinguitur, vt per Tiraquel. cum late cong. de cauſ. ceſſ. parte prima, num. 206. & ſeq. & eo caſu per clericum nullo modo iudicium cæptum coram Iudice laico, ad Eccleſiaſticum reduci poterit, vnde commiſſio auocatoria in caſibus ſupranarratis erit deneganda, Corn. conſ. 79. num. 12. verſic. His tamen non obſtantibus, volum. 4. cap. fin. vt lit. penden. decíſ. 5. de for. comp. in antiq. & in terminis Socin. conſil. 91. num 11. & per tot. volum. 3. Canon. in capitulo quoniam frequenter, §. ſi ſuper, vt lit. non conteſt.
74 Suntq. in hoc particulari Canoniſte, ac Iuris ciuilis interpetres, vt teſtatur Socii in alleg. conſil. 91. num. 14. contrarii, aliquantulum, Boer. late multos allegans in deciſione 69. num. 27. & 28. Gram. deciſione 21. a num. 2. vſque ad nu. 10. Capic. deciſ. 197. num. 7. Et licet ſit perſona Eccleſiaſtica venditrix, tamen forum ſeculare, tunc declinare non poteſt, ſed emptorem in laicali foro tueri tenetur, quia tertii; & ſic laici conditio, ex perſona clerici ad cauſam venientis, & collitigantis deterior fieri non debet, l. 3. §. defendi, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l. Sed hoc §. defendere, l. ſi minor, §. fin. de procurat.
75 Itaque, cum in iſtis terminis ius clerici ad cauſam contra alium motam venientis, quo ad iudicii proſequutionem reguletur ſecundum ius principalis litigantis, & in eo, quo principalis ipſe excluditur, erit etiam iſte Clericus acceſſorius excluſus, capitulo fin. vt lite penden. in ſexto. Durum quippe eſſet à laico Iudice ad Eccleſiaſticum cauſam auocare, quando, (vt præmiſimus) coram laico Iudice eſſet cœpta. Fulg. in dicta l. venditor, num. 2. ff. de iud. Corn. ſupra alleg. conſil. num. 13. Et quando coram iudice laico tracta-
76 bitur cauſa, clericus laicorum ſtatutis, quo ad ordinationem iudicii, in procedendo ligabitur, Bart. & Doct. in l. cunctos

ctos populos, C. de ſum. Trin. & fide
Cathol. Glo. & Doct. in cap. quod Cleri-
cis, de for. comp. Corn. conſ. 114. n. 3. vol.
2. Immo nõ ſolum in ordinatorijs, ſed in
deciſorijs etiã, vt ibi Corn. nu. 4. multos
pro hac parte allegans. Hancque magis
eſſe communẽ ſententiam aſſerens, quã-
77 uis alias Clerici laicorum conſuetudine
nullatenus ligentur, Guido Pap. dec. 69.
78 Cap. Thol. deciſ. 2. Et quando cauſa Ec-
cleſiaſtica coram laico terminari contin-
gat, ſecundum canones, non ſecundum
leges ciuiles in terris eccleſiæ terminan-
da venit, ſecus in terris imperij, Imol. in
capitulo relatum, num. 2. de teſtamen.
Licet Felin. in cap. ſignificaſti, num. 6. de
for. comp. teneat ſolum in ordinatorijs,
non in deciſorijs. Ideo ſi perſona defen-
ſoris, iudicium mutare non poterit, Bal.
& Fulg. in l. 1. C. vbi in rem act. Fulgoſ.
in dicta l. venditor, num. 3. Et venditor
emptorem, tueatur non ſuſcipiendo in ſe
iudicium, ſed ei aſſiſtendo, & cauſam in-
ſtruendo, ſi clericus iſto caſu commiſſio-
79 nem porrigat, erit deneganda. Sed ſi lai-
co clericus ſuccederet, tunc coram iudi-
ce Eccleſiaſtico conueniendus erit, Dec.
conſil. 700. num. 6. Bart. in l. hæres ab-
ſens, in princip. ff. de iud. Bal. in l. 2. C. vt
in poſſ. legat. Rota deciſione quinta, in
antiq. de foro competen. Quod declara,
vt per Bart. & Paul. de Caſtr. in dicta l.
hæres abſens, ff. de iudic. pro quo vide
Couarr. practic. quæſtionum cap. 8. om-
nino, à numero ſecundo vſque ad nume-
80 rum quintum diſtinguente. At quando
laicus bona negaret ad Eccleſiam perti-
nere, tunc coram iudice laico cauſa ve-
nit tractanda, Felin. in capitulo ſi Cleri-
cus laicum, num. 4. de foro competen.
Et ratio eſt, quia cum laicus ſit reus,
eius forum ſequi debet, & è conuerſo, ſi
ipſe contra laicos agit, ſtatutis laicorum
vti non prohibetur, glo. in cap. nouit, in
verbo quicumque, de iud. Pariſius con-
ſil. 40. num. 20. volum. tertio. Tiraquell.
de retract. lignar. §. 1. glo. 80. nu. 37. Put.
deciſione 99. num. 2. & ſequen. parte ſe-
81 cunda. Regula vero, quod maius di-
gnum ad ſe minus dignum trahat, habet
locum quando clericus, & laicus inſimul
ſuper vna, & eadem re indiuidua, & com-
muni conueniuntur, vt optimè per Bart.
in l. præcipimus, §. obſeruandum, num. 2.
C. de appellat. Felin. in cap. 1. num. 6. ver-
ſic. & dixit D. Antonius, de præſcript.
Aret. conſil. 25. num. 3. verſic. circa ſe-
cundum. Quod procedit etiam ſi laici
clericis plures forent, quamuis Abb. in
capitulo primo, numero duodecimo, de
locat. & conduct. ſecus tenere videatur,
ſed in alio propoſito, & in materia pœ-
nali, firmans ibi requiri ad hoc, vt col-
legium dicatur clericorum, vel laicorum,
quod maior pars attendatur. Sed con-
tra Abb. tenent Socin. conſil. 12. num. 17.
volum. 1. Maran. de ordin. iud. 4. par. di-
ſtinctio 11. in verbo ſæculare, vel Eccle-
ſiaſticum, num. 21. Barb. conſil. 41. vo-
82 lum. 2. Quamuis laici ratione admini-
ſtrationis rei eccleſiaſticæ, quam faciunt
conueniri poſſint coram iudice Eccleſia-
ſtico, Imol. in cap. nullus, num. 4. de for.
competen. eo quia ratione rei, de qua agi
tur, forum quis ſortitur cap. ſane Epiſco
pi, eodem titulo, & melius Imol. diſtin-
guendo in cap. ſi clericus laicum num. 2.
83 eodem titulo. Et ideo, ſi clericus, & lai-
cus in ſimul ratione debiti conuenian-
tur coram iudice Eccleſiaſtico conueni-
ri debent, cap. Quod in dubijs, de conſe-
cra. Eccleſ. Bar. in l. præcipimus, §. eodem
obſeruando, num. 2. C. de appell. Roman.
conſil. 265. num. 2. Staphil. de lit. iuſt.
cap. dicendum eſt, num. 2. Sed tutius erit
in hoc, quod, qui ſit reus attẽdatur, vt fo
rus præualeat, Put. deciſione 15. num. 6.
84 & 7. parte ſecunda. Neque clericus, etiã
ſi velit, poteſt prorogare iuriſdictionem
præter Eccleſiaſticam, capitulo ſi quis cle
ricus, vbi Socin. nu. 2. & 3. de foro com
peten. idemque cauetur in Concil. Trid.
85 in cap. cauſæ omnes ſeſſ. 24. Immo, ſi iu
dex laicus procederet ad ſequeſtratio-
nem bonorum clerici, vt penitus incom-
petens ſpoliaret. Et Clericus eſſet reſti-
tuendus, vt latè Decius in conſilio 125.
numero ſecundo, & tertio. Pariſius con-
ſil. 45. numero 11. & 65. volum. primo.
Decius in rubr. de appellat. num. 13. Fel.
in capitulo primo, num. 6. de præſcript.
Butr. in cap. qui Clerici, de for. competẽ.
tex. eſt vbi Abb. in cap. conſtitutus, de re
ſtitut. in integrum.

86 Quod tamen declara non procedere,
quando aliqua communitas, in qua mul
ti ſolent eſſe clerici, inhęrens eis, ex cle-
87 ricorum priuilegio id peteret, nam eo
uti non poterit. Quia cum Vniuerſitas
ſit corpus fictum, & imaginarium, l. pro-
ponebat, ff. de iudic. capitulo Romani;
§. vniuerſitatem, de ſentent. excommu-
nic. conueniendo vniuerſitatem, non
conuenientur ſinguli de vniuerſitate, l.
ſed, & ſi hac, §. qui manumittit, ff. de in
ius vocando, Socinus in capitulo primo
n. 14. qui hoc dubium declarat, de foro
competen. Et in præſenti quæſtione pote
runt procedere relata per Abbat. in capi
tulo primo, numero ſecundo, de locat. &
88 cond. quod maior pars attendatur. Sed
ſi agatur de clerico infeudato à laico, po-
teſt in cauſa feudi coram Domino feudi,
quamuis laico, conueniri, de quo eſt
text. in capitulo verum, ubi Imol. num.
2. & Hoſtien. de foro competen. Quod
ſolum reſtringe, dummodo de feudo aga
tur, non alias, ſed talis Dominus feudi
non poterit, neque directe, neque indi-
recte, quando agitur de crimine clerici,
ſe intromittere, etiam ſi ciuiliter tracta-
retur, vt per Imol. loco citato, num. 6.
89 Sed an laicus delinquens, ſi clerica-
tum aſſumat, à laici iuriſdictione libera-
tus cenſeatur? Et quamuis iſta quæſtio
inter noſtri iuris interpretes ualde con-
trouerſa ſit, Tamen affirmatiuæ inhæ-
rent ſententiæ, quando abſque fraude aſ-
ſumitur ordo, ſecus ſi dolo, & fraude, ut
ſecularem euitaret iudicem id fecerit, Ol-
drad. conſilio 4. Marſil. ſingul. 534. de
quo late multa congerit, Plac. Epit. De-
lict. libro primo capitulo 35. per totum
cum adduct. Hinc Archid. in c. nemo 11.
quæſtione prima, eadem utitur diſtinctio
ne, an in fraudem, an bona fide, ſed quan
90 do an bona fide, uel in fraudem dubite-
tur clericus factus ſit, detegitur, quando
tunc erat accuſatus, uel in crimine de-
pręhenſus, nam fraus tunc præſumitur;
ſecus ſi nec accuſatus, nec in crimine de-
pręhenſus, quia tunc fraus ceſſat, ſubdens
ibi, Tutius eſſe iudici ſæculari ab exequu
tione abſtinere, niſi corporalis pœna fo-
ret infligenda, & hoc propter ordinem
impreſſum, & uel ciuilis, uel criminalis

cauſa fuerit primus iudex procedat, & il-
lam finiat, ſed exequutioni per Eccle-
ſiaſticum demandabitur, vt ibi Archid.
91 Epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa
ſuæ Eccleſiæ, Bart. Bald. & Doctores in
l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. capitulo ſi quis
erga, 2. quæſt. 7. vbi glo. in verbo pri-
uetur, Alciat. conſil. 161. num. 17. Ho-
ſtien. in ſum. de re iudic. §. ſi quis debet,
92 verſic. ne auocetur cauſa à Curia. Si li-
bri, & cætera iura de partibus aſportari
offeruntur, ex quibus rationes redden-
dæ ſunt ab illo, qui in Curia cauſam co-
gnoſci petit, & ſumptibus petentis, ſe-
cundum doctrinam Pauli de Caſtro in
l. prætor, §. ſed & hoc, num. 2. C. de
edend. Cuius dicta intelligenda ſunt,
quando reus in loco domicilij conueni-
tur, & eo caſu, libri rationum ſuis ſum-
ptibus ſunt tranſportandi, ſecus vero ſi
domicilium non haberet, vt per Socin.
conſil. 149. numero quarto, volum. 1. Et
licet iuxta titulū, vbi de ratioc. agi opor.
in partibus cauſa ſit reuidenda ordina-
riè, tamen eo temperamento Signatu-
ra vtitur aliquando.
93 Sed ad effectum exhibitionis ſcriptu-
rarum, plene illarum qualitas probanda
venit, quamuis ad effectum obtinendi
in iudicio ad exhibendum, ſat ſit peten-
ti exhibitionem ſummariè de intereſſe
docere, l. 1. §. ſciendum, ff. ad exhib.
& concludenter exiſtentiam inſtrumen-
torum penes illum, à quo exhibitio pe-
titur probanda venit, dicta l. 3. in prin-
cip. & Gloſſ. in dicto §. ſciendum, in ver-
bo ſummatim. Rota nuper in vna Exina
bonorum coram Illuſtriſſimo Domino Vide hãc
Cardinali Seraphino, Veneris 29. Octo- dec. in f.
bris 1594. Subdens in dicta deciſione, cap.
quod ſi agatur contra heredes ſufficeret
94 allegare illos non habere, Et an reus ab
actore editionem petere poſſit, videas Fe
lin. in cap. ex epiſtolæ, num. 15. de pro-
95 bat. Præterea vulgaris eſt regula, quod
ratio ſemel reddita, amplius reddi non
debet l. ſemel, C. de Apoc. publ. lib. 10.
Io. Monac. Archid. Ioan. And. & alij in
cap. 1. de cleric. egrot. in 6. Lap. in Cle-
men. quia contingit, de regul. Socin.
conſilio 42. num. 1. volum. 4. Pariſ. conſ.
89. num. 1. volum. 1. Rol. à Val. conſ. 49.
num.

num. 39. volum. 1. præcipue ſi liberatio
96 per inſtrumentum facta fuerit, l. ſi qui-
dem, C. de tranſact. Patiſius, & Roland.
vbi ſupra. Menoch. de arbitr. iudic. caſ.
97 209. ſub num. 33. Quæ non procedunt
quando conſtat de dolo, quo caſu non
obſtante quauis liberatione, quibusuis
concepta verbis, denuo ratio reddenda
98 venit, etiam ſi adſit iuramentum, cum in
omni liberatione dolus exceptus ſemper
cenſeatur, l. quidam decedens, ff. de
admin. tut. l. cum tale, §. fieri. ff. de cond.
& demonſt. Anchar. conſil. 330. Iaſ. conſ.
219. num. 2. volum. 2. Socin. conſil. 159.
num. 13. & conſil. 190. per tot. volum. 2.
Decius conſil. 18. colum. finali. Pariſ. dict.
conſil. 89. num. 40. Roland. dicto conſil.
99 49. num. 57. Qui dolus non præſumitur,
l. merito, ff. pro ſoc. ſed per allegantem
venit probandum in ſpecie, & conclu-
denter, l. quoties, §. qui dolum, ff. de
probat. l. dolum, ff. de dol. Pariſ. vbi ſup.
num. 42. Decius conſil. 40. ſub num. 4. &
in l. 1. C. de error. calcul. Menoch. de
arbitr. dict. caſ. 209. num. 40. aſſerens ve
rum requiri dolum, nec præſumptum
ſufficere, Qui dolus ſi data criminali quę-
rela, poſtea aſſerendo ſe habuiſſe notitiā
prætenſi doli, ſuper quo ſubſtantiabatur
quærela, videtur dolus remiſſus ſi quis
interuenit in ſolidatione computorum, l.
ſi quis rationes, ff. de liber. leg. Glo. in l.
1. C. ſi mad. ſe fac. Pariſ. vbi ſupra num.
44. & conſil. 96. nu. 75. volum. 1. Afflic.
deciſione 120. num. 8. deciſ. Pedemon.
142. num. 8. Rota in vna Amerina Do-
Vide hic dec. in fi. cap. mus coram Domino Coccino 4. Maij
100 1599. Immo ſi petens rationem reddi,
uenit contra inſtrumentum iuratum, ob-
ſtat illi exceptio periurij, Doctores in ca-
pitulo intelleximus, de iudic. Pariſ. conſ.
26. num. 91. volum. 3. à quo ex dolo præ
tenſo non excuſatur, cum non ſit dete-
ctus, vti neque ex relaxatione iuramen-
ti poſt incurſum periurium obtenta, non
facta de periurio mentione vitiatur, An-
charan. conſilio 398. colum. finali. Ioan.
Paul. deciſione 393. libro primo in ma-
nuſcript.
101 Cauſę auocatio facta per Papam, ge-
ſtorum poſtea nullitatem operatur per
quemcumque iudicem, cap. 1. de conceſs.
præben. Abb. in cap. cum M. num. 33.
de conſtitut. etiam data ignorantia auo-
cationis, & ita loco citato in Curia Ro-
mana ſeruari, Abb. ait, & Gemin. conſ.
102 47. num. 1. & per tot. Sed quando talis
auocatio fit motu proprio, tunc non con-
tingit dubitari, Ripa ibidem, num. 196.
cap. vt noſtrum, de appellat. Orad. dec.
103. & deciſione 195. Butr. in dicto ca-
pitulo cum M. num. 61. Pariſius conſil.
4. num. 6. volum. 4. Lancellot. de attent.
lite pend. lib. 2. cap. 4. limit. 2. num. 52.
103 Cauſa interpretationis priuilegiorum,
non eſt à Curia auocanda, quando ſtri-
ctè de illa agitur, vel rebus dubijs decla-
randis, ſed quando agitur de validitate
ex parte priuilegiati, vel diſpenſati, & ſic
de tertij, vel collitigantis præiudicio, per
ordinarium in partibus cognoſci poterit,
Gabriel conſil. 182. nu. 14. 21. & ſequen.
volum. ſecundo. Guido Pap. deciſione
103. num. 3. allegans, num. 1. glo. in
capitulo ſicut, de exceſſ. prælat. & in cap.
quo ad translationem, de offic. delegat.
Specul. in titulo de legat. §. nunc oſten-
dendum, per tot. qui connumerat 89. ca-
ſus Papæ reſeruatos, quem videas.
104 Tunc autem cauſa interpretationis
priuilegiorum Apoſtolicorum per Pa-
pam fieri debet, quando eſt generalis, vel
neceſſaria, ſed in alijs cauſis bene poteſt
iudex, coram quo pendet iudicium inter-
pretari prout ſibi videbitur quo ad illam
cauſam, Quamuis eius interpretatio in
alijs cauſis minime ſeruanda ſit, & eo
maximè iudex interpretari poterit, quan
do condentis copia non poteſt haberi.
Imol. in cap. quoniam conſtitutio, num.
4. de conſtit. ſubdens num. 5. Quid ſi fe-
ratur ſententia, iuxta conſtitutionis te-
norem, ante Principis declarationem; &
poſtea ſubſequatur declaratio, feratur-
que ſententia contraria, quod nulla re-
105 manebit, Vt pariter quando verba
priuilegij ſunt dubiti. Tunc illa inferior,
à Papa, vel Principe, non valet interpre-
tari, Imol. in cap. cum veniſſent, nu. 2. &
3. de iud. ea ratione, quia eius eſt interpre
tari, cuius eſt condere, c. inter alia, de ſen.
106 excom. Litem in Rota per commiſſionē
cauſæ, citationis, exequutionem, ac termi
norum ſubſtantialium ſeruationem

ſatis conſtare apparet ex Clemen. 2. vt li te penden. Authen. litigioſi, C. de litig. Rota coram Reuerendo P. Domino Penia, in vna Vrgellenſis Canonicatus 13. Aprilis 1592.

Vide hãc dec. in fi. cap.

107 Immo finita lis in Rota non dicitur, niſi per ſententiam, Vnde commiſſio, & alia geſta, ſemper durant, donec aliquo iuris fine terminetur, Caſſad. deciſ. 6. num. 5. ſuper regul. Cancell. deciſ. 10. vt lit. pen. in nou. Et late Miliſ. in ſuo reper

108 to. in verbo lis finitur, Quamuis, quo ad actorem, & in eius præiudicium, ante citationem contra reum exequutam cæpta dicatur, ſed bene reſpectu actoris, & rei ipſius rei citatio eſt neceſſaria, vt ibi Caſſador. num. 14. & melius num. 39.

109 Quo vero ad iudicem tunc citatio iuriſdictionem perpetuat quando exequuta fuerit. Nam illo caſu quo ad iuriſdictionem retro fingitur. Quia ad perpetuandam iuriſdictionem opportet ita, &

110 taliter, vti, quod integra res ſit, Ob id an per citationem nullam perpetuetur iuriſdictio, fruſtra quæritur, ſecund. Bald. in cap. licet vndeque, colum. 1. verſ. ſed nunquid, de offic. deleg. Vbi pariter quærit, an delegatus ad vniuerſitatem cauſarum vnius caſtri, ſi de vna cau ſa incipiat cognoſcere, an quo ad alias cauſas iuriſdictionom perpetuet, & affirmatiue tenet, vt pariter in ſimili ſi eſſet vnica hereditas, & capitula diuerſa, & quod citatio ſi legitima ſit iuriſdictionem perpetuet. Secus ſi fruſtratoria, quia tunc non perpetuat, vt tenet Imol. in cap. propoſuiſti nobis, num. 2. & 3. de foro compet. cap. bonæ, el ſecondo de elect. vbi Glo. in fin. in cap. cum plures, de off. deleg. in 6. Et per vnam citationem inualidam perpetuari iuriſdictionem, ibi dixit Imol. quia per eam ſatis datur ingreſſus ad exequutionem iuriſdictionis, & ſicut in aliquibus actibus requiritur citatio trina, vel vna peremptoria, quæ ſufficit Imol. & Ioan. And. in capitulo conſuluit, de offic. delegat. Bald. in l. conſentaneum, & in Auth. qui ſemel. C. quo & quando Iudic.

Et quando ſunt relaxatę in Rota exequutoriales, ſatis dicitur exequtorio cœpta, & datur clauſula, ſine præiudicio, non obſtante commiſſione reſtitutionis in integrum obtenta poſtea, Rota coram Reuerendo P. Domino Bubalo, in vna Burgenſis Decimarum de Scalante 23. Octobris 1587. Licet ſecus extra Rotam ſit, vt late in commisſione reſtitutionis in integrum dixi, conſenſus in iuriſdictionem non inducitur per proteſtationem nihil fieri, niſi me citato, quia ſit, ne per contradictas procedatur, Lancellottus de Attentat. parte ſecunda, cap. 4. in præfat. num. 226.

Vide hãc dec. in fi. cap.

111 Exceptiones tacite, vel expreſſe repelli poſſunt. Expreſſe repelluntur quando contra illas expreſſe iudex pronunciat. Tacite, quando ad vlteriora exceptione non admiſſa drocedet. Imol. in capitulo

112 dilecto, numero 14. de except. Sed quid ſi iudex, nec exceptiones repellit, nec ad vlteriora procedit, ſed partes monet ad audiendam voluntatem; & comparente parte ſecundum terminum diſſundat ad alium diem, & forſan tertio id facit, vnde laboribus, ac expenſis excipiens grauetur, quid in tali ſtatu facere grauatus debeat? Iudicem adire ſuum erit, & ab illo humiliter petere reſponſum, quo denegato, vel non dato, hac expreſſa cauſa prouocare valebit, narrando, quod ipſe requiſitus, poſt oppoſitam exceptionem reſpondere noluit, ſed an talis appellatio admittatur, nec ne, videas Imol. & Doctores vbi ſupra, de lapſu biennij multa cumulat Decius in capitulo cum ſit Romana, num. 10. de appellat.

113 Altiorem indaginem cauſam requirere tunc apparet, quando in illo articulo, de quo agitur, variæ, & intricatæ ſunt Doctorum opiniones, alias dici-

114 tur ius clarum. Equites Hieroſolymitani ſunt de foro Eccleſiaſtico, vnde & clericorum fruunrur priuilegio. Natt.

115 conſilio 495. numero decimo. Commiſſio citationis iuriſdictionem perpetuat reſpectu iudicis delegati, non partis, Felin. in capitulo quoniam, numero quarto, verſiculo & ibi incidenter, de iudic. Sed delegatus, qui commiſit citationem, quæ poſtea fuit exequuta primum præuenit, ſtante diligentia in committendo, & prius exequendo,

vt

tra vnum ex correis, ſi eodem modo in
terrumpatur præſcriptio valeat, etiam
contra alios non nominatos in dicta cita
tione, tradit Imol.in cap.paſtoralis, §.
quando autem, de reſcript.

Et quando cõmiſſio de citando perpe-
tuet iuriſdictonem, latè tradit, Felin.in
cap.gratum, num. 1.& ſequen. eodem
titulo,& an fiat per ſolam citationem, la
116 tè eodem loco,nu.20.Præuentio indu
citur per litis conteſtationem, cap.pe-
nult. de for. comp. quandoque per cita-
tionem,quandoque per libellum,& quã-
doque per ſententiam,Bellam.deciſ.108.
117 in apoſtilla littera A.cum addu.Cardi-
nales ad Romanam Curiam trahunt, &
non trahuntur extra illam, Veſtr. in ſua
prax.lib.3.c. 9.verſ.vel inſit Cardinalis,
Staphil.de lit.iuſt.§.dicendum eſt, num.
118 6. Ceſſio iurium Cameræ talia, qua-
lia habet, ob id teneri nolit Camera
de euictione,& videatur, 9 cauſa non ſit
Cameralis ceſſante intereſſe Cameræ,
tamen Cameralis erit cenſenda,& a Ca-
mera non auocanda, quia in ceſſiona-
rium illius fori priuilegium tranſit l. 1.
C.vbi cauſ.fiſc.Peregr.in tract.de priui-
119 leg. fiſc.lib.vlt.titulo 1. num. 8. Inſpe-
ctio occularis loci eſt melior, & tutior
probatio de mundo; Iaſ. in l.fin.num.3.
ff.de in lit.iur. Bart. in l. contra negan-
tem ad ſi.C.ad l.Aquil.Afflict.deciſ.107
num.6.& deciſ.216.num.3.vnde litiga-
tores, & iudices eſſe viciniores, dicit In-
noc.d.c.diſpendia, num. 1.vbi Gemin.
num.9.de reſcript.in 6.Et ſic,quando oc
culari inſpectioni ſubſunt cauſæ, faci-
120 lius ad partes remittuntur. Occurrit,
vt etiam fuit, paucis ab hinc diebus,
rector nomine Eccleſiæ in partibus litem
ſubſtinuit, ac ſententiam fauorabilem
reportauit, ſuccumbens appellauit, &
cauſa appellationis commiſſa fuit alteri
ordinario viciniori, deinde per multos
annos ſtetit, quod nihil amplius in cau-
ſa fuit actum, adeo quod iam biennium
effluxit a Sacro Concilio ſtatutum, Re-
ctor porrecta commiſſione, petebat cau
ſam auocari, & Rotæ committi, non
fuit ſibi conceſſa, vti porrigebatur, ſed
D. Reuerendiſſimus meus Epiſcopus
Amerinus tunc Præfectus Signaturæ iu-
ſtitiæ, & Regens Cancellariæ. Tandem
ſenio confectus Sanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ Cardinalis, à Sanctiſſimo Domino
Noſtro Paulo Quinto creatus,cæpit tem
peramentum, vt cauſa committeretur
Rotæ Auditori,qui præfigeret terminum
illi ordinario iudici ad quem,coram quo
pendebat cauſa, ad illam expediendam,
quo elapſo, & illa non expedita, præuia
auocatione, quatenus opus eſſet, cauſa
in Rota demandaretur, optimum, & ta
li ſapientiſſimo viro dignum tempera-
mentum, quia ad euitandum circuitum
an aliquid eſſet actum, necne coram illo
iudice per duos annos, iuxta Concilij
Tridentini ſanctione, cap.20.ſeſſ.24.vo
luit, vt Rota ſibi terminum præfigeret.
121 Et ita fuit præfata commiſſio expedi-
ta,Paupertas ſola non ſufficit, vt a Curia
cauſa auocetur,& ad partes remmittatur
122 Achil.deciſ.10.nu. 10.de reſcript. Per
actus coram incompetente iudice factos,
non inducitur litis pendentia, ſecund.
Ang.conſ.195. col.2. Lancell.in præfat.
de attent.lit.pend.uum 50.
123 Quamuis litis pendentis (legitimè
tamen)exceptio, alterius iudicis impe-
trationem impediat, etiam delegati,Fe-
lin. in capitulo exceptionem,num.32. de
except.Blanch.in tract.de compr.4.quæ-
ſtione principali, num. 132. Lancellot.
124 vbi ſupra, numero 131. in fine. Immo
talis exceptio allegata coram ſecundo iu
dice reddit ſuum proceſſum nullum,quia
eſt impeditiuum cauſæ,& litis,eo intenta
tæ, vt ibi Lancell. nu. 59. & ſeq. & qui-
bus modis pẽdere lis dicatur,ponit idem
Lancell. in dicta præf. numero 1. & ſeq.
& pariter quot modis finiatur, ibidem,
num. 211.& ſequen.
125 Nec ommittendum duxi, quod iu-
rare de calumnia recuſans,non poteſt ab
alio ſimile iuramentum expoſcere, l.ſi in
pactis, ff.de iure iuran. Bald. in capitulo
in pertractandis, verſiculo extit nota,de
126 iur.calum.Cauſæ tunc in Romana Cu-
ria tractari debet,quando fuit terminus à
iure, vel à parte præfixus ad appellatio-
nem proſequendam, Decius in capitulo
127 Nicolao, numero ſexto de appel. Pri-
uilegium fori Domino conceſſum, vel
immunitas, vt Epiſcopo, vel ſimili,quan

do capiat, vel extendatur ad eius ſeruos famuios, vel colonos, & ſimiles, ponit Me.1oc.de arbitr.iud. cen. 6. caſ. 557. n. 17. & ſeq. & poſtquã in cauſa concluſum
128 ſit. Quid iudex facere, vel non facere poſſit, videns relata per Felin. in capitulo dilectus, per torum, de fide inſtrument. ad quem breuitatis cauſa re remitto.

DE COMMISSIONE

AVOCATIONIS CAVSARVM.

§. IIII.

SVMMARIVM.

1 *CAuſæ actore, & reo vniuſmet diœceſis, exiſtentibus extra illam non committuntur.*

2 *Reo, & actore diuerſarum ciuitatum exiſtentibus ĩ illa rei committitur cauſa.*

3 *Cauſa vltra unam, uel duas dietas demandari nequit.*

4 *Dieta quid ſit, & num. vij. & ix.*

5 *Cauſa ultra unam dietam niſi de alia dieta mentio fiat committi nequit.*

6 *Delegatus ultra unam dietam pronunciãs nulliter facit.*

7 *Cauſæ quæ extra diœceſim demandari poſſint, ſex ſunt, ut hic.*

Prima, Epiſcopo cum diœceſano litigante in foro Eccleſiaſtico.

Secundo ſi lis contra Epiſcopum ſit mouenda.

Tertio, Si contra eius capitulum ſit controuerſa.

Quarto, quando intentatur iudicium contra Ciuitatem, Caſtrum, uel Villam Epiſcopo.

Quinto, Quando non adeſt tutus acceſſus.

Sexto, Stante perhorreſcentia.

Septimo, Quando cauſa Archiepiſcopi pendet coram Epiſcopo ſuffraganeo.

8 *Epiſcopo ſuſpecto recuſato, etiam Vicarius erit ſuſpectus.*

6 *Dieta intelligitur ſecundum locorum conſuetudinem.*

10 *Miliare quid ſit, & dicatur.*

11 *Paſſus qualis ſit.*

12 *Pes quid ſit.*

13 *Digiti menſura qualis.*

14 *Dieta à quo loco menſuranda, & vnde incipiat.*

15 *Iurans intra duas dietas iuſtitiam conſequi non poſſe non auditur.*

16 *Clauſula ultra duas dietas, quomodo intelligitur.*

17 *Terminus vnius diei naturalis datur pro qualibet dieta.*

18 *Dies aliter conſideratur tempore æſtiuo, aliter tempore hiemali, & quare.*

19 *Dies Dominicis à primis Veſperis Sabbathi incipit Eccleſia, & finit in primis Veſperis Dominicæ.*

Sic de alijs diebus.

Secus de iure ciuili, quia incipit à media nocte, ibi.

20 *Dieta per mare, quot miliorum dicatur.*

21 *Trahendus extra diœceſim, nemo eſt ultra duas dietas.*

22 *Clauſula cum derogatione regulæ Bonifacij Octaui, quare ponatur in commiſſione.*

23 *Cap. nonnulli de reſcrip. derogatio, quare in commiſſione ponatur.*

24 *Dietæ non attenduntur quando in Rom. Cur. cauſa committitur.*

25 *Commiſſiones breuibus verbis compilare bonum eſt.*

26 *Terminus, & diſtrictus, qui dicantur.*

27 *Cauſa in Rom. Cur. inſtructa legitimè non remittitur ad partes.*

28 *Appellatio à grauamine in Curia commiſſa ſi pronuntietur, non remittitur amplius ad partes, & quare.*

29 *Cauſa curialis ſemel effecta, ſemper eſt curialis, nec ab ea auocatur.*

Niſi ex Gratia Papæ ſpecialiter auocetur, num. xxx.

Declara cauſas, vt num. xxxij.

Cur.

Digitized by Google

33 *Cur.Rom dicitur ubi Papa reſidet.*

34 *Papa extra ſtatum Sancta Rom. Eccl. in cauſis prophanis mere non reſcribit.*

35 *Inſtructa cauſa, quando conſideretur.*

36 *Deſerta cauſa in Rom Cur. non amplius ad partes remittitur.*
Declara ut num.xxxvij.

38 *Signatura Iuſtitia, quando auocet cauſas à Curia,& ad partes remittat.*

39 *Cauſa in qua Auditor Rota pronunciauit, rotalis ſemper remanet, & num.xlvi.*

40 *Auocatio cauſa ab vno Auditore Rota, ut alteri committatur,quibus uerbis fiat.*

41 *Clauſula ſtatum,& merita cauſa, quando nil operetur.*

42 *Clauſula ſtatum,& merita cauſa,in Rota operatur auocationem ab vno Auditore,et alio ammittitur.*

43 *Clauſula pro expreſſis, quomodo intelligatur,& habeat locum.*
Primo fallit in cauſa motu proprio auocata,ibi num. xliij.
Secundo fallit priuilegio inualido exiſteute, num. xlv.

47 *Iudice competente impetrato ab eo, non auocatur cauſa maxime iuſtructa.*

48 *Colono conuento nominante clericum in Dominum, clericus auocat porrecta commiſſione à laico,ad eccleſiaſticum cauſa.*

49 *Clauſula cum facultatibus Aud. Cam. ſi mutatur perſona, non mutat iudicis qualitates.*

50 *Clauſula cum facultatibus Aud. Cam. in Rota parum operatur,& raro datur.*

51 *Prima inſtantia in cauſis beneficialibus in partibus auocatis illis à Curia, demandantur.*

52 *Cauſa à partibus in prima inſtantia per commiſſionem manu Papae ſignatam,auocantur.*

53 *Papa contra concilium reſcribere,& ſtatuere poteſt, quia eſt ſupra illud.*

54 *Bienuij lapſus cauſa nō expedita, ut auocetur à partibus, quomodo intelligatur,& ſeruetur.*
Signatura quomodo in his cauſis ſe gerat,ibi num. lv.

56 *Perhorreſcentia in quacunque inſtantia, & iudicij parte allegari poteſt.*

57 *Perhorreſcentiam cum iuramento allegatam in cauſae auocatione impugnans,non auditur.*

58 *Iuramento in dependentibus ab animo ſtatur.*

59 *Perhorreſcentia iuramento, quare probetur.*

60 *Perhorreſcentia in Rom.Cur.non attenditur,& quare.*

61 *Commiſſio auocatoria ex capite perhorreſcentia,quomodo formanda.*

62 *Perhorreſcentia quando ceſſet.*

63 *Perhorreſcentia in cauſa prophana etiam allegatur.*

64 *Potentia aduerſarij plura affert litiganti incommoda,*
Potentia quid ſit, ibi.

65 *Clauſula perhorreſcentiae ob aduerſarij potentiam, quare in commiſſione auocatoria ponatur.*

66 *Perhorreſcentiae iuramentum in commiſſione narratam, an praeſtandum ſit.*
Diſtingue vt hic.

67 *Formae ommiſſio à principio vitiat geſta ipſo iure.*
Secus ſi non ſit ab initio implenda. ibi.

68 *Commiſſio auocatoria à partibus in curia datur quando ambae ſunt in curia praeſentes.*
Maximè actis transportans in ea, ibi.
Secus ſi vna ex partibus a curia abſit, ibi.

69 *Conſenſus partium iuris ordinem peruertere poteſt.*

70 *Conſenſus natura,qua ſit.*

71 *Commiſſio auocatoria a partibus obſcura,non ita de facili conceditur.*

72 *Clauſula cum annexis,connexis,& incidentibus negotium principale amplectitur.*

73 *Commiſſio quando dicatur expedita ſuper articulo tantum,a quo eſt prouocatum.*

74 *Commiſſionis natura,qua ſit.*

75 *Clauſula cum toto negotio principali annexis,&c. in commiſſione quid operetur.*

76 *Motu proprio Papa concedendo ſe liberalem*

ralem reddit.
77 *Motu proprio Papa reſcribendo utitur poteſtatis plenitudine.*
78 *Litteræ Papæ in ſecundo motu proprio, primas etiam ſi de illis mentio non fiat, tollunt.*
79 *Narratiue Papæ in litteris Apoſtolicis, quando ſtetur.*
80 *Motu proprio conceſſus, quando dicatur.*
81 *Clauſula motu proprio, & ex certa ſcientia geminatæ ſunt efficaciores.*
82 *Clauſula ex certa ſcientia in commiſſione poſita vim motus proprij habet.*
83 *Motus proprius inſtante parte conceſſus etiam motus proprij uim habet.*
84 *Motus proprij uis quæ ſit.*
85 *Clauſula motus proprij tollit defectum obreptionis, & ſubreptionis.*
86 *Clauſula perinde ac, ad quid referatur.*
87 *Motus proprius, quare dicatur.*
88 *Papa ſignando per Fiat ut petitur, ſi in corpore adſit clauſula motu proprio, conceſſa, Motu proprio erit.*
89 *Motu proprio cum clauſula, Sicut accepimus, de facto alieno loquente creditur.*
90 *Motus proprius lite pendente tacita, ualidus non erit.*
91 *Motus proprius quid ſit.*
92 *Iuramento derogare velle Papam non præſumitur.*
93 *Motu proprio clauſula non tollit defectum intentionis.*
94 *Clauſula ex certa ſcientia non operatur in eis, quae ſunt facti.*
95 *Clauſula, quorum tenores, quid operetur.*
96 *Clauſula de plenitudine poteſtatis non derogat regulae de iure quaeſito non tollendo.*
97 *Auocare cauſam vel euocare, quomodo dici debeat.*
98 *Commiſſio auocatoria cauſarum an ignorantes, liget.*
99 *Auocata cauſa Motu proprio annullat poſt geſta etiam ignoranter.*
Maxime ſtante decreto irritanti, ibi.
100 *Cauſa ex certa ſcientia quando auocata cenſeatur.*
Limita ut ibi.
101 *Auocata pendes cauſa à iudice non dicitur, niſi ſibi intimetur.*
102 *Clauſula motu proprio in ſecundis litteris poſita, primas reuocat.*
103 *Epiſcopus auocare à ſuo Vicario cauſam poteſt.*
104 *Epiſcopus auocare à ſuffraganeo cauſas nequit.*
105 *Metropolitanus ſubeſt Epiſcopo in cauſa appellationis tantum, & nullitatis.*
106 *Commiſſionibus pluribus in eadem cauſa diuerſis iudicibus directis quo modo Signatura ſe gerat.*
107 *Clauſula, Audiat, qui peruenit in Rota tantum ſeruatur alibi non.*
108 *Praeuentio extra Rotam fit per citationem priorem dummodo citatio ualida, num. cxi.*
110 *Citatus pro tali die, & hora an comparere teneatur.*
112 *Commiſſio per citationem communis effecta eſt, unde illi nequit renunciari.*
113 *Citatio circumducta non inducit litis pendentiam.*
114 *Commiſſio auocatoria, partim uera continens, partim non, an ſit ſubreptitia.*
115 *Conſultor quando iudici detur.*
116 *Redditionis rationis cauſa, quae in partibus cognoſci debet, quando auocetur.*
117 *Ratio ſemel reddita, an, & quando iterum reddenda.*
118 *Hieroſolymitanae Religioni non ſubditi, quando milite, & quando non trahantur.*
119 *Conſenſus ſemel preſtitus, ſemper durare praeſumitur.*
120 *Litis pendentia, quando dicatur.*
121 *Conſentire in iuriſdictionem illius, qui iuriſdictione caret, non poteſt.*
122 *Conſenſus in iuriſdictionem non inducitur per petitionem copiae libelli.*
123 *Iuriſdictio ſi in partibus certetur, quando in Romana Cur. demandari cauſa valeat, quando non.*
124 *Reſcripta Papae, quando cum retardatione exequutionis parendum.*
125 *Domicilium ut in aliquo loco, quis habeat, quae requirantur.*

Do-

126 *Domicilium duplex eſt.*

127 *Vicario Epiſcopi ſolo delegato, non poteſt cauſa Epiſcopus ſe ingerere, & quare.*

128 *Vicario Epiſcopi non alijs vicarijs Signatura reſcribit.*

129 *Dignitati quando demandata cenſeatur cauſa, & quando non.*

130 *Clauſula tam coniunctim, quam diuiſim, quomodo intelligatur.*
Rota quid ſeruet, ibi.

131 *Dignitati cauſa commiſſa tranſit ad ſucceſſorem.*

132 *Cauſa ſuper iure viſitandi inter Archiepiſcopum, & commendatorem Melitæ, quomodo Rotæ demandata fuit.*

§. IIII.

1 NOn demandantur
ordinariæ quando
actor,&reus vnius
ſint Diœceſis ex-
tra illam cauſæ,
cap. ſtatutum, §.
cum vero, ibidem
in caſibus expreſ-
2 ſis, de reſcript.in 6. Immo ſi diuerſarum
Ciuitatum ſunt Actor, & reus iudicium
in rei Ciuitate tractari debèt,vt in dicto
capitulo ſtatutum, §.cum vero. Quod
3 intellige in aliquibus cauſis, infra dicen
dis, in quibus ſi dari commiſſio contige
rit auocatoria, non demandabitur niſi
per vnam dietam, Franc. in dicto cap.
ſtatutum, §. cum vero, in princip. Auth.
ſi vero, ibi prouinciales, C. de iudic. vel
melius, vt habetur in cap.nonnulli, vbi
Abb.& Doct.de reſcript.Non poteſt cau
ſa vltra duas dietas demandari per reſcri
ptum Apoſtolicum de præfato capitulo
nonnulli mentionem non faciente, vt
ibi latè Felin.num.29.ſeu niſi adſit con
ſenſus partium, vt ibi Doct. præcipuè
Abb.numero tertio,dicens in d.cap.non
nulli, diſpoſitionem eſſe hodie reſtrictã
per tex.in allegato cap.ſtatutum de vna
dieta, quod ampliat etiam, locum habe
re litteris Legatorum,vt in cap.ſi.de re-
rum permut.quem videas. Cauſę verò
in quibus extra diœceſim ordinariæ re-
ſcribi poterit, ſex ſunt. Primo ſi Epiſco-
pus litiget cum Diœceſano,quia ſi venit
in Eccleſiaſtico foro conueniendus, ſeu
Epiſcopus præſit, ad hoc ne ipſe, aut
eius miniſtri in cauſa propria ſint iudi-
ces, alibi demandabitur, & ideo tanto
magis, ſtante eius Vicarij ſuſpicione, ac
aliorum ab ipſo Epiſcopo dependentium
cui parere tenentur, Capic.deciſ. 137.
num 9.Franc.in cap.dilecti, col.10.& in
cap.poſtremo, col.7.de appel.Imol.in
cap.inſinuante, numero vndecimo, de
offic deleg.Iaſ. in l.apertiſſimi, num. 9
verſic.Aduertè tamen, C.de iud.Secun
dus, quando aliqua contra Epiſcopum
eſſet lis mouenda, propter ſupradictas
rationes, qui licet in cauſis ſuæ Eccleſiæ
iudex eſſe poſſit, & eius Vicarius, ta-
men id procedit,quando ſuſpecti non re-
cuſantur,Abb.&Felin.in cap.inſinuante,
num.3. de offic. deleg. Franc. num.9.&
Dec.num.10. in capitulo poſtremo,de ap
4 pellat.Nam ſi recuſetur Epiſcopus caput,
Vicarius quoque ab eo dependens, etiã
ſi Sedis Apoſtolicæ eſſet delegatus, recu
ſari poterit, vt ibi Abb.num.2. Franc.
in cap.non putamus, numero decimo,
de conſuet.in 6. vt latè per Cæſar.de
Graſ.viden.deciſ. 4. num. 1. & ſequent.
de except. Tertius, ſi pariter contra eius
capitulum ſit controuerſia. Quartus,
quando intentari debet iudicium contra
Ciuitatem, Caſtrum, ſeu Villam Epiſco
po ſubiectã, per non ſubditum. Quinto
ſi non aderit tutus acceſſus, vt infra di-
cam. Sexto, & vltimo ſtante pethor-
reſcentia, vt dictum eſt, & dicetur, ius
vero in ſupradictis occurrentijs ex pro-
pria Ciuitate cauſam auocare permittit,
& illas alibi in loco coram iudice oppor
tuno demandari, vt habetur in dicto ca-
pitulo ſtatutum, §.ſi vero vna cũ glo. de
reſcript.in 6.Septimum vero, ego adere
caſum audeo, quando cauſa Archiepi-
ſcopi pendet coram Epiſcopo eius ſuffra-
ganeo,quia vti ſuſpectus recuſari, & ab
eo auocatio cauſæ peti poterit, cap. ac-
cedens, vbi glo.in verbo ſubeſſe, & Ab-
bas vt lite non conteſt. Sed quia paſſim
cum derogatione dietarũ in commiſſio-
nibus de illis ſit mentio, videamus quo
5 dicatur dieta. Quæ de iure communi di
citur diſtantia 20.milliariorum, text. eſt
clar.in l.1.ff.ſi quis caut.licet teſte, Alex.
ibi,

ibi, & Abb.in capitulo nonnulli,num.6.
de reſcrip.
6 Dieta vero eſt itineratio vnius diei, in
quo aſſignantur viginti milliaria itinerā-
ti ſingulo die, etiam non impedita dele-
7 gatione ſimpliciter facta, ac ſi vltra
vnam dietam fieri contingat abſque ex-
preſſione non valebit, reſiſtente clauſula
annullariua in dicto capitulo nonnulli,
de reſcript. quæ ipſo iure annullat. cap.
ſtatutum, de reſcript.in 6. & late conſil.
71. per totum, vbi ſubdit etiam ſi partes
conſentiant, quod vltra duas dietas de-
tur iudex niſi derogetur, & fiat mentio,
quod non valebit,tam ſi fuerit conſenſus
8 tacitus,quam expreſſus. Adeo quod ſi vl
tra vnam dietam delegatus pronunciet
ſi non eſt id Papæ in delegatione expreſ-
ſum, quamuis ſententia confirmetur, ad
huc nulla dici poterit,vt ibi Zabar. num.
2. & alia cumulat Gemin. conſil. 37. nu.
9 4. Quamuis ſec.Bald. in dicto cap. non-
nulli in princip. verſ.nota quod iſtud, de
reſcript. Dieta dicatur, quando quis po-
teſt aliquando eſſe decem milliatiorum,
Aliquando triginta, quia verba debent
commode intelligi,ſubdens ibi huic con-
ſtitutioni de duabus dietis prohibitoria,
poſſe per partes renunciari.
10 Secundum locorum conſuetudinem
dieta intelligitur, Bart.in l.3.ff.de verb.
11 ſignificat. Miliare autem eſt menſura mil
le paſſum, paſſus vero quinque pedum,
glo.in l. in itinere in verbo miliaria,ff.de
12 verb.ſignific.Et pes menſura eſt quinde-
cim digitorum, glo.in cap.1.in verbo,
paſſus, 7.quæſt.4. Bart.in d.l.1.num.4.
13 vbi Alex.ff.ſi quis caut.& d.l.in itinere.
Digitiuæ menſura quæ ſit, ponit Cępol.
in tract.ſeruit.ruſt.præd.num.33.Bart.au
14 tem loco ſupra allegato, quærit. An die
ta menſuranda ſit aporta, ſeu a continen
tibus ædificijs, vel alibi, vt puta Burgi
Ciuitatis, & auctoritate, text.in l.mille
paſſus, ff.de verb. ſignific. Rot. de reſcr.
in antiq. deciſ.34.ait,quod dieta compu
tatur a fine diœceſis domicilij, Ioa.And.
in dicto ca.ſtatutum, in verb.vnam die-
tam, & Abb.in dicto capitulo nonnulli,
numero ſecundo: quamuis id ibi Rota
non firmet, ſed varias fuiſſe ſententias
aſſerat dominorum. At ſecundum Fel.
in cap.ex parte B. num.4. de for.comp.
& in cap.cum dilectus, el ſecundo vbi
etiam Abb. de reſcript. Computatur die
ta a Domicilio principali, quod credo
verius, quia iter a loco, ex quo diſcen-
ditur, incipit, & per conſequens milia-
re, ſed diſcedit, & reddit ad principale
domicilium, ſiue domum, in qua inha-
bitat, ob id ex dicto loco debet dieta
incipere, Alexander conſil. 22. num. 1.
volum.4.& quomodo domicilium intel-
ligatur infra num.114.tangetur. At quan
do incipiat a Domicilio, vel fine diœce-
ſis, vide Specul.ſuper diſtinguentem in
§.1.num.3.de citar. Et quod diximus,
intellige procedere tam in realibus, quā
perſonalibus, glo.in d.§.cum vero, cap.
ſtatutum de reſcript. Felin.in c.dilectus,
el ſecondo .num.13.eodem titulo. Licet
Zabar.in Clem. Abbates,num.1.de reſcr.
In realibus dietam à loco ubi res eſt com
putari teneat,ubi Anchar. nu. 9. eodem
titulo. Et quamuis iuramento quis aſſe-
rat intra duas dietas iuſtitiæ complemen
15 tum conſequi non poſſe, tamen non eſt
admittendus,neque audiendus, ut ultra
illas cauſa committatur,contra dict. cap.
nonnulli,quia legitimè id probare opus
erit, Bald. in dicto capitulo nonnulli,nu.
11. deciſ.Capel.Tholoſ.236.ubi Aufr.in
16 addit. Sed quando ultra duas dietas ex-
trahitur, debet intelligi de diœceſi origi
nali,non de accidentali, Imol. in capitu-
lo nonnulli,num.9. de reſcript. Subdens
ibidem,num.12. de quo domicilio intel-
17 ligatur, terminus unius diei naturalis aſſi
gnatur pro qualibet dieta,adeo quod, ſi
eſſet uiginti unum miliare, uenirent duo
dietæ aſſignandæ,ut ſupra dicti Doctores
aſſeruerunt, licet tempore hiemali pro-
pter itineris difficultatem, aliter inter-
dum difficultatem, terminandum dicat,
Abbas in dicto capitulo nonnulli, num.
6.verſic. aliter autem.
18 Quamuis dies aliter tempore æſtiuo, &
aliter hiemali tempore cōſideretur, quia
ſol hoc facit, ac rerum natura ſeruanda
uenit, Bald.in cap. ne pro defectu, in
princip. uerſic. quot dies, de elect. vbi
multa de menſe,& die cumulat. Dies au-
tem de iure ciuili incipit à media nocte,
& eadem hora ſequentis mediæ noctis fi-
nit, l. more Romano, C.de fer. Secus ve
19 ro de iure Canonico, Quia incipit,& fi-
nit

Digitized by Google

nit de veſpere ad veſperas, vnde dies
Dominicus incipit à Veſperis diei Sabba
ti, & finit in Veſperis diei Dominici ſub
ſequentis, & ſic de ſingulis, quod verum
intellige, quo ad diuinorum celebratio-
nem, Imol.in cap.1.num.1. de fer.
20 Per mare erit dieta quinquaginta mil
liariorum, Felin. in cap. olim, num. 7. de
except. & ideo longior, quo ad nume-
rum milliariorum, quia plus eſt facere per
terram viginti, quam per mare quinqua
ginta milliaria: Verum ſi vigore reſcripti
aliquem trahi contingat extra ſuam dioe
21 ceſim, id vltra duas dietas fieri, aut per
terram, aut per mare, non poterit, niſi (vt
dixi) vel de partium conſenſu, vel cum
22 derogatione, dicto capitulo nonnulli. Et
ideo in commiſſione inoleuit praxis ap-
ponēdi illa verba, ſeu clauſulam, & cū de
rogatione regulę Bonifacij Octaui de
duabus dietis, dummodo non vltra tres,
23 vt dixit Abb.in dicto capitulo nonnulli,
num.8. & ſufficienter per illam clauſulā
dicto capitulo nonnulli erit derogatum,
quod tamen vide, & declara, vt ibi per
24 Abb. Sed, quando adeſt partium conſen
ſus, ex certa ſcientia in Signatura, maxi-
me in Romana Curia, Facit, vti non ha-
bito reſpectu dietarum, cauſas commit-
tit, ſicut, quotidie fit, & ſeruatur, cum ſit
omnium caput, & magiſtra; dietæ non at
tenduntur, tunc non eſt opus diſputa-
tione, Franc. in dicto §.cum vero, num.6
ſed Veſtr.in ſua prax.lib.3.cap.9. num.2
25 Procuratores admonet commiſſiones
auocatorias compilando, ad effugiēdum
uitium, obreptionis, uel ſubreptionis,
ac nullitatem, ut quantum fieri poſſunt,
breuitati conſulant, quia optimi Procu-
ratoris, & Aduocati officium eſt breui-
ter, & ſummatim loqui, ſecundum Re-
buf. in l.vnica, C. de ſent. quæ pro eo,
quod inter in 2.not.
26 Territorij autem, & diſtrictus appel-
latione omnis locus continetur infra Ci-
uitatis fines, vbi magiſtratus Ciuitatis
terrere poteſt, & diſting. vbi propriè lo-
cus ſubiectus eſt ad crimina, & delicta pu
nienda, capitulo licet, in princip. de pro-
bat. Imol.in Clem.ne Romani, num. 41.
27 de electio. Quando in Rom. Cur. legiti-
mè erit cauſa inſtructa, non ſolet dari cō-
miſſio auocatoria, neque ad partes remit
titur, quia ſtante deuolutione non eſt ab
ea amplius extrahenda, Rota deciſione
43. de appell.in antiq. Veſtr. vbi ſupra,
28 num. 12. Etiam ſi appellatum fuerit ab
aliquo grauamine, & deinde per iudicem
pronunciatum male ab illo appellatum,
Lancellott. de attent. lit. pend. limit. 2.
num.56.& 57. quod rationi conſonum
videtur, quia cum Romana Curia caput
ſit, ac præ cęteris dignior, & pręheminē-
tiſſima, ab alijs inferioribus non debent
geſta in ea iudicari, tanto magis propter
Sanctiſſimi Pontificis auctoritatem, qui
ſumma prudentia omnia gerit, Archid.
in capitulo primo, de conſtit. in 6. Quia
cum ſui Collateralis perſonam notam
habeat, & ſciat, cui cauſam demandauit,
& Curiæ Romanæ iudices ſint de maio-
ribus, & vltimis, minoribus deinde, à qui
bus cauſæ venerunt, non ſunt amplius
remittendæ, neque ab ipſis tractandæ, ca
pitulo cum inferior, de maior. & obed.
capitulo ſacta, vndecima quæſtione ter-
tia, Clement.ne Romani, in principio,
de elect. Feder. de Sen.conſilio 115.nu.
29 1. Hinc adagium illud omnibus familia-
re effectum fuit, quod cauſa in Curia ſe-
mel inſtructa, non auocetur amplius; ſed
ſemel Curialis, ſemper remaneat Curia-
30 lis, niſi ex ſpeciali gratia Sanctiſs. D.N.
quis obtineat à Curia auocari, & ad par-
tes remitti, interdum vt (licet rariſſimè)
ex cauſis vrgentiſſimis, fieri vidi in an-
31 nis 44. quibus licet minimus, in hoc ſa-
cro tribunali continuè inſeruiui, Bald.in
l.vt proponas, num. 15. & 16. C. quom.
& quando iud. Decius conſilio 137. nu-
mero 4. Iaſ. in l.ſi filius familias, §.diui,
num.58. de leg. primo, Crot. in l. 1. §. ſi
quis ſimpliciter, num. 13. ff. de verborum
obligation. & in ſpecie, Bald. in l. ſicut
proponas, num.16. ait, quod cauſa, quæ ſe
mel eſt in Curia Romana, numquam de
illa exhibit, niſi Papa, vel illam deleget,
vel remittat ad Ordinarium, & ita dixit
Rota, in vna Lucenſi primitiarum co-
ram bon.mem. D.Bubalo 14. Maij 1590. Vide hic
32 Quod intellige de profanis ſtatus Ec- dec. in fi.
cleſiaſtici ſolum, & de cauſis ad forum cap.
Eccleſiaſticum in vniuerſo orbe, quomo-
dolibet pertinentibus, & licet Romana
33 Eccleſia, & Curia dicantur, vbi Papa reſi
det, Felin.in cap. quando de his, de ſent.
excom.

excom.num.3.Tamen ſi Papa diu abſit à Romana Curia, nihilominus relicto in ea Illuſtriſs.& Reuerendiſs. Legato, ibi omnia tribunalia ſuam reſpectiuè exercent iuriſdictionem, eiſdem modis, &
34 forma. At ſi verſamur in cauſis prophanis extra ſtatum Eccleſiaſticũ, & contra non ſubditos, nil reſcribendum veniret.
35 Si acta in Curia non fuerint tranſportata, cauſa inſtructa dici non poterit, quæ inſtructio tempore auocationis conſiderari debet, & nõ præſentatæ cõmſſionis, vt plenius in d. deciſ. Lucenſis primitiarum, Acchill.deciſ.5.de reſcript. (vt ſu-
36 pra dixi.) Sed dato vlterius, quod cauſa eſſet in Ro. Cur. deſerta, nihilominus, neq; ad partes venit remittenda neq; in ea amplius inferiores ſe ingerere, valebunt, cap. vt noſtrum de appellat. Rot. deciſ.17.num.1.eodem tit.in nou. quia vt in c.1.de deſertione dicam coram iudice, a quo deſeritur, & non coram iudice, ad quem. Quod iudicio meo declara, quando cauſa in Romana Curia eſſet inſtructa, ſeu in ea factus ſeruatis ſeruan-
37 dis, Regeſter, & pronunciatum, Secus autem (vt fit quotidie) quando via ordinaria aliqua cauſa per appellationem, vel alias vigore commiſſionis in ea demandatur, quia iſto caſu non eſſet (vt præfertur) inſtructa, multoties Signatura Iuſtitiæ conſideratis qualitatibus cauſæ illam a d partes ſolet remittere, & iſto
38 caſu id facere poteſt Signatura Iuſtitiæ, non autem, quando eſſet inſtructa, & conſenſum in iuriſdictionem, quia (vt dixi) tunc Papæ ſolitus munus erit. At
39 quando vni ex Dominis Auditoribus Rotæ committitur, ſi prouinciauerit, a Rota amplius auocari ordinariæ non poteſt, neque ſolet, vt alteri extra Rotam demandetur. Sed præmiſſa alio Auditori committuntur. Aegid. deciſione tertia, verſic. Quamuis. Interdum ex cauſa, etiam ſi fuerit inſtructa, (licet rariſſime)
40 auocari vidi per Sanctiſſimum Dñm N. met, Et quando ab vno Auditore petitur cauſæ auocatio, vt alteri demandetur, ſi datur commiſſio Audiat Magiſter N. Quamuis nulla alla de auocatione fiat mentio in commiſſione, iam auocata erit, dummodo ſubdatur, non obſtante commiſſione tali Auditori directa, deciſio. ſexta, numero primo, de reſcr. in nou. vel narretur litis pendentia in genete, ſaltim coram alio Auditore, deciſione vndecima, de reſcript. in antiq. Secus vero ſi taceatur, vt habetur, in capitulo cauſam, el ſecondo, de offic. deleg. & in capitulo inter Monaſterium,
41 de re iudic. neque tacitis præmiſſis proderit clauſula, ſtatum, & merita cauſæ, pro expreſſis habendo, quia non intrat, vbi requiritur. Specialis mentio, ſecundum Veſtr. in ſua prax. libro tertio, capitulo nono, numero ſeptimo, nam potius cenſebitur appoſita, vt ad partes cauſa facilius remittatur, vbi ſunt acta, ex quibus ſtatus, & merita, ſunt iuſtificanda,
42 ſed in Rota clauſulam præfatam operare, vt ab vno Auditore auocetur, & alteri committatur, patet, ex deciſione vigeſima, de reſcript. in nou. Et eodem titulo, deciſione vndecima, in antiq. Caſſad. deciſione decima, in reg. Cancel. de Trien. & de mentione aliquorum ex præmiſſis, dixit Butr. conſil. 49. numero 6. & Gemin. conſilio 120. colum. 2. quia tunc ex valido Signaturæ reſcripto, a primo auocata cenſetur, & alteri commiſſa, & licet Papa per relationem, pro expreſ-
43 ſis illa, quæ non ſunt expreſſa habere poſſit, & expreſſum fingere per relationem, Butr. conſil.2.num. 5. Tamen cæteris neceſſarijs narratis, in intelligitur, ad reſcripti ſubſtantiam, alias numquam daretur nullitas, nec de ſubreptione, vel obreptione dici poſſet, ac omnium cauſarum tacita veritate, daretur aduocatio contra regulam, quod quælibet diſpoſitio venit intelligenda, ne abſurdum ſequatur, immo reſtringenda, vt euitetur, l. quamuis, ff. de in ius voc. Rom. conſil. 32. in fine, Felin. In capitulo nihil, numero ſecundo de pręſcript. capitulo cum dilectus, de conſuetud. capitulo ad audientiam, de cleric. non reſcid. l. non eſt nouũ, ubi Caſtr. ff. de legibus, licet, ſi non plenè narretur ſtatus, & merita cauſæ, ſufficere clauſulam præfatam dicere, Achil. deciſ. nona, de reſcript. & Rot. diuerſ. deciſ. 87.
44 num. 3. parte prima. Fallit tamen regula quando cauſa Motu proprio auocatur, quia tunc ipſius mentione non eſt opus, Lancellot. de attent. lite pendente, limit. nigeſima tertia.

Fallit

45 Fallit ſecundo, quando priuilegium non valet, quia litis mentio non eſt tunc neceſſaria, Butr. in capitulo tenor, in prima oppoſit. vbi Imol. in principio, verſiculo Item nota, de te iud. cum alijs con geſtis per Gab. lib. com. opin. tit. de iud. concluſ. 4. numero trigeſimoſecundo, quia, cum de mente committentis alteri iudici conſtet, dicendum erit, quod a primo illam auocare voluerit, in illo tribunali tantum, licet clariori expreſſione extra illud ſit opus, præcipuè, quando primæ Commiſſionis ſit mentio, Felin. & Imol. in dicto cap. ex litteris de offic. deleg. num. 1. Rot. deciſ. 6. de reſcript. in nou. & deciſio. 7. de offic. deleg. in antiq.
46 Sed quando cauſa in Rota commiſſa, ab ea non ſit amplius auocanda, conſuluit Ruin. conſ. 114. num. 1. volu. 4. deciſ. 3. de appellat. in nou. & deciſ. 17. eodem titulo, in antiq. c. ut noſtrum de electio.
47 Et idem dicendum erit, quando quis im petrauit iudicem competentem, quia poſtea, etiam colore cuiuſuis priuilegij, variare non valebit, Bart. in Auth. habita, num. 7. vbi Bald. num. 33. Ang. num. 5. Salic. nnm. 21. de communi, C. ne fil. pro pat. præſertim ſi coram eo cauſa iam fuerit inſtructa, Staphil. de lit. iuſt. cap.
48 dicendum, num. 10. Couar. pract. qq. quæſt. 2. num. 5. verſic. Nonum, &c. Trahitur interdum colonus, ſeu inquilinus ad iudicium in reali actione coram iudice laico, qui nominat clericum in dominum, & tunc, ſi laicus coram laico agere valet, & ad Eccleſiaſticum Clericus Cõmiſſione porrecta, cauſam remitti petat, ſi erit Dominus, conceditur Commiſſio, quia cum iudiciũ reale fuerit fundatum in perſona Coloni, vel Inquilini, qui nec ciuiliter, nec naturaliter poſſident, l. 1. C. com. de vſucap. coram competente iudice Clerici cauſa cognoſcenda, & ei demandanda erit, Ioan. de Imol. in l. non ſolum. §. quod vulgo, numero quarto, ff. de vſucap. Ang. in l. venditor, ff. de iud. & ita de conſuetudine ſeruari aſſerit idẽ Angel. in §. actionum, numero 20. inſtitut. de action. Bald. in l. prima in principio, C. vbi in rem action. Lanfran. in tractat. de arbitr. par. ſeptima quæſtione 47. Ioan. Ficard. in addit. ad communem opin. Villolab. in littera N. ſub numero decimoquarto, verſiculo Nominatio.
49 Contingit etiam à tribunali Auditoris Cameræ auocatoriam porrigi Commiſſionem, & peti Rotæ, ſiue Prælato de communi partium conſenſu eligendo, cõ mitti, quia Locumtenens eſt ſuſpectus. Tunc ſolet multoties Signatura, quando reſcribit, dare, vt procedat cum facultatibus Audit. Cameræ, quia ſi mutatur perſona, non mutatur iudicij qualitas, veruntamen huiuſmodi Commisſio nes raro ſignantur, bene remittuntur Aud. Cam. met, qui cum eiuſdem facul tatibus, de collitigantium conſenſu, vel ex ſe alium deputet, licet abſque eo, quod adeatur Signatura alium iudicem dare Audit. Cameræ ſoleat. At ſi id facere Auditor recuſauerit, vel alia adſit cau ſa tunc, ad Signaturam recurritur, vt petentis prouideat indẽnitati, ſed ſi ad Audit. Cameræ remitti commisſionem contingat, optimæ ſit, & ad ſui officij, illiuſque tribunali dignitatẽm conſeruandam cuius laudes recenſet Doct. Marta Neapolitan. 11. in tract. de tribun. Vrb. in capitulo Sæpius dubitatur, numero octauo & ſeq.
50 At ſi in Rota dirigi Commisſio contingat, raro cum præfata clauſula, cum facultatibus Aud. Cam. reſcribitur; & parum conceſſa operatur, quia RR. illi PP. & Domini; (vt intra dicam) nihilominus antequam exequantur, merita cau-
51 ſæ guſtare volunt. Quando in beneficialibus cauſa in Romana Curia introducitur, ſi porrigatur commisſio auocatoria, illam ad partes remitti petendo, ſecũdum Concilij Tridentini ſactas ſanctiones, reſcribendum erit, vt in capitulo cau ſæ omnes 24. ſeſſ. Rationi etenim conſonum videtur, quod in partibus primæ inſtantiæ terminentur ad commodiorem probationem, & proceſſus fabricationẽ, ac ad maximas expenſas, cum temporis diuturnitate euitandas, præcipuè in teſtium examine, idcirco reſiſtente Concilio præfato, niſi de partium conſenſu, aut alia rationabili cauſa auocare Signatura
52 Iuſtitię non ſolet. At ſi non adeſſet cauſa legitima, tunc appoſitione manusmer Pa
53 pæ neceſſaria eſſet, quia ſi Papa eſt ſupra Concilium, dummodo non ſit cõtra ſanctam fidem Catholicam, & Apoſtoli-

cam Romana, reſcribere, ſtatuere & de
cernere contra illud poteſt, capitulo
ſunt quidem 25. quæſt. 1. latè Abb. in c.
54 ſignificauit, num. 4. de elect. Ob id in
præmiſſis, ſi cauſa per biennium ſtatu-
tum per concilium ad cauſas terminan-
das lis durauerit, & detur Commiſſio
auocatoria, non datur ita paſſim, quia,
vt diſpoſita in hoc in d.c. omnes, intrent,
opus eſt, quod ex parte iudicis nolen-
tis, vel non curantis infra dictum bien-
nium cauſam expedire, quamuis ſæpè
requiſitus, defectus appareat, Bal. in l.
1. C. quæ deſ. aduoc. Anchar. conſ. 5. ſub
num. 3. & conſ. 208. quia ſi ſæpè non re-
quiratur, non dicitur iuſtitiam denega-
re. Immo de hoc coram iudice ſuperio-
re inſtari debet, deciſ. Ped. de communi
atteſtans, 12. num. 6. Gram. vot. 31. nu.
13. At ſi per iudicem non ſtetit, quomi-
nus in præfato tempore terminetur, vel
ob cauſæ qualitatem, ſiue difficultatem,
aut partium cauillationes, tunc ceſſat
concilij diſpoſitio, & ita pluries congre-
gatio Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. Car-
dinalium præfati Concilij interpretatio-
ni Præſidentium, cenſuit, cui annuere
videntur, text. in capitulo venerabilis,
vbi Abb. & Doctores de iud. & dicta per
ſcrib. in l. properandum, §. ſin autem, &
§. de illo, C. eodem titulo, vtque plu-
ries pariter dictum, & tentum fuit in am
bobus Signaturis.

55 Et ideo ſacrum Concilium Tridenti-
num biennij tempus ad cauſas finiendas
ſtatuit, quia ad negligentiam probādam
poteſtatiuam, requiritur tempus, ſecus
ſi caſualem. Bal. in cap. de cauſis, colum.
1. verſic. Item nota, de offic. deleg. Ideo
tali porrecta commiſſione, non ſolet cau
ſa auocari, ſed terminus ad illam expe-
diendam denuo pręfigi, quo lapſo, cau-
ſa non expedita, tunc auocatur, & alte-
56 ri committitur. Pendente in partibus be-
neficiali cauſa, ſub colore perhorreſcen-
tiæ, ob aduerſarij potentiam, aſſerens col
litigans iuſtitiæ complementum conſe-
qui non ſperare, cum ſolita clauſula, pro-
ut in manibus, §. V. iurare paratus eſt, &
iurat, quæ perhorreſcentia in quacũque
iudicij parte, tam ante, quam poſt ſenten
tiam, etiam in ſecunda inſtantia allegari
poteſt, Veſtr. in ſua prax. lib. 3. c. 9. nu. 3.
de quo vide Achil. dec. 2. de iure iur. &
Put. dec. 279. nu. 2. par. 1. in terminis, &
deciſ. 34. num. 1. par. 3. narrans in præfata
deciſione 279. num. 2. illorum verborum
57 ſi opus fuerit efficaciam, Commiſſionem
auocatoriam porrigit, contra quam, &
allegatum iuramentum altera pars inſur
gens, non ſolum de ſubreptione dicit,
ſed contrarium ſe probaturā aſſerens, ac
cauſam committi petēs. Quæ non ſolum
erit concedenda; verum in totum repel-
lenda, quia iuramento iurantis conſcien-
tię remiſſo, credendum erit, dum timo-
rem, vel perhorreſcentiam allegat, adeo
quod contrarium aſſerens, poſtea non au
diatur, capitulo ſtatutum, §. aſſeſſores,
vbi Glo. in verbo relinquitur, de reſcript.
in antiq. & deciſione 3. eodem titulo in
nou. cap. ſi vero, de ſentent. excom. nam
58 independentibus ex animo, illius iura-
mento, de cuius intereſſe agitur ſtatur.
Dec. conſil. 256. nu. 9. cap. paſtoralis de
59 excep. Et quod propriè perhorreſcentia,
quæ in animo conſiſtit, melius quam
probari non valeat, iuramento verifice-
tur, dicit Rota deciſione 3. num. 1. verſ.
nec poteſt haberi, de reſcript. in nou. &
deciſ. 23. de probat. in antiq. Bart. in l.
inter omnes, §. rectè, ff. de furt. Felin. in c.
accedens, nu. 13. vt lite non conteſt. Dec.
in alleg. conſil. num. 9. Licet contrarium
aſſerat Bellam. deciſione quadrageſima-
quinta, quando per exteriora probari
perhorreſcentia valeat. Nam in Roma-
60 na Curia, iſtæc perhorreſcentia non at-
tenditur, propter ſupremi Principis præ-
ſentiam, ad quem facilius pro alio iudi-
ce aditus eſt. Præcipuè ſi calumnioſa, vel
inanis appareat, Glo. in cap. ſtatutum,
§. cum vero, verſ. merito, de reſcript. in 6.
vbi Anchar. num. 14. verſ. circa hoc
quæritur, aſſerens inanis timoris actio-
nem nullam fore, ſiue excuſationem; &
quod metus non præſumatur in loco, vbi
iuſtitia miniſtratur, vt in Romana Curia
61 maxime in Rotæ Tribunali, & Cameræ,
quia licet (ut dixi) ſit ſuſpectus unus, Ta-
men ceteri nō ſunt, cum in ambabus Si-
gnaturis, & ſic in primæuo, ac maiori Tri
bunali, de geſtis ab ipſis, & omnibus alijs
poſtea tractetur. Sed ut in hac commiſ-
ſione tutius procedatur, ſtatus, & merita
cauſæ ueniunt exprimenda, quia ſumus
in

In auocatorijs, ac ſi alia reſcripta adſint
cum cæteris ſubſtantialibus narranda
erunt, Rota deciſione ſexta, numero ſe-
cundo, de reſcript. in nou. Felin. & In-
nocen. in dicto capitulo ex litteris, nu-
mero primo, de offic.deleg. capitulo cæ-
terum, de reſcript. capitulo ad hæc, de
ſenten. excomm. Caſſad. deciſione pri-
62 ma, num. 1. de reſcript. Quamuis ſecun.
Glo. in l. prima, in verbo potentiam, C.
ne lit.pend. & Rom. conſil. 518. num. 5.
Grau. conſil. 205. num. 43. Sarn. in
Regul. Cancell. ſubrogat, num. 2, quæſt.
prima, perhorreſcentia ceſſet, vbi is, cum
quo litigatur iuriſdictionem non habet
in loco, etiam ſi nobilior ſit, ſiue ditior,
vt ibi Rom. & Grau. vel in aduerſarium
habeat imperium, ſed quando nimia ap-
pareat affectatio, eo caſu allegata per-
horreſcentia non eſſet attendenda, aut
ſi reſpectu vnius nobilis Ciuitatis vni-
uerſa recuſaretur, vt per Staphil. de lit.
iuſt. §. ſi appelletur, numero ſecundo,
& ſequen.

At ſi in huiuſmodi allegationibus re-
ſcribi contingat, Alteri iudici in ſtatu, &
terminis, quibus reperitur, demandatur
cauſa, illa à primo iudice auocata, & ſic
etiam in ſubrogationibus, Et quia ſtatus
cauſæ ex actis ſeligitur erit commiſſio va
lida, facto non alias expreſſo. Ideo in
praxi additur clauſula, ſtatum, & merita
cauſæ pro expreſſis habendis, Rot. deciſ.
5. de reſcrip. in antiq. Felin. in cap. ex lit-
teris, num. 2. de offic. deleg.

63 In cauſa prophana pariter perhorre-
ſcentia allegari poteſt, quia ſi eadem ra-
tio, tam in vna, quam in alia militat, ita
debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, l. fin. ff.
mand. Bal. in l. humanitatis, colum. 3.
verſic. Quarta opinio, C. de impub. & al.
ſubſtit. Specul. in tract. de teſte, §. primo
verſiculo Quid ergo, & vt dixit Man-
dol. in Commiſs. auocat. cauſ. in verbo
64 propter aduerſarij, &c. Plura incommo-
da potentia aduerſarij, parere conſueuit,
vt habetur Eccleſ. cap. 4. Noli reſiſtere cō
tra faciem potentis, ne coneris contra
65 ictum Fulgoris, & cap. 8. Non litigabis
cum Homine petente, ne forte incidas in
manibus illius, & ob id bene fit multo-
ties mentio in commiſſione de potentia
aduerſarij in partibus, vt facilius detur
auocatio.

Potentia vero, ſecundum Ciceronem
de Inuen. 83. eſt ad ſua conſeruanda,
& aliena obtinenda, idonearum rerum
facultas, ac in vi, & armis poſita. Et de
hoc iuramento perhorreſcentiæ, & quan
do in partibus non ſperatur conſequi iu-
ſtitiæ complementum, ſequitur text. in
dicto capitulo, ſtatutum, de reſcript. in 6.
Præmiſſa non procedunt poſt rem iudi-
catam, quia tunc de perhorreſcentia da-
ri non poteſt, deciſione 1054. numero vn
66 decimo, parte tertia diuerſ. Videamus,
an tale iuramentum ſit præſtandum, &
Mandoſius loco citato diſtinguit, aut
commiſſio conditionaliter fundatur in
iuramento, vt puta, quando adſit clau-
ſula præſtito iuramento perhorreſcentię,
& prius præſtari debet, alias non tribue-
ret iuriſdictionem, ex capite non impletæ
conditionis, & ſic defectu iuriſdictionis,
omnia erunt nulla. Aut clauſula ſupra
dicta non erit apposita conditionaliter
(vt dixi) ſed tãtum aſſertiuè per partem,
& tunc niſi pars aduerſa inſtet iurare, nõ
tenetur, nec facit proceſſum nullum. Ra-
tio in primo capite eſſe poteſt, quia defe-
ctus conditionis, ſiue tacitè, ſiue expreſ-
ſe antequam agatur, adimpleri debet,
alias ante rem ineſſe deductam impedit
impetratarum litterarum exequutionem
& ſic ne ante adimplementum produ-
cunt effectum, ſecus ſi poſtea conditio
fuerit adimplenda, quia tunc produ-
cunt effectum, Bald. in cap. cum adeo, co
67 lum. penultima de reſcript. Præterea
vbicumque formę præfixio datur à prin-
cipio iuriſdictionis, eius ommiſſio vitiat
ipſo iure. Secus autem ſi in exercitio, vt
tenuit glo. in Clem. 1. in verbo inhiben-
tes, de iure patron. quam ſequitur Iaſ.
hanc ſententiam, à toto mundo appro-
batam aſſerens, in l. vniuerſa, numero ſe-
cundo, & ſeptimo, C. de prec. imper. of-
fer. vbi Bart. & Doctores, Ang. conſilio
trigeſimoſexto, numero primo, & ſeq.
Ancher. conſilio centeſimo quinquage-
ſimo octauo, numero ſecundo.

Hocq. caſu in ſacro Rotę Auditorio oc
currente, ſeruatur Bulla Innocentiana, vt
de conſuetudine teſtatur, Caſſad. deciſio

ne prima, numero tertio de iure iuran.
68 At quando ambe partes erunt in Curia
præſentes, vel in ea moram trahentes,
de facili iſtæc commiſſio auocatoria de
partibus dabitur, ſicut etiam ſi acta fue-
rint in ea tranſportata, facilius in ea cau-
ſa remanebit, reſpectu expenſarum fa-
ctarum in tranſportando, ac probatio-
num in ea exiſtentium, quæ vtrique par
ti communes ſunt. Sed ſi vnus in parti-
bus, alter in Curia fuerit, exiſtēsq. in par
tibus ex cauſa rationabili auocari a Cu-
ria peteret, non eſſet cōmiſſio, vt in Curia
remaneret cauſa, niſi rationabilioribus
rationibus deductis, ita de facili conce-
denda, deciſione decima ſeptima de re-
ſcript. in antiq. Hoſtienſ. in capitulo fin.
69 de foro competen. At ſi in Curia præſen
tes, vt in ea cauſa ageretur conſentirent,
quamuis de iure non eſſet, tamen quia
conſenſus partium, iuris ordinem peruer-
tere poteſt, in Curia tractabitur cauſa,
Gloſſ. in capitulo cum olim, in verbo
Recuſare, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
Bart. in l. quoties, verſiculo Vltimo no-
ta, C. de priuileg. Schol. numero duo-
decimo, & in l. prima, §. primo, poſt
Gloſſ. in verbo Quid de alijs, ff. de fe-
rijs, capitulo ſuper litteris, de teſtibus,
Baldus in l. generaliter, columna ſecun-
da, verſiculo Conſenſus vtriuſque, C.
de Epiſcop. & Cleric. Bellamer. deciſio-
ne vigeſimaprima, Felin. in capitulo cum
olim, & in capitulo dilecta, de offic. de-
70 legat. Multoties, vno ex collitiganti-
bus recuſante, cauſa remittitur ad par-
tes, alter nolens inhibi iudicium proſe-
qui, nec talem remiſſionem pati, aliquod
iudicis decretum obſeruat, deinde ſum-
pta occaſione, quod irreparabile ſibi
præiudicium afferatur, appellat, & per
commiſſionem cauſæ appellationis com-
mitti inſtat, addita ſolita clauſula Quam
& quas, vna cum toto negotio principa-
li, & ne continentiæ cauſarum diuidan-
tur, ad text. in capitulo primo de ſe-
queſtr. poſſeſſ. & propriet. & in l. nulla,
71 C. de iudic. Talis namque commiſſio
ſolet concipi obſcurè, quod faciunt pro-
curatores, (vt moris eſt.) ne appareat ve-
ritas, qua narrata, forſan denegarentur
perces. Sumptaq. occaſione interlocuto
riæ, ſeu leuis grauaminis, vel alias non
iuridice, auocationem quærunt, vt cau-
ſas inuoluant, licet multoties detecta
facti qualitate, concedantur, & dene-
gentur Commiſſiones, quod Signaturæ
arbitrio repoſitum eſt. Sed ſi contingat
omitti ſupra dicta verba Quam, & quas,
72 &c. Et alia ſubnecti, videlicet, vna cum
incidentibus, emergentibus annexis, &
connexis, ac toto negotio principali il-
lorum virtute in Curia cauſa principa-
lis, etiam, ſeu alibi illi cui dirigitur re-
ſcriptum commiſſa erit, Veſtr. ſupra lo-
co citato, numero vndecimo, Bellamer.
deciſione ſexcenteſima decima nona, Co
uarru. practic. quæſtionum capitulo no-
no, numero quinto, verſiculo Quibus
æquidem. Caſtren. in l. eos, C. de ap-
pellat. Bellamer. deciſione trigeſima ſe-
ptima. Quod declara, vt in deciſione
decima ſeptima de appellat. In nou. Co
uarru. vbi ſupra cap. 9. Nam eiuſdem
videntur ſupradictę clauſulę eſſe auctori-
73 tatis. Sin vero ſupradictæ clauſulæ omit-
tantur, quia vna remanente, altera ſuf-
ficeret, tunc ſolum erit cauſa commiſſa
ſuper articulo grauaminis, à quo fuit ap
pellatum, eoque expedito, negocium
reuertitur ad iudicem, à quo, qui in ne-
gotio principali iudex remanſit, Franc.
in capitulo vt debitus, numero quarto,
de appellat. capitulo exhibita, de re iu-
dic. Couarr. variar. reſolut. capitulo no-
no, numero quinto, verſiculo Prima
concluſio, vbi examinat dubium, An
iudex non iuſtificato articulo, ſuper quo
fuit appellatum, poſſit de negotio prin-
cipali cognoſcere. Bellamer. deciſione
quadrageſima nona. Felin. in capitulo
cauſam quæ, num. 6. de reſcript. dicens,
noua opus eſſe commiſſione, licet cauſa
remaneat in Curia.
74 Conſenſus vero hanc naturam habet,
etiam poteſt interuertere ante negotium
in negotio, & poſt negotium, quod ta-
men non procedit, quando conſenſus re
quiritur, certo & determinato tempore,
l. quid ergo, in princip. ff. de infam. l. in
delicto, §. ſi extraneus, ff. de noxal. Pa-
riter quando poſt factum cōſenſu via fo-
ret præcluſa, vt per Bal. in cap. ſi alicuius,
circa fin. verſ. Quæro vna, de elect.

Sed

75 Sed quando præfatæ clauſulæ apponuntur, vt aſſolet,fit ad maiorem cautelam, &(vt dixi)vna ipſarum operatur, quod cauſa grauaminis finita, remaneat idem delegatus etiam iudex in negotio principali, vnde ſi erit cauſa commiſſa in Curia, maximè in Rota Curialis,vel Rotalis effecta,non amplius de ea exhibit,Bellam.dicta deciſione 619. Ruin. conſilio centeſimodecimoquarto,numero ſecundo, & in fi. volumine quarto, c.vt debitus, vbi Dec.numero vigeſimotertio,in fi.de appellat.Felin.in capitulo cauſam quæ,numero ſexto de reſcript.At quando contra appellantem pronunciatur, vt dixit, glo.in d.c.cum debitus, in verbo rationabiliter,non poteſt iudex a quo dici ſuſpectus, quia ab eo non proceſſit ſuſpicio, ſed ab aduerſarij appellantis culpa, & ideo pronunciato ſuper articulo grauaminis, ad primum iudicem redire cauſa debet, quando non adſint ſupradictæ Clauſulæ, capitulo ad hæc, & capitulo perſonas, & capitulo cum ſit, de appell. exhibita de iudic.Ruin.autem in ſupradicta allegatione, conſilio centeſimo decimo quarto numero ſecundo,volumine 4.aliter in hoc purticulari diſtinguit. Quod, aut commiſſio huius appellationis dirigitur in Rota, aut extra eam. Nam ſi extra Rotam,omnino clauſulam præfatam, vna cum toto negotio principali, vel ex ſupradictis narratis opus erit in commiſſione apponere ea ratione motus, quia commiſſio regulari debet prout de iure, cap.cauſam, de reſcript.Ideo, ſi Signaturæ intentio fuit cauſam ſuper grauamine a quo fuit appellatum committere, omittendo præfata verba, non debet ad negocium principale trahi. Aut Rotæ, abſque dicta clauſula reſcribitur, & tunc operabitur ſupradictum effectum, quod totum negocium principale illi demandatum ſit & prædicta diſtinctio approbatur per Rotam, vt ſupradixi, quia iuri conſonum non videtur, quod inferior de geſtis in primario illo mundi tribunali cognoſcat & ſi aliqua de præfatarum clauſularum efficacia videre cupis, adeas Benint.deciſione quinta, & Lancell.de attent.lite pend.limit. 2.numero quinquageſimoſexto,& ſequent.& de clauſula rebuſque alijs, quod comprehendat. Omnia in actis deducta. Vide deciſ. Paleot. 142. vt latius dixi in formulario commiſſionis appellat. in Romana Curia in dictis verbis.

Vnum tamen loco citato ſubdit Ruin. num. ſecundo, quod ſi in partibus ſe competentem iudex pronunciet, & pars appellet,poterit in Curia cauſa cum toto negotio principali committi. Clauſula dummodo cauſa non ſit inſtructa,apponitur in reſcriptis ad obuiandum malitijs litigantium, quia eſſe poterit, quod ille, contra quem mota fuit lis ſuper dominio, quando iudex informatus, vellet ſententiam proferre, ad ſe in ſua mala confouendum poſſeſſione,a iudice inſtructo cauſam auocari peteret, & alteri committi, qui ab iſto ſecundo non inſtructo, neque de meritis informato, ad alium in infinitum poſſet appellare, litemque immortalem malitioſe reddere hoc modo. Igitur ſi iudex fuerit electus, & in eius iuriſdictionem conſenſum, niſi legitima ſuſpicio aduenerit, coram ipſo cauſa tractanda erit, ut latius in commiſſione de iudicum ſuſpicione, dicam. Veſtr. ubi ſupra numero octauo.

Sed ſi iudex cui uigore talis commiſſionis, cum clauſula præfata fuerit inhibitum procedat ad ulteriora, etiam poſt inhibitionem, non facit attentata, dummodo reperiatur coram eo cauſa inſtructa, Put.deciſione trigeſima quarta, numero ſecundo, parte prima. Quid autem expeditioni cauſæ maiorem dilationem tribuere poteſt, quam iudicis mutatio? Et loci? maxime extra Curiam. Quam ob rem dicit text. in l. ait prætor, §. ſi poſt cauſam, ff. de uacat. muner. quod tolerabilius eſt iudex, qui ſemel cauſam pauliſper ex affectione cognouit, quam nouo iudici, ac loco mutato, rurſus rem iudicandam committere.

Conuenit autem Reipublicæ utilitati illum ex abrupto non mutari, ne facillime fiat eluſio cauſarum, litiumque diffinitionibus obuietur, capitulo gratum, de offic.dolegat. Bald. in l. mandatum colum. prima, C.mand. Decius conſilio ducenteſimo nonageſimo quinto,columna ſecunda.

63 Et præfata commiſſio auocatoria,cum
dicta clauſula, ac opportuna auocatione
à partibus in Romana Curia,iuriſdictio-
nem tribuit, quamuis obtinens commiſ-
ſionem ſuam intentionem non iuſtificet.
Sed vt tutius loquar, credo diſtinguen-
dum fore,quod aut ſimpliciter petit auo
cationem à partibus eum dictis clauſulis,
& tunc, quia litis pendẽtiam in partibus
fateri non videtur. Sed quatenus pen-
dat auocari, pro abundantiori cautela
inſerta illa verba videntur, eo caſu non
tenetur verificare litem nõ pendere. Aut
narratur litis pendentia in partibus,cum
dicta clauſula, & obtinet reſcriptum, &
tunc, quia illa eſt ſuæ intentionis funda-
mentum, cauſam non inſtructam proba-
re tenetur. Creſc. deciſ. 2. num. 5. de re-
ſcript. Quare cauti ſint cauſidici vtendo
primis verbis, quia lis, quo ad partem,
quæ cauſam committi obtinuit, per ſolã
citationem introducta dicitur;ſecus vero
quo ad partem conueniẽdam, vel ream,
64 Veral. dec. 169. num. 3. par. 2. Sicut etiã
introducitur, quando procurator aſſer-
tus, abſque mandato commiſſionem ob-
tinet dummodo poſtea geſta ab ipſo per
principalem ratificentur aliquo modo,vt
idem Veral. dec. 165. num. 1. parte ſecun
65 da: Inſtructa nempe cauſa dicitur,quan-
do pro altera parte poſt iudex pronuncia
re,ac ſunt pro illa probationes factæ,Ve-
66 ral. dec. 101. par. 1. Sed in beneficialibus
non dicitur lis introducta, quando com-
mittitur cauſa litteris non expeditis, ne-
que regulæ eſt derogatum. Ratio eſt,
quia ſi de illarũ expeditione in actis non
apparet, obſtat regula de cauſis litteris
non confectis, vt non dicatur tributa iu-
riſdictio,qua deficiente,lis eſſe nõ poteſt,
vt per Sarnen. ſuper Reg. Cancell. in reg.
de Annal. q. 45. col. 3. Veral. deciſ. 162.
num. 9. par. ſecunda, licet multoties de-
tur commiſſio cauſę litteris non expedi-
tis,dummodo ante tempus ad articulan-
67 dum expediantur. Pariter inſtructa di-
citur cauſa, quando probationibus re-
nunciatum eſt, vel in ea concluſum, cap.
paſtoralis, §. ſi verũ, de cauſ. poſ. & prop.
Creſc. deciſione prima, de Iudic. Lancell.
de attent. 2. par. cap. 10. de attent. poſt
auocat. cauſ. nu. 15. & 28. Contigit quo-
que commiſſio dari cum reſtrictiua, quare
nus cauſa non ſit inſtructa,neque in iuriſ
dictionem conſenſum, quibus condictio-
nibus non verificatis,iudex ad quem ca-
ret iuriſdictione, Gloſ. in Clem. 1. in ver-
bo reperierint, de offi. deleg. Card. in Cle
men. 1. nu. 18. de conceſſ. præben. Socin.
conſil. 99. num. 10. volum. 3. & ad hoc,
vt reſpectu actoris dicatur inſtructa, ſuffi
cit citationis decretum, Rot. deciſ. 6. nu.
4. vt lite penden. in nou. & deciſ. 4. eodem
titulo in antiq. & deciſ. 17. de dolo, & cõ-
tum. in nou. Sufficit autem alterum ex
duobus adeſſe, vel quod ſit inſtructa, vel
conſenſum, quia vbi duo copulatiuæ re-
68 quiruntur, ſufficit vnum eſſe verum.
Rota coram D. Orano in vna Chartagi- Vide hãc
nenſis decimarum Lunæ 17. Maij 1593. dec. in fi.
Et auocata dicitur cauſa à quocunque cap.
iudice, quando in precibus ad ſunt ver-
ba præuia auocatione cauſæ, & cauſarũ,
coram quocunque iudice pendentium,
vt illa committatur puta Rotæ Audito-
ri, & iſto caſu quamuis Papa non dicat
Auocamus, ſed alteri cauſam ſimpliciter
demandet, auocata erit ſecund. Gemin.
conſil. 47. per tot. rationem num. 2. aſſe-
rens,quia reſcriptum Principis petitioni
eſt conforme,ſed ſi auocetur cauſa inſtru
cta, de illa non facta mentione, nulla erit
commiſſio, teſte Rom. conſil. 176. nu. 13.
& per tot. etiam ſi tacite inſtructa fuerit.
Reperitur interdum duobus iudicibus
cauſa commiſſa, & eadem, ac inter ſe cer-
tant, partes vt coram ſuo remaneat, ad hu
iuſmodi diſcordias ſedandas, Signatura
tertium dare ſolet, iuxta illud quod ha-
betur in capitulo afferte mihi gladium,
de præſumpt. nec mihi, nec tibi ſed diui-
datur. Et inter duos litigantes, tertius eli
gendus venit, quod videtur colligi, ex l.
item ſi vnus, §. fin. ff. de arbit. Sed tutius
erit in huiuſmodi commiſſione auocato-
69 ria partis citatio, quia regula eſt ordina-
ria in quauis auocatione, cum ſimus in
odioſis, & pręiudicialibus, partem citare,
& uocare, l. de unoquoque, ff. de re iud. l.
in naue, §. cauſa cognita, ff. de minor. ca-
pitulo primo de cauſ. poſ. & prop. Quam-
uis interdum prima commiſſio, cuius re-
formatio petitur, adeo calumnioſa eſſe
poſſit, ac mendacijs referta, quod R. P.
D. Referendarius, abſque ea Signari iu-
dicabit, ut puta ſi uerſamur in poſſeſſorio
uel

uel quando fatētur res iudicata, ſeu alia
ſubſtantialia, ſupra relata, nihilominus
regulariter (ut præmiſi) requiritur partis
citatio, & ita uidi, & à RR. PP. DD. meis,
& ſeruari, & ſeruatum fuiſſe audiui.

Operatur enim talis clauſula, quate-
70 nus cauſa non ſit inſtructa, quod citatio
emanata poſt commiſſionem, arctat cita-
tum ad comparendum, quia dat iuriſdi-
ctionem ſub conditione, unde ſi non ob-
ſtante tali inhibitione, iudex à quo pro-
cedat, non attentat. Verall. deciſ. 2. num.
4. par. 3. Creſcen. dec. 1. de iud. Interdum
71 talis cauſarum auocatio fit ex Motu pro-
prio, interdum ex commiſſione manu S.
D. N. ſignata.

Talis autem auocatio motu proprio
facta, eſt tantæ potentiæ, quod incompe-
tentes omnes alios iudices reddit, ſiue de
legati, ſiue ordinarij ſint, etiam ante talis
auocationis intimationem. Quod pariter
ſecundum Gemin. conſil. 47. nu. 1. & ſeq.

Amplia ſi ad partis ſupplicationem
cum expreſſa auocatione id fiat. Quam-
uis ut ſubdit idem Gemin. conſil. 47. &
ſeq. id uerum ſit, ſi in ultima commiſſione
adſit decretum irritans, uel illa intimata,
nam iſto caſu, niſi illa notificata nil ope-
ratur, alias daretur inconueniens, quod
nulla eſſet differentia inter clauſulam
Motu proprio, & ordinarias, vel ex
Signatura Iuſtitiæ, exempli gratia,
quando iudex allegatur ſuſpectus, &
ab illo auocari petitur cauſa, vel ſunt
plures lites contra diuerſas perſonas, &
coràm diuerſis iudicibus pendentes ad
alicuius inſtantiam, vel contra vnum,
vt pluries fit in hæreditatibus, ſuceſſioni
bus, exactionibus creditorum, cauſis
pupillorum, viduarum, piorum locorum,
decoctorum mercatorum, bonorum di-
ſcuſſione vbi omnes quorum intereſt con
ueniuntur pro vnione cauſarum & iudi-
cium vniuerſale ſilere particulare faciat,
l. bonæ fidei, vbi DD. ff. de peti. hæred. l.
quandiu, ff. de bon. poſſ. Verall. dec. 117.
par. 2. & ſimilium cauſarum, quia credi
torum intereſt cauſas vniri, ne litibus bo
na minuantur, ſiue hæreditas, & ſic inſo-
luti remaneant, datur, ideo tunc præſens
commiſſio, quamuis cauſæ inſtructę re-
periantur, earum vnionem petendo, &
vni demandari, firmis multoties nota-
rius remanentibus, & in ſtatu, & terminis
quibus reperuntur, & in vnaquaque Si-
gnatura proponi ſolent, quæ & concedi
ſępiſſime licet vt plurimum in illa gratiæ
Abb. in cap. ſuper ſecundo, num. 3. de
Appel. Mandoſ. in commiſ. auoc. cauſ. in
verbo coram diuerſis iudicibus, tuncq.
72 reſcribit Signatura Iuſtitiæ, quando ius
aſſiſtit, quia eo caſus ipſius munus eſt
reſcribere, capitulo paſtoralis, & cap.
ſciſcitatus, &c. ſuper litteris, de reſcript.
Rebuf. in prax. beneficiali, de clauſ. mād.
in dec. reſcrip. Sign. Grat. & Iuſt. in dif-
ferent. int. Sign. grat. & iuſt. qui multa po
73 nit videndus. Aditur autem in pręmiſſis
Signatura Sanctiſſ. quando aliquid ex
gratiæ, vel liberalitate Papæ, ſiue æqui
tate petitur, vt puta reuocatio priuilegij
alicuius eccleſiæ, loci, vel perſonæ, quod
non poſſit niſi certo loco conueniri, vel
adſit perſona priuilegiata, vel ſi cauſæ
tales forent, quæ ex aliqua æquitate ve
nirent auocandæ, licet non de rigore iu-
ris, ſed vt conſulatur quieti, & vtilitati
petentis, vel creditoris, aut ſimilium,
Nam tunc ita diſpenſando, & reſcriben
do, gratia vocari poteſt, cap. ſi gratioſe,
de reſcrip. Rebuf. vbi ſupra, & vt ſubdit
Gomeſ. in Compend. utriuſ. Sign. q. 16.
uerſ. Ex quo infertur, quod tempore
Alex. Papæ V. Fel. rec. huiuſmodi Signa-
74 turæ Gratiæ, & Iuſtitiæ diuiſæ fuerunt,
quia per prius, uſq; ad tempus fel. recor.
Siſti IIII. diuerſimode procedebant, dę
quibus ibi latè meminit Gomeſ. quem
uide, & quomodo ſignetur per Papam,
& quomodo per alias Signatura hoc ope
re connectā, & in parte ſupra retuli, At
76 dum Papa aliquid ex motu proprio ſi-
gnat, ſe liberalem oſtendit, & non coa-
cte, neque habita ratione petitionis par
tis, capit. ſedes, de reſcrip. & quando Pa-
pa motu proprio reſcribit, utitur pote-
ſtatis plenitudine, ob id, ſi litterę ſecun
78 dæ motu proprio conceſſę, non facta de
primis mentione eas tollunt, quia po-
teſtatis plenitudine illo caſu Papā uſum
fuiſſe apparet, Fel. in cap. cauſam quæ,
num. 6. & ſeq. de teſt. & an dicto Papæ,
79 uel narratiuę in litteris Apoſtolicis creda
tur, & quando, uide Anchar. in clem.
litteris, num. 1. de prob. Dat. motu pro-
prio, Papa etiam quando impetrans pe
tit,

80 tit, quamuis, ſe non fuerit motus, non habita notitia negocij, uti ſe habet, quod ſi impetrans id petat, ſe mouetur Papa ex ſuo ſpontaneo, & liberali motu, ut dixi Dec.conſ.51.num.2.uerſ.ex quibus datur intelligi,&uerſ.nec obſtat, Differũt enim inter ſe conceſſio motu proprio,& ad poſtulationem, quia in conceſſione motu proprio præſumitur iuſta cauſa, & ſtatur aſſertioni Principis, ex quo cauſa nõ eſt neceſſaria, at ad partis poſtulationem præſumitur circumuentus, & propter importunitatẽ defectu voluntatis, arguit Dec.in cap.quæ in Eccleſiarum,

81 num.41. de conſt. Vnde dum clauſulæ geminatæ ex certa ſcientia,& motu proprio in ſimilibus apponuntur, ceu ſemper, maiorem effectum,robur, & efficaciam producunt,vt ibi Decius,& Alexander conſil.101. nu. 9. libro primo.

82 Licet clauſula ex certa ſcientia in commiſſione poſita, Motus proprij vim habeat,vt ex illa probetur. Glo. in cap.ſtatutum, §. primo in verbo litterarum, in fi. de reſcript.in 6. Decius conſil.137.nu. 2. Felin. in capitulo non nulli, col. 2.nu. 8. de reſcrip.Socin.conſil.3.num.11.vol. 3. Pariſ.conſil.3. num.57.volum.3.Menoch. conſil.2. num. 330.& conſil.1031 num.47.

83 Et quamuis probetur ad inſtantiam partis conceſſum fore, non per hoc tollitur, quin proprio motu conceſſum intelligatur, adeo quod contrarium probare volens, non eſſet audiendus, nam eſſet Papã de mendacio redarguere, vt per Rebuſ. loco citato, num. 22. & 23. vt per Maſcar. de probat. volum.2. concluſ.1075. nu.19.& ſeq. late, quem videas, & latius effectus Motus proprij ſcripſit idem Rebuf.in concor.Fran.in for.mand.vbi 47.

84 effectus connumerat, de ſtilo autem petuntur, impetrantur,& conceduntur motus proprij,& ita reſcribendo,vult Papa, quod reſcriptum efficaciorem,ac ſtrictiorem pariat effectum, vt dixit Gomeſ.in Regul. Cancel. de impetr. beneſ.viuent, quæſt. 1. verſic. Nec obſtaret,Card.in conſil. 142. in fine, Felin. in capitulo ſi quando,num.2. & Decius in cap. 2. ſec. col.de reſcrip.licet in contrarium vigeat præſumptio ex illis verbis, Motu proprio,& ex certa ſcientia,cum ad alicuius petitionem non ſit, quod ex impetratione concedatur. Decius conſil. 341.num.

85 4. Talis autem clauſula non ſolum tollit defectum ſubreptionis, verum etiam intentionis, Pariſ.conſil.141.nu.2.volum.

86 4.Et clauſula perinde ac,ad quæ ſit referenda, vide eundem Pariſium conſilio 45 num.25.volum.4. Et quamuis illum partes requirant,tamen non conſtat de hoc, quia ſit,vel oretenus, vel ab extra, & ob id eſt motus proprius,licet propriè,& ſtri

87 ctè talis dicatur, qui à ſummo Pontifice met ſit, non ad alicuius inſtantiam,vt dixi Mandol. in ſexta quæſtione Reg.Can-

88 cel. 16. num. 2. Sed ſcias ſi Papa ſignet per fiat vt petitur, ſi in corpore, ſupra ſit clauſula motu proprio, ita conceſſum erit motu proprio, Sarnen. in reg. de annal.quæſtione 10. num.2. Verall.deciſione 45. par. 2. & eadem par. deciſ. 237. Dato etiam,quod in motu proprio narretur factum alienum, tamen ei creditur;

89 & ita etiam, ſi in eo ſint verba, Cum ſicut accepimus, ſed quomodo id procedat,vide Achil. deciſione 10. de probat. Et late Maſcar. de probat. volum.1.concluſ. 139. per tot. vbi articulum tractat; quando aſſertio Papæ probet.Et quando aſſertioni Papæ ſtandum ſit, eundem Maſcar. videas concl. 1143. volum.3. Et ſi lite pendente motus proprius emana-

90 uerit, litis pendentia tacita, validus non erit, & ſic de ſingulis ſimilibus, Pariſius conſil.72.num.17.& 42. volum.4. Sicq. Rota cenſuit coram D. Orano in vna Cæſaraguſtana iuriſdictionis 27. Martij 1585. vide hãc dec. in fi. cap.

91 Eſt autem motus proprius, optimus artifex, omnem uirtutem habens, de quo multa cumulat Zabar. in Clemen. ſi Romanis, num. 2. de præben. & dignit. Et dicitur gratia, quando procedit à ſola mera liberalitate concedentis, qui dicitur beneficium Principis, & latam recipit interpretationem, quando non agitur niſi de beneficio concedentis, Gemin.cõſil.65.num.3.Et multa de motu proprio Ampliando, Declarando, & Limitando cumulat Illuſtriſſimus Dominus Card. Tuſcus pract. concl. iur. in uerbo Motus proprius,concl.405.uolum. 5. Tuncque gratia motu proprio facta defectu intentionis corruit, obſtatque illi regula de

iure

Iure quæſito non tollendo, Quando Pa-
pa ſe ab aliquo informatum profitetur,
cum incipiat Sicut accepimus, &c. ac illa
quæ inter partes ſequuta ſunt, in eodem
motu proprio narrantur, & Papa igno-
ret, puta ſi fingatur in eo, quod lis fuerit,
& poſteà ſopita concordia mediante,
quod ſi ſciuiſſet illam extinctam, non eſt
vero ſimile, quod de nouo illam voluiſ-
92 ſet extinguere, maxime quia actui iura-
to voluiſſe derogare non præſumitur,
Felin. in cap. conſtitutus, num. 3. de reſcr.
93 Rom. conſ. 379. num. 12. Vnde præmiſ-
ſis nõ obſtat clauſula motu proprio, quia
non tollit defectum intentionis, Bellam.
94 dec. 39. Nec etiam clauſula ex certa ſciẽ
tia, quia, quo ad ea, quæ ſunt facti, non
operatur, Dec. conſil. 33. num. 5. Goz-
95 zad. conſ. 9. num. 3. Minus facit clauſula
quorum tenores; quia eius effectus decla
rauit alias Rota in vna Romana ſecreta-
riatus, quæ de illo intelligi cenſuit, quod
exprimi potuit, & habetur pro expreſſo,
96 non autem ea, quæ Papa pro expreſſis
haberi non potuit. Vnde Rota obſtare
dixit regula de iure quæſito non tollen-
do, nec reſtagari clauſula de plenitudine
poteſtatis, quia per illam non cenſetur
derogatum. Mandoſ. ſuper Regul. Can-
cel. de iur. quæſ. non tollen. regul. 9.
97 An autem debeat dici auocare cauſam,
ſeu euocare cauſam, non inſiſto, quia
quæſtio nominis, pertinacibus eſt relin-
quenda; neque curanda hæc verborum
differentia venit, dummodo habeamus
effectum. Id nempe Mandoſ. plene tetigit
98 loco citato, Et an commiſſio iſtæc. igno-
rantes liget, ſed non quo ad pœnam (vt
dixi) in com. decret. irritant. & pœnit. pa-
riter Mandoſ. ibi, quando Signata repe-
ritur motu proprio, non ſecus ſecundum
magis communem ſententiam, de qua
per Achil. deciſ. 8. de reſcrip. Rip. in c.
99 cum M. num. 196. De conſtitut. Dici-
tur autem auocatio ita motu proprio fa
cta, expreſſa, ideoq; ſi deinde aliquid
agatur etiam ignoranter in contrarium,
erit ipſo iure nullum. Abb. in capitulo
cum M. num. 33. de conſt. vbi Rip. num.
169. & Dec. col. fin. Gemin. conſ. 47. Abb.
Imol. & DD. in cap. cæterum, num. 7. de
reſcrip. Rebuf. ſuper ll. Regni, in tit. de
euocat. num. 18. Maxime ſi aderit decre-
tum irritans, cap. primo, vbi Gloſ. com
muniter recepta in verbo referri, de con
ceſſ. præb. in 6. cap. dudum, §. conſide-
rantes, & cap. pen. de præb. eod. lib. Rom.
conſ. 330. num. 22. Imo idem ſi non adeſ
ſet decretum irritans operare voluerunt,
Franc. in cap. vt noſtrum, num. 8. de ap-
pel. Rebuf. loco citato q. 3. num. 16. Ripa
vbi ſupra, Achil. deciſ. 6. de reſcrip. vbi
100 ſic reſolutum fuiſſe in Rota in vna Saler
nitana Sancti Andreæ, aſſerit, & ex cauſa
auocata dicetur, quando tale verbum
adeſt, in litteris expreſſum, cap. ſi Motu
proprio de præben. in ſexto, de quo, vi-
de Alber. in ſuo diction. in verb. ex certa
ſcientia, qui 60. & vltra fallentias ponit.
Quod limita non procedere, quãdo pars
non obſtante motu proprio cum decreto
irritanti etiam ei, vel renunciaſſe, vel eo
vti nollet; quia tunc acta facta in cauſa
valebunt; poteſt enim vnuſquiſque ſuo fa
uori renunciare, Card. in Clem. 1. q. 18.
de elect. quia vt DD. in d. cap. cæterum,
& Rebuf. loco citato aiunt, ac ibidem
Feli. num. 11. quo ad iudicem inferiorem
neceſſaria eſt huiuſmodi auocationis ſciẽ
tia, ad hoc vt geſta deinceps nulla dici
poſſint, Ro. conſ. 57. num. 1. & 2. Dec. in
cap. ſi duobus num. 4. de Appel. aſſerens,
quod ad hoc vt ſecundum reſcriptum pri
mum tollat, opus eſt vt illi ſit contrarium
101 Non autem cenſetur cauſa ſemel pen-
dens coram iudice ab eo auocata, niſi
ſibi intimetur, Iaſ. in l. maiorum, num.
8. ff. de iur. om. iud. Calder. conſ. 4. de of-
fic legat. Boer. deciſ. 347. num. 16. Clem.
vnic. de renunc. Sed ſufficit quando mo-
tu proprio ſit, quod de illa quomodocũ
que notitiam habeat, Felin. in d. cap. cæ
terum, num. 11. & 17. Dec. n. 7. vbi Ant.
& Abb. de reſcr. Et quando clauſula mo-
102 tu proprio in ſecũdis litteris eſt appoſi-
ta, ſtatim inducit reuocationem prima-
rum litterarum, habita eorum notitia,
etiam ante præſentationem, vt Felin. in
103 d. cap. cæterum nu. 18. Epiſcopus a ſuo
Vicario cauſam auocare poteſt, & ideo
ſi poſt eam Vicarius, vel alter officialis
procedat nulliter facit, Innoc. in cap. Ro
mana, num. 6. de Appel. l. iudicium ſolui
tur, ff. de iudic. ca. vt noſtrum, de Appel.
ratio eſt, quia cum libere ei iuriſdictio-
nem tribuerit, eodem modo cum idem

ſic

104 ſit Tribunal, reuocare poterit cap. 2. de
conſuet. in 6. capit. Romana in princ. de
appel. in ſexto, ſed ab Epiſcopo eius ſuf-
fraganeo cauſam auocare Metropolita-
nus non valet, quoniam quo ad ſubditos
105 Epiſcopi, eſt iudex tantū in cauſa ap-
pellationis, cap. paſtoralis, de offic. ord. c.
1. in princ. de for. comp. in 6. Et quemuis
ſuffraganeus Archiepiſcopo ſit ſubditus,
non ob id ſequitur, quod ab ipſo cauſas
auocare poſſit, Couar. prac. quæſt. c. 9.
num. 2. quem latè vide in materia auoca-
tionis per tot. & alia tradita per Man-
doſ. in commiſſ. Aucat. cuius dicta non
refero.

Et licet præterquam in cauſis appella-
tionum non poſſit ſe metropolitanus in
cauſis ſuffraganei ſe impedire, tamen
per æquipollens id ſuplere poteſt. Puta
quando agitur via nullitatis, quia ſicut
appellatio cauſam ad illum deuoluit. Ita
pariter ſententiam reformare valebit, &
in hoc limitatur text. in capitulo paſtora-
lis, de offic. ordin. & in capitulo venera-
bilibus, de ſentent. excommun. in ſexto.
ſecundum Abb. in cap. in litteris, num. 5.
in fine de offic. deleg. quod & menti te-
nendum, & ab alio Canoniſta non tactū
aſſerit.

106 Petitur præterea multoties auocari
cauſam ab vno iudice, & alteri committi,
ſeu remiti, vt exempli gratia, duæ Com
miſſiones directæ in vna eademque cau-
ſa, diuerſis Iudicibus expediuntur, etiam
Rotæ Auditoribus, & vnuſquiſque vt iu
dici, cui reſcriptum eſt directum, cauſa
remanere curar, inter ipſos contendirur,
ac ex porrecta poſtea commiſſione in Si
gnatura, ventilatur coram quo remane,
107 re debeat. Et ſi antiquitus reſcribebatur,
audiat qui præuenit, tamen hodie ab au-
la id receſſiſſe videtur, maximæ extra
Rotam; Solet enim Signatura deguſtare
de validiori præuentione, deinde illi, qui
præuenit cauſam ab alio auocando remit,
tere, ea nempe ratione, quia occaſione
iſtius prçuentionis inter iſtos iudices,
vnusquiſque ſuam inhibitionem, & iu-
riſdictionem tuendo, poterit diſſenſio
oriri, ac nouæ lites, interdum cum pro-
curatorum preiudicio, ſeu carceratione,
qui inhibitioni alterius iudicis obedire
noluerunt, vt ſæpe inter iudices ordina-
rios in Rom. Curia fieri ſolet, merito ad
lites, ex litibus oriundis dirimendas, in
huiuſmodi auocatione Signatura citata
parte reſoluit coram quo cauſa remane-
re debeat, penitus ab alio illam auocan-
do, ita frequētius practicatum eſſe video,
maxime quando contenditur de iuriſdi-
ctione, quamuis ſi probetur reſcripti
impetratio per horam ante, dicetur facta
prçuentio Felin. in cap. paſtoralis, num.
5. de reſcrip. Gloſ. in verbo apparet in
108 cap. ſi a ſede de prob. Sed in Rota circa
præuentionem dicitur facta in ſimili ab
illo Auditore coram quo fuit prius præ-
ſentata commiſſio, vt dixit deciſ. prima,
de conſt. & dec. 6. de reſcr. in antiq. Bel-
lam. deciſ. 34. cum ſequen. Tunc alius
Auditor nullo modo de cauſa cognoſcit.
vt patet ex conſtitutione Innocentiana,
109 de qua per Caſſad. dec. 5. in princ. de
reſcrip. Secus extra Rotam, quia per illū
iudicem dicitur facta præuantio cuius ci-
tatio prius executa fuir, & non per reſcri
pti præſenrationem, vt ibidem Caſſad.
num. 1. Et ideo ſi extra Rotam prius co-
ram vno iudice commiſſio producta, co-
ram alio commiſſio in eadem cauſa, & ſe
cundus prius citauerit, ſecundum præue-
niſſe dicendum erit, quia ad perpetrandā
iuriſdictionem, non ſufficir præſentatio re
ſcripti, ſed bene citatio, Caſſad. ibi nu.
2. cap. gratum, & cap. fin. de offic. deleg.
ratio vrget, quia ſi per ſolam citationem
perpetuatur iuriſdictio, citato vno ex cor
reis, contra alium correum, & per actum
fori connexum id ſit, Felin. in capirulo
paſtoralis, §. quoniam, num. 2. verſiculo
Fallir primo, & num. 3.

110 Et an citatus, ſiue monitus pro tali
die, & hora, comparere teneatur, ac qua
diei hora, & quos actus congrue, & expe
diri poſſit, ad quos citatur, Vnde ſi de
mane fieri ſolet pro illo mane erit, ſin ve-
ro pro ſero, de ſero, Abb. in cap. cum no-
111 bis, num. 11. de elect. Quod ſano modo
intellige de valida citatione, vt per eun-
dem Felinum, & in cap. ex tenore, num.
5. eodem titulo de reſcript. Alia etiam
præmiſſorum ratio eſſe poteſt, quia ante
citationem res eſt integra, Gloſ. in cap.
vt debitus, in verbo aſſignare. vbi Innoc.
& Franc. de appell. Rom. de communi at
teſtans, conſil. 112. num. 14. Bart. &
Ale-

Alexander in l. ſi pluribus, ff. de legat.
primo, Bart. & Doctores in l.quia, ff.de
iur. omn. iud. Decius in capitulo rela-
tum, num. 5. vbi Abb. eodem titulo. Ma-
ran.de ord.iud.parte 4. in 5. diſtinct. in
principio, num. 56. per regulam, capitu-
li quod nullum, de regul.iur.in ſexto. Gl.
in capitulo propoſuiſti, in verbo legiti-
ma, de foro competen. Roman. conſilio
412.num.50.Gomeſ. in regul. de annal.
poſſ. quæſtione 45. Tiraquel.de vtroque
retract. §. 8. Glo. 24. Afflict. deciſione
294. à num. 3. ad fin. Inſuper, vt dixit
Veſtr. in ſua Prax. lib.4. capitulo primo,
numero primo.

112 Ob id commiſſione præſentata, ac
citatione ad dicendum contra ſequuta,
non poteſt illi amplius impetrator renun
ciare, ſine collitigantis cōſenſu, quia iſto
caſu communis eſt effecta, Abb. in cap.
ex tenore, num. 2. de reſcript. Alexand.
conſil.34. volum.1. Roman. conſil.344.
In citatione, commiſſionis tenor eſt inſe-
rendus, Clement.2. vt lite penden. quia
niſi ex ea citatus inſtruatur, non induci-
tur litis pendentia, Veſtr. ibidem in ter-
tio notab. Et ad hoc vt ſe deliberare poſ-
ſit, an cedere, ſiue contendere velit, & in
hoc, vt appareat de iuriſdictione copię
non credendo comparere citatus non te
netur, niſi ſibi inſtanti originale oſtenda
tur, Ac etiam ſi tenor reſcripti non ſit in
ſertus, & iudex ſe delegatum aſſerat, com
parere nō debet. Spec. de citat. §.1. verſ.
item quod reſcriptum non eſt inſertum.
Quamuis contrarium, Glo. in capitulo 1.
3. quæſtione 2. & in capitulo veniens, de
accuſa. teneat, Licet laici iuriſdictio-
ni iudicis non ſui ſe ſubijcere, & illum
ſuum ſibi iudicem facere poſſint, ſecus in
Clerico, qui niſi ſit Eccleſiaſtica perſo-
na, id facere nequit. Imol. in capitulo ſi-
gnificaſti nobis, num. 2. de foro compet.
Sed ſi citatus, cui ſola copia relicta fuit,
compareat, petatque ſibi originale, quod
apud acta erat, tunc exhiberi etiam ſi
penes ſe illud delegatus retineat, & oſtē-
di denegari non poterit, & ſi daret iſto ca
ſu de nullitate proceſſus, bene faceret,
quia nullus eſt, Bald. in capitulo Præ-
terea, colum. 2. verſiculo Nota primo,
de Dilat. & Clericus etiam volens, tra-
hi non poteſt coram iudice ſeculari. Im-
mo conſentiendo, punitur, & quamuis de
clinare à dicto foro laicali nollet. Tamen
ad ſuum iudicem laicus remittere illum
debet, ac ipſum à ſuo foro expellere,
Bal. in cap. Et ſi clerici, col. 3. verſiculo
Quæro verius, de iudic.

113 At ſi fuerit circumducta citatio, non
inducitur litis pendentia, Afflict.deciſ.
396.num. 14. Sed quid ſi in commiſſio-
114 ne auocatoria, vbi plura narrantur capi
tula, quorum aliqua falſa, & aliqua vera
ſunt, an redatur reſcriptum ſubreptitium,
& quamuis, Achil. deciſ. 11. num. 1. de
reſcrip. dicat, quod non, tamen tutius di-
cendum erit, quod ſi ex veris capitibus
poteſt ſequi effectus, & reſcripti conclu-
ſio, valeat, ſin ſecus non, cap. ex parte
conuenti, cap. inter cæteras, & cap. olim.
de reſcrip. cap. licet, de probat. & cap.
exhibita in vlt. glo. de iudic. nam quam-
uis, plura copulatiue ponantur, quo-
rum alterum per ſe ſufficit, tunc illud
ſolum ſufficit, Ioan. Andr. in dicto cap.
licet. Quod intellige verum, niſi in re-
ſcripto poſita copulatiue, veniat quali-
ficatiue ad aliud, quia vtrumque proba
ri debet, cap. licet cauſam, de probat. Rot.
deciſ.7.num. 1. & 2. de reſcrip. in nou.
quam deciſionem poſtea denuo ſecuta
fuit Rota, vt per Achil. deciſ. 11. de re-
ſcrip. & tanto magis in gratioſis, vt do-
cet Felin. in d. cap. licet multa congerens
115 n.40. & ſeq. Quando ſumus in facto ar-
duo, & a iudice non intellecto, conſultor
ei aſſociari debet, vt late per Sarmien.
ſelect. ſent. videndum in capit. 14. num.
4. lib. 1. cum add. Cauſa redditionis ratio
nis adminiſtratorum bonorum, de ſui na
116 tura eo in loco, vbi adminiſtrata fue-
runt, cognoſci debet, l. 1. vbi Bar. Bal.
Caſtr. Ang. & Salic. C. vbi de rat. ag. op.
Rol. a val. conſ.49. num.7. vol.1. Anchar.
quæſtione 61. num. 2. par. 2. quare ſi por
rigatur commiſſio auocatoria de parti-
bus, non ita de facili conceditur, quam-
uis iuſta cauſa exiſtente, aliquādo ſi auo-
cari petens, ſuis ſumptibus uelit libros,
& iura ad curiam tranſportare facere, ſi
cauſa fuerit ardua uel inconſiderabilis,
ſoleat concedi, & in cauſis mercatorum
præcipuè, ſi criminalitatem annexam ha
beant, & ita multoties in Signatura ob-
ſeruatum fuit.

Sed

117 Sed quando ſemel ratio eſt reddita,
& ſolidata, computa non poteſt, nec agi
nec cogi ad iterum rationem reddendã,
per regulam, quod ratio ſemel reddita,
amplius reddi non debeat, l. ſemel. C. de
Apo.pub.lib.10.Io.Monac.Archid.Ioa.
And.& alij in cap.1.de Cleric. egrot. in
6. Lap.in Clem. quia contingit, Socin.
conſil.29.num.1.volum. 4. Pariſ. conſil.
89. num.10.volum. 1. cum multis con-
geſtis per Rolan. à Val.conſil.49.num.4
volum.1.Et eo maxime promiſſa libera-
tione carent ſi adeſt inſtrumentum libe-
rationis, in quo pluries, & pluries viſa
computa aſſeratur, ac facta cum iura-
mento liberatio, & generalis quietatio de
omnibus quomodolibet geſtis, & admi-
niſtratis, vſque ad tempus computorũ,
cum pacto de nil vlterius petendo, cum
ceſſione omnium exactorum, & exigen-
dorum ad quamcunque ſummam, & mil
le, & vltra, l.emptor, §.leuius, ff.de act.l.ſi
quid, C.de tranſact.Bar. in l.2. in fine,
C. de iure fiſc.lib.10.Pariſius dicto con-
ſilio 80.num.7.Roland.à Val.dicto con-
ſil.49.num.4.volum.1.Late Menoch.de
arbitr.iud.caſ.209.num.37. Quæ tamen
non procedunt, quando cõſtet de aliquo
dolo, nam tunc quauis liberatione non
obſtante, ſub quibusuis vinculis & clau-
ſulis cõcepta, ratio reddenda veniret de-
nuo, dato, quod etiam iuramentum adeſ-
ſet, cum in omnibus liberationibus do-
lus ſemper cenſeatur excluſus, l. quidam
decedens, ff.de adm.tut.l.cum tale, §.fi-
lius, in fi. ff.de cond.& dem. Anchar.con
ſilio 330.Iaſ.conſil.259.num. 2. volum.
2.Socin.conſilio 159. num.13.& conſil.
190.per tot. volum.4.Rolan.à Val.con-
ſil.cit.num. 57. Quamuis dolus non præ
ſumatur, l. merito, ff.pro ſoc.& venit per
allegantem proſpicue probandus, ac con
cludenter, l.quoties, §. qui dolo, ff. de
probat. l.dolum, ff.de dol.Dec.conſil.44
ſub num.4.l.1.C.de error.calc.Menoch.
vbi ſupra num.40. ibi clarum dolum re-
quiri aſſerit, nec ſat eſſe præſumptum.
Vide hæc dec. in ti. cap. Sicque Rota coram Illuſtriſſimo Pamphi
lio cenſuit in vna Melitenſis reuiſionis
computorum, Lunæ 30. Octobris 1593.
118 Hieroſolymitana Religio habet pri-
uilegia cognoſcendi cauſas non ſubditi
eius iuriſdictioni, quatenus ſic non ſub-
ditus ſe præfatæ iuriſdictioni ſubmiſe-
rit, vnde iſto caſu Melitæ lis terminan-
da erit. Tamen quando exterus graua-
tus reperiretur, de grauamine conſtito, in
Curia cauſa videnda erit, ſin ſecus ma-
gno Magiſtro remittenda, eo quia iam
Tribunal prçfatum ſibi elegit, deciſ.10r.
num.4.par.3.diuer. Conſenſus ſemel prç
119 ſtitus ſemper durare præſumitur, ſi
ſimpliciter ſit præſtitus, & non ad vnum
actum reſtrictus. Put.deciſio.285. parte
120 tertia, Litis pendentia dicitur, quando
ſententia lata in vno iudicio, non parit
exceptionẽ rei iudicatç in alio iudicio, &
tunc litis pendentia in vno iudicio, non
parit introductionem cauſæ in alio, co-
ram alio iudice, Socin.conſ. 381. num.
ſeptimo, parte prima, Iaſ.conſ.9.in 2.
reſpon. parte prima, Gab. lib. com.opp.
tit.de iudic.concluſione tertia, num.39.
121 Conſentire in illius iuriſdictionem, qui
iuriſdictionem non habet, quis non po-
teſt, l.priuatorum, C.de iur. omnium
iud.& non dicitur inductus conſenſu in
iuriſdictionem, neque datur per illos
actus, qui non inferunt conſenſum, ſed
poſſunt intelligi fieri ad effectum delibe-
randi, vel melius proponendi declinato-
riam. Bar.in l.ſi conuenerit, num.3.ff.
de iur.omn.iud.vbi nec etiam inducitur
122 conſenſus in iuriſdictionem per petitio-
nem copiæ libelli, ac fideiuſſionem de
iudicio ſiſti, Rot.deciſ. 779. nu.6. par.1.
123 diuerſ.ſi de iuriſdictione locorum in
partibus agi contingat inter perſonas Ec
cleſiaſticas quamuis magni res ſit, mo-
menti, in Curia poterit cauſa committi,
ſed non in prima inſtantia ita de facili,
maxime citra montes, reſpectu probatio
num, quæ in progreſſu veniunt facien-
dæ, & quando loci, terminorum, ac alio
rum inſpectione eſt opus, quæ lites vt
plurimum in cauſis confinium exoriun-
tur in partibus, ſolent committi, arg.
tex.in cap.ad decimas, de reſtitu. ſpoliat.
in 6. Valde iudicis oculus eſt in prçſenti
caſu neceſſarius, l. ſi irreptione, §.ad offi-
cium, ff.fin.regun.
124 Reſcripto Papæ ordinariæ eſt obediẽ
dum, ſed quando retardari debeat eius
exequutio, vide Felin. late in cap.ſi quan
125 do, num.1.& ſequen.de reſcript. Domi
cilium, vt in aliquo loco quis habeat, duo
copu-

copulatiue requiruntur, primo, quod
ibi maiore ſuorum bonorum partem te-
neat, ſecundo, quod illo in loco aſſidue
cunuerſetur, ſed an ſola conuerſatio ſuf-
ficiat, & circa præmiſſa, Felin.accerſito
in c.dilectus filius, num.11.de reſcrip.&
an domicilium, quis in loco, in quo ha
bet domum habere dicatur, ibidem tra
dunt, Imol.num.1.& Fel. num.2.&ſeq;
Et ſecundum Bal. in cap. Rodulphus, in
princip. de reſcrip. domicilium non con-
trahitur per diſcurſum, ſed per manſio-
nem in loco rei per expreſſam animi de-
liberationem, Vnde ſubdit Archid. in
capitulo primo in fine, 3. quæſtione 6.
Quod domicilium quis habere dicitur,
vbi larem ſibi conſtituit, ob id domici-
lium requirit reſidentiam. Ideo ſi Cle-
ricus duo habeat beneficia, in duobus
Epiſcopatibus, vbi continue habitat, ibi
dicitur domicilium habere, vt ibi Bald.
126 Quod duplex eſt, ratione originis, &
ratione habitationis, & ex quibus co-
gnoſcatur quo in loco contractum domi
cilium ſit, late ponit Menoch. de arbitr.
127 iud. lib.2.cent.1.caſ.86.per totum. Si
Vicarius Epiſcopi de per ſe ſolus in cauſa
delegetur, non poterit in illa Epiſcopus
ſe intromittere, nec ſententiare, ratio eſt,
quia in delogata iuriſdictione, non po-
teſt dici, idem conciſtorium, Anchar.
in clem.ſi principalis, num.5. de reſcrip.
& iſta plenaria delegatio facta a Papa,
non procedit cum ordinaria iuriſdictio-
ne, quamuis, vti Anchar.ibidem num.
128 1.ait, ſolum Vicarijs Epiſcoporum, &
non alijs Vicarijs reſcribit Signatura,
quẽ plura ad hunc propoſitum cõgeren-
tẽ videas nam breuitatis cauſa eius dicta
prætereo. Et quãdo reſcriptũ dirigitur Vi
cario generali, neque quod tamquam de
legatus procedat dictum ſit, vel aucto-
ritate ipſius Epiſcopi, intelligitur, quod
tamquam Ordinarius procedat, quia
iſto caſu per commiſſionem prorogatur
ordinaria poteſtas, Io.And. in addit. ad
Spec. Tit. de offic. Vic. verſ. Poſſet etiã,
& in ſecundo. Gemin.in c.2.nu.9. de of-
ficio Vicarij in ſexto. Bald. in l. ſi à te, in
fine, C.de pact. inter. emptor. & vend.
Et eo magis, quando cauſa non eſt alte-
129 rius naturæ, & formæ à Vicarij iuriſdi-
ctione competente, ſed tranſit cum ge-
nerali mandato Vicariatus, Rota coram
Reuerendo P. Domino Ortembergo nũc
Epiſcopo Attrebatenſi, in vna Bracha-
ren. Parrocchialis Lunæ 24. Ian. 1605.
130 Sed quando dignitati reſcribi con-
tingat, ea ratione ad ſucceſſorem tran-
ſit, quia numquam dignitas moritur,
ſed de vno in alium vadit, Glo. in ver-
bo dignitas, in capitulo Quoniam Ab-
bas, vbi Imol. numero duodecimo de
offic. delegat. capitulo Si gratioſe, de re-
ſcript.in ſexto, capitulo Liberti. 12. q.2.
Tunc dignitati cauſa demandata
cenſetur, quando dignitati reſcribi-
tur, exempli gratia Dilecto Fratri No-
ſtro Epiſcopo Melfettæ, Nuntio noſtro
apud Sereniſſ. Dominium Venetum, &
iſto caſu eo diſcedente ab officio, delega
tio ad ſucceſſorem tranſibit, Atſi reſcri-
batur ſub hoc tenore Dilecto Fratri No-
ſtro Offredo de Offredis nob. Cremonen
ſi, Epiſcopo Malfettæ Nuntio noſtro,
Apud Sereniſſimum Dominium Vene-
tum, eo caſu cum ſit perſona nominata,
& deſignata, eiuſve induſtria electa, ipſi,
& non officio demandata cauſa erit, &
& ſic recedendo, expirabit iuriſdictio, vt
131 latius ſupra dixi, Clauſula, tam coniun
ctim, quam, diuiſim ſecundum iuris ter
minos intelligitur, c. cauſam quæ, de
reſcrip.c.vt debitus, & cap.ſuper quæſtio
nibus, §.1.de offic.delega. nam expreſ-
ſio illa quam diuiſim, cum de neceſſita-
te inſit, nihil vltra ius commune opera-
tur, ſed gradatim, & acceſſoriæ venit,
vt primo pronuncietur ſuper articulo
grauaminis, Bero.q.120.Quamuis Rot.
Auinionen. deciſ.102.nu.4.contrarium
teneat, effectum operare vltra ius com-
mune, veluti, ſi articulus grauaminis
expediri nequeat, niſi iungatur cum ma
teria principali, tamen vigore dictæ clau
ſulæ vult, quod de ambobus cognoſcere
iudex valeat, cum multi ſint caſus, qui
vnus abſque alio diffiniri non poſſit, l.
quoties, C.de iudic.ca.de veſtra de don.
inter vir.& vxor. cap. tenor, de ord.cog.
132 Controuerſia exiſtente inter Illu-
ſtriſſimo, & Reuerendiſs. Cardinali Ar-
chiepiſcopo Toletano ex vna, & Sereniſ-
ſimo D.Principe Philiberto Emanuele

Digitized by Google

Magni Prioratus Caſtellę priore, eo quia Illuſtriſſimus Archiepiſcopus viſitare prætendebat non nulla caſtra, quæ Sereniſſimus Princeps immunia vti Hieroſolymitanæ Religionis dicebat Nomine Sereniſsimi Principis Rotæ cauſa iactationis commiſſa fuit, ſed quia plures aderant parrochiales rectas per clericos ſeculares, eo quia nulla de viſitatione in commiſsione mentio fiebat, ne ſub verborum inuolucro viſitatio Eccleſiarum impediretur pro qua ius ad fauorem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi aſſiſtebat. Ideo porrecta in Signatura Iuſtitiæ Commiſsione, proponente R.P.D. Thoma Ximenes nobili Antuerpienſi, inſtabatur reformari, perinde ac ſi præfata commisſio eſſet ſignata non retardata viſitatione iuſtificabatur commisſio, ex iuris aſsiſtētia pro Archiepiſcopo, ob id non veniebat retardanda imminente animarum periculo maxime, quia Concilium Tridentinum ſeſſ.7.c.8.& c.8. ſeſſ.21. Et Signatura non reſcribit contra Epiſcopos ſuper iure viſitandi, niſi cum relata clauſula. Quo ad exemptionem Religionis præfatæ obſtare dicebatur, quia interpretatio, ꝙ capiat eccleſias præfatas ſeculares in locis Religionis per laicos clericos rectas, tollitur per Concilium Tridentinum cum amplisſima derogatione exemptorum, priuilegiorum, ac conſuetudinum immemorabilium d.c.8. ſeſſ.7.& c.8. ſeſſ.21. & talia decreta impediunt etiam dictæ religionis Priuilegia. Minus facit, quod iſta loca prætendantur nullius diœceſis, quia vnuſquiſque inferior id confringere poterit ad ſubtrahendam Eccleſiæ auctoritatem, & ordinariorum, quod fieri non poteſt niſi probata priuilegiorum exiſtentia intra fines pro quo ſufficit Epiſcopo iuris aſsiſtentia Vltra quod Concil. cap. 9. ſeſſ. 24. expreſſe concedi Epiſcopo viciniori ius viſitandi Eccleſias nullius diœceſis cum ampliſſimis derogationibus. Pro alia parte cauſam in Rota cognoſcendam dicebatur, eo quia de Concilij Tridentini interpretatione agebatur excipiente actu Eccleſijs ſeruientes milites, vltra quod Archiepiſcopus non probauit ſuam intentionem, an ſint intra fines ſuæ Eccleſiæ iuxta deciſione Oradini relatam per Lancell. de Attent. par. 3. cap. 24. quæſtione 19. num. 4. Iuxta Deciſionum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinali Seraphini in vna Lunen. ſeu nullius iuriſdictionis Lunę 4. Maij 1588. Cauſa diſcuſſa, quia concurrebat, & priuilegia ex vna parte, & pro alia iuris aſſiſtentia Domini reſcribendum Rotę cen ſuerunt, vt in cauſa procederet perinde, ac ſi Commiſſio obtenta ſignata eſſet, cum poteſtate inhibendi cauſa cognita, quæ inhibitio, vt alias dixi concedi debet parte citata, & audita.

VRBIS.
Commiſs. Formulæ.

Beatiſſime Pater, diebus proxime elapſis quidam N. mercator in Vrbe foro ceſſit, Cumq. valde ære alieno grauatus reperiretur, in vnum (vt moris eſt) creditoribus conuentis, acceptis libris, ac ſcripturis, cæteriſq; præfati N. bonis, ex eis deputatos elegerunt, qui exactioni negotijs, & alijs circa præmiſſa, cum facultatibus neceſſarijs, & opportunis eis elargitis, incumberant. Verum quia reperiuntur in diuerſis vrbis Tribunalibus, & coram diuerſis iudicibus a varijs perſonis vexati, ac lites, & cauſæ præmiſſorum occaſione introductæ, & pendentes indeciſæ, quo fit, vt ſi illas in tam multis, & varijs tribunalibus, ſic creditores præfati S.V. oratores ſubire cogantur, quod pariter ceu impoſſibile erit, eo maxime, quia in dies exhoriuntur, introducuntur, & exhotiri, & introduci nouę lites poſſunt, adeo incōmodis, & ſumptibus, ex quibus bona a præfato N. relicta, quæ pro creditorum ſatisfactione non alias ſufficiunt, remanebunt multo magis diminuta, & debilitata, in grauiſſimum eorum damnum, & præiudicium, quia omnes expenſæ ad ipſorum damnum, & diminutionem tenderent. Ideo eorum indemnitati quantum fieri poteſt occurrere volentes, recurrunt ad pedes Sanctitatis V. illi humiter ſupliplicando, quatenus præuia auocatione omnium, & quarumcunque cauſarum depēdentium cuiuſuis perſonę ſiue

ſiue perſonarum, etiam priuilegiatæ, vel priuilegiatarum, ex priuilegijs etiam in corpore iuris clauſis, coram quocunque Rom. Cur. Iudice, tam ordinario, quam delegato, ſiue quauis auctoritate fungente, & ſub quouis prætextu, ac priuilegij colore deputato, etiam loco, vel locis pijs, vel alijs quibusvis cum clauſulis vrgentiſſimis, etiã motu proprio conceſſis, tam pendentium de præſenti in ſtatu, & terminis quibus reperiuntur, vel ipſarũ qualibet reſpectu reperiãtur motis, quam in futurum quomodolibet mouendis, præmiſſorum occaſione, cauſa, colore, vel ingenio, illam, ſeu illas ſic auocatam, ſeu auocatas ad ſe inſimul vnire, ac ſic auocatas, & vnitas, nec non quam, & quas, & mouere volunt, & intendunt, contra præfatos, qui lites habent, vel habere prætendunt, vt præmittitur, omneſque alios ſua communiter, vel diuiſim quomodolibet intereſſe, directe, vel indirecte putantes, in executiõ ac præſentium nominandos, & cognominandos tam coniunctim, quam diuiſim, etiam ſi vltra quatuor, ac quemcumque numerum, & quantitatem aſcẽdentes, in executione præſentium, toties quoties, opus fuerit nominandos, & cognominandos, tam actiue, quam paſſiue, vel quomodocumque, alicui iudici ordinario, vel prælato in Rom. Cur. commorãti, ſiue ſi magis placet A.C. in cuius tribunali ſunt ceu omnia inſtrumenta, in quorũ extractione in publica forma multo pecuniæ erogarẽtur, qui Prælatum deputet, ſummariæ ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritati inſpecta, etiam abſque regeſti confectione, ſiue ſtrepitu, & figura iudicijs, omni, & quacunque appellatione, & reclamatione poſtpoſitis, cum omnibus ſuis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali firmis remanentibus notarijs cauſarum præfatarum reſpectiuæ tam ſi in Rom. Cur. quam extra eam pendant, audiendas, cognoſcendas, ac fine debito terminandas, committere, & mandare dignetur. Cum poteſtate citandi, & inhibendi, in curia, & extra eam, toties, quoties, & quibus, quauis auctoritate fungentibus, & functuris etiam ſub cenſuris, & pænis eccleſiaſticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles pænas, præfatas incurriſſe declarandi, grauandi, regrauandi, & interdicendi, inuocato brachij ſecularis (ſi opus) fuerit auxilio, ſeruata tamen forma Concilij Tridentini, ceteraque omnia, & ſingula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria fuerint, vel opportuna conſtitutionibus, ordinationibus, Apoſtolicis, ſtilo palatij, & curiæ, regulis cancellariæ, legibus, ſtatutis, etiam iuramento vallatis, indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clauſis, ac motu proprio, & ex certa ſcientia quomodolibet conceſſis, ceteriſq. in contrarium quomodolibet facientibus minime obſtantibus, quorum tenores, ſtatus litium præfatarum, cotam quouis iudice pendentium, & merita cauſæ, & cauſarum, ac ſi ſufficienter præſentibus infererentur, pro expreſsis S.V. haberi placeat.

Talis commiſſio erit in Signatura Papæ proponenda, quia ſupradictæ clauſulæ non dantur per Signaturam Iuſtitiæ, quę reſpectu auocationis cauſarum, quãdo inſtructæ ſunt reſcribit, tuncq; ſit dem ptis omnibus ſupradictis clauſulis commiſſio ſimplex auocatoria, in qua ſi à Legato, vel Rota cauſæ particulariter fuerint auocandæ, mentio facienda erit. 186

Pupillus, vel ęque priuilegiatus, ſimilem petere, commiſſionem poterit, ſi adita hereditate, in diuerſis tribunalibus, à creditoribus moleſtetur, vel moleſtari poſſit, facto vt ſe habet narrato, & idem quando debet à diuerſis creditoribus exigere puta clericis, officialibus mercatoribus A.C. vel alijs Curiæ Capitolinæ, & varijs iudicibus ſocietatum, quæ conceditur in Signatura Sanctiſsimi ob derogationem priuilegiorum, & Statutorum neceſſariam.

Pariter, ſi fuerint diuerſi hæredes, qui in diuerſis tribunalibus eadem de cauſa agere vellent, ne varias proferri ſententias contingat, erunt cauſę vniendæ ac in alijs ſimilibus occurrentijs, facto mutato cui relatæ clauſulæ inſeruiunt.

BEatiſſime Pater, ſi aduerſarius in præinſerta narraſſet, pro vt non ſine dolo, & fraude tacuit quod lis, de qua in præinſerta fit mentio, diu pependit, & agitata fuit coram R.P.D. Locumtenente Illuſtriſſimi Vicarij ciuili, ac inhibi hinc inde ad plures actus deuentum, & in iuriſdictionem conſenſum, omnia acta producta, ac iura tranſportata, quodquę iam cauſa prope expeditionē, vel in expeditione ſit, vtique ad ſe in occupatione confouendum, ſeu ad litem in longum trahēdam, diutius laboribus, ac expenſis oratorem vexando, preinſertam, ſubreptitiæ, & obreptitiæ non obtinuiſſet, & quia falſus præcator impetratis carere debet, ne ſua valeat malitia gloriari, oratoriſue intersit quanto citius cauſam, & cauſas huiuſmodi via iuris terminare. Ideo ſupplicat S. V. quatenus præuia auocatione, a R.P.D. Locumt. A.C. cui præinſerta dirigitur cauſam, & cauſas præfatas, nec non quam, & quas cum omnibus dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, eidem R.P.D. Locumten. ciuili Illuſtriſſimi Vicarij S.V. remittere in ſtatu & terminis, quibus erant, antequam præinſerta expedietur, & quatenus opus ſit denuo committere, nec non quam, & quas &c. cum omnibus incidentibus, dependentibus &c. & mandare dignetur ſummariæ &c. Iuxta formam aliarum commiſſionū in actis præſentatarum, ſeu iuxta ſuas ordinarias, Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c. & aliæ clauſulę, præinſertæ, ac inhibitione illius vigore emanata, vel in poſterum emananda, cæteriſq; in contrarium quomodolibet facientibus, minimè obſtantibus quorum tenores &c.

BEatiſſime Pater, ſi aduerſarius in præinſerta S. V. narraſſet, pro vt non ſine dolo, & fraude tacuit, quod cauſa, de qua agitur fuit ex ſpeciali S.V. reſcripto R.P.A.C. demandata, cum clauſula appellatione remota, & ob id lata ſententia ad fauorem S. V. oratoris N. appellationi locus non erat, vtq; præinſertam ad ſolutionem diffugiendam, minime mendacijs plenam ſubreptitiæ, ac obreptitiæ obtinuiſſet, & licet credatur abſque aliquo attentatorum incurſu, ſiue pænarum ad vlteriorem executionem procedi poſſe, Tamen propter honorem, & reuerentiam Signaturæ, & ad litis anfractus tollendos. Supplicat S. V. deuotus illius orator, quatenus eidem R.P.D.A.C. committere ac mandare dignetur, vt præinſerta, & inhibitione illius vigore emananda, minime obſtantibus, ad finalem executionem mandati decreti, & relaxati procedat, procediq; mandet, & faciat iuxta primo, præſentare commiſſionis tenoram perinde ac ſi ſecundo loco inſerta non emanaſſet, Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c.

Siue quando adſunt priuilegia, ibi non ſine dolo, & fraude, &c. dicatur.

Quod Archiconfraternitas ſanctiſſimæ ſocietatis Conualeſcentium, & peregrinorum de Vrbe vigore priuilegiorum per S. V. eiuſq. prædeceſſores motu proprio, cum decreto irritanti, & clauſula ſublata conceſſorum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Alexandro Peretto Cardinali de Monte Alto Protectore habet iudicem in omnibus ſuis cauſis, tàm actiue, quam paſſiue motis, & mouendis quomodolibet contra quaſcumque perſonas, quantum vis exemptas immunes, & priuilegiatus à præfato Illuſtriſſimo Domino Cardinali protectore deputatum, cum clauſula omni, & quacumque appellatione remota, coram quo, & non alio conueniri debet, & conuenire, & alias pro ut latius in dictis priuilegijs continetur, ad quæ relatio, &c. Vtique pręinſertam non obtinuiſſet, ideo ne ſua malitia gloriari valeat, ac mens S. V. non ſit priuilegia, & immunitates Oratrici pręfatæ conceſſa auferre. Ideo illi humiliter ſupplicat, quatenus præfato N. cui præinſerta dirigitur committere, & mandare dignetur, vt ſuam moderetur inhibitione, ſiue eidem iudici Illuſtriſſimo Protectore deputato, vt ad vlteriora procedat, perinde ac ſi pręinſerta non emanaſſet. Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c.

BEatiſſime Pater lite, & cauſa vertentibus coram ſecundo collaterali cur. capit. inter creditores hæreditatis cuiuſdam N. ſuper ipſius hæreditatis diſcuſſione, ſeu prioritatis, & potioritatis &c. ac alias pro vt in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius, continentur, coram quo non ſolum inſtructa cauſa reperitur, ſed etiam in expeditione, & calculo ferendæ ſententiæ, vbi omnes creditores ſua iura deduxerunt, ac de eorum credito docuere, verum quia quidam A. prætenſus præfatæ hæreditatis creditor in iudicio ſupradicto diſcuſſionis vniuerſali, de ſuis forſan iuribus diffidens, venire, ſiue comparere recuſat, in maximum cæterorum præfatæ hæreditatis creditorum S.V. oratorum præiudicium, ſed agere intendit coram A.C. ne diuerſos ſumptus ſubire oratores cogantur, ac ne diuerſæ proferantur ſententiæ, & quia iudicium vniuerſale, particulare ad ſe trahit, ac ſilere facit, & æquitas non patitur, quod pro eadem re, & hæreditate in diuerſis tribunalibus agatur, cũ tot laboribus, & ſumptibus. Ideo S.V. oratores præfati humiliter ſupplicãt, quatenus cauſam, & cauſas præfatas, a dicto A.C. Locunt. auocare dignetur, ac illam, illas eidem Secũdo Collateтali, illã, alijs vniendo cauſis cum omnibus incidentibus, emergentibus, &c. committere & mandare dignetur cogneſcendas, audiendas, &c.

At quando agitur contra bona hæreditaria coram A. C. vigore Cameralis obligationis, nõ poteſt tunc creditor trahi ad iudicium diſcuſſionis bonorum coram alio iudice. Nam habet in priuilegijs A.C. quod in huiuſmodi cauſis procedere poſſit, non obſtante pendentia cauſæ diſcuſſionis coram alio iudice, vſque ad integralem ſatiſfactionem data tamen cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, & ſic vnicuiq; conſultum eſt, nam ſeruantur priuilegia ex cauſa oneroſa illęſa, & quatenus alter creditor ſit anterior, ſibi eſt prouiſum per cautionem, ſin poſterior, & ius non habet, ſibi non affertur detrimentum. 1

Com. IMOLENSIS.

BEatiſſime Pater, lite, & cauſa introducta coram Epiſcopo Imolenſi, vel eius in ſpiritualib. generali Vicario, cauſa, & occaſione &c. Inter deuotum S.V. oratorem A, actorem ex vna, & quendam B. reum conuentũ ex altera Vbi ad quã plures actus deuentũ fuit, in prima, vel alia veriori inſtantia, vti coram loci ordinario, præfatus B. aduerſarius præmiſſis tacitis cauſam, & cauſas præfatas, vigore primo loco inſertę commiſſionis, ſubreptitiæ, & obreptitiæ obtentæ obtinuit cõmitti in Rota R.P.D. Alex. Iuſto, qui ſi præinſerta narraſſet, vtique commiſſionem præfatam non obtinuiſſet, quia abſq; cauſa, ſaltim legitima ab vno iudice de meritis informaio, parte inaudita auocare, alteri demandando, S.V. intentionis non eſt, maxime reſiſtente ſacro Concilio Tridentino, præcipiente, quod in partibus primæ inſtantiæ cognoſcantur coram ordinarijs, vt facilius proceſſus, & probationes fiant, Ideo ſupplicat Sanct. Veſtr. orator pręfatus, vt pręuia auocatione a R.P.D. Alexandro Iuſto quatenus opus ſit cauſam, & cauſas huiuſmodi, nec non quam, & quas, &c. ad partes eidem Epiſcopo vel eius Vicario in ſpiritualibus generali remittere, dignetur in ſtatu, & terminis quibus ante præinſertã emanatam erat, & reperiebantur, Cum poteſtate citandi, vt in alia Commiſſione ſupra. Et factum vt occurrit narretur.

Et cũ abſolutione a cenſuris ad effectũ, &c. & per breue S.V. ac cum decreto, quod copia huius commiſſionis, cũ originalis collationata in actis notarij cauſę dimiſſa, habeat vim validiſſime inhibitionis. Si cauſa fuerit matrimonialis, pari term ẽtio de illa fiat, nam ſimiles cauſæ quando mulier eſt pauper, non trahuntur ad Ro. Cur. niſi maritus expenſas, & litis ſumptus ſubminiſtrare velit, iuxta Conc. Trid. in cap. cauſæ omnes 24. ſeſſ.

Pariter, ſi fuerit obtenta inhibitio, vel monitorium ab A.C. etiam ſuper iactationibus in prima inſtantia, vel mandatum de manutenẽdo quatenus ad partem remittere cauſam Aud.C. nolit, pręfatis expreſſis nolit, formetur commiſſio vt ſupra.

Similiter ſi agatur de re Eccleſiaſtica, in prima inſtantia, vel cauſa quomodolibet ad forum Eccleſiaſticum pertinente.

Vti etiam ſi fuerit vidua, pupillus, ac ſimiles priuilegiati, qui cauſæ auocationem petant, & ad partes remitti, vel e contra, auocari a partibus, & in curia coram Papa cōmitti, quibus fauorabilis Princeps eſſe debet, vt dixi, formata commiſſione facto narrato, quod miſſum facio, quia ex illorum varietate ac multitudine omnibus aptare commiſſiones impoſſibile foret.

Com. VRBEVETANA.

BEatiſſime Pater, prætendens quidam A. eſſe creditorem, q. B. a multis annis citra defuncti vel ius ſuper domo, prædio, & ſimilibus S.V. oratorem C. filius, hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, in pupillari ætate conſtitutos, ſiue minores, non minus nulliter, quam iniuſte, & inique illos conuenit coram D. Gubernatore dictæ ciuitatis, Seu, vigore monitorij coram A.C. in Ro. Cur. verū quia ex priuilegio in corpore iuris clauſo orator trahit, & non trahitur extra ſuam prouinciam, Seu, ob aduerſarij potentiam in partibus litigare perhorreſcit, vbi iuſtitiæ complementum conſequi non ſperat, pro vt iurare paratus eſt, & quatenus opus ſit iurat, Ideo ſupplicat S.V. quatenus præuia auocatione, &c. cauſam, & cauſas præfatas eidem D. Audit. Cam. remittere, & quatenus opus ſit committere, & mandare dignetur audiendas, &c. Cum poteſtate, &c. vt ſupra.

Et pariter ſi petatur auocari pendens cauſa de partibus, & in curia committi mutatis mutandis vt dictum eſt concipitur commiſſio.

CIVITATIS CASTELLI.

BEatiſſime Pater, Vertente lite, & cauſa coram Epiſcopo ciuitatis Caſtelli vel eius in ſpiritualibus generali Vicario, inter S.V. Oratorem A. contra B. &c. Idem iudex nimis animoſe procedens, &c. narretur factum ſe adeo oratori ſuſpectum præbuit prout iurare paratus eſt, & iurat, quod coram ipſo iuſtitiæ complementum conſequi non ſperat, & quia coram ſuſpecto iudice durum eſt litigare. Ideo dignetur Sanct. Veſt. præuia auocatione, &c. Epiſcopo Burgi ſancti Sepulchri viciniori, vel eius generali in ſpiritualibus Vicario committere, & mandare dignetur Audiendas, &c. vt in alijs commiſſionibus.

Quando conceditur iſtæc commiſſio, ſolet addi clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, vel non ſit conſenſum in iuriſdictione, vt dixi ſupra, &c.

Com. ROMANA.

BEATISSIME Pater. Lite, & cauſa pendentibus coram R.P.D. A, inter S. V. Oratorem B, ex vna, ac C, aduerſarium partibus ex altera, cauſa, & occaſione de quibus in actis euenit, quia dictus D, Iudex à Curia non ita cito rediturus ſe abſentauit, vel ad Epiſcopatū, ſiue Cardinalatum promotus extitit, ſiue obijt, vel cauſam ad Cancellariam remiſit, & cum valde oratoris iudice carentis iudicem habere interſit, vt quanto citius liti ſit finis; Ideo humiliter ſupplicat S.V. quatenus in locum dicti D, A, abſentis alium prælatum illi bene viſum, vel de conſenſu partium in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur, ac iuxta formam commiſſionum in actis præſentatarum ſubrogare dignetur. Cum facultate citandi, & inhibendi in Curia, & extra etiam ſub cenſuris, vt in ſupradictis commiſſionibus, & iuxta eas, & alijs neceſſarijs, & opportunis.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO. Num. Primo.

MELITENSIS REVISIONIS computorum. Lunæ 30. Octobris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Ratione ſemel reddita, iterum non eſt reddenda, maxime ſi ſequuta ſit liberatio per contractum.*

2 *Dolum in ratione reddita non præſumitur, niſi probetur.*

Fuit

1 FVit reſolutum D.Cæſarem non poſſe agere contra Abbatem pro reuiſione computorum iam ſolidatorum, quia vulgaris eſt cedula, quod ratio ſemel reddita,non eſt iterum reddenda, l.ſemel, C.de apo.pub.lib. 10.Ioan.Monach. Archid. Ioan. Andr. & alij in cap. 1. de Cler. egrot. lib. 6. Lap. in Clem. quia contigit,de relig. Rom. Socin.conſil. 29. num.1.lib.4.Pariſ.conſil. 89.nu. 1.cum alijs per Rol.in conſil.49.num.39 libro 1.

Præſertim ſtante inſtrumento liberationis,in quo D. Cæſar aſſerit computa fuiſſe pluries, & pluries diligentiſſime viſa, & reuiſa, & in iuramento liberat, & quietat generaliter Abbatem de omnibus quomodolibet exactis, & adminiſtratis pro annis 1589. 1590. & 1591. cum pacto de nihil vlterius petendo, & etiam cum ceſſione omnium fructuum exactorum, & exigendorum ad quamcumque
1 ſummam aſcendant pro ſcut. 4100. ad l.emptor, §.lucius,ff. de pact.l.ſi quidem,C.de tranſact.Bart. in l.2. colum.ſi. C.de iure fiſci,lib. 10. Pariſ. dicto conſil. 89.num.7.Rolan.dicto conſil. 49. num. 42. & late Moder.de arb. iud. caſu 209. ſub num.37.

2 Et licet prædicta non procedant vbi conſtat de aliquo dolo, quo caſu non obſtante quacumque liberatione quibuſuis verbis concepta ratio eſt de non reddenda,etiam ſi addit iuramentum cum in omni liberatione ſemper cenſeatur exceptus dolus,l.quidam decedens, ff. de admin.tut. l.cum tale,§.filius, in fin. ff. de cond.& dem.& trad. Anchar. in conſilio 330.Iaſ. conſil.219.num.2.lib.1. Socin. conſ.159.num.13.& conſil.190. per tot. Dec.conſil. 110.colum.fin.Pariſius dicto conſilio 89. numero 40.& Roland. dicto conſilio 49.numero 57.cum alijs allegatis pro informantes pro D. Cæſare.

Iſte tamen dolus non præſumitur, l. merito, ff. pro ſoc. & debet per allegantem perſpicue, & concludenter probari l.quoties,§.qui dolo, ff.de probat. l. dolum,de dolo, Pariſius conſilio 96. num. 42. Decius conſilio 44.ſub numero 4. & l.1.C.de error.calc.Moder. de arb. dicto caſu 209.num.40.vbi poſt alios qui allegantur dicunt,quod requiritur dolus verus,nec ſufficit præſumptus.

ILLVSTRISS. SERAPHINO

Num.Secundo.

ESINA BONORVM.

Ven. 13.Ian.1579.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus extra locum in quo partes concordarunt, eſt nullus.*

2 *Monitoria in forma ſignificauit per Rotam non dantur.*

3 *Arma non ſunt ſumenda de domo rei.*

1 FVit reſolutum nemine diſcrepante, quod monitoria per Vicarium Maceraten. decretum erat nullum ex duobus præcipue capitibus. Primum eſt ex eo, quòd fuerat concordatum de loco Tolentini pro exequutione litterarum compulſorialium, & ideo proceſſus alibi factus non valuit, vt per Franc. & Rotã al legatos in informationibus iuris pro parte Reuerendiſs. D. Epiſcopi. Secundum, quia non eſt ex ſtylo Dominorum procedere per viam monitorij in his caſibus,niſi contra certas perſonas deſinentes ſcri-
2 pturas, quæ debeant compulſari, ſed eſt ſtylus Auditoris contradictarum, à quo impetrantur Monitoria huiuſmodi, quæ à forma vocantur ſignificauit, fuerunt etiam conſiderata alia particularia à non nullis ex Dominis,veluti, quod in forma compulſorialium non eſt facta mentio Epiſcoporum, qui ſunt ſpeciali ſcitu digni, & quod non ſunt ſumenda arma ex
3 domo rei ſuper quibus tamen non fuit factum ius, ſed tantum ſuper duobus primis fundamentis.

ILLVSTRISS. SERAPHINO

Num.Tertio.

ROMANA TVTELAE

17.Februarij 1603.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tutrili dotem repetenti, an & quando obſtet exceptio adminiſtratæ tutelæ.*

Fvit reſolutum exceptionem redditionis adminiſtrationis tutelæ videri impedire reſtitutionem dotis, quam petit Illuſtr. D. Victoria ex pluribus.

1 Primò, quia hæc eſt communis ſententia Doctorum, quos citat Neguſ. 1. membr. quintę partis principalis, num. 36. reprobat contra Soc. 180. lib. 2. Decius conſil. 552. ſeu deciſ. 317. num. 1. lib. 2. & hanc ſententiam tenuit Rota per Samnen. deciſ. 34. Licet in deciſione Put. 146. iſte articulus non fuit deciſus, ſed & hoc idem fuit à Rota reſolutum in cauſa Saluiani interdicti de Col. 15. Nouembris 1599. coram R.P.D. Lancellotto, maximè cum concurrat obligatio Cameralis ad fauorem D. Victoriæ contra quam non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem.

Secundo, quia licet exceptio compenſationis poſſit opponi contra mulierem repetentem dotem, l. nec rei vendicatæ, §. primo ſolut. matr. Tamen hoc non procedit quando opponitur cōpenſatio q nō admittatur liquidū, ac verum non eſt tot bona perueniſſe ad manus D. Victoriæ vt ex eis potuerit ſibi ſatisfacere, & rem illi quidam fecerint contrariæ relationes in actis productæ cum etiam petatur, fieri compenſatio ſpeciarum, cum qualitate, quæ regulariter non admittitur, l. ſi conuenerit de pignor. act. & ita euitantur deciſiones in contrarium allegatæ in cauſa Romana de Beuilacquis, coram R. P. D. Penia. In illis enim conſtabat tot pecunias perueniſſe ad manus adminiſtratorum, vt ex illis præſumeretur eos ſibi ſatisfeciſſe.

Non obſtat, quod dicitur declaraſſe D. Victoriam ſe retinere Caſtrum Vermę & alia bona, pro ſatisfactione ſuæ dotis, quia non apparet, quod talis proteſtatio habuerit effectum, quare concluſum fuit exceptionem propoſitam non obſtare.

R. P. D. RVBEO.

Num. Quarto.

LEODIEN. DOMORVM.

16. Nouembris 1575.

SVMMARIVM.

1 *Sigilli recognitio fieri debet in mandato appoſito.*

2 *Sigillum apponi ſolitum in vna cauſa non probat in alia.*

Fallit regula. vt num. iij.

4 *Canonicorum nomina ſi ommittūtur per Papam ſupplentur in Commiſſione euidentiali.*

IN Cauſa Leodienſi domorum pendēte coram me opponebant agentes pro Capitulo, quod non cōſtaret de tali mandato, quod eſſet ſufficiens ad vendendum domos, de quibus agebatur. Ideo die Mercurij 16. Nouembris 1575. propoſui huiuſmodi dubium, & informantes pro parte Capituli, duo principaliter in effectu deducebant primum, quod manda-
1 tum non erat in forma probanti, quia ſigillum in eo appoſitum non erat recognitum. Rota deciſione 12. de procurat. in nou. præſertim, quia in appoſitione ſigilli fuerat dictum ſigilli noſtri ad
2 cauſas. Vnde etiam data recognitione non videbatur, quod hoc ſigillum ſufficeret, quia non attenditur ſigillum deſtinatum ad vnū vſum ſi ad alium vſum apponitur Rota deciſ. 12. ſupra alleg. & per Rebuff. de nominat. quæſt. 10. num. 27. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 113. num. 7.

Secundum quia cum tractetur de alienatione rerum Eccleſiæ, & ſic agatur de perpetuo præiudicio, & per conſequens ſumus in grauibus debebant in mandato exprimi nomina Canonicorum, vt per Bart. in l. 1. num. 5. de alb. ſcriben. Mohed. deciſ. 243. cum multis alijs adductis hic per informantes.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam ſententiam tenuerunt Domini, quia inſpecto tenore mandati verba ſunt clara, & ſufficientia ad vendendum domos

mos de quibus agitur, Vnde in hoc nulla eſt difficultas, vt ſunt iura vulgaria.

3 Non obſtant adducta in contrarium, & primo, quod opponitur de non recognitione tollitur facillimè, quia cum hoc mandatum fuerit productum in partibus vbi fuit litigatum, & latæ fuerunt duæ ſententiæ contra Capitulum, & pro eius parte nihil fuerit oppoſitum, intrat Conſtitutio Innocentiana, quæ vult vt iuribus in proceſſu de partibus poſſit fides adhiberi, & maximè in caſu iſto, vbi cōcurrunt multæ coniecturæ, quæ poſſunt colligi ex depoſitionibus teſtium contra Capitulum Examinatorum, quorum ſummarium fuit datum in alia poſitione, & deducuntur hic pro informante in facto, & ad illud quod dictum eſt ſigilli noſtri ad cauſas, fuit reſponſum ex Doctriea Specul. de citatio, §. iam de citatione, num. 13. & vlterius non apparet, quod Capitulum habeat plura ſigilla diſtincta, & deſtinata ad diuerſos vſus, item quia illud verbum ad cauſas, id eſt ad negotia ſtante quod hic ceſſat omnis ſuſpicio fraudis attenta ſerie facti, vt ſupra dictum eſt, & ita non obſtant doctrinæ ſupra in contrarium allegatæ.

4 Secundum, quòd nomina Canonicorum non fuerunt expreſſa, tollitur facillimè, quia cum iſta ſit quædam ſolemnitas licet fuerit ommiſſa in mandato, ſuppletur auctoritate Papæ, de qua in gratia ſi in euidentem vbi Papa ſupplet omnes defectus, de eius poteſtate non eſt dubitandum, & de voluntate conſtat clariſſimè, & ita intrat conſ. Abb. 41. lib. 1. Decius conſil. 142. cum alijs allegatis.

Neque hic cadit illa difficultas quod Papa non ſupplet defectum conſenſus, cū mandatum probet conſenſum Capituli in illis verbis. Nos Decanus, & Capitulū, & ſolum ſuppleatur defectus ſolemnitatis ommiſſæ circa expreſſionem nominum ipſorum Canonicorum, ſed & ex abbundanti dicebant Domini, ſufficere ſigillum in caſu iſto, vt per Rotam dec. 9. & 36. de procur. in antiq. & per Sarnen. dec. 57. quam Rota tenet ſaltem vbi concurrunt coniecturæ, & ceſſat timor fraudis, vt ſupra dictum eſt.

R. P. D. LITTA.

Num. Quinto.

ROMANA CASALIS Triſuſæ.

Veneris 15. Februarij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius eſt iudex competens viduarum.*

2 *Vicarij iuriſdictio reſtricta, quomodo intelligatur.*

Vidua diues comprehenditur etiam ſub priuilegio l. vnice, C. quan. Imp. inter pup. & vid.

3 *Vidua trahit, & non trahitur.*

4 *Proteſtatio declinatoria iuriſdictionis in omni actu repetenda venit.*

DVbitaui an ſententia lata per Vicarium Vrbis in fauorem Dominæ Lucretiæ Capitis Ferri, contra Dominum Tiberium Cenſum, occaſione certæ partis caſalis Triſuſæ, & vt latius in dicta ſententia habetur ſit nulla, & Domini tenuerunt quod non, quia fuit lata ſeruatis ſeruandis, & de iuriſdictione ipſius Vicarij dubitaui non poteſt, ex quo Domina Lucretia eſt Vidua, & iudex cōpetens viduarum eſt ipſe Vicarius, & per Veſtr. in ſua prax. cap. 16. num. 2. lib. 2. & per Vant. de nullitate ex defectu iuriſdictionis num. 13. quod idem conuincitur ex lectura facultatum ipſius vicarij.

2 Nec poteſt dici, quod iuriſdictio vicarij ſit reſtricta ad ſummam ſexaginta florenorum.

Quia fuit dictum id procedere reſpectu ordinis procedendi, vt ſcilicet vſque ad dictam ſummam poſſit procedere de plano ſummariè ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, vnde per hoc non tollitur quin vltra dictam ſummam, non poſſit procedere iuris ordine ſeruato, ad tex. in l. cum prætor. ff. de iudic.

Non obſtat, quod facultates vicarij videantur limitatæ ad cauſas miſerabilium perſonarum, & vidua nobilis, & diues nō poſſit dici miſerabilis, ideo, &c.

Quia dictum fuit dictas facultates etiam

etiam viduas diuites comprehendere, & non eſſe reſtrictas ad miſerabiles perſonas tantum, quod patet ex illis verbis, & in cauſis miſerabilium perſonarum viduarum pupillorum Eccleſiarum, &c. Loquuntur enim facultates de viduis indiſtinctè; vnde etiam non miſerabiles, ſub tali oratione comprehenduntur, ad text. in l. 3. ff. de offic. prætor. & in l. 1. §. quod autē, ff. de aleę luſu, & aleator, imo quod in non miſerabilibus propriè verificetur illa expreſſio videtur omnino concludendum, nec ſcilicet ſuperfluo videatur appoſitum illud verbum viduarum poſt illam clauſulam, & in cauſis miſerabilium perſonarum, &c. contra text. in §. quibus primæ Conſtit. vltra quod in omnē caſum reſpectu priuilegij fori, de quo agitur vidua, quamuis diues miſerabiles perſona dicatur, quia non attenduntur diuitiæ, ſed conditio viduitatis per text. in l. prima, vbi Aretin. hoc not. num. 5. ff. ſol. matrim. Cardin. in cap. ſignificantibus, in primo not. de offic. deleg. Abb. in cap. licet, de foro compet.

Non obſtat, quod Dominus Ceulus debuerit conueniri coram A.C. vel Senatore, cum actor regulariter teneatur ſequi forum rei, &c.

3 Quia fuit dictum, viduam in hoc eſſe priuilegiatam, vt ſcilicet trahat, & non trahatur, ad tex. in l. 1. C. quand. Imp. inter vid. & pupill. late Natt. conſ. 590. nu. 2. & ſeq. lib. 3.

Vltra quod, in caſu iſto tollitur omnis controuerſia, ex eo, quod Dominus Ceulus conſenſit in iuriſdictionem dicti Vicarij cum illius procurator ſub die ſexta Aprilis 1592. petierit ſe reponi à decre-

4 to pronunciationis articulorum confeſſatorum nulla facta repetitione proteſtationis, reſpectu in competentiæ iuriſdictionis, quæ in omni actu neceſſaria erat ad excludendum conſenſum, ad notat. per Felin. in capitulo inter monaſterium, num. 12. in cap. cum tu, num. 21. ff. de quæſt.

R. P. D. PENIA.

Num. Sexto.

PAPIEN. ARCHIPRESBYTERATVS

Lunæ 19. Nouembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Rotæ datur per præſentationem Commiſſionis.*

2 *Iuriſdictio Rotæ non dicitur conſumpta, niſi ſententia exequuta.*

3 *Rotæ Auditores abſque alia commiſſione ſententias ab eis latas exequuntur.*

4 *Rotæ Auditores poſt latam ſententiam reuocare poſſunt exequutionem.*

5 *Poſſeſſionem vigore exequutorialium capiens attentat.*

Atq; fuerant in hac cauſa duæ ſententiæ coram Ordinario, altera in Rota, quę ſententia Ordinarij confirmauit, Et quia ſententia Rotalis tranſiuit in rem iudicatam Auditor relaxauit exequutoriales, & inſtrumentum de fructibus liquidandis conceſſit in gradu reſtitutionis in integrum, ego prædictas duas ſententias confirmaui, Hieronymū Speltam à patronis præſentatum inſtituendum, & litteras exequutoriales exequendas mandaui, Hieronymo in poſſeſſione exiſtente Benzonus aduerſarius, à mea ſententia appellando iterum cauſam alteri Auditori committendam curauit, ſed Signatura moderandam inhibitionem ordinauit, & alteram commiſſionem Benzoni reiecit, & quia Hieronymus inſtabat pronunciari ſuper fructuum liquidatæ, & Benzonus prætendebat reuocationem quorumdam attentatorum, Cui Hieronymus opponebat defectum iuriſdictionis, ex quo egò ferendo ſententiā diffinitiuam functus eram officio meo, & iuriſdictio expirauerat. Ideo pręmiſſis quibuſdam pręſuppoſitis in facto verificatis, dubitaui an haberem iuriſdictionem, & Rota vtraque parte informante iuriſdictionem adeſſe cenſuit, quia per

1 Commiſſionem præſentatam acquiſita fuit iuriſdictio Rot. deciſione 6. de offic. deleg.

2 de leg. in nou. quæ non dicitur conſumpta,niſi ſententia fuerit exequutioni demandata.

3 Nec obſtabat, quod proferendo ſententiam expirauerat iuriſdictio,quia fuit reſponſum Rotæ Auditores abſque alia Commiſſione habere facultatem exequēdi ſententiam latam, & litem non extingui,niſi per ſententiam exequutioni demandatam. Sarn. in regul. de annal. quæſt.44. verſ.quod manifeſte.Pur. deciſione 311. num. 11. lib. 2. Mohed. deciſione 3. num.4.vt lit. pend.

Vnde adhuc remanerem exequutor conſequenter penes me eras iuriſdictio, vel ad exequuta,quatenus eſſet locus exequutioni, vel ad abſtinendum quatenus vlteriori exequutioni non eſſet locus,vel etiam ad reuocandū ſi quid ab aliquo ſubexequutore à me deputato vel, & à parte minus legitimæ fuit actum; & in terminis, quod etiam poſt

4 latam ſententiam Rotę Auditores poſſint reuocare exequutionem factam à parte, vel à ſubexequutore vigore exequutorialiū, abſq. illarum reproductione eſt deciſio Rotæ 6. apud Caſſad. de cauſ. poſſ. & prop. & apud Ptolomæum, quæ incip. Bellicen. ſancti Nicolai, vbi dicitur,talem exequutionem debere reuocari. Saltem per viam nullitatis, Vnde conſequenter infertur, & poſt latas ſententias, & exequutoriales relaxatas, remanere iuriſdictionem apud Auditorem ad effectum reuocandi, quod nulliter factum fuit,Quod eo magis in hoc caſu habebat locū, quia prætendebatur reuocatio attentatorum, quod ſpectat ad illum iudicem cuius maieſtas læſa fuit Lancellot.de attent. par. 3.cap. 17. de iudic. & num. 6. & ſeq.

Rurſus non obſtabat dicere, quod attentata veniunt reuocanda per iudicem ad quem,Franc.in cap. non ſolum, num. 1.de appel. lib. 6. Alexander conſil. 99. num. 3. lib. 5. quia fuit reſponſum,quod cum Commiſſio appellationis per Signaturam fuerit reiecta,&mandatum Auditori, vt ſuam moderaretur inhibitionē conſequitur voluit cauſam ad me remittere,non intendens aliquatenus meæ iu-

5 riſdictioni præiudicare,Demum non obſtabat,quod poſſeſſio erat ſequeſtrata, quia nihilominus attentare dicit eapiens poſſeſſionem vigore exequutorialium, Creſcen. deciſ. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. &c.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Num.Septimo.

CORDVBEN. STATVTORVM.
Merc.24.Ianuarij 1590.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in ſtatu, & terminis ad cauſam admitti petens intellectus.*

2 *Sententia contumacialis non nocet tertio,quod à die habitæ notitiæ prouocare non poſſit, etiam ſi in iudicatū tranſiiſſet.*

3 *Clauſula in ſtatu, & terminis operatur, quod faciat ſententiam ſuam,ſed nō ad effectum numeri, & rei iudicatæ.*

FVit dubitatum an conſtet de intereſſe Ciuitatis Cordubenſis ad cauſam venientis,& ſi ſic an illi abſtet res iudicata, ita vt non poſſit audiri niſi refectis expenſis. Et quantum ad priorem dubij partem, iam fuerat ſub die prima Decembris proxime prętérito reſolutum conſtare de apparenti intereſſe Ciuitatis ad effectum admiſſionis ad cauſam.

1 Quantum vero ad poſteriorem partem, Domini cauſa ſæpius præpoſita, reſoluerunt, quod quamuis Ciuitas petierit ſe admitti cum clauſula in ſtatu,& terminis in quibus cauſa reperiebatur, Statùs autem erat iſte, quod Clerici Ciuitatis per contradictas fuerant ad inſtantiam Vniuerſitatis Parochialium cōdemnati, quæ ſententia tranſitum fecit in iudicatum, nihilominus eſſet audienda, non tamen impediret, quo minus dicta ſententia mandaretur executioni contra Clericos reſpectu expenſarum, nam quamuis dicta clauſula in ſtatu, & terminis ſit eius efficaciæ,vt veniens ad cauſam faciat omnia acta,& ſententias ſuas, vt no. in cap. 2. vt lit. pend. in 6. & per Put. deciſione 71. lib. 3. Et fuit reſolutum coram R.P.D. Vice comite in cauſa Salamantina

na portionis 27. Ianuarij 1584. Et in alijs pluribus cauſis, tamen hoc fuit generaliter introductum in dicto capitulo ſecundo, in materia beneficiali propter ceſſiones,&ſubrogationes,ex quibus plerumque redderentur cauſæ immortales, ſi dato nouo Collitiganti proceſſus ſemper de nouo eſſet inchoandus, vt aperte ibi trad.glo. quod tamen non eſt perpetuum,cum aliquando veniēs ex iure ſuo, quod non habet connexionem cum iure litigantium, poſſit ſuo nomine agere, & de nouo litem inchoare, vt tradit ibid. Ioan. Andr. num.1.ver.ille autem,Fran. num. 5. Gemin.num.9.Et quamuis in cauſis profanis idem aliquando obſeruetur, vt videre eſt ex congeſtis per Couar.pract.quæſt. 3. num.1.Tamen id eſt intelligendum, quando quis venit ad alterius defenſionem, vt loquuntur Bald. Ang. & Aret. per eum allegati, quod ſi quis veniat ad deducendum generaliter ius ſuum, tunc poteſt duplici via inſiſtere, vel veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis,vel generaliter committi faciendo pro ſuo intereſſe,vt ſupra,ex Io. And. & alijs deductum fuit, Sed in caſu propoſito difficultatem faciebat, quod Ciuitas priorem viam aggreſſa eſt veniendo ad cauſam in ſtatu & terminis, & ideo vigore commiſſionis videbatur idem dicendum,quod in deciſione Put. & alijs per informantes allegatis.

2 Tamen Domini contrarium cenſuerunt, quia ſententia lata contra Clericos,fuit lata in contumaciam, & ideo nō nocet tertio, quo minus à die ſcientiæ ei non liceat appellare, etiam quod tranſijſſet in iudicatum, vt per eundem Didacum, cap.15.num.2,verſ. deinde ſententia, neque debet ei obeſſe clauſula il-
3 la in ſtatu, & terminis, quia bene operatur, quod admiſſus faciat illam ſententiam ſuam adeoque cum alijs facit numerum ad effectum rei iudicatæ, ſed non operatur vt cenſeatur approbare illam qualitatem tranſitus in iudicatum, quia hoc repugnaret intentioni eius,qui petit ſe admitti ad effectum impugnandi dictam ſententiam. Contraria enim ſunt facere rem iudicatam ſuam, & ſententiam impugnare, & admiſſio ad cauſam præſupponit eam adhuc durare non autem extinctam penitus eſſe, & ita loquitur dicto capitulo 2.admittens tertium ad cauſam non dum finitam, & alij ſupra citati, & ideo admittitur ad appellandū à die ſcientiæ non obſtante re iudicata, quæ non ipſi, ſed condemnato hoc caſu præiudicat, & hanc ſententiam amplexa eſt Rota referente, Achil. deciſione 13.de appel.vbi tertius admiſſus fuit ad appellandum à ſecunda ſententia, quæ tranſiuerat in iudicatum,& relaxatæ fuerant exequutoriales, & proceſſum fuit contra eum per aliam inſtantiam, quod æquiſſimum etiam viſum eſt in hac cauſa,in qua comparet Ciuitas, quæ iure minoris vtitur, Clerici vero non poſſunt euitare exequutionem reſpectu expenſarum, quia eorum contumacia eis nocet, Gabr. de ſent.concluſ.3.num.5.

An autem ta'is ſententia debeat mandari exequutioni reſpectu negotij principalis contra dd. Clericos, Domini dubitarunt,ex eo quod intereſſe eorum videtur inſeparabile ad intereſſe Ciuitatis per ea quæ trad. Ang.in l.ſuſpecta, num.3. in fin. ff.inoff.teſt. ideo ſuper hoc particulariter dubitatum, & hæc ita per Dominos reſoluta fuerunt circumſcripta pro nunc ea ſententia de partibus, quam Vniuerſitas de nouo allegauit,ſuper quę erit audienda ſi opus fuerit.

R. P. D. SACRATO.

Num.Octauo.

ROMANA RELOCATIONIS.

Mercur.2.Decemb.1609.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis conditum de ordine Papæ capit res cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas.*

2 *Statutum generaliter loquens, non trahitur ad cauſam ſpecialis priuilegij.*

CVm præſuppoſito, quod Archiconfraternitas ſoleat diſtrahere ſine ſolemnitatibus,cenſuerunt Domini confraternitatem teneri relocare, cum antiquis pactis, & conditionibus Annæ, & ſororibus, tamquam de ſanguine vltimi inue-

inueſtiti in vim Statuti Vrbis, cap.124. libro primo.

1 Quod quidem ſtatutum cum ſit Papale tanquam conditum de ordine, & mandato Papæ eſt aptum ligare res, cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas in ijs, in quibus, non reperiuntur particulariter priuilegiatæ, vt tenuit Rota in cauſa Romana de Comitibus inter diuerſ. impreſſ. deciſione 452. parte prima, & in alia Portuenſis plani, coram D. Robuſterio confirmata in deciſione 371. numero 3. eadem parte prima diuer. Et vltimo loco in Romana ſeparationis Thori, coram R. P. D. meo Marquemontio in duabus reſolutionibus.

Et proinde non fuit neceſſarium ingredi quæſtionem, an ipſa Confraternitas ſit locus pius, vel ne, quia de poteſtate ſtatuentis etiam quo ad loca pia non poteſt dubitari ex prædictis, nec minus de voluntate, ſtante quod ſat ſupponitur in facto Cõfraternitas ſi alienat ſine ſolemnitatibus, Vnde cum circa alienationem minime habeat ſpecialem prouiſionem, ſiue ſit locus pius, ſiue non, debet comprehendi ſub generali diſpoſitione ſtatutorum, ſicut veniunt res cauſę, & perſonæ vt in allegatis deciſionibus.

At hinc corruere videbatur fundamentum ex deciſione in cauſa Romana relocationis 13. Martij 1595. Coram Gipſio in qua fuit dictum huiuſmodi ſta-
2 tuta non habere locum in bonis Eccleſiaſticis, quia hoc hodie ideo eſt quia ſuper bonis Eccleſiæ adeſt ſpecialis prouiſio, nempe in extrauag. ambitioſæ de bon. Eccl. non alienan. & ſtatutum generaliter loquẽs nõ debet trahi ad caſus habentes ſpecialem prouiſionem, & priuilegium ad not. in l. ſi quando, §. generaliter. C. de in off. teſtam. Put. dec. 160. numero ſecundo, & tertio, libro tertio. Et ita fuit concluſum non tamen ſine contradictione.

DE COMMISSIONE

SVSPICIONIS IVDICVM.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *IVdicis recuſatio, quid ſit.*
2 *Litigare coram ſuſpecto iudice ſiniſtros ſolet effectus parere.*
3 *Princeps quin ſuſpectus iudex allegetur, tollere nequit.*
4 *Suſpitioni iudicis dum de vita hominis agitur aures præbẽtur, vel alijs cauſis grauibus.*
5 *Suſpectus iudex quomodo allegetur.*
6 *Suſpecto iudice legitime allegato, quid operetur.*
7 *Principi cordi eſſe debet ne coram ſuſpecto ſubditi litigent.*
8 *Suſpitio iudicis non admiititur in crimine notorio.*
9 *Commiſſioni ſuſpicionis iudicum ius Pontificium eſt fauorabile.*
10 *Suſpectos declinare iudices, naturale eſt.*
11 *Suſpitio quid ſit.*
12 *Suſpecto iudice exiſtente, quomodo Signatura prouideat.*
13 *Conſultor ſuspectus, nequit allegari.*
14 *Suſpitio iudicis legitimo tempore, legitime oppoſita, quid operetur.*
15 *Adiuncti difficile, & cauſa cognita ciuili iudici dantur.*
16 *Suſpectum proprium iudicem recuſare, ius abhorret.*
17 *Grauanti iudici ſic illum alleganti vere non remittitur.*
18 *Recuſatio iudicis in terris Eccleſiæ fit ſecundum ius Canonicum.*
Secus in terris imperij, ibi.
19 *Recuſatio iudicis alio modo de iu-*

re Canonico, alio de iure ciuili ſit.

20 Clauſula in commiſſione ſuſpicionis iudicum iurat ſuſpectum, vt immanibus S.V. iurare paratus eſt, quare ponatur.

Et quomodo intelligenda clauſula, ibi.

21 Recuſatio iudicis temeraria eſſe non debet.

22 Recuſatio iudicis, quomodo de iure canonico fiat.

23 Suſpectus, vt allegari iudex poſſit, quæ requirantur.

24 Suſpitionis cauſa an ſint legitimæ iudicat Signatura, vel arbitri.

25 Arbitri ſuper ſuſpitione iudicis cognoſcenda, ad pronunciandum dilatio detur.

26 Appellatio datur ab arbitrorum relatione ſuper iudicis suspicione electorum.

27 Arbitrorum electio ſuper iudicum ſuſpicione ab aula receſſit, & quid hodie fiat.

28 Suſpitione iudicis allegata friuola exiſtente repellitur.

29 Suſpecto delegato allegato in totum remouetur.

Declara vt ibi.

30 Iudex à Principe quod ſuſpectus allegari nequeat, datus, quando talis dici poſſit.

31 Suſpitio iudicis in principio cauſæ facile per Signaturam admittitur, ſecus cauſa inſtructa.

32 Suſpectos iudices ſine cauſa partes recuſant, vt ab eo cauſa auocetur.

33 Suſpicionis cauſæ plena de iure canonico probanda.

Fallit in multis, vt num. xxxiiij.

35 Suſpectus, vt arbitrator dici poſſit grauis requiritur cauſa.

36 Suspitio ex cauſa de præterito non poteſt allegari in arbitratore, vel arbitro, & quare.

Secus ſi poſt compromiſſum, ibi.

37 Subdelegato ſuſpecto allegato, à ſubdelegante cognoſcitur.

38 Iuramentum ſuſpicionis iudicis à ſeipso ſuſpitionem allegans præſtare nequit.

39 Suspitio iudicis extra iudicialiter allegata, non eſt valida.

40 Procurator abſque mandato ſpeciali ſuſpectum iudicem nequit allegare.

41 Procuratores amborum collitigantium, ſi ſimul concordes iudicem obtineãt, principales non allegant ſuſpectum.

42 Loci non tuti electio per procuratorem facta principali non nocet.

43 Loci non tuti exceptio ſemper opponi poteſt.

44 Appellandum eſt à loci non tuti aſſignatione, & citatione ibi facta toties quoties.

45 Iudices duo dati in cauſa, ſi vnus allegetur ſuſpectus, an alterius proceſſus teneat.

46 Suſpectus dicitur iudex, ſi plus vni, quã alteri parti eſt fauorabilis.

47 Suſpectus iudex dicitur, qui pro vna parte teſtis fuit.

48 Suſpectus iudex dicitur, qui ſe iudicem fieri procurauit.

49 Suſpectus iudex ſi fueris compater eris, & quomodo.

50 Suſpectus iudex ex multis allegatur.

51 Suſpitio in iudice parum parti amico non cadet.

52 Iudex ſi ex ſua conſcientia in cauſa ſe ingerere non poſſe cognoſcat, abſtinere debet.

53 Epiſcopo ſuſpecto, tota eius curia ſuſpecta erit.

54 Epiſcopus, vel ordinarius in cauſa ſui familiaris in quibus ſuſpectis dici poſſit.

55 Suſpitionis exceptio quando proponenda in iudicio.

56 Exceptionibus in iudicio oppoſitis, ſi illa ſuspicionis omittatur, non poteſt amplius allegari.

57 Ignorantia iuramento probatur in allegando iudice ſuſpecto.

58 Suſpectus iudex poſt litem conteſtatam ex noua cauſa allegatur.

59 Suſpecto iudice allegato, ſi denuo in eius iuriſdictionem conſentiatur, non remouetur amplius.

60 Suſpectus iudex poſt concluſum in cauſa non allegatur.

61 Fori exceptio ſemper opponi poteſt.

62 Concluſum in cauſa, quando dicatur.

Con-

63 *Concluſum in cauſa per citationem quomodo intelligatur.*

64 *Fatuus eſt iudex, qui animum ſuum patefacit.*

Cautela procuratorum pro iudice ſuſpecto allegando, ibi.

Cautela iudicis in hoc etiam, ibi.

65 *Suſpecto vno, vel pluribus iudicibus allegatis an ſuperſtites cauſas ſuſpitionis cognoſcant.*

66 *Suſpecto iudice parti exiſtente Signatura non reſcribit.*

67 *Suſpecto iudice Princeps reſcribere non debet.*

68 *Arbiter, vel arbitrator an, & qui ſuſpecti allegentur.*

Arbiter, & arbitrator, in quo differant, ibi.

69 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum ordinariorum.*

70 *Arbiter ex cauſa recuſatur, non arbitrator.*

71 *Aſſeſſor ſuſpectus remouetur.*

72 *Sententia iudicis ſuſpecti allegati, quando nulla.*

73 *Familiaritas partis cum iudice, & amicitia quo ad ſuſpitionem ipſius conſiderantur.*

74 *Proteſtatio de inherendo alijs proteſtationibus in quolibet actu repetenda ſemper, & in vna proteſtatione ommiſſa omnia corruit.*

75 *Iudex datus ſine cauſa non debet remoueri.*

Id facere ad libitũ princeps poteſt, ibi.

76 *Iudici reuocato contumelia inferri videtur.*

77 *Iudici ſemel grauanti non committitur amplius cauſa.*

78 *Suſpectis iudicibus velle principem cauſas demandare non præſumitur.*

79 *Suſpecti iudices allegati iuriſdictio non impeditur ipſo iure, & nu. lxxxij.*

80 *Iudex de conſenſu partium electus, non recuſatur amplius, niſi cauſa superueniat.*

81 *Sententia iudicis ab vtraque parte electi iuſta præſumit plus alijs.*

82 *Comparendo coram iudice allegato ſuſpecto ſimpliciter tollitur ſuſpectio.*

CAP. VIII.

§. I.

PErſæpe cauſas auocari ex ſuſpicione iudicis inſtatur, ob id poſt auocatoriã commiſſione de iudicum ſuſpicione, ſeu recuſatione nõ nulla diſſeramus.

1 Recuſatio eſt iuriſdictionis, vel audien
tię cauſa ſuſpicionis propoſita, declinatio
c. quia ſuſpecti, 3. q. 5. c. ſuſpicionis, & ca.
ſuper quæſtionum, §. 2. & 3. de off. deleg.
l. apertisſimi, C. de iud. Spec. de recuſ. §. 1.
vbi alias dat diffinitiones, Steph. Aufr. in
2 trac. de recuſ. c. vnico, n. 1. Vnde nos experientia quotidie docet, quam ſiniſtros euentus, ac triſtisſimos ſolent lites, finem ac effectum parere, quando coram ſuſpecto iudice (qui minime aures verbis, iuribus, ac defenſionibus illius, quem odio proſequitur, præbere non curat) aut delegatus, aut ordinarius fuerit, cauſa tractatur, ad tex. in c. cũ inter, de excep. l. apertisſimi, vbi gl. in ver. libello, C. de iud. Pariſ. conſ. 31. nu. 39. vol. 1. Rol. à Val. conſ. 19. nu. 1. vol. 3. Franc. Aret. conſ. 29. nu. 3. c. ſuſpecti, 3. q. 5. Ideo vt recto tramite iuſtitia incedat, optime à iure noſtro ſancitum, ſtatutumve reperitur, ne quis eum iudicem habere, vel facere cogatur, qui ſibi contrarius, aduerſarius, ſuſpectus, inimicus, odioſus, aut ſimilis ſit, vel futurus eſſe cogitet, Stef. Aufr. in trac. de recuſ. c. unico per tot. Io. Ferret. late in trac. de iu
3 dic. recuſ. circa quod non poteſt Princeps tollere, quin iudex ſuſpectus allegetur, Ab. in c. ſecũdo requiris, n. 7. de app. licet cauſas ſuſpitionis approbare ad ipſum
4 permaneat Principem. Talis nempe iudicis recuſatio coram eodem iudice fieri debet, cauſis expresſis quas ſe probaturũ recuſans offerre debet, alias non erit recuſatio attẽdenda ſec. Bal. cõſ. 26. n. 2. uerſ. ad primum, uol. 2. Subdens ibi n. 5. quod
5 talis recuſatio legitime facta nõ eneruat, ſed iuriſdictionem iudicantis ſuſpendit, donec an legitimę recuſationis cauſę ſint uideatur, unde cauſis ſuſpitionis non uerificatis, iudex remanebit, talis autem

exceptio in iudicantis perſonā eſt radica ta, non in rem, Lap. allegat. 1. in princip. Emergens igitur ſuſpitio collitigantem de ea timens, excitat ad iudicem ſuſpectū allegandum, præceſve porrigendas, in quibus, vel iudicem in totum remoueri,
6 vel ſibi adiunctum dari, petit Commiſſioni huic de facili aures præbentur, maxime ſi de vita hominis, membri mutilatione, ac præiudicio irreparabili, vel de cauſa, ex qua ſcandala oriri vereantur, ſeu ſi fuerit magni momenti, ac inter nobiles, magnatos, & alios ſimiles agatur, dummodo detur validus ſuſpitionis fumus, qui per Signaturam, & guſtari, & approbari debet, Staphyl. de lit. Iuſt. in capit. fatalia numero 7. Mandoſ. in for. commiſ. de adiunc. dand. in verbo Audi-
7 toris Cameræ. Sed ſi criminoſus notorie fuerit, ſicut nequit prouocare, ita pariter neq; iudicem ſuſpectum allegare
8 Feder. de ſen. conſ. 93. n. 7. Id autem ſummopere cordi Principi eſſe debet, ne coram Iudicibus ſuſpectis, ſubditi, nec lites nec cauſas tractare cogantur, l. Apertiſſimi. verſ. tamen quia, C. de iudic. d. cap.
9 ſuſpecti 3. quæſt. 5. Multum commiſſionis noſtræ concedēdæ ius, maxime Pontificium annuit, vt Doctores dicūt, in d. l. apertiſſimi, c. vt debitus, & cap. cum ſpeciali, de App. & vt dixit text. in d. cap.
10 ſuſpecti, naturale quodammodo eſt declinare ſuſpectorum iudicum inſidias, ac inimicorum velle refugere vnde Bal. in cap. 1. col. 6. verſ. dicit Innoc. de off. deleg. dicit, Leuem ſuſpicionem facere dele gatum ſuſpectum, ſecus in feſte, quia gra uis requiritur ſuſpitio, c. inſinuante de teſt. Vnde Archid. in cap. non ita 2. q. 6. prop. fi. dicit, quod ſi ſuſpicionis cauſa notoria ſit tenet appellatio, quamuis in appellatione cauſa non exprimatur, nec
11 iſto caſu ad arbitros erit remittendus prouocans, Licet ſuſpitio ſit quædam animi paſſio firmiter, non eligens concluſionem, vt notanter dixit Bal. in rub. C. de probat. numero quarto & rurſus in l. & quidem, nu. 5. ff. de accuſ. ait quod ſit applicatio animi, ad aliquid cum vehementi titubatione, ac mentis motu. Sed vt idē ſubdit in l. impuberibus. §. fi. ff. de ſuſp. ruto. Alijs præſumptionibus eſt permixta præfata ſuſpicio, ac veroſimilibus coniecturis, ex quibus facile remoueri à
12 iudicandi munere poteſt. Nam ius, & æquitas ſuadent, vt rationabilibus ſuſpitionis cauſis propoſitis, vel iudex in totum remoueatur, vel vt ſaltim ipſi ſuſpecto, non ſuſpectus aſſeſſor adiūgatur, d. l. apertiſſimi, Quæ ſuſpitio durat, durante cauſa, de qua agitur Canon. in cap. poſtremo, de appell. Veral. dec. 205. nu. 5. par. 3 Multoties autem alius eo remoto ſubrogatur, vt pariter ſit, quando recedit iudex à Curia, ſiue moritur, & expeditur commiſſio, quæ ſubrogatoria appellatur cuius virtute ſubrogato eadem facultas conceditur, maxime quo ad modum procedendi ſummariæ, quo primo, conceſſa erat, & ſicut ipſe primus, iſte ſecūdus procedere poteſt. Bellam. dec. 37. & dec. 140. Dato etiam, quod in ſpecie non foret de omnibus litibus facta mentio, vt ibidem Bellam. dec. 141. Amplia ea, quæ de iudice dicta ſunt, habere locum in notario al legato pariter ſuſpecto, rationabiliter. Notarius autem ſolo iuramento ſuſpectus allegato remouetur, Rota coram D. Vbaldo, in illa Romana electionis Notarij 14. Nouembris 1611. Vide hic dec. in fine.
13 Quia neutri parti conſulitur, vt tabellio debeat eſſe ſuſpectus, Vnde conſultor ante conſilij recitationem, ſuſpectus non allegatur, gl. in l. 1. C. de arbit. Bar. in l. ſi cōuenerit, ff. de re iud. Cuius conſiliū expectare iudex tenetur, quando de forma proceſſus requiritur, vel pro finali neceſſaria inſtitutione. Secus vero ſi ex vrbanitate requiratur, vel pro ſimplici inſtructione, Bal. in cap. ſane, colum. 2. verſ. in glo. de offic. deleg. & col. fin. ver. tu ſic diſtingue, tractans prope finem, Si conſi-
14 lium reuocari valeat. Ac tamque efficaciā huiuſmodi obiecto tēpore debito facta parit ꝙ ſi iudex recuſatus, qui in cauſa ſuperſedere debet, cum interim ſit eius iuriſdictio quodam modo ſuſpenſa, maxime ſi in Signatura ſuper tali incidēti tractandum erit, ad aliquem actum ad vlteriora procedat, nulliter facit, vt infra la-
15 te tangam. At propter cauſarum intrigationē, & vt prolixitati litiū obuietur, cū grano ſalis, & maxima cōſideratione, ac raro, in cauſa ciuili huiuſmodi adiūcti petiti dātur. Secus autē, vt dixi in cauſa criminali, ſide irreparabili pⁱudicio agatur,

Sta-

Digitized by Google

Staphil.de lit. Iuſt.in cap.verum autem
16 valeat, nu.2. Abhorret quippe ius, pro-
prium iudicem,recuſare, ac alium extra-
neum litigatum adire. Anchar.conſil.
410.numero 2. l. 1. C. de iur.om.iudic.
cap.fi.de for. comp. quamuis ex alia par
17 te duriſſimum videatur. Quando iudex
grauat, quod ad eum grauatus remitta-
tur, dum habuit ad Principem recurſum
ſiue appellando, ſiue de nullitate dicen-
do, cap.per tuas,de ſent.excom.cap.ac-
cepta.de appel.Bellam. deciſ.24. verſ.&
eſt ratio, ſed vt retuli verius teneas,
quia ſecus aperire viam ne fiuis vnquam
litibus eſſet, remouendo ità de facili in-
ſtructos iudices, vt ſubnectam, differen
tia vero eſt, etiam in terris Sanctæ Rom.
Eccleſiæ, quando verſamur circa reuo-
18 cationem iudicis. Quia ſi agitur de recu
ſando ſeculari, recuſatur iuxta diſpoſi-
tionem iuris Pontificij, & non ſecundum
ius ciuile, Abb.in capitulo licet ex ſuſce
pto, nu.17.de for. comp. cap. ſi duobus,
de App.Secus autem in terris Imperij,
quia ibi proceditur ſecundum iuris cæſa
rei ſanctiones, Rol.a val.conſ.19.nu.14.
19 vol.3.Datur vero in hoc capite recuſa-
tionis differentia inter ius canonicum,&
ciuile, quia de iure ciuili ſufficit, vt ſu-
ſpicionis cauſa proferatur, ſeu abſq; alia
expreſſione ſuſpectus iudex allegetur,
dummodo iuramento adducta confir-
mentur, Bar.in l.quia poterat nu.2.ff.ad
trebell.Lanfr.de orian.in ſua Prax.in ver
bo recuſationes, num. 11. Bald. Angel.
DD.in dicta l.apertiſſimi, C.de iudic.&
de communi Andr.Gail.in ſuis obſerua-
tionibus imperialibus, obſer.33.nu.14.
& ideo ius ciuile in hoc vti iuramento
voluit, ne calumnioſe ad lites in longum
protrahendas,ac ſolutiones diffugiẽdas,
ſicco pede recuſetur Iudex, Glo.in d.l.a-
pertiſſimi, in verbo recuſare, ibi poteſt,
20 & Sali.nu.8. Vnde in commiſſione no-
ſtra inoleuit praxis apponere illa verba,
vti quotidie fit,eum ſuſpectum in mani-
bus S. V.iurare paratus eſt, & quatenus
opus ſit, iurat, quamuis dicta clauſula,
& verba debeant intelligi in caſu, in quo
de paruo præiudicio tractatur, & in qui-
bus non eſt neceſſaria probatio. Secus
vero vbi ageretur de maximo præiudi-
cio, ac in negotio, vbi probationes eſſent
neceſſariæ, vt Iaſ. in dicta l. Apertiſſimi,
num. 21.l.Theſaurus,vbi Bald. ff.ad ex-
21 hib. Sed talis recuſatio, neque de iure ci-
uili debet eſſe temeraria, Ang. in l. quia
poterat. Vbi Alexan.colum.2.ff.ad Tre-
22 bell. Quinque varias in hoc noſtrorum
iuris interpretum adeſſe ſententias ſcito.
Prima Lap. alleg. 1. Hoſtien. in capitulo
cum ſpeciali, de Appell. Roman. conſil.
220.num.6.& ſequen. de communi atte-
ſtans, quod cauſæ expreſſio requiratur.
Secunda quod ſola ſuſpicionis allegatio
proceſſum nullum non reddat niſi appel-
latio interponatur, quæ Innocent. eſt in
dicto capitulo cum ſpeciali, nu. 4. de
appell. Tertia quod ab euentu proceſſus
ſtet in ſuſpenſo prout dicitur de appella-
tione ab interloquutoria eo, quia appel-
latio, & recuſatio à pari procedunt. Ro-
man.dicto conſil.220.num.8. Quarta
Bal.in l.vnica, C.ſi quæ.præd.pot. Quod
ſi lex ratione ſuſpicionis transfert ipſo iu
re in alium iuriſdictionem, proceſſus eſt
nullus ſi non tranſport. proceſſus recuſa
ri valet. Quinta, quod de iure ciuili ſola
ſuſpicionis allegatio ſufficiat, vt nullus
proceſſus reddatur recuſati iudicis, ſecus
de iure canonico vt per Rom. dicto con-
ſil.220.num.7.Alex.conſil.104.n.4.ver.
ſed clarum vol.5. de quo multa cumulat
Illuſtriſ.Tuſcus pract.concl.iur.in verbo
ſuſpicio,concl.914.tom.7.& concl.1008
multas cauſas cumulat ob quas iudex re
cuſari poteſt, & quando ſunt electi arbi-
tri ad vidẽdum an cauſæ ſuſpicionis ſint
legitimæ Iudex ſuperſedere tenetur, ma-
xime ſi talis electio de ipſius aſſenſo fa-
cta fuerit, capitulo ſecundo requiris, §.
fi.de app.& c.legitima, eod. tit. in 6. &
eo magis debet ſuperſedere, quando ſu-
ſpectum allegans, ad id ad curiam ſupe-
rioris iter arripuerit,quia talis itineris ar-
reptio habet cum proſequutionis appel. Vide hic
Rot.dec.de app. in no. Rota coram Illu- dec. in fi-
ſtriſ.Mellino in vna Papien. præpoſitu- ne §.
ræ Merc.5.Nouemb.1603.
23 De iure nempe canonico alia inducitur,
ſeruaturue forma, quia non ſolum con-
tentum eſt iuramento, verum etiam uult
cauſæ, ſeu cauſarum expreſſionem, &
verificationem, quæ poſtea an ſint legi-
timæ,ſeu iuridicæ necne, uel rationabi-
24 les, munus Signaturæ, uel arbitrorum ad

id eligendorum, erit iudicare, qui reper-
tis veris, ac iuſtificatis allegatis, a iudi-
ce ſuſpecto cauſam auocare,& alteri non
ſuſpecto demandari curabunt; d.c.cum
ſpeciali, &c.ſecundo requiris, §.3.de
App.Lanfr. in ſua prax.in verbo recuſa-
tiones,num.18. verſ. de iure canonico,
Andr.Galli de communi vbi ſupra n.16.
& ordinarius,ſi fuerit ſuſpectus etiam in
iudicem ſit conſenſum, ſecundum Gloſ.
in cap.inſinuante, in verbo conſenſerint,
de offic. deleg. remoueri poterit.
25 Dictis quippe arbitris præfinitũ aſſigna
ri tẽpus, ſeu terminus ad id declarandũ,
debet,vt videant an adductæ ſuſpicionis
cauſæ, ſint releuantes, & ſi inter ſe di-
ſcordes ſint, tertius venit eligendus, vt
ex tribus, duorum concordium opinio
præualeat dicto ca.cum ſpeciali, Arbitri
iuri præfati, namq;iuris præfari ſunt, &
ideo iuris dicti, quia de neceſſitate, a iu
re eliguntur, & quodammodo delegati
in hoc cenſentur, l.cum ſpeciali C.de iu
dic.Alex.conſ.10.num.3.& ſeq.vol.ſex-
to, c.ſuper quæſtionum, de offic.deleg.
26 Datur tamen appellatio à ſententia
arbitri electi ſuper cauſa ſuſpicionis, cap.
ab arbitris,de offic. deleg. in 6. l. fin. C.
de re iudic. vbi Bald. num. 4. Archid.in
capitulo legitima, de appell. in ſexto.
Ratio eſt, quia tales arbitri non eligun-
tur voluntate partium, ſed legis neceſſi-
tate, ideo iudicis iure funguntur. Bart.
in dicta l. finali, num. 2. Iaſ. in l. cum
ſpecialis,num.2. C. de iudic. Alexan. in
l.nemo poteſt,num.21. Rip. ſub num.9.
ff. de leg. 1. Sed ſi non appelletur,non
poterit à iudice recedere.quia iuriſdictio
nem habet, à qua niſi per appellationem
nequit recedere, capitulo vt debitus, ca.
cauſam, capitulo dilectus, de appell.Et
pariter iſti arbitri exceptionem excom-
municationis ex iudicis perſona orientẽ
cognoſcere poſſunt, quia eadem eſt ra-
tio in iſta, quæ in ſuſpicione, ſed alij di-
ſtinguunt. Quod aut exceptio propoſita
afficit iuriſdictionem tantum,& non per
ſonam iudicis, tunc ipſe ſolus cognoſcit
excepta cauſa ſuſpicionis. Secus vero ſi
reſpiciat perſonam iudicis, vt per Ar-
chid. cap. ſuſcepti, in princip. 3. quæſt.
5. Nam licet regulariter iudex de omni
exceptione cognoſcat, quæ opponitur
contra ſuam iuriſdictionem. Fallit tamen
quando exceptio ſigillat perſonam iudi-
cis,quia allegatur excommunicatus, vel
infamis, Iul. Clar. in pract.crimin.§. fi.
quæſt. 41. in fine.
27 Sed quia talis arbitrorũ electio, hodie
non eſt vſu recepta, & receſſit ab Aula,
teſte Paul.de Caſtr.in d. l.apertiſſimi, in
princip.Dec.in d.cap. cum ſpeciali, in
princ.Couar.pract.quæſt.cap.26.num.1.
in Romana Curia ad vnam ex Signatu-
ris, ſeu Gratiæ S.D.N.ſeu iuſtitiæ recur-
ritur,vbi natura cauſæ examinata,ac par
tibus auditis, quid faciendum ſit reſcri-
bitur, & extra Curiam, ſi officiales ſu-
ſpecti detegantur, recurritur ad ſuos ſu-
periores, etiam Prouinciarum Præſides
quando illis ſubſunt, Sin ſecus ad Signa
turam, ſeu negotio ſuadente, quod di-
ſcretioni cauſas agentium eſt remiſſum
ad ſacram conſultã,vel aliquas congrega
tiones,ac alios Præpoſitos,a quibus iudi-
ces dependent, cum in Curia Ro.ſint iu-
28 riſdictiones diſtinctæ. Quando vero ſu-
ſpitionem allegatam friuolam, nullam
calumnioſam, ſeu notorie iniuſtam eſſe
apparet, denegatur etiam in terminis iu
ris communis Arbitrorum electio,Felin.
in capit.accedens, el primo, num.6.verſ.
non cont.Lap.alleg.1.in princ.Sed quan
do iudex delegatus allegatur ſuſpectus,
29 in totum poterit remoueri, Maran.de
ord.Iud.in verbo an ſit iudicium ordin.
vel deleg.num.42.DD.in d.l.apertiſſimi
Quod intellige procedere, in delegato
ad cauſam particularem, ſecus autem ſi
fuerit ad vniuerſitatem cauſarum, quia
tunc cum eo, vti cum iudice ordinarie
erit agendum, Glo.in l. fi.in verb.cum
30 ſpecialis, C.de iudic.Idemque foret cen
ſendum, ſi iudex datus a Principe recu-
ſatione prohibita ſit, quia non poterit in
tali ſtatu recuſari, niſi ex cauſis a iure
permiſſis, Gloſ.in dicta l.apertiſſimi in
verb.recuſare, vbi Iaſ.num.17.& ſeq.&
31 infra dicam. Si vero antequam cauſa ſit
inſtructa allegatur iudex ſuſpectus, quia
ſumus in principio cauſæ, facilius Signa
tura ab eo illam auocat, & alteri, ad-
dita ſæpe clauſula de conſenſu partium
eligendo, demandat, ſecus verò quan-
do cauſa eſt inſtructa, quia ſi non appa-
ret de legitimis ſuſpicionibus non ſolet
dari

dari talis Commiſſio, ne via ad lites immortales faciendas aperiatur, ſi remoueretur præcipuæ, quando iudex partibus auditis pluries, viſis actis, & iuribus plene edoctus de meritis, cauſam expedire vellet, ſtante regula, quod pro iudice ius aſſiſtat, nec præſumitur animã ſuam perdere velle; & ſi talis ſuſpicionis allegatio ita paſſim admitteretur, eſſet in poteſtate malum ius fouentis imaginare, & proponere cauſas de iure, nec legitimas, nec veras, ex quibus, & cauſa intricaretur, & expeditio, Ferret. conſil. 66. num. 2. volum. 1. l. 11. C. de offic. ciuil. iud. Bald. in l. vnica in fine, C. ne quis in ſua iuriſd. Caſtr. conſil. 220. colum. 5. volum. 2. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſ. 9. num. 1. cap. Abbate, de verb. ſignific. cap. cum olim, el ſecondo, vbi glo. antepenult. de præſumpt. cap. cum Ioannes, de fide inſtrumen. l. certi, C. de iudic.

32 Nam multoties nõ ſunt ſuſpecti iudices, ſed tales partes eos vocant, abſque cauſa, volentes in poſſeſſione, ſpolio, vſurpatione, aut ſimilibus ſe confouere, ſolutionesve effugere, ideo, aut repellenda, aut maxima conſideratione petita tractãda, & concedẽda veniunt, Ad rem itaque redeundo dicebam, de iure canoni-

33 co fore plene cauſas ſuſpicionis probandas, licet ſatis de iure ciuili ſit iuramentum, Rolan. à Val, conſil. 31. num. 26. volum. 3. Alexander conſil. 104. num. 4. volum. 5. Dec. in cap. poſtremo, colum. 2. de appellat. Andr. Gayl. dict. obſeru. 33. num. 16.

34 Tamen non habet locum iuris canonici diſpoſitio, in arbitri, conſultoris, notarij, ſiue procuratoris recuſatione, nam ſufficit in iſtis pro ratione voluntas, Anchar. conſil. 163. num. 2. Dec. in d. cap. poſtremo, num. 2. de appell. & ratio eſt, quia facillime loco recuſati, alter ſubrogatur, & ob id inter ius canonicum, & ciuile in hac recuſatione nulla adeſt differentia, quia ſolum iuramentum ſufficit, Rolan. à Val. dicto conſil. 31. num. 25. volum. 3. Anchar. conſil. 264. Rot. lat nuen. deciſ. 189. num. 9.

35 Sed in arbitratore grauior requiritur cauſa, vt ſuſpectus allegari poſſit, & recuſari. Calder. conſil. 5. de appell. verſ.

36 Recuſatur enim. Quamuis ex cauſa de præterito, nec arbiter, nec arbitrator ſuſpecti allegari valeant, quia per illorũ electionem ſuſpicioni præfatæ renunciaſſe videtur. Secus ſi ignoraſſet. Caſtren. conſil. 441. num. 4. verſiculo Super tertio; volum. 2. Sed ſi aliquem compromiſſo pendente arbitrum offendat illum allegare poſtea ſuſpectum nequit, ne ex ſuo dolo pars commodum reportet. Felin. in cap. repellantur, num. 5. de accuſ. Bar. in l. 1. §. cum quis, num. ff. de quæſt. Rom. in l. facere, primo not. ff. ſolut. mat.

37 At quando in totum delegatus cauſam ſubdelegauerit, ſi ſubdelegatus allegatur ſuſpectus, non ſunt tunc aliter Arbitri eligendi, ſed cauſæ ſuſpicionis coram ſubdelegante probandæ, etiam ſi ſimus in facto, quod exequutorem dederit, Felin. in cap. ſuper quæſtionum, nu.

38 19. vbi Abb. de offic. deleg. Et quamuis (vt dixi) ſufficiat in aliquo caſu iuramentum, quo ad probandam iudicis ſuſpicionem, vt effectum pariat, tamen opus eſt, quod non ex ſe ipſo quis iuret, ſed quod à iudice, ſeu alio poteſtatem habente, iuramentum deferatur, vt per Ruin. conſil. 6. num. 6. volum. 4. l. 3. in princip. & §. fi. vbi Bal. ff. de iure iur. Ioan. Bap. Caccialup. in tract. de debit. ſuſp. & fugit. in 6. quæſt. principali, colum. antepenult. verſ. item aduerte, ratio eſt in promptu, nam ſi recuſationem iudicis iure iurãdo quis affirmare tenetur, non poteſt ex ſe ipſo iuramentum ſuſcipere, quia nõ habet auctoritatem. Sed quando copia haberi poteſt, per iudicem eſt deferendum, ſin vero præſtandum coram probis, & honeſtis perſonis, Ruin. dicto conſil. 6. num. 8. cap. fin. de appell. l. 1. C. de his quę per

39 met. iud. Immò quod plus eſt, etiam iudicialiter fieri iſte actus debet, quia recuſatio extra iudicialiter facta, nec valet, neque vti nulla, venit attendenda, nam in terminis iuris communis libellus offerendus eſt, l. fin. C. de iudic. Bald. Salic. & ſcribentes in d. l. Apertiſſimi, Ruin. dicto conſil. 6. num. 10. vti in ſimili proteſtatio non tenet facta extra iudicium, parte abſente quando requiritur eius præſentia, l. in contractibus, §. in omni tempore C. de non num. pec. l. vt perfectius, C. de exceptio. Ruin. vbi

40 ſupra, num. 10. Si vero Procurator aliquem

quem iudicem, vel alium, ut ſuſpectũ alle
gare, ſeu iurare velit, niſi ſpeciali mãdato
ſit ſuffultus id facere non poterit, quia
cum in animo principalis ſuſpicio conſi-
ſtat, non poteſt declarare abſcondita cor
dis ſui, uel eius uoluntatem, abſque man
dato prædicto, quod ex abrupto ad
eum non pertinet, Rol. à Val. conſil. 19.
num. 1. 2. & 3. volum. 3. Alexander cõ-
ſil. 78. num. 14. volum. 5. Pariſius conſil.
31. num. 72. 112. & 115. volum. primo,
capitulo cauſamque, de elect. Felin. in
capitulo primo, vt lite non conteſtat. l. ſi
procuratorem, ff. de cond. indeb.
41 Verum ſi ambarum partium procurato-
res de communi conſenſu in Romana Cu
ria iudicem obtineant, poſtea non poſ-
ſunt principales illum, neque recuſare,
neque allegare ſuſpectum, capitulo olim,
de cau. poſſ. & propr. niſi probato, quod
noua ſuperueniſſet cauſa, Ang. poſt alios
ibi per iura add. in dicta l. quia poterat,
Imola in capitulo primo, numero octa-
uo de iudic. quod comprobat, Iaſ. in dicta
l. apertiſſimi numero ſecũdo, neq. quod
plus eſt, loci nõ tuti poteſt exceptionem
opponere, Anchar. conſil. 158. num. 19.
quod verum credo, per ea, quæ ſupra in
proxima commiſſione retuli.
Et caſu qui coniunctus, vel litis con-
ſors, iſto caſu, vel ad præmiſſa peragen-
da compareat, ſi alter ſit procurator con
ſtitutus, id facere non valebit, etiam ſi
aderit curator. Iaſ. in l. exigendi ſecunda
42 & tertia limitat. C. de procurat. Quam-
uis electio loci non tuti facta per procu-
ratorem, diſſentiente ſuo principali, ſi,
(vt dixi) ea, quæ in ſuo animo conſiſtunt
ignorat, ipſi principali non præiudicet,
deciſione quinta, de dolo, & contum. in
antiq. Clem. paſtoralis, §. Piſana, de re
iud. Iaſ. cum late add. in conſil. 86. nu. 13.
volum. 3.
43 Loci vero non tuti exceptio quando-
cumque opponi poteſt, ſi quis ad dictum
locum vocetur, & ideo quandocumque
opponi, quia ſemper oritur, & origina-
tur, ex vocatione, quamuis loco tuto
aſſignato cenſent talis obiectus, & appel-
latio ſi à tali loci aſſignatione emiſſa fue
rit, quia locus non ſolum principali, ſed
44 etiam procuratori tutus eſſe debet, Et an
ſtatim appellare à conſignatione loci nõ
tuti, vel excipere debeat, & multa alia
circa hoc cumulat Imol. in cap. ex parte
à numero primo, & ſequen. de appellat.
Quod toties quoties in loco non tuto
fuerit quis citatus, ſemper prouocare va
lebit, qui pariter multa de hoc refert. Et
an citatus ad locum non tutum compa-
rere teneatur. Et an proceſſus inibi fa-
ctus ſit nullus tradit Felin. in capitulo
olim, in princip. num. 2. & ſequen. de ex-
ception.
45 Sed quid in eadem cauſa duo ſunt iu-
dices, vnus vti ſuſpectus recuſatur, alter
non, & habent iuriſdictionem in ſolidũ,
nihilominus ſi procedunt, an valebit pro
ceſſus, Abb. Felin. & Dec. in capitulo cum
ſuper, de iudic. Achil. deciſione 2. de ex-
cept. vel ſi remouetur Iudex, alter in lit-
teris datus, in eius locum ſuffultus, ante
illarum præſentationem, habebit iuriſdi
ctionem in nube, neque illam exercere
poterit, niſi poſt præſentationem, Fe-
der. de Sen. conſ. 24. numero primo, &
46 per tot. Eo autem ſuſpectus dicitur iu-
dex quando plus vni parti quam alteri
fauet, & tunc per alium recuſari poteſt,
Dec. conſ. 256. num. 4. capit. accedens,
el 2. ibi nimis fauens vbi Abb. vt lit. non
cont ac etiam ſi alterius partis defenſio-
nem ſuſcipiat, conſiliumque, ſeu fauorẽ,
præbeat, cap. cauſam quæ, & capitulo cũ
R. Canonicus, de offic. deleg. Franc. in
capitulo poſtremo, vbi DD. de appell.
Alexander in l. ſolent, num. 8. vbi Iaſ.
numero primo, ff. de iur. omn. iud. Pari-
47 ſius conſil. 31. num 93. volum. 1. Præte-
terea, ſi iudex teſtis fuerit pro vna parte,
ab alia recuſari poterit. Franc. Aretin.
conſil. 20. numero 5. Spec. in tit. de iud.
deleg. §. ſupereſt, verſiculo item quia fuit
teſtis in cauſa, Abb. & Modern. in cap. di-
lectus, de teſt. l. fin. in fi. C. de offic. aſſeſſ.
48 Ac etiam ſi procurauerit ſe in iudicem
deputari in cauſa, Spec. in tit. de iud. de-
leg. ſed §. ſupereſt, verſiculo item ſi ſe ip-
49 ſum. Præterea ſi fuerit compaternitas
inter iudicem, & partes, poterit allegari
ſuſpectus, Iaſ. in l. apertiſſimi, nu. 7. ver-
ſiculo ſexta cauſa eſt, C. de iudic. nam
conſanguinitas ſpiritualis non extendi-
tur vltra perſonam Baptizatam, & bapti-
zantem, ac patris, & matris eorum, &
hoc in perſonam ſuſtinentis, fac. Concil.
Triden.

Trid.in cap.2.ſeſſ.24.de. refor.Bulla San
ctiſſimæ, & recolendiſſimæ memoriæ Pij
Papæ V.edita de anno 1566. 4. Calen-
das Decembris incipiens cum illius vi-
50 cem 3.Aliæ autem cauſæ,ex quibus Iu-
dex allegari poteſt ſuſpectus, innumera-
biles ſunt, quas relatas ab alijs ſcriben-
tibus ſigillatim recenſere nolui, cum ibi
videri poſſint, & laborioſum eſſet, & ex
tra noſtri tractatus intentionem, de qui-
bus per Iaſ.in d.l.apertiſſimi, a princ. vſ
que ad numerum 10. Lanfr.de Orian.in
ſua prax.in verbo recuſationes,num.19.
& ſeq.Marant.de ord.Iud. in verbo, &
quandoque appellatur, à numero 28.
vſque ad numerum 37.Abb.in capitulo
conquerente num.10.& ſequen. de reſti.
ſpol.Felin.in cap.cauſam quæ,vbi Glo.
num.2.& in cap.ſuper eo, num.3.& ſeq.
de off.deleg.Marant.eod.loc. par.6. in
verbo appellatio, a num. 26. vſque ad
76.Apoſtil.ad Bart.in dicta l.apertiſſimi
Felin.Franc.Card.Alex.in capitulo po-
ſtremo de App.Aufr.in dict.trac.de recu
ſa,capitulo vnico per totum. Limita ve-
rò ſuſpitionem in iudice parum parti ami
co,non habere locum, quia non ſufficit
leuis amicitia ad iudicem repellendum,
51 Abbas in capitulo accedens, el ſecon-
do, numero octauo, vt lite non conteſt.
Philiph.in capitulo cauſam quę, nume-
ro vigeſimoprimo, de Appellat. Sed ſi
vltra cauſas a iure expreſſas,videt iudex,
52 quod æquitas, vel conſcientia ſuadeat,
ne in cauſa ſe vlterius ingerat, debet ex
ſe ab vlterior proceſſu abſtinere, vt pu-
ta, ſi ſecreto odio aliquem proſequatur,
ſeu inimicitia, & ſimilibus, Innoc. in
cap.cum ſpeciali, num.3. verſic. Super
53 his, de appellat.Hinc eſt, quod quando
eſt ſuſpectus Epiſcopus, non ſolum, eius
Vicarius, ſed tota Curia Epiſcopalis ſu-
ſpecta redditur,& allegari poterit,Franc.
in cap.dilectus, colum.10. & in cap. po-
ſtremo, colu.7. in 12. caſu de appellat.
Imol.in cap. inſinuante, de offic.deleg.
Iaſ.in dicta l.Apertiſſimi, numero nono
verſic.Immo tota eius Curia,& cum eo.
Bero.in capitulo primo, num.123.de
iudic.qui nihilominus in cauſa ſuæ Eccle
ſiæ etiam iudex eſſe valet, niſi recuſetur
vri ſuſpectus per partem, Dec. in cap.
54 poſtremo, num.13.de appellat. Vnde in
conſequens ordinarius in cauſa ſui fami-
liaris, in octo capitibus, relatis per Feli.
in cap.cauſam, num.3.de offic.deleg.ſu
ſpectus recuſatur. Aduerte tamen,quan
do recuſatio iudicis fit ex aliquo iuſto
medio, impedit proceſſum ad vlteriora,
& ſufficit, quod cauſa,quæ allegatur ſit
talis, quæ ſi probata eſſet, legitima re-
putaretur, & licet per recuſantem in il-
lum iudicem fuerit conſenſum, tamen
quia iurauit in recuſatione cauſam ſu-
ſpitionis allegatam, denuo ad eius no-
titiam ſuperueniſſe ſufficit, cap.inſinuan
te, de offic. deleg. Veral. deciſio. 7. per
totum, parte tertia, & ideo ſemper in ta
libus recuſationibus vtuntur ſupra dicta
55 cautela. Sed quæro, quando ſit hu-
iuſmodi exceptio proponenda, & com-
munis ſcribentium eſt ſententia, quod
ante litem conteſtatam, vt omnes in d.
l.apertiſſimi.Capr.in tract.prærog.num.
87.concluſ.1.glo.& Canon.in cap. pa-
ſtoralis de except.quia cum in iudicem
dicatur conſenſum per litis conteſtatio-
nem, Iaſ.in d.l.apertiſſimi, num. 11.cap.
inter monaſterium, de re iud. Capr.vbi
ſupra, poſt eam, ceſſat recuſatio, vt de
communi teſtatur, Couar.pract. quæſt.
cap.26.num.2.Burſat.conſ. 269.nume-
ro 12. volum.3. & ſic.
56 Quando aliç opponuntur exceptiones,
ſi illæ ſuſpiciones omittantur, non pote-
runt amplius opponi, quia pet omiſſio-
nem illis renunciatum videtur, & valet
proceſſus, Innocent.in dicto capitulo in-
ter monaſterium, num.1.& 2. de re iu-
dic. Bar.in l.quidam conſulebant, num.
6.qui dicit non procedere in clerico, ff.
eod. tit. & in l.fin.C. de iudic. Lanfran.
loco proximè citato,num.1. Idq. decla-
ra, & intellige, quando in initio aderat
cauſa ſuſpitionis, vel pars eam ſciebat,
Secus autem ſi ignorabat, uel non ade-
rat,ignorantia autem præſumitur in hoc
niſi probetur ſcientia. Veral. dicta deciſ.
7.num.4. par.3. nam ratione naturali id
comprobatur, quia non poteſt præſumi,
quod ſcienter coram iudice ſuſpecto cau
57 ſam quis agere,uelit, Vnde merito talis
ignorantiæ ſuſpicionis cauſam allegans,
iureiurando eam probat. Ang.in d.l.ne-
mo carcerum, C.de exact.lib.10. tex.in
dicto capitulo paſtoralis, de except. Ra-
tio

Digitized by Google

tio eſt, quia in animo conſcientia conſi-
ſtit, & ideo non poteſt alias, quam per
iuramentum probari. Quod verum in-
tellige, quando ex facti qualitate adſunt
vehementes præſumptiones, ſiue noto-
rietas, vel ignorantia veriſimilis, vt in
deciſione 19. numero 2. & 3. de dolo, &
contum. in nou. Decius in conſil. 256.
numero 9. & late Mandoſ. in addit. Ad
Roman. conſil. 398. numero 5.

58 Idem autem cenſendum erit, ſi poſt
litem conteſtatam denuo emerſerit ſu-
ſpitio, quia ſimiliter hoc caſu habebit lo
cum recuſatio, adeo, quod, ſiue vt delega
tus remoueatur, vt per glo. in l. 2. C. de
concord. eiuſdem lit. & glo. in capitulo
cum ſpeciale, de appellat. vt Ang. & Ca-
ſtren. in dicta l. apertiſſimi, ſiue quod or-
dinatio adiũctus detur, vt ibidem Capr.
numeto ſecundo, & latè Couat. dicto ca
pitulo 26. numero 2. pract. quæſtionum.
Felin. in capitulo cum ſpecialis, num. 17.
vbi Decius num. 9. de except. Franc. in
capitulo cum ſpeciali, num. 22. de appel.

Ampliantur quoque ſupradicta, ſi ſu-
ſpicionis cauſa deueniat, denuo ad noti-
tiam, in quacumque parte iudicij, ſecun-
dum Felinum in capitulo inſinuante, nu-
meto 15. de offic. deleg. licet ibi Domin.
contrarium aſſerat, cuius opinionem non
fore ſequendam, ibidem tenet Imol. n. 15.
Et quomodo, & quouſque iudex iura-
mento ſuſpectus ſit probandus, ac remo-
uendus, veniat, & ex quibus cauſis, re-
cenſet Maſcar. de probat. volum. 2. con-
59 cluſione 943. cum adductis. Sed non re-
mouebitur iudex ſuſpectus allegatus, ſi
poſtquam ſuſpectus allegatus ſit, denuo
in eius iuriſdictionem fuerit conſenſum,
etiam pet vnicum actum procedendo, ca
pitulo inſinuante, vbi Bal. de offic. deleg.

60 Quod ordinariè intellige, procedere,
antequam in cauſa ſit concluſum, quia
poſt non poteſt ſuſpectus allegari, Felin.
in cap. cum dilectus, num. 6. de fide in-
ſtrum. & in dicto cap. inſinuante, num.
15. nec tunc attenditur relata diſtinctio
ſcientiæ vel ignorantiæ, quæ adhibetur
poſt litem conteſtatam, vt dixi, & per
Couar. dicto cap. 26. num. 2. Conſueuit
nihilominus Signatura poſt concluſum
in cauſa, ratione allegatæ ſuſpitionis,
dare interdum adiunctum, vt per Sta-
phil. de lit. iuſt. verſiculo dantur litteræ,
numero tertio, fol. mihi 129. In alijs,
nempè cauſis, niſi vehemens vrgeat ſu-
ſpitio, vel iuſtificentur petita, denega-
tur audientia, vt ibidem Staphil. verſic.
ſi appellatus, ſub numero quinto, fol.
61 mihi 136. Quamuis ſecus ſit in exceptio
ne fori, quæ ſemper opponi poteſt, etiam
ſi de nullitate dicere ſit ſublatum gl. in
cap. 1. de ſeq. poſs. & fruct. Fel. in rub. de
for. comp. num. 2. Et quando in cauſa di-
62 catur concluſum. Vide Abb. in cap. cum
63 dilectus, num. 8. de fid. inſtru. Sed in hoc
ad vnum animaduertas, quod licet per
citationem ad ſententiam in cauſa con-
cluſum dicatur, Rom. conſ. 20. num. 2.
Ruin. conſ. 6. num. 13. volum. 4. tamen
id intelligitur reſpectu obtinentis citatio
nem, & illam exequi curantis tantum,
Bero. quæſt. 124. num. 3. Solent autem
64 incauti iudices putantes tute loqui poſ-
ſet, poſt tentum, ſeu ſeruatum termi-
num ad ſententiam, animum ſuum pro-
palare. Tuncque ſumpta occaſione cali-
di procuratores, curant denuo citari par
tem collitigantem ad dicendum contra
iura, & in termino citationis, noua pro
ducere nituntur, vel petere calculari,
corrigi registrum, ſeu alia deducere, ad
hoc, vt ob eorum productionem termi-
nus circumducatur, quo circumducto,
ex eo, quia animum ſuum iudex propa
lauit, eum allegant ſuſpectum, Fatuus
itaque iudex non ſit, immò magis pro-
curatore cautus, ne animum ſuum ape-
riat, at ſi forte verba emiſit, videns ad
rem iura non facere, & quod cauilloſæ
ad litem protrahendum id procuretur,
& fiat, vel citra præiudicium termini ten
ti, iura ad partes poni mandet, vel obui
ando malitijs, cauſam expediat, ex ea
vero admiſſione, & poſitione ad partes,
non videtur circumductus terminus ad
ſententiam iam tentus, poteritque po-
ſtea ne partis defenſiones pereant, ſi ad
cauſam facere iura ſibi videbuntur, man
dare in actis poni, ac de actis fieri, quia
tunc etiam ad cauſam facientia admitte-
re tenetur alias grauaret, & à non admiſ
ſione, daretur appellatio, ſed ſubſcripta
pet'eum ſententia nõ poteſt amplius alle
gari ſuſpectus, Couar. Pract. quæſt. 126.
65 num. 3. Demandatur multoties cauſa

plu-

pluribus iudicibus, cum clauſula, ſi non
omnes intereſſe poterunt, &c. euenit,
quod aliqui eorum allegantur ſuſpecti,
iſto namque caſu non aliter arbitros ſore
eligẽdos, vt iudicẽt de cauſis ſuſpitionis,
puto, quia id cognoſcere, ad coniudices
ſuperſtites pertinet, c. ſi contra vnum, de
offic. deleg. in 6. licet Couar. loco ſupraci
tato, numero quinto, teneat contrarium,
ea nempè motus ratione, quia ſi in ſoli-
dum ſupradictis iudicibus data reperitur
iuriſdictio, aliquibus impeditis, cætero-
rum officium ſilere debet, vt latè per eũ.
66 Quando parti eſt iudex ſuſpectus, per
Signaturam illi non ſolet reſcribi, ne-
que etiam ex certa ſcientia, tex. eſt in
cap. cum inter, de except. neque id fa-
cere Principi minus conuenir; Abb. in
cap. ad hæc num. 8. de reſcript. Ratio eſt,
ne iniuria oriatur, vnde ius ſperatur, nam
de facili pars, cui eſt ſuſpectus, grauare-
67 tur. Suſpecto autem iudici, Papa, vel
Princeps, nec poteſt, nec debet negotia,
vel cauſas, demandare, tollendo omnem
recuſationem, neque denuo iudici, a quo
cauſam appellationis, abſq; partium con-
ſenſu committere. Villal. com. opin. in lit-
tera P. num. 21. cum ſeq. Abb. de commu
68 ni, in cap. ad hæc nu. 8. de reſcri. Sed vtrũ
arbiter, ſeu arbitrator poſſint dici ſuſpe-
cti? Datur autem differentia, quia ille ar-
biter dicitur, qui iuris ordine ſeruato, pro
cedere debet, ſed arbitrator, maiori eſt au
ctoritate ſuffultus, Innoc. in cap. quinta-
uallis, circa med. verſ. Item nota differen-
tiam, de iureiur. Bald. in marg. ad Innoc.
verſic. Arbiter 7. & in l. fin. quæſtio. 3. C.
de contrahend. empt. DD. in l. 1. ff. de ar-
bitr. licet interdum ex conuentione, de
conſenſu partium detur ipſis facultas pro
cedendi de facto, & ſententiandi de iure,
l. non diſtinguemus, §. cum quidam, vbi
DD. ff. de arbitr. Lanfranc. in tract. de ar-
bitr. part. 7. quæſt. 34. ac etiam poſt litem
conteſtatam, gl. in d. §. cum quidam in
verbo ſpecies, Ang. in l. fi. C. de fer. ac
69 poſt concluſionem in cauſa (vt dixi) Ar-
bitria redacta ad inſtar iudiciorum ordi-
nariorum ſunt, quia iudices, & arbitri æ-
quiparantur, l. prima, ff. de arbitr. Spe-
cul. in titulo, de libell. concept. §. reſtat.
70 verſic. Sed nunquid coram arbitro. Vnde
ſicuti ex cauſa recuſari iudex poteſt, ita
etiam arbiter, ſecus autem in arbitratore
d. l. 1. Vbi Doct. ff. de arbit. l. Epiſcopali,
C. de Epiſc. aud. Lanfranc. in d. tract. de
arbit. par. 7. quæſt. 24. & in cap. quoniam
contra, in verbo recuſationes, num. 3. &
71 5. de probat. Et ideo, quia arbitratores
poſſunt procedere de facto, & de iure, vt
ex ſupradictis patet, non valebit compro
miſſum, antequam ſit per arbitros acce-
ptatum, Gabr. lib. com. opin. latè lib. 2.
in tit. de arbitr. concluſ. 2. Aſſeſſor ſuſpe-
ctus datus iudici remouetur de iure, Abb.
in cap. 2. num. 14. de iudic. vbi Dec. in 1.
lect. num. 17.
72 Sententia vero lata per iudicem ſuſpe
ctum recuſatum, ſi cum omnibus requi-
ſitis recuſatio facta ſit, nempe cum iura-
mento, & expreſſione cauſarum arbitro-
rum petitione, & appellatione ab vlte-
riore proceſſu, nulla remanebit, Achil.
deciſione terria de excep. Veral. deciſio-
ne 390. par. 2. & quamuis cauſa ſuſpitio-
nis probata non fuerit, vt pariter cauſa
recuſationis; Tamen quia ad effectum
excuſationis ſe abſtinere debebat, ab vl-
teriori proceſſu, ſat erit, quod cauſa recu
ſationis propoſita talis ſit, quæ ſi proba-
ta foret, legitima eſſet, Innocent. in cap.
cum ſpeciali num. 2. de Appel. Cęſ. de
73 Gral. Deciſ. 4. de ſent. & re Iud. Multum
autem familiaritas partis, ac ſumma ami
citia cum iudice, legitimas ſuſpicioni cau Vide hic
ſas prebent Rora in vna Gerundenſis ad- dec. in fi-
miniſtrationis Epiſcoparus Sede Vacan- ne §.
te coram D. Robuſterio 6. Decembris
1574. Nam leuis pariter cauſa ſufficit ad
repellendum iudicem c. cum R. canonicus
74 de off. deleg. Et quando licet comparea-
tur coram iudice recuſato, preuia prote-
ſtatione inherendo ſemper recuſationi fa
ctę, continue in qualibet proteſtatione
repetita, non receditur ab allegata ſu-
ſpicione, Rota coram D. Litta in vna
Ianuenſis iuris patronatus, Lunæ 17.
Martij 1603. Sed niſi in quolibet actu, Vide hic
& proteſtatione repetatur; non ſufficit ſi dec. in fi.
in vna proteſtatione ommiſſa fuerit, (vt cap.
75 ſupradixi) quam ius iudex datus non de-
beat ſine cauſa remoueri l. ſi longius ff. de
Iudic. Licet ſuperior ſi velit ſine cauſa
id facere poſſit, l. Iudicium ſolui ff. de Iu-
76 dic. Iudici autem reuocato contumelia
inferri videtur quaſi eius culpa id factum
ſit

ctum Notarium electum apud acta iurarunt ſuſpectum, cum de iure, ad remouendum notarium, vti ſuſpectum ſufficiat ſolum iuramentum, Bald. in capitulo ſuper quæſtionum, num. 2. de offic. deleg. Franc. in capitulo cum ſpeciali, num.43.de appell. Anchar. conſil. 263. ſub num. 2. Alexander conſil. 104.incipit Circa primum,numero 2. libro quinto. Cagnol. in l.ſi librarius, num. 47. ff. de regul.iur. Caputaq.deciſ. 64.num.4. parte tertia.

Accedit, quod in hoc caſu adeſt lis cum notario electo, vt dictum eſt, quæ eſt ſufficiens cauſa ad remouendum iudicem tamquam ſuſpectum, Abbas in capitulo cum ſuper, numero tertio de offic. deleg. Marant. de ord. iud. in ver. Et quandoque appellatur, numero 47.

2 Et multo magis ad remouendum notarium, qui ex leuioribus cauſis remoueri poteſt, cum facile alij ſubrogari poſſint, vt dicunt Anchar. & Alexander locis citatis, quos ſequitur Decius in capitulo Poſtremo, numero ſeptimo, de appell. Vnde, cum Arbitrium datum in reſcripto intelligatur prout de iure, Cæſ. de Graſſ. deciſione ſeptima, numero ſeptimo de ſent. & re iud. Rota deciſione 349. ſub numero primo, parte prima diuerſ.immò aliquid remittat de rigore iuris. Creſcen. deciſione quarta, numero tertio de teſtibus. Et fuit dictum in Mediolanenſis penſionis 15. Nouembris 1607. coram Domino meo Marquemontio, & alias ſæpe, meritò viſum eſt Dominis, poſſe pendente lite ſuper validitate electionis notarij,deputari alium per modum ſaltem prouiſionis quæ non

3 præiudicat notario electo, etiam ſi non inſeruiat illis Aromatarijs,qui eum recuſarunt vt ſuſpectum, quin remaneat in ſua poſſeſſione, in quam per Conſules immiſſus eſt.

Et ita deciſum.

ILLVSTRISS. MELLINO. Num. Secundo.

PAPIEN. PRAEPOSITVRAE. Merc. 5. Nouembris 1603.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata à iudice legitime recuſato ex iuſtis cauſis eſt nulla.*

Et maxime ſi appellatum fuit ab vlteriori proceſſu, ibi.

Electus arbiter pro vna parte, ibi.

Tanto magis ſi intimatum fuit arb. repr. ad Curiam, ibi.

2 *Sententia obtenta à procuratore abſque mandato, id ſpeciali, eſt nulla.*

1 DOmini concluſerunt ſine difficultate ſententiam eſſe nullam. Fundamentum præcipuum nullitatis fuit, quia ſententia fuit lata à iudice recuſato ex iuſtis cauſis cum appellatione ab vlteriori proceſſu. Achill. deciſione 320. Caputaquen. deciſione 35. & 143 numero primo. Paleot. deciſione 155. & fuit ſæpius reſolutum, & hoc eo magis dicendum eſt, quia Gulielmus elegit arbitrum pro parte ſua, & iudex mandauit alteri parti, vt eligeret ſuum, & ideo iudex debebat expectare determinationem arbitrorum ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia cauſarum recuſationis capitulo ſecundo requiris, §. vltimo de appel. capitulo legitima, eodem titulo in ſexto, & tanto magis debebat abſtinere, quia fuerat ei intimatum, quod Gulielmus arripuerat iter ad Curiam quæ arreptio itineris habet cum proſequutionis appellationis, Rota deciſione 13. de appellat. in nou.

2 Placebat etiam Dominis aliud fundamentum nullitatis ex defectu mandati procuratoris, qui obtinuit ſententiam, quia mandatum eſt generale ad lites, & cum in hoc caſu requiratur accuſatio, & inſcriptio in forma iuris, & in defectum probationis ſuccedat obligatio ad pœnam extraordinariam arbitr. iudicis, Creſcen. deciſione 161. Et fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſis beneficij de Cremona 13. Februarij 1581. coram bo. memor. Epiſcopo Lauretano ad iſtum effectum eſt neceſſarium mandatum ſpeciale, l. ſi procurator, & ibi glo. & Iaſ. num. 4. & 5. ff. de cond. indeb. Lap. alleg. 127. num. 5. Capel. Thol. quæſt. 477.

R.P.D. ROBVSTERII.
Num.Tertio.
GERVNDEN.ADMINISTRATIONIS
Epiſcopatus ſede vacan.
Die Mercurij 6. Octobris 1574.

SVMMARIVM.

1 *Recuſationis iudicis materia eſt fauorabilis*
2 *Intereſſe iudicis etiam remotum reddit eum ſuſpectum.*
3 *Iuramentum ſolum ſufficit ad notarium, & locum recuſandum ſuſpectum.*
4 *Auctoritas loci ſola non ſufficit ad adhibendam fidem ſcripturæ male extracta.*

FVit reſolutum, quod proceſſus per iudicem compulſorem factus, ſit nullus, & iura in eo extracta non facere fidem, quia talis iudex potuit recuſari, & recuſatio fuit legitimè facta: nam fuit præſtitum iuramentum, & arbitri fuerũt petiti, & cauſæ legitimæ recuſationis pro
1 poſitæ, & appellatum. Et materia recuſationis iudicis eſt fauorabilis, Couar. pract. quæſt. c. 26. & leuis cauſa repellit iudicem, licet non repellat teſtem, glo. Abb. & alij in capitulo cum R. Canonicus, de offic. deleg. quod tamen totum reſidet in arbitrio iudicis, vt poſt Lanfranc. inquit Rebuf. de recuſ. iud. gl. vnica, 6. num. 45. Et exceptio de amicitia cum Archidiacono, & alia circa illius perſonam conſiderata, viſa fuerunt Dominis ſufficientia, ſicut etiam viſum fuit illi canonico, qui quando allegatus fuit ſuſpectus ex eadem cauſa, abſtinuit.

Non obſtat, quod non eſſet controuerſia de iure conferendi, & intereſſe Archidiaconi eſſet ſecundarium, quod regulariter non eſſet in conſideratione, ex Tiraq. & alijs allegatis. Nam dicebant Do-
2 mini, quod licet tale intereſſe non reddat iudicium nullum, tamen facit, vt tanquam ſuſpectus ex tali intereſſe poſſit, vt ſuſpectus recuſari, ex Lanfran. de recuſ. iud. Et tanto magis, quia ex pluribus circumſtantijs ille Archidiaconus magni faciebat controuerſiam iuriſdictionis, & alternatiuè.

Non obſtat, quod quo ad notarium non ſint expreſſæ cauſæ, & allegatio videbatur calumnioſa ex pluribus circumſtantijs hic bene conſideratis per informantes Archidiaconi. Nam ſufficit alle-
3 gatio legitimæ ſuſpicionis iudicis. Item quo ad notarium, & locum plures tenebant, quod non requiritur expreſſio cauſæ, ſed ſufficit ſolum iuramentum, & pro ratione voluntas, ex Bal. & Boer. in deciſio. & locis alleg. in memoriali. Addebant Anchar. conſil. 263. ſub num. 2. & Alexand. conſil. 104. num. 2. & 3. lib. 5. In quo tamen aliqui replicabant, rem hanc eſſe magni momenti, & exemplarẽ, præſertim vbi adeſt ſuſpicio calumniæ, prout hic non videtur adeſſe in notario, loco, & hora. Et Doct. intelligunt illud, dummodo adſit dolus malus. Quo verò ad ſcripturas dicebant eſſe malè extractas, & non facere fidem, quia non adeſt citatio ad videndum iurare teſtes. Illi teſtes qui dantur, fuerunt ſimul examinati, quod licet regulariter, niſi in leuibus & non recognoſcuntur manus illorum notariorum, qui ſcripſerunt illa, & licet ſit antiqua, tamen requiruntur aliqua adminicula etiam in antiq. vt per Aug. de fide inſtrum.

4 Non obſtat auctoritas loci ſcribaniæ epiſcopalis. Nam dicebant non eſse probata requiſita, de quibus per Felin. & alios in cap. ad audientiam, de præſcrip. Aymo. de antiquit. temp. Quo vero ad exceptiones teſtium, nihil fuit dictum, quia capitulum non informat. Agetur de ea in ſequenti, etiam ſi non informaret.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.
Num. Quarto.

TOLETANA DECIMANDI
de Capella.
Lunæ 2. Iunij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per iudicem ante recuſationem tenenti.*
2 *Suſpitio iudicis datur illi adiuncto.*

1 FVit reſolutum exceptionem recuſationis non obſtare, & quidem quo ad geſta per Auguſtinum ante

ante recuſationem nulla adeſt difficultas cum fuerit legitime deputatus à iudicibus remiſſoriæ, & quamuis poſtea fuerit ab Archiepiſcopo recuſatus vti ſuſpectus, ſublata tamen fuit omnis ſuſpitio per adiunctum ei datum de ordine Rotę, cum quo fuit proceſſum ad examẽ, auth. ſi vero contigerit, & ibi Ioan.num.2. C. de iudic.l.nulli,§.omnia,& ibi Ioan.de Plat.c.fin.verſ.item ibi,§.item ibi omnia C.de nomin.& actuat.lib.2.glo.in l.apertiſſimè,in ver.recuſ.C.de indic.

Neque obſtat, quod dicebatur adiunctum datum notario remiſſoriæ tunc exiſtenti videri datum Ioãni de Leon deputato per Nuncium, non autem Auguſtino, qui vti ſuſpectus fuerãt remotus ab eodem Nuncio, quia nulla fuerat omnia geſta per nuncium, qui non poterat ſe ingerere in hac cauſa, quæ pendebat in Rota iuxta not. in cap. ſtuduiſti, de offic. legati, vltra quod verè intellectum fuit de Auguſtino deputato à iudicibus remiſſ. cui ob reculationem applicabatur ratio adiuncti, non autem de Io. de Leon nulliter deputato, cui non erat dandus adiunctus, quia non fuerat recuſatus, immò electus in concordia, auth. offeratur, vbi Bald. in 4. notab. & Salic. in 6. C. de lit. conteſt. maximè quod nulla habebatur in Curia notitia ſuæ deputationis.

Non obſtat, quod recuſatus fuerit etiã Ferdinandus Adiunctus, quia examen, & geſta ante recuſationem fuerunt valida, poſtea autẽ fuit eius loco datus alius adiunctus Franciſcus de Fraguas, qui licet, & ipſe fuerit recuſatus, poterat tamẽ procedere ad examen, ſimul cum Auguſtino, cũ recuſatio ſatis videretur calumnioſa ob præcedentẽ allegationẽ ſuſpicionis Auguſtini, & Ferdinãdi, imo omniũ notariorum Ciuitatis Abuleñ abſq. aliqua cauſa, quod alias fuit ponderatum in cauſa Gerundenſis adminiſtrationis 6. Octobris 1574. coram bo.mem. Robuſterio.

Quantum ad geſta coram Franciſco Fernandez non adeſt aliqua nullitas, ex cap. recuſationis, quia numquam fuerat recuſatus, neque potuit recuſari, cum fuerit nominatus pro parte Archiepiſcopi de conſenſu Ducis deputatus à iudicibus remiſſoriæ, iuxta auth. offeratur, vbi Bal. & Salic. c. cum olim, & glo. & Abb. num. 8. de cauſ. poſſ. & prop. Iaſ. in l. apertiſſimi, num. 1. C. de iudic. Et quamuis opponatur huic examini inualiditas extractionis actuum pręcedeñ facta à ſolo Auguſtino recuſato, hoc tamen reſpicit terminos diſputationis reſtrictæ ad ſolam recuſationem notarij, & de hoc particulariter agetur, maximè, quod multa deducuntur, ad euadendam hanc nullitatem. De geſtis coram Ioanne de Leon, nõ eſt agendum, quia coram eo nihil actũ fuit quod reſpiciat ſubſtantialia huius examinis, ſed ſolum continet contradictiones notariorum Curiæ Abuleñ cum proteſtationibus hinc inde factis, ne ipſe, qui non erat notarius illius Curiæ rogaretur de actis, eius remiſſorie, quod nihil commune habet cum validitate examinis.

R. P. D. SACRATO.
Num. Quinto.

TRIDENTINA DECIMARVM.

Lunæ 21. Iunij 1610.

SVMMARIVM.

1 *Comparendo ſimpliciter coram iudice recuſato recedit à recuſatione ſi non proteſtetur.*

2 *Iuramentum teſtis probatur per enunciatiuam notarij.*

FVit tentum pro validitate examinis
teſtium, nam quantum ad primam
nullitatem deductam ex defectu iuriſdi-
ctionis ab allegationem ſuſpicionis iudi-
cum remiſſorialium, & appellatione ab vl-
teriori proceſſu, illa bene viſa fuit ſubla-
ta ex deciſione in hac cauſa facta coram
1 bo.mem. Iuſto, nempe ex defectu manda-
ti illius, qui recuſauit, & comparitione
coram eiſdem iudicibus abſque proteſta-
tione, per quam comparitionẽ recuſans
videtur à recuſatione recedere, Put. dec.
380. lib. 1. & 218. lib. 2. Mohed. dec. 2. de
iud. & fuit dictum in cauſa Toletana pri-
mitiarum 27. Febr. 1581. coram bo. me.
Card. Seraphino relata inter diuer. im-
2 preſ. dec. 688. n. 3. p. 1. Quantũ ad ſecũdã
de defectu iuramenti teſtium, cùm illud
non probetur per enũciatiuã notarij iux.

deciſionem Veral. 248. parte ſecunda cum alijs allegatis fuit dictum exceptionem eſſe releuantem circa illos, qui patiuntur huiuſmodi defectu, ſed nihilominus in ſummario Boronum numero 9. & c. adeſſe, qui minime patiuntur huiuſmodi defectu, & quos Notarius atteſtatur iuraſſe tactis ſcripturis, quod ſufficit Verall. dicta deciſione 248. in principio, & 123. parte ſecunda, deciſione 285. & 295. parte tertia. Et fuit dictum in cauſa Aretina Spolij 9. Iunij 1604. coram R. P. D. meo Coccino.

Circa tertiam nullitatem ex defectu iuramenti ex eo, quod in proceſſu de partibus appareat examen fuiſſe factum de Menſe Octobris, & Nouembris 1608. Et iuramentum reperiatur præſtitum de Menſe Februarij 1609. viſum fuit Dominis, iſtum poſſe eſſe errorem illius, qui tranſcripſit proceſſum ponendo annum 1608. loco anni 1609. Tum, quia repugnat omnis veriſimilitudo, quod examinentur teſtes, & illinc ad menſes præſtetur iuramentum de veritate dicenda, tum quia teſtes fuerunt examinati cum interprete, & interrogatorijs partis, quæ fuerunt data in actis 12. Februarij 1609. Vnde impoſſibile eſt, quod idem teſtes fuerint de anno 1608. examinati cum interrogatorijs, quæ nullibi apparet, tunc tempore fuiſſe in rerum natura, vel ſaltem debere apparere de duplici examine, & duplicibus interrogatorijs.

Circa quartam nullitatem ex defectu citationis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis ex quo non eſt bona citatio, quam refert Nuncius ſe feciſſe ſub die quinta Octobris 1608. in palatio dicti Illuſtriſſimi, in manibus cuiuſdam, qui vt ſibi dictum fuit, erat Canonicus Ciuitatis, & familiaris Cardinalis placuit reſponſio, quod ex quo procurator dicti Illuſtriſſimi, & lit. conſortium in decreto, remiſſoriè fuit citatum ad conſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui citari poſſit in exequutione remiſſoriæ, alias videndum decerni proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ, prout fuit proceſſum quod tenere debeat proceſſus ex quo nõ fuit in partibus conſtitutus procurator iuxta formam decreti remiſſoriæ, neque ſuperflua diligentia decitando Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali male facta, prout ſupra debet nocere, iuxta regul. l. teſtamentum, C. de teſtamen. Roman. conſilio 343. numero ſeptimo, & 497. numero quinto, & ſexto cum alijs per Crauet. de antiquitat. tempor. parte 4. ſect. abſolutis, num. 59.

Ad quintum obiectum, quod teſtes fuerint examinati ante decretas citationes 16. Ianuarij, & 11. Februarij 1609. fuit reſponſum, hoc peruenire ex errore, de quo ſupra nempe, quia examen vere fuit factum de anno 1609. circa quem errorem fuit etiam dictum poſſe expectari meliorẽ iuſtificationẽ de partibus.

DE COMMISSIONE

SVSPICIONIS IVDICVM.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, Collegium, Vniuerſitas, vel Synodus an allegari ſuſpecti poſſint.*

2 *Diſtingue, num. iij.*

Appellari poteſt à geſtis per Synodũ, Collegium, Ciuitatem, & Vniuerſitatem.

4 *Rota non allegatur ſuſpecta, ſi Auditor Rotæ in ea cauſam habeat.*

5 *Referendarij recedunt à Signatura dũ reſoluuntur cauſa eorum, vel conſanguineorum.*

6 *Concilium generale non allegatur ſuſpectum.*

7 *Princeps ſuperior non allegatur ſuſpectus.*

8 *Religioſi trahentes qualitatis obſeruantia non allegantur ſuſpecti.*

9 *Iudices ſuperiorem recognoſcentes omnes*

nes ſuſpecti allegari poſſunt.

10 Recuſatio iudicis in ſcriptis, eſt facienda, non voce.

11 Iudex ante præſentatum reſcriptum ſuſpectus dici poteſt.

12 Delegatus, qui in vna cauſa pronunciauit in alio ſimili, allegari ſuſpectus poteſt.

13 Iudex ordinarius an vna cauſa finita in alia ſimili remaneat ſuſpectus.

14 Iudex ordinarius in poſſeſſorio pronunciando, an in petitorio recuſari poſſit.

15 Epiſcopus, Archiepiſcopus effectus in cauſa in qua Epiſcopus pronunciauit, recuſari valet.

16 Epiſcopo ſuſpecto allegato, ſi moriatur, non remanet ſucceſſor ſuſpectus.

17 Epiſcopo ſuſpecto, an ſit ſuſpectus eius Vicarius.

18 Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudex eſſe poteſt ſi ſuſpectus non allegetur.

19 Iudex cauſas ſimiles connexas habens ſi in vna animum propalat in alijs, recuſari poterit.

20 Caſus adeo ſimiles non dantur, quibus deciſiones applicari poſſint.

21 Iudex recuſatus an procedendo ad vlteriora nulliter facit.
Diſtingue vt num. xxij.

23 Suſpecto iudice allegato ad vlteriora procedente appellandum eſt ab vlteriori proceſſu.

24 Iudici ordinario ſuſpecto allegato, Epiſcopus aſſociatur in cauſa ciuili.

25 Epiſcopo ſuſpecto Archiepiſcopus illi aſſociabatur iam, hodie non.

26 Iudex adiuncto dato ſi ſolus procedat, nulliter facit.

27 Comparens ſimpliciter coram iudice recuſato, recuſatione renunciare videtur.

28 Iudex legitime recuſatus, ſententiando, nulliter facit.

29 Iudex appellatione ab vlteriori proceſſu non obſtante procedens, nulliter facit.

30 Delegatus inhibitionem ex ſe, quare moderetur.

31 Cauſa ad Cancellariam Delegatus remittit, quando non vult eſſe iudex.

32 Suſpecto iudice allegato Signatura, vt cum voto Rotæ, ſi cauſa meretur, ſtatuit.

33 Clauſula de voto Rotæ, & cum voto Rotæ inter ſe, in quo differant.

34 Suſpecto iudici abſque eo, quod recuſetur Princeps non reſcribit.
Declara, & limita, vt num. xxxv.

36 Recuſatio iudicis an ſit de iure naturæ, vel poſitiuo.

37 Adiunctus iudici ordinario delegato, quomodo differenter detur.

38 Suſpecti ordinarius, & delegatus de iure canonico allegantur.

39 Arbitri ad ſuſpicione iudicis cognoſcendam diuerſimode eliguntur à iure canonico, & ciuili.

40 Adiunctus iudicibus ſuſpectis Signatura dare ſolet in Curia, & extra.

41 Delegatus ſtatuta quando ſeruare teneatur.

42 Conſenſus tacitus non imputatur neganti ab initio iuriſdictionem.

43 Conſenſus ad vnum effectum non poteſt ſi alium effectum operare.

44 Proteſtans quando à prima proteſtatione receſſiſſe non videtur, nec ne.

45 Clauſula inherendo proteſtationi alias factæ, non alias, &c. quid operetur.

46 Proteſtatio repeti debet in omni actu iudiciali.

47 Iudex ſi ſuſpectus ſit, & non allegetur, approbatus videtur.

48 Proteſtatio facta coram anteceſſore, non prodeſt coram ſucceſſore, ſi non repetatur.

49 Proteſtare excipere, & agere inter ſe diuerſa ſunt.

50 Suſpectum iudicem, qui illum impetrauit allegare nequit.

51 Exceptiones procedendo ad vlteriora, tacite repelluntur.

52 Remoto iudice, vel reuocatione intimata, poſtea nulliter procedit.

53 Suſpectus grauando iudex redditur.

54 Iudicia claudicare non debent, ſed ſine ſuſpicione procedere.

55 Iudex pronunciare an ſecundum conſcientiã, vel acta, & probata teneatur

56 Exequutor in litteris datus, quando ſuſpectus allegari valeat.

57 Executor in lit. Apoſt. datus intelligitur, ceſſante ſuſpitione etiam ſi pro Cancellariam.

58 Commiſſio exemptionis à iuriſdictione ordinarij, raro difficile datur.

deciſionem Veral. 248. parte ſecunda cum alijs allegatis fuit dictum exceptionem eſſe releuantem circa illos, qui patiuntur huiuſmodi defectu, ſed nihilominus in ſummario Boronum numero 9. & c. adeſſe, qui minime patiuntur huiuſmodi defectu, & quos Notarius atteſtatur iuraſſe tactis ſcripturis, quod ſufficit Verall. dicta deciſione 248. in principio, & 123. parte ſecunda, deciſione 285. & 295. parte tertia. Et fuit dictum in cauſa Aretina Spolij 9. Iunij 1604. coram R.P.D. meo Coccino.

Circa tertiam nullitatem ex defectu iuramenti ex eo, quod in proceſſu de partibus appareat examen fuiſſe factum de Menſe Octobris, & Nouembris 1608. Et iuramentum reperiatur præſtitum de Menſe Februarij 1609. viſum fuit Dominis, iſtum poſſe eſſe errorem illius, qui tranſcripſit proceſſum ponendo annum 1608. loco anni 1609. Tum, quia repugnat omnis veriſimilitudo, quod examinentur teſtes, & illinc ad menſes præſtetur iuramentum de veritate dicenda, tum quia teſtes fuerunt examinati cum interprete, & interrogatorijs partis, quæ fuerunt data in actis 12. Februarij 1609. Vnde impoſſibile eſt, quod idem teſtes fuerint de anno 1608. examinati cum interrogatorijs, quæ nullibi apparet, tunc tempore fuiſſe in rerum natura, vel ſaltem debere apparere de duplici examine, & duplicibus interrogatorijs.

Circa quartam nullitatem ex defectu citationis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis ex quo non eſt bona citatio, quam refert Nuncius ſe feciſſe ſub die quinta Octobris 1608. in palatio dicti Illuſtriſſimi, in manibus cuiuſdam, qui vt ſibi dictum fuit, erat Canonicus Ciuitatis, & familiaris Cardinalis placuit reſponſio, quod ex quo procurator dicti Illuſtriſſimi, & lit. conſortium in decreto, remiſſoriæ fuit citatum ad conſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui citari poſſit in exequutione remiſſoriæ, alias videndum decerni proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ, prout fuit proceſſum quod tenere debeat proceſſus ex quo nõ fuit in partibus conſtitutus procurator iuxta formam decreti remiſſoriæ, neque ſuperflua diligentia decitando Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali male facta, prout ſupra debet nocere, iuxta regul. l. teſtamentum, C. de teſtamen. Roman. conſilio 343. numero ſeptimo, & 497. numero quinto, & ſexto cum alijs per Crauet. de antiquitat. tempor. parte 4. ſect. abſolutis, num. 59.

Ad quintum obiectum, quod teſtes fuerint examinati ante decretas citationes 16. Ianuarij, & 11. Februarij 1609. fuit reſponſum, hoc peruenire ex errore, de quo ſupra nempe, quia examen vere fuit factum de anno 1609. circa quem errorem fuit etiam dictum poſſe expectari meliorẽ iuſtificationẽ de partibus.

DE COMMISSIONE

SVSPICIONIS IVDICVM.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *CIuitas, Collegium, Vniuerſitas, vel Synodus an allegari ſuſpecti poſſint.*

2 *Diſtingue, num. iij. Appellari poteſt à geſtis per Synodũ, Collegium, Ciuitatem, & Vniuerſitatem.*

4 *Rota non allegatur ſuſpecta, ſi Auditor Rotæ in ea cauſam habeat.*

5 ***Referendarij recedunt à Signatura dũ reſoluuntur cauſa eorum, vel conſanguineorum.***

6 ***Concilium generale non allegatur ſuſpectum.***

7 ***Princeps ſuperior non allegatur ſuſpectus.***

8 ***Religioſi trahentes qualitatis obſeruantia non allegantur ſuſpecti.***

9 ***Iudices ſuperiorem recognoſcentes omnes***

nes ſuſpecti allegari poſſunt.
10 Recuſatio iudicis in ſcriptis, eſt facienda, non voce.
11 Iudex ante præſentatum reſcriptum ſuſpectus dici poteſt.
12 Delegatus, qui in vna cauſa pronunciauit in alio ſimili, allegari ſuſpectus poteſt.
13 Iudex ordinarius an vna cauſa finita in alia ſimili remaneat ſuſpectus.
14 Iudex ordinarius in poſſeſſorio pronunciando, an in petitorio recuſari poſſit.
15 Epiſcopus, Archiepiſcopus effectus in cauſa in qua Epiſcopus pronunciauit, recuſari valet.
16 Epiſcopo ſuſpecto allegato, ſi moriatur, non remanet ſucceſſor ſuſpectus.
17 Epiſcopo ſuſpecto, an ſit ſuſpectus eius Vicarius.
18 Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudex eſſe poteſt ſi ſuſpectus non allegetur.
19 Iudex cauſas ſimiles connexas habens ſi in vna animum propalat in aliꝫ, recuſari poterit.
20 Caſus adeo ſimiles non dantur, quibus deciſiones applicari poſſint.
21 Iudex recuſatus an procedendo ad vlteriora nulliter facit.
Diſtingue vt num. xxij.
23 Suſpecto iudice allegato ad vlteriora procedente appellandum eſt ab vlteriori proceſſu.
24 Iudici ordinario ſuſpecto allegato, Epiſcopus aſſociatur in cauſa ciuili.
25 Epiſcopo ſuſpecto Archiepiſcopus illi aſſociabatur iam, hodie non.
26 Iudex adiuncto dato ſi ſolus procedat, nulliter facit.
27 Comparens ſimpliciter coram iudice recuſato, recuſatione renunciare videtur.
28 Iudex legitime recuſatus, ſententiando, nulliter facit.
29 Iudex appellatione ab vlteriori proceſſu non obſtante procedens, nulliter facit.
30 Delegatus inhibitionem ex ſe, quare moderetur.
31 Cauſa ad Cancellariam Delegatus remittit, quando non vult eſſe iudex.
32 Suſpecto iudice allegato Signatura, vt cum voto Rotæ, ſi cauſa meretur, ſtatuit.
33 Clauſula de voto Rotæ, & cum voto Rotæ inter ſe, in quo differant.
34 Suſpecto iudici abſque eo, quod recuſetur Princeps non reſcribit.
Declara, & limita, vt num. xxxv.
36 Recuſatio iudicis an ſit de iure naturæ, vel poſitiuo.
37 Adiunctus iudici ordinario delegato, quomodo differenter detur.
38 Suſpecti ordinarius, & delegatus de iure canonico allegantur.
39 Arbitri ad ſuſpicione iudicis cognoſcendam diuerſimode eliguntur à iure canonico, & ciuili.
40 Adiunctus iudicibus ſuſpectis Signatura dare ſolet in Curia, & extra.
41 Delegatus ſtatuta quando ſeruare teneatur.
42 Conſenſus tacitus non imputatur neganti ab initio iuriſdictionem.
43 Conſenſus ad vnum effectum non poteſt ſi alium effectum operare.
44 Proteſtans quando à prima proteſtatione receſſiſſe non videtur, nec ne.
45 Clauſula inherendo proteſtationi alias facta, non alias, &c. quid operetur.
46 Proteſtatio repeti debet in omni actu iudiciali.
47 Iudex ſi ſuſpectus ſit, & non allegetur, approbatus videtur.
48 Proteſtatio facta coram anteceſſore, non prodeſt coram ſucceſſore, ſi non repetatur.
49 Proteſtare excipere, & agere inter ſe diuerſa ſunt.
50 Suſpectum iudicem, qui illum impetrauit allegare nequit.
51 Exceptiones procedendo ad vlteriora, tacite repelluntur.
52 Remoto iudice, vel reuocatione intimata, poſtea nulliter procedit.
53 Suſpectus grauando iudex redditur.
54 Iudicia claudicare non debent, ſed ſine ſuſpicione procedere.
55 Iudex pronunciare an ſecundum conſcientiã, vel acta, & probata teneatur.
56 Exequutor in litteris datus, quando ſuſpectus allegari valeat.
57 Executor in lit. Apoſt. datus intelligitur, ceſſante ſuſpitione etiam ſi pro Cancellariam.
58 Commiſſio exemptionis à iurisdictione ordinariꝫ, raro difficile datur.

KK 3 Fa-

59 *Familiaritas ſuſpectum iudicem facit, & quando.*

60 *Tertius ad cauſam veniens iudicem alijs litigantibus non ſuſpectum recuſare poteſt.*

61 *Suſpectus iudex conſanguineus, vſque ad quem gradum allegetur.*

62 *Partibus diſcordantibus in electione iudicis, tertius datur.*

1 SVbſequentur ponamus, an tota Ciuitatis, Vniuerſitas, Collegium, Synodum, & ſimiles, allegari ſuſpecti valeant. Videtur autem quodã modo calumnioſum, quod omnes vnius Ciuitas collegij iudices ſuſpecti dicantur, vt per Alber. in dicta l.apertiſſimi, in fine, C.de iudic. Sicque quando id fit, malitioſe, & in fraudem fieri cenſetur, vt idem Alber. in ſecũda parte ſtatuti, quæſtione 101. vbi à magnis auctoritatis hominibus totum Collegium recuſari non poſſe, ſe audiſſe aſſerit, nam dum quis aliquos habet ſuſpectos, vt eos ſigillatim, & in ſpecie nominet, neceſſe eſt, quibus poſtea, è Collegio demptis, cæteri non ſuſpecti iudices remanebunt, Vehementiſſima vrget præſumptio pro probitate, ingenuitate illorum, qui huiuſmodi ſynodo, Collegijs, & Vniuerſitatibus ſunt electi, & propoſiti, vnde fit, quod non omnes vti allegantur ſint reputãdi, quia ſi pro iudice ſolo præſumitur, Alciat.de præſ. præſ. 3. reg. 9.num. 1. & ſequent. Multo magis pro collegio, ſynodo, vel Vniuerſitate. Contrariam verò affirmatiuam ſententiam communius à noſtris iuris interpretibus ſequtum reperio, pro qua primo videtur facere text.in cap.ex ſuſcepto, vbi Abb. numero quarto, de for.compet. Dec.qui de communi atteſtatur, in cap.2.num.15.in prima lectura, de iud. Calder. in conſ. 56. incip. an officialis, num.1.de appellat. Andr. Sicul. in tract.de præſt.Card.part. 2. quæſt. 3. qui pariter hanc eſſe communem opinionem aſſerit, Felin.in cap.1.num.6.de iudic.Burſat.conſ. 269. num. 25.lib. 3. Rationes in promptu afferuntur, quia recuſatio, & appellatio de pari procedunt, & æquiparantur, capit.ſuper, de appellat. Lancell.de attent.poſt recuſ.iud.num.8.
2 §.ſeq. Vnde ſicut a geſtis per ſinodum, &
alijs narratis poteſt appellari, ita pariter,
& recuſari, cap.multis 17. diſt. Franc.in
cap.poſtremo, q. 8.de appellat. Præterea
habemus textum clarum in clem.paſtoralis, §.Piſana, de re iudic. Ob id ſola appellatio, probato grauamine, ſufficit ad
allegandum iudicem ſuſpectum Felin.in
cap ad hæc, el primo, numero 1.& 3.de
3 appellat. Quid igitur tenenduuı in hac
Doctorum varietate, & breuiter dicendum videtur, quod exiſtentibus illis, qui præſunt ſynodo, collegio, ſeu vniuerſitati, vel conſilio, quibusve cæteri obedire tenentur ſuſpecti, pariter totum collegium erit ſuſpectum, & ita procedit ſecunda Doctorum ſententia, Abb.in cap. 1.num.14. de iudic. vbi Dec. num. 15. verſic.quod verum, nam quando aliquid fit, opera mea, ſi ab alio fiat, perinde eſt ſi mecum fieret, Alber.in ſecunda parte ſtatut.quæſt.101. Couar.pract.quæſt.c, 2<.n. 1.& eo magis ſi procurauit, & affectauit pars aduerſa cauſam illi committi, augebitur ſuſpitio, Spec.in tit.de iud. deleg.§.ſupereſt, verſic.Item ſi ad petitionem Bal.in l.qui iuriſdictionem, col. 1.ff.de iur.omn.iud.Franc.in d.c.poſtremo, in 22.caſu ſuſpitionis, de appellat. Dec.in cap.cæterum, numero 13. de reſcript.quem vide pro declaratione, l. 1.§.obſeruandum, C.de iudic. Nam quando caput dolet, omnia membra languunt, declara ſupradicta, ſec. Felin.in cap.1.num.6.verſic.Quod ego intelligerem, de iudic. dummodo caput, ſit tale, quod vniuerſitas, ſynodus, conſilium, vel collegium illi non audeat contradiceret, & illi ſubſint, ſed ſi aliqui ex collegio, ſynodo vniuerſitate, vel conſilio, ſunt ſuſpecti, præfata non procedunt, nam vt tenent Doctores primam ſententiam ſequentes, ipſis ſublatis, alij iudices remanebũt, numerus nẽpè illorum ad iudicandum aptus ſufficiens erit, paucorũ vero ſuſpicio, ad omnes de collegio remouendos, non ſufficit, vti declarant cõmuniter Canon. in dicto capitulo primo
4 de iudic. Et ideo, ſi in Sacro Rotæ Auditorio cauſam Auditor habeat, non allegatur

gatur tota Rota ſuſpecta, Sed ſi cauſa di-
ſcutitur, erit Auditor ille eo inſtanti amo
uendus à Rota, poſtea per alios Domi-
nos de collegio cauſa terminanda, ea ra-
5 tione, quia cũ ſit in cauſa propria, æqui-
tas non patitur, vt interſit, quando eius,
vel conſanguineorum, vſque ad quartũ
gradum, iuxta ſacri illius tribunalis ſan-
ctiones, ac reformationes tribunalium
Vrbis, fel. tecord. Pij Quarti, quod etiã,
vt dixi ſeruatur in Signatura, dum cauſa
diſcutitur, & ſic quamuis in illa ſit ipſe
ſuſpectus, tamen non alij, quibus vti pa-
res non poteſt imperare, nec illi ſubſunt,
immo in dubio contra coauditorem pro
nunciant.

6 Fallit tamen, quod ſupradictum eſt,
in concilio generali, in quo nulla cade-
re poteſt ſuſpitio, vt dicto capitulo pri-
mo, numero 6. de iudic. Felin. dicto nu
mero 15. & ſequen. verſic. omnia iſta,
& Decius numero 15. verſic. opinio ta-
men, glo. Abb. num. 14. Licet aliquantu-
lum in hoc claudicare videatur.

7 Fallit ſecundo, in Principe ſuperiorẽ
non recognoſcente, quia in ipſo ceſſat
omnis recuſatio, cum ſit Dominus, ne-
que habeat ſuperiorem, Pariſius latè cõ-
ſil. 31. num. 87. & 105. volum. 1. Rolan.
à Val. conſil. 19. per totum, volum. 1.

8 Fallit tertio in Religioſis habentibus
qualitates obſeruantię perfectæ, quia ne
que vti ſuſpecti recuſantur, vti ponit Pa-
riſius in dicto conſilio 31. numero 101.
Exemplum in Fratribus Certuſienſibus,
Fran. in dicto capitulo poſtremo, colum.
5. quæſt. 6. de appellat. & ita de conſuetu
dine ſeruari teſtatur, Alberic. in dicta
quæſtione 101. in fin. Pariſius dicto con
ſilio 31. num. 99. Nam licet præſuma-
tur pro integritate Collegij, Synodi, &
ſimilium, ac eorum præheminentia, ac
integritate, adeo quod non ſit quodam
modo cogitandum, vt in eis ſuſpitionis
labes cadere poſſit, tamen hoc dato, non
ob id ſequitur, quin ſuſpecti allegari ne-
9 queant, quia habemus regulam. Quod
omnes iudices, dummodo ſuperiorem
recognoſcant, legitima tamen ſubſiſten-
te cauſa, ſuſpecti allegari poſſunt, vti
etiam Cardinales legati de latere, capitu
lo nouit, vbi Abb. & Doctores, de appel-
lat. Pariſ. dicto conſil. 31. num. 97. Rol.
à Val. conſil. 19. num. 17. volum. tertio.
Felin. in capitulo cum inter colum. 6. de
except. Barb. in tract. de præſt. Cardin.
parte ſecunda, quęſtione tertia, principa-
10 li in princip. At ſi fiat ſupradicta recuſa-
tio, non voce, ſed in ſcriptis erit faciẽda,
Salic. Fulg. Ang. & alij in l. cum ſpeciali,
C. de iud. Fed. de Sen. conſil. 24. vbi
11 etiam ante præſentatum reſcriptum ſuſpe
ctum allegari poſſe iudicem tenet, Fran.
in capitulo cum ſpeciali, de appellat. Al-
legatæ autem cauſæ à partibus pede plũ
beo ſunt conſiderandæ, & maxima matu
ritate, ſicut ſapientiſſimæ, more ſolito Do
mini mei ſemper colendiſſimi faciunt re-
12 ſcribendo. Præterea dicere non omittã,
quod delegatus, qui in vna cauſa pronũ-
ciauit, ſi aliam ſimilem habeat, poteſt iu-
ridice ſuſpectus allegari, cum impoſſibi-
le ſit, quod in eodem facto licet reſpectu
diuerſarũ perſonarum, diuerſum habeat
animum, Franc. Aret. conſilio 29. num.
25. verſic. Quid ſi delegatus, Innocent.
in cap. irrefragabili, in princip. de offic.
ordin. Capic. deciſione 146. vel ſaltim
talis erit legitima cauſa, quod pars de
eo confidere non poſſit, & ſic merito pro
13 eius remotione, inſtare valebit. Hinc vi
dere ſequitur, an iudex ordinarius, vna
cauſa ab eo cognita, & finita, pariter in
cognitione cauſæ illi connexæ, remaneat
ſuſpectus, adeo quod, in alia ſimili recu-
ſari valeat, & breuiter dico, Si agatur poſ
ſeſſorio, eo finito remanet iudex conſe-
quenter in petitorio, quia nihil commu-
ne inter ſe iſta iudicia habent, l. natura-
liter, §. nihil commune, ff. de acquiten.
poſſeſſ. & decretum poſſeſſorium de ma-
nutenendo, eſt interloquutorium, cap. ſi.
§. de poſſeſſione, 2. quæſt. 6. Grau. conſil.
140. nu. 4. vt latius dixi in commiſſione
appellationis in cauſa poſſeſſorij, Ob id
non datur appellatio ſuſpenſiua, vnde
merito met iudex in cauſa petitorij re-
manet, Benint. deciſ. 29. num. 6. Feder.
de Sen. conſil. 79. num. 6. Contard. in l.
vnica, C. ſi de mom. poſſeſſ. in ſecunda
ratione decidendi, num. 10. Et quamuis
ſuper poſſeſſorio ſententiam tulerit, ta-
men in petitorio non poteſt recuſari, & li
cet reſpectu eiuſdem ſubiecti cauſæ iſtæ
videantur connexæ, nihilominus, habẽt
ſeparatam defenſionis materiam, d. §. ni

bil

14 hil commune. Tamen id verum intelli-
ge, ac procedere in poſſeſſorio, quod
cum petitorio, neque concurrere, neque
cumulari poteſt, vt declarat Bar. in l.
nulli, numero pimo, verſic. Sed con-
tra hoc oppono, C. de iudic. Vel ſi diui-
ſio non eſſet neceſſaria, vt caſum habe-
mus in l. nam & ſi fur. ff. ſi certum petat,
& ad hoc vt præſens regula locum ha-
beat, opus eſt, vt reus opponat, quod
appellatio non intrat, Innoc. in cap. cum
M. Ferrarienſis, num. 1. de conſtit. Bal.
in auct. Sed nouo iure, num. 9. C. de ser-
uit. fugit. & in capit. 1. de conſuet. feud.
int. par. legitur coram iudice, qui in
poſſeſſorio pronunciauit, cauſa in petito
rio ordinariè erit tractanda, dummodo
non ſit alias legitimè ſuſpectus, & id,
quia eſt bene de meritis inſtructus, vt
ſupra dixi, & de huiuſmodi poſſeſſorio,
quando admittatur appellatio ſuſpenſi-
ua, nec ne, dixi latius in commiſſione
appellationis in cauſa poſſeſſorij, & Aegi
dianæ, vbi vide. At in alijs negotijs,
quando iam primus iudex cauſam expe-
diuit, optimè, ac iure medio, in con-
nexa, poteſt allegari ſuſpectus, ratio (vt
dixi) eſt, quia non eſt cogitandum, quod
contra aliam in cauſa connexa diuerſam,
a prima ferat ſententiam, ſtante, quod
iam ſemel animum ſuum declarauerit.
Vnde in pari caſu etiam dico, quod ſi
15 Epiſcopus ferat ſententiam, & poſtea
creatur Archiepiſcopus, quamuis nouæ
fieri valeant probationes, ex quibus for
ſan opinio iudicis mutari poterit, quia
vehementiſſima oritur præſumptio, quod
neque recedere a lata ſententia, immo
illi fauere, ac fueri velit, ideo poterit re
cuſari, vt ſuſpectus, Specul. in tit. de
iud. deleg. §. ſupereſt, numero 14. verſic.
Item ſi prius, & in §. nunc tractemus, in
fin. de appellat. Butr. in capit. querelam,
ſuper prima glo. de elect. Sed allegato
16 Epiſcopo ſuſpecto, ſi interim moriatur,
non erit ſuſpecta perſona ſucceſſoris, niſi
fuerit recuſata dignitas, & dignitatis no
men, quia tunc etiam in ſucceſſores cau
ſa ſuſpitionis duraret, Tiraquel. de cau-
ſis ceſs. par. 1. num. 220. & ibi Bal. in c. de
cauſis col. 6. verſ. item nota, quod quan-
do dignitas, de offic. deleg.
17 Et an Epiſcopo allegato ſuſpecto, ſit
ſuſpectus eius Vicarius, vide Bal. in l. 1.
num. 4. C. ſi qua præd. Auctor Rim. conſ.
18 139. nu. 4. & ſeq. vol. 3. Et circa hoc non
omittam dicere, quod in cauſa ſuæ Ec-
cleſiæ niſi ſuſpectus allegetur, iudicare
poterit Prælatus, Felin. in cap. cum ve
niſſent, num. 1. vbi Abb. de iud. uti iuriſdi
ctionem in cauſis ſuæ familiæ niſi recuſe
tur exercere, Bart. in l. ſi quis, C. de
Epiſc. & cleric. Præterea, ſi exequutor
legati pauperibus relicti Epiſcopus fue-
rit, & pro illis faciat procuratorem ad
lites, nihilominus eius Vicarius iudex
erit competens, & licet idem tribunal ta-
men non de re Epiſcopi, ſed pauperum
cognoſcit, de quo, & quando in cauſa
ſuæ Eccleſiæ iudex eſſe poſſit, vide Inno.
in cap. noſtri numero primo, de elect.
& latè Alex. 18 conſ. 19. col. 2. uerſ. quis
19 igitur, uolum. 2. Supradicta intellige,
fortius procedere, quando ſunt plures
rei in vna cauſa idem intereſſe habentes,
quia ſi feratur ſententia, & propalatus
fuerit animus in cauſa vnius, cæteri idē
ius habentes (vt dixi) illum iudicem recu
20 ſare poſſunt, quod ita de plano non pro
cedit in alijs, quia non datur adeo caſus
ſimilis, quod non inducatur variatio,
exemplum poni poteſt in magna homi-
num caterua, nam omnes os, oculos,
nares, barbam, frontem, & alia mem-
bra habent, tamen non ſimilia inter ſe,
ſed diuerſa, adeo quod talis diuerſitas
etiam minima, non reddit ſimiles, ſic
in litibus, licet valeat aliquando factum,
ceu ſimile dici, tamen quando datur in
eo aliqua diuerſitas, adeo alterantur,
eius qualitates, quod deciſione factę in
alia cauſa, ipſi adaptari nequeunt, At
quando prorſus ſunt eædem rationes,
non valet iudex, abſque inconſtantiæ la
be pro ſecundo, & alijs contra latam ſen
tentiam iudicare, niſi eo modo, & forma,
quibus pro primo iudicauit, vnde, quia
iam in ſimili cauſa animum ſuum ſemel
patefecit, ius permittit, vt allegetur ſuſpe
ctus, Franc. in cap. poſtremo, verſic. vige
ſimo ſeptimo, de appel. Marant. cum la-
tè adduct. de ordin. iud. parte ſexta, in
21 ſecundo articulo principali, num. 61. Sed
quid, ſi iudice ſuſpecto recuſato, non ob-
ſtante tali recuſationē ad ulteriora pro-
cedat, an nulliter faciat, quæro, quia cum
non

non ſit poſt recuſationem æqualis conditionis, ſicut erat prius, ante recuſationē, & turbida reddita fuerit eius iuriſdictio, ac in ſuſpenſum redacta, ad vlteriora procedere non valebit, Bart. & DD. in l. quia poterat, ff. ad trebell. Marant. de ordin. iud. in verbo, quandoq; appellatur num. 24. Rom. conſ. 220. num. 23. & ſeq. Gem. in cap. iudex, de offic. deleg. in 6. Oldr. conſ. 6. Thema eſt, Bald. in marg. ad Innoc. in verbo proceſſus, Vant. de nullit. ſent. ex defect. iuriſdict. num. 140. immò non ſolum acta, ſed ſententia, cum omnibus inde ſequutis erunt nulla, Bart. in d. l. quia poterat, Lap. alleg. 1. Lancell. de attent. in tit. de attent. poſt recurſ. iudic. Quod tamen intellige procedere de iure ciuili, Secus autem de iure canonico, quia ita ipſo dictante, neque ſententia, neque proceſſus ſunt nulla, Put. deciſione 370. in princ. lib. 1. Quamuis varias ſcribentium ſententias circa hoc referat, Roman. d. conſ. 220. a num. 8. vſque ad 8. l. 1. C. ſi quis præd. auct. Innoc. in cap. cum ſpeciali de appel. Corn. in conſ. 247. num. 40. cum addut. volum. 1. & vide omnino de hoc, Put. deciſ. ſupradicta 370. par. 1. Sed omiſſis multis, quæ hinc inde adduci poſſunt, rem perſtringendo, dico, hanc quæſtionem dirimi per text. in capi. iudex, de offic. deleg. in 6. tres faciendo conſidera-
22 tiones. Nam aut voce fuit recuſatus iudex, & tunc geſta tenent, cum (vt dixi) in ſcriptis offerri debeat libellus recuſationis, Ruin. conſ. 6. numero decimo, volum. 4. ſi. C. de iud. & ſi aliter fiat contra iuris diſpoſitionem, non eſt attendenda, ſed tunc geſta valent, immo alteri cauſam ſubdelegare poterit, ſi erit delegatus, & ideo ſuſpitio, quæ eius perſonam afficit, ceſſabit, quia perſonalis exceptio perſonam non egreditur, l. exceptiones, ff. de except. cap. citato, 1. quæſtio. 1. itaque mutata per ſubdelegationem perſona, vana redditur ſuſpitio, vt dixit glo. in d. cap. iudex, in verbo proponatur, Aut libellus recuſationis præpoſitus erat porrectus, ſed non adhuc pronunciatum, an legitima cauſa eſſet nec ne, & tunc vtrum bene, vel male fecerit procedendo, ex cauſæ euentu iudicabitur, nam ſi legitimæ recuſatus reperitur, omnia in conſequenti ab ipſo geſta, erunt nulla, ſin vero cauſæ ſuſpitionis erunt inualidè, & illegitimè, omnia geſta in conſequenti erunt attendenda, Rom. conſ. 120. num. 7. Aut ſuper & pro cauſis recuſationis fuit pronunciatum, & iudex eo non obſtante ad vlteriora proceſſit, ſeu inhibitus, aut appellatum, ab vlteriori proceſſu fuerit, tunc ſtante ſententiæ appellatione, omnia nulla, & attentata dicetur, Corne. conſ. 247. num. 38. volum. 1. latè viden. Ant. Gabr. lib. 2. com. opin. in titulo de iud. concluſ. 5. Innoc. in d. c. cum ſpeciali, ſicque omnia erunt irritanda, Alexand. conſ. 89. num. 9. volum. 1. lib. 1 in princip. l. 1. ff. nil nou. appell. pend. cap. cum appellatio-
23 nibus friuolis de appellat. in 6. Diligens autem in hoc ſit procurator, quando iudex allegatus ſuſpectus ad vlteriora procedit, in appellando ab vlteriori proceſſu, alias Rota pluries tenuit proceſſum eſſe validum, Achil. deciſ. 1. de except. Veral. deciſ. 300. par. 2. num. 1. & ſimile dicendum videtur ſi de iure compulſoriali agatur, vt ibidem Verall. deciſ. ſeq. 391. Et quamuis poſtea appellans, appellationem proſequutus non fuerit, nihilominus ex capite nullitatis, & nullus, & nullius roboris non ſolum proceſſus, ſed omnia inde ſecuta erant, latè
24 Lap. alleg. 1. Achil. deciſ. 3. de excep. Sed quando iudex ordinarius allegabatur ſuſpectus, Epiſcopus ſibi aſſociandus veniebat, producto tamen ſuſpitionis libello, ab ea allegante, ſeu inſtandum erat per iudicem ordinarium recuſatum, vt declararet ſibi per legem fore epiſcopum aſſociandum, Bald. in d. l. apertiſſimi, num. 6. Aut ſi vero, C. de iudic. Quod ceſſat in cauſa, vbi infligenda ſanguinis pœna veniebat, reſpectu irregularitatis, in qua Epiſcopus incurrebat, vt ibi per Bald. Hodie autem, licet forſan olim talis conſuetudo iuri conſona eſſet contrarium ſeruatur, quod epiſcopus in adiunctum detur, quia ſufficit, vt alius ordinario aſſocietur, Gugl. de Cun. Bal. Sal. & Caſt. ind. Auth. ſi vero, C. de iud. Alex. conſ. 12. num. 5. volum. 6. Mandoſ. in commiſſ. de pot. adiunct. in verbo adiunctum, verſic. Sed quod dicitur. At
25 epiſcopo ſuſpecto exiſtente, Archiepiſcopus

ſcopus aſſociatur, Alex. loco ſupracitato,
vti etiam delegato ad vniuerſitatem cau
ſarum, vt ibidem Mandoſ. quia habetur
ad inſtar ordinarij, Ruin. conſ. 60. num.
12. volum. 5. gl. in cap. cauſam, in verbo
a Principe delegatus, de app. Sed hodie
talis antiquus mos, non eſt in vſu, tum
quia, ſi cauſa a duobus cognoſcenda eſ-
ſet, ſtante varietate ſententiarum, diſiun-
ctione perſonarum, Archiepiſcoq; abſen-
tia, ex qua in longum lites protraheren-
tur, tum quia auocatur cauſa, & alteri
26 demandatur in totum. At quando dare-
tur adiunctus, ſi iudex, cui datur ſolus
procedit, omnia erunt nulla, quia tunc
potius dolus, & ſuſpitio erit præſumen-
da, quam rectæ iuſtitiam adminiſtrandi
animus, Dec. conſ. 165. nu. 2. Gem. conſ.
27 24. nu. 11. & ſeq. Sed ſi recuſans recuſa-
tione propoſita compareat coram tali iu
dice recuſato ſimpliciter, per contrarium
comparitionis actum, recuſationi renun-
ciatum eſſe concludendũ erit, Pariſ. conſ.
31. num. 59. volum. 1. Bellam. deciſ. 137.
Anto. Gabr. de appel. concluſ. 2. num. 2.
Bellam. deciſ. 624. Calder. conſ. 5. de ap-
pel. Dec. in 1. lect. c. 1. nu. 17. de iud. eoq;
caſu, rite ad vlteriora iuex procedere po-
terit, Abb. in cap. ſciſcitatus, de reſcript.
Cæſ. de Graſ. deciſ. 10. n. 8. de re iud. De-
bet nempe fieri declaratio, quod non in-
tendit per talem comparitionem præiudi
care appellationi, ſeu recuſationi, vt fa-
28 ciunt cauti Procuratores. Itaq; conclu-
dendo dico, ſi ſtante legitima recuſatio-
ne ferat iudex ſententiam, erit manifeſtè
nulla, Canon. in c. cum ſpeciali, de appell.
Alex. in d. l. quia poterat, nu. 6. ff. ad Tre-
bel. Caſtr. conſ. 22. circa princ. vol. 2. Bo-
log. conſ. 36. col. 3. verſ. Præterea hic iun-
go, Pariſ. conſ. 31. nu. 88. vol. 1. Ratio (vt
dixi) eſt, quia talis renunciatio legitima,
ad inſtar appellationis ſuſpendit iudicis
iuriſdictionem, c. quoties, 2. q. 6. Canon.
in c. ſuper eo, de appel. maximè ſi (vt di-
xi) fuit ab vlteriori proceſſu appellatum,
ſeu à nõ admiſſione iurium, quod neceſſa
rio requiritur Corn. conſ. 281. n. 38. vol.
29 1. Imol. in d. c. cum ſpeciali, vnde ſi ſpre-
ta appellatione procedat, nulliter facit, &
attentatè, vt ibi Pariſ. num. 87. tot. tit. C.
nil non appel. pend. c. non ſolum, de ap-
pe. in 6. l. ex illo, C. quo. appel. non recip.
Abb. in cap. quoniam contra, num. 13. de
prob. Alex. conſ. 89. per tot. vol. 1. & cõſ.
12. nu. 6. vol. 6. & in d. l. quia poterat, nu.
6. ac per viam nullitatis poſtea proceſſus
reuocari poteſt, etiam ſi appellatio ſit de-
ſerta, Veral. deciſ. 172. num. 1. par. 2. Old.
conſ. 303. Immo quando ſpreta appella-
tione, ad vltiora procedit, facit ſe aduer-
ſarium, vt ibi Veral. num. 9. Fel. in c. cum
ſuper nu. 3. de offic. deleg. Iudex autem
delegatus, non poteſt ex ſe ſuam mode-
rari inhibitionem quia facit contra for-
30 mam reſcripti. Sed dum cauſam a ſe ab-
dicare voluerit, ſi in Curia, praxis eſt, vt
31 illam ad Cancellariam remittat, a qua
ſibi demandata fuit, vt dixi in c. de offic.
Vicecanc. par. 1. ſin extra Curiam, ad Pa-
pam, ſeu Sanctam Sedem Apoſtolicam, a
32 quo fuit per breue ſibi commiſſa. Multo-
ties quando ſuſpectus aliquis iudex alle-
gatur, ſi cauſa adeo ſit conſiderabilis,
quod votum Rotæ mereatur, ſolet Signa
tura iudici reſcribere, quod cum voto,
vel de voto Rotæ procedat, & quæ diffe-
rentia ſit inter iſta verba de voto, vel cũ
voto Rotæ, alias dixi, ſed quid ſi iudex
cenſet votum, ſiue conſilium datum eſſe
contra conſcientiam ſuam, an illud ſequi
taneatur ſi contra conſcientiam iudicare
nou debet, nam ſi concordes ſunt; res dif
ficultate caret, ſin vero diſcordes vt iu-
dex iſtæ, ſuæ conſcientię conſulat, & eam
exoneret, ſe a pronunciando abſtinere de
bet c. ſi quando, de reſcript. & ſi non po-
teſt vt ſua exhoneretur conſcientia obti-
nere; ſuam potius ſequatur ſententiam
de quo late Imol. in c. ſi pro debilitate n.
20. & ſeq. cum add. de off. deleg. Quod
33 non credo verum quando votum ſequi
tenetur, quia illo caſu illorum, vel illius
conſcientia, qui votum dant onerari pu-
tarẽ hęc vero differẽtia videtur inter iſta
verba de voto, & cum voto, quia clauſula
de preceptum ſignificat, & mandatum
vt de voto procedat & ſi ſecus fiat, quia
contra ſuperioris preceptum nullum erit
ſed clauſula cum voto conſilium maturũ
rei de qua agitur, non autem ad præce-
ptum tendet, Tunc verba improprientur
vnde preceptum non facit, ſicut verbum
hortamur proprie intelliguntur vt pre-
ceptum nõ inducant. At clauſula de pro
imperio precipitur, & verbum cum, pro
con-

conſilium ſuadeo Abb.& Dec. in c. cum concupiſcentia num.6.inf. de conſtit. & ſi multa videre in hac materia cupias, adeas Dec.in c.ſi pro debilitate a nu.14. vſq. ad 21.ad off.deleg.cum voto ſufficit conſilium requirere & Conſilium expectandi, vel reſponſum, illoq; non habito ad vlteriora procedere iudex poterit,ſecus ſi de voto reſcribatur, quia tunc reſpicit conſenſum vel arbitratum alterius, quo non interueniente,geſta non valent quamuis ad id requiratur gl. in cap. ſi pro te de reſcrip.in 6. Ac idem erit ſi ille cuius arbitrio aliquid fieri debetur, requiſitus, arbitrare noluerit Imol. in c. ex

34 parte Epiſcopi nu.5.de conſtit.Sed quid, ſi demandetur cauſa appellatione remota,vel ſublata qualibet ſuſpitione?In hoc particulari reperio Abb. in cap. ad hæc, num.8.de reſcrip. dicentem,quod neque de poteſtatis plenitudine iudici ſuſpecto Princeps cauſam committere poteſt, ſine facultate eum recuſandi,aſſerens id alibi non reperiri,ita expreſſum, ſed idē Abb.

35 in c.cum inter num.9.de excep.Aliter loquitur diſtinguendo, quod,aut Papa appellatione remota committit cauſam, cuius deciſio ab eius poteſtate pendet,vt in beneficialibus,& ſimilibus tunc, quia eſt ſola voluntatis exequutio, & ille, cui committitur eſt merus exequutor, de iure tali ſuſpecto cauſam demandare valebit;Aut non dependet à poteſtate ſua, ꝙ declara, ſi agitur de ſtatu perſonæ, vel reb.temporalibus inter laicos, ac ſimilibus, & tunc, ſi cauſa ſuſpitionis rationabilis aderit,parte reluctante,iudici ſuſpecto illam demandare non poterit, rationem vero ibi reddit,quia iudicis recuſatio eſt de iure naturæ vti defenſionem

36 concernens c.ſuſpecti 3.q.5.cui Princeps ſine cauſa derogare non valet, quamuis Fel.in d.c.cum inter num. 8. non de iure naturæ,ſed iure poſitiuo, iudicis recuſationem eſſe aſſerat,quod ſuſtinere Fel.nititur Abbatis ſententiā multisrationibus reprobando, quem ibi vide, ſed iudicio meo, vtramq; opinionem veram credo, nam in caſu Clem. paſtoralis, & ſimilib. Abb.opinionem veriorem cenſeo, quia, ſi adeſſet mors certa talis metus,ſeu ſuſpitio vulnerum,quod morti ſimile perhibetur,tunc eſſet de iure naturę,licet in actu finali,non interueniret mors,Corn. conſ. 53.num.4.volum. 4. & vt dixit Bald. in capit.1.num.1.quib.mod.feud. amit. licet huiuſmodi mori certe ſemel datum ſit tamen id natura,& abhorret,& propoſſe fugit,Sed in alijs caſibus lites ciuiles tangentibus, propter multiplices auctoritates,& rationes ibi per Fel. adductas, eius opinionem præualere credo, quia ad ius recuſatio iudicis refertur,non ad naturā, & licet omnis lex dicatur ſecundum naturam,non ob id ſequitur,quod ſit de iure naturali,quia ius naturale eſt immutabile, & leges, ſeu ius poſitiuum tolli poſſunt per Principis diſpoſitionem, vt ibi Fel.num.8.verſic.Sed tenendo, vbi cum Abb.concordat plures afferendo limitationes,quas vide,& alios ſcribentes, eodem loco,eandem ſequuti ſunt ſententiā & quamuis talis recuſatio habeat in ſe rationem naturalem, nihilominus non eſt de iure naturæ, ſed de iure poſitiuo,vt ibi Felin.numero nono. De quo ſuper, hoc articulo, & toto capitulo, vt de Barbat. in tract. de Card. leg.8. vol. tract.

37 in ant. fol. mihi 175. & ſeq. ac fol. 179. Pariter adiunctus interdum iudici ordinario, interdum delegato datur. Nam loquendo de iure ciuili, ſi petitur dari ordinario, non denegatur. Ratio eſt, quia non remouetur a iudicando, in hoc autem particulari, ſecundum iuris communis diſpoſitionem,arbitri iuris venirent eligendi, qui an legitima cauſa ſuſpitionis ſubſit,nec ne,videant(vt dixi) l.item ſi ſuſpectus ff.de procur. Bart.in l.nemo,ff. de iure omn. iud. Tuncque cauſa ſuſpitionis, & metus iudicis ex adiuncti deputatione purgantur, Iaſ. & Salic.in d.Auth. ſi vero, numero ſecundo, C. de iudic. Prænarrata uero non habent locum,ſi iudex recuſetur,eo quia fuit aduocatus, uel ex alijs cauſis in iure expreſſis, Iaſ. loco ſupracitato, numero tertio,& ſeq.Spec in titulo de iudic. deleg. in §. ſupereſt uidere per totum. At quando iudici delegato dari adiunctus petatur,fruſtra fit, quia in totum remouetur,dummodo legitimè ſuſpectus, ut præmiſi, appareat Bart.& Doct. relati in dicta l.apertiſſimi. Sed ſi loquimur de iure canonico, tam delegatus, quam ordinarius, ſuſpecti recuſantur, Doct.in dicto

capi-

parte, l.vlt.de appel.clem.ſi.eod.tit.Rot. de except.in antiq.dec. 13. Grau. conſ. 52 99.num.7.Si contingat iudicem remoueri, geſta per eum a dic habitæ notitiæ talis remotionis, ac inrimationis, ſibi factæ, non tenent, maximè quando verſamur circa fauorem publicum,pluſquam priuatum, Fel.poſt alios in c.ceterum, num. 22. verbo reſtrictio, de re-
53 ſcript.Et ſuſpitionis cauſa eſt in iudice, quando aliquem grauat, But.in cap.ad hæc, num. 2. de appellat. quia ſic procedendo, oſtendit, quod illum non amat, Fel.in cap.ad hæc,el primo,num.
54 1.de appel.Et iudicia non debent claudicare, immo ſine ſuſpitione procedere l.apertiſſimi, C.de iudic.cap.ad hæc, de reſcript. Dec. in cap. quoniam contra
55 numer. 33. de probat. Sed quid ſimul conſcientia aliter ſe rem habere ſciat aut falſos teſtes inſtrumenta & ſimilia fore, an ſecundum conſcientiam vel leges pronunciare teneatur,& Bald.in c.1. de offic.ord. col.2.verſ.quero vna cum Ber.dicit Quod ſi dicta teſtium reprobata non ſint,ſecundum acta &probata pronunciare debet, cum publica fides conſcientiæ velamentum ſit;nec ſecundum Deum peccat,niſi eſſet caſus arbitrarius. Sed ſi ad pronunciandum non neceſſitatur debet ſuperſedere, donec forte Deus veritatem illuminet, At ſi neceſſitatur ſententiare,tunc ſecundum acta &probata iudicet, quia non ipſe, ſed lex iudicat.Quamuis ſecundum eccleſiam triumphantem;quæ nunquam fallitur, talis ſententia nullo vnquam tempore in iudicatum tranſeat, ſed bene quo ad eccleſiam militantem tranſit in iudicatum quia ex facto ignorantiam fallitur, vt ibi Bal.cu-
56 ius ſunt verba. Suſpectus allegari poteſt exequutor datus in litteris, quando de remouendo poſſeſſore tractatur, quia ſi eſt mixtus,grauare valet, Abb. in cap. nouit,numero ſeptimo, & ibi Franc. numero quinto. Quod in mixto exequutore locum habet ſuſpitionis allegatio, quando ſumere debet partes iudicis, & non facit (vt dixi) & Concilium Tridentinum iſto capite recipit interpretationem a iure communi, & intrat, quando ceſſat, legitima cauſa ſuſpitionis, Rot. Diuerſ. deciſion. 724. numero decimoquinto, & decimoſexto, parte prima,
57 Et licet ſit iudex datus in litteris,a Papa, & Cancellaria, cum litteræ Apoſtolicæ, & reſcripta informentur a iure communi capitulo cauſam vbi Felin. num. 3. de reſcript. intelligendæ veniunt ceſſante legitima ſuſpitionis cauſa.

Tunc remoueri non poteſt, niſi per-
58 met Papam: Aſſerens, aliquando clericus ſubditus, ſuum ordinarium ſuſpectum habere, vel ex cauſa litis inter eos vel inimicitiæ, odij, aut alijs de cauſis, porrigit commiſſionem in Signatura gratiæ, in qua pro exemptione ab ipſius iuriſdictione, ſupplicat, eo quia ad generale deputatus gubernium, ſi omni rancore, & odio poſtpoſitis, non ſe gerat, tam ſi delegatus, quam ordinarius fuerit, recuſari poterit, l. apertiſſimi, vbi Bart.quæſt.1.& Bal.quæſt.2.C. de iudic. de ordinario, eſt text. in Authen. ſi vero, C. de iudic. Specul. in titulo de iudic.deleg. §. ſuper ot videre.in fin. Merito nempe de iure canonico ordinarius inimicus recuſatur.capitulo cum ſpeciali, de appell.cap. ſi quis contra clericum, de for. comp. &quod in totum de iure ciuili eximatur,tenuit, Caſtr.in d.l.apertiſſimi,num. ſexto. Sed quicquid ſit,raro huiuſmodi exemptiones conceduntur, & cum grano ſalis, eo quia ſecundum Concilium Tridentinum ſeſſ.24. cap.11. de reform.cauſam laxioris vitæ præbere ſolent, quia ſi prohibetur caſtigatio ſecuritas delinquendi inconequens permittitur, cap. error,83.diſtinct.ac veniæ facilitas materiam tribuit delinquendi, c. eſt iniuſta,23.quæſt4. Itaque merito in iure ſancitum extitit,vt cum diligentia, ac maxima prudentia, in morum correctione Prælati ſe gerant, ne vt ex tex. in capitulo irrefragabili,de offic.ordin. colligitur, eorum ſanguis de ſuis manibus exquiratur. Itaque niſi concurrat ſeuitia, vel alia rationabilis cauſa, iuxta deciſion. ſexta. Caſsad. de priuil. denegatur commiſſio iſtęc,quamuis ad tempus, liteque durante, ac pro illa cauſa raro concedantur, vt latè ibi Caſſad. ac in commiſſ. Auoc.cauſ.proxime relatæ,dixi.
59 Familiaritas reddit iudicem ſuſpe-

ctum quando eſt magna, puta ratione
poteſtatis, vel cohabitationis, quod tan-
dem iudicis arbitrio repoſitum erit cap.
inſiuuante, vbi Bal. Inno. & Doc. de off.
60 deleg. ſi tertius pro ſuo intereſſe ad cau-
ſam veniens ſibi iudicem ſuſpectum re-
cuſare poteſt, quamuis alijs colligiganti-
bus minime ſuſpectus eſt neq; ipſum re-
61 cuſent, Vnde iſte tertius ab illo prouocan
do, recedere valet c. cum ſuper abbatia,
vbi Imol. num. 1. de off. deleg. ſed vſq; ad
quem gradum conſanguineitatis allega-
ri ſuſpectus iudex poſſit ſi iudex ſit ab al
tera parte, ac etiam ſi oriundus ſit de lo-
co impetrando tradit Imol. in cap. po-
ſtremo numero tertio & quarto de Ap-
62 pel. ad quem te remitto, Quando in eli-
gendo iudice partes ſunt diſcordes, illum
ex officio dat curia ex regula, quod par-
tibus diſcordibus ad ſuperiorem recur-
ratur, cuius munus in Romana Curia
& Regentis cancellariæ, vt dixi, & quan-
do iudex an ſua iuriſdictio ſit, nec ne
videre poſſit, tradit Decius in capitulo
ſuper litteris numero decimoſexto de
reſcrip.

Recuſatione ſequuta ſi iudex ad vlteriora procedat, prouocandum erit ab vlteriori proceſſu ante diffinitiuam ſententiã data particulari cedula, alius tenet proceſſus, ac validus erit, ſed quando talis recuſatio proponitur in actu publicandi ſententiam, illam Rota calumnioſam cenſuit tanquam ad ſententiæ propalationem impediendam, quare non attendendam Rota dixit in deciſ. 563. num. 1. & 5. par. 1. diuerſ. Quamuis ante litem motam ſiue conteſtatam dixerit deciſ. 12. n. 2. par. 2. diuerſ. per tex. in l. apertiſſimi, vbi DD. C. de iudic. ibi neq; iuramentum requiri, ibi Rota tenuit, & in totum adhoc vt valeat ſeptem ibi requiri connumerat, quæ ſuſpectum allegans probare tenetur. Ideo praxis inoleuit in commiſſione cauſæ clauſulam apponere, ſuſpectum iurare paratus eſt, prout in manibus S. V. iurat, & id, quia requiritur iuramentum Bal. Ang. & DD. in d. l. apertiſſimi vt ibi Rota num. 5. Quare Rota ex mente Couar. pract. qq. cap. 26. quando cum iuramento, & premiſſis probatis talis ſit recuſatio, fauorabilius dicitur diuerſ. deciſione nonageſima tertia numero primo parte prima ſubdens numero tertio ſolum iuramentum ad id ſufficere pro ratione voluntatis dum Notarius ſuſpectus allegatur.

Com. Formulæ. VRBIS.

BEATISSIME Pater, exponitur S. V. pro parte deuoti illius oratoris A, quod in lite & cauſa inter ipſum actorẽ ex vna, & B, reum conuentum ex altera cauſa, & occaſione non nullarum pecuniarum, &c. Et alias prout in actis fuit iudex datus R.P.D.M. verum, quia oratori, non ſolum ſuſpectus, ſed ſuſpectiſſimus, &c. vel aliæ narrentur cauſæ, ſecundum factio occurrentiam, ex quibus talis clare redditur, ob id iuſtitiæ complementum conſequi ab eo non ſperans, & eo magis ſtantibus ſuſpitione, ac recuſatione in actis allegatis, oratori erit contrarius, prout illum iurare in manibus S. V. paratus eſt, ac quatenus opus ſit iurat. Cumque coram ſuſpecto iudice durum ſit litigare, ac cordi Principi eſſe debet, vt abſq; ſuſpitione cauſę tractentur, ideo illi S. V. orator ſupplicat, quatenus præuia auocatione a præfato R.P.D. alicui alteri in eius locum ſubrogando, cauſam aduerſarium pendentes, in ſtatu, & terminis quibus reperiuntur, iuxta formam commiſſionis, vel commiſſionũ in actis cauſæ præſentatarum, audiendas, fineque debito terminandas, committere, & mandare dignetur. Cum poteſtate citandi, & inhibendi.

Si fuerit in cauſæ initio poterit dici, ibi quam, & quas, orator, & mouet, ac mouere vult, & intendit contra dictum aduerſarium, omneſque alios, in exequutione præſentium nominandos, & cogitandos, cum omnibus ſuis incidentibus emergentibus annexis, & connexis, ac toto negotio principali, ſummariæ, &c. committere, & mandare, &c.

At ſi ad actus iudex deuenerit, ex quibus ſuſpectus reddatur, pariter exprimendi erunt.

Quando iudex in cauſa criminali ſit ſuſpectus, cauſis expreſſis, citato fiſco, &

inhæ-

inhęrenti, ſubdatur.

Verum, quia Pater Sanctę de vita hominis agitur, vel cauſa, in qua fiſcus prætendit irrogandam fore pœnam corporis afflictiuam, ac pręiudicio irreparabili, quo caſu, eo magis coram ſuſpecto iudice durum eſt litigare, & quia præfatum N. iudicem ſuſpectum habet, vt iurare paratus eſt, &c.

Si vero adiunctus petatur, narratis pariter cauſis ſuſpitionis, quæ diffuſius in informatione Signaturæ danda, dici poterunt, quia eo quo breuiori ſtilo, dūmodo intelligibili reſcripta ſunt concipienda, ac dummodo ex eis Papa cauſas guſtet, dicatur, & quia durum eſt coram iudice ſuſpecto, maximè ſolo cauſam agere, & plus oculi, oculo vident, ac cum de cauſa graui agatur, & præiudicio irreparabili ſeu vita hominis. Ideo ſupplicat S.V. idem orator, vt dicto iudici aliquem adiunctum eidem bene viſum, dare, & deputare dignetur, cum quo adiuncto, & non alias ad vlteriora iuſtitia mediante, in cauſa, & cauſis procedat, &c. Cum poteſtate citandi, &c.

Commiſſio autem exemptionis, ab ordinarij iuriſdictione, naratis cauſis, grauaminibus, lite odio, vel alijs, cōcipiatur, petendo, vel ad tēpus, ſeu lite durāte, ſiue perpetuo exemi, & liberari, ac alio ordinario ſubijci, iuxta facti qualitatē.

DE COMMISSIONE
APPELLATIONIS
Vigore c. oblatæ, de appell.

§. Vnico.

SVMMARIVM.

1 COmmiſſio cōtra formam, c. oblata impetrata nulla remanet.
2 Iudex ex cauſa legalem terminum minuere poteſt.
3 Commiſſio appellationis ante tempus c. oblata impetrata animo ſupplantandi uidet impetrata.
4 Commiſſio impetrata contra forma c. oblata non eſt ipſo iure nulla.
5 Biennium & cauſa datur ad appellationem committendam.
6 Cauſa ſemel ad curiam deuoluta in ea tractanda venit.
7 Cauſa ſemel curialis effecta quando niſi ex conſenſu Papæ extrahitur.
8 Commiſſio nulla intelligitur (niſi adſit ipſo iure) ope exceptionis.
9 Commiſſio ſuper confirmatione ſententiæ, quando valide petatur.
10 Appellatus Appellante citato, an quandocumq. cauſam proſequi poſſet.
11 Cap. oblat. diſpoſitio ceſſat in Romana Curia.
12 Cap. oblat. quare cum Rom. Cur. locum non babet, & num. xvij.
13 Commiſſio appellationis appellantis, & appellati nomen continere debet.
14 Appellationi re non integra renunciare nequit appellans.
15 Papa mandat confirmari ſententiam intelligitur cauſa cognita.
16 Appellans appellato, quia pro eo cauſam commiſit gratias agere debet.
18 Citatio ad videndum reſponderi de Apoſtolis quare inuenta.
19 Iudex a parte petitus in Romana Curia non datur
Secus extra Curiam.
2 Verba alicui Prælato vel Iudici in Romana Curia quare in commiſſione ponantur, vel ſi magis placet D N. informati.
21 Iudex petitus partibus conſentientibus datur.
22 Iudex a quo niſi termino præfixo certioratus fiat de commiſſa appellatione exequi ſuam poteſt ſententiam.
Sed ſi infirmetur ſententia etiam, & exequutio num. xxiij.
23 Appellationi Terminum ſtatuendo andelatum dicatur.
24 Appellans cui tempus præfixum non eſt quandocumque tempore debito cauſam poteſt committere.
25 Iudex a quo quando ad cauſam committendam terminum aſſignare poſſit.

26 *Iudex à quo, quando terminum ad cauſam committendam abbreuiare poſſit.*
27 *Litterarum nullarum, quando non ſit facienda mentio.*
28 *Differt terminus à iure ſtatuto, termino ſtatuto ab homine, & in quo.*
29 *Tempus appellationis triplex eſt.*
Iter arripiendum.
Coram iudice ſe præſentandum.
Cauſam committendam.
30 *Præcurrere quando quis dicatur.*
31 *Terminus à die appellationis non latâ ſententia currere incipit.*
32 *Iudex à quo ad cauſam finiendam terminum non dat.*
33 *Cap. oblata extra Curiam legati derogare nequeunt, niſi concedatur.*
Fallit in legato Bononia, num. xxxiiij.
35 *Cap. oblata non derogatur in commiſſione extra Curiam regulariter.*
Fallit vt ibi.
36 *Derogandi facultas quomodo intelligatur.*
37 *Iter arripiens Curiam Romanam verſus pro cauſa appellationis in termino committenda an ſi infirmitate correptus ad id probandum admittatur cautela ad id, num. xxxviij.*
39 *Itineris arreptio appellationis vim an habeat.*
40 *Cap. oblatæ ceſſat, ſi vtraque pars prouocauit.*

CAP. IX.

§. Vnico.

1 QVando appellatus, ſtatuto per iudicem à quo termini appellanti ad appellationis cauſam proſequendã à ſententia extra Romanam Curiã lata, nimis præcurrendo, tacita termino præfati præfixione, in committendo cauſam appellationis præuenit, vt tanta veritate ſubreptitiæ litteræ impetratæ remanent, vt expreſſe legitur in cap. oblatę de appell. Et quando iudex alium terminum ad prædicta non aſſignat, tunc erit vnius anni ad appellationis cauſam committendam, vt colligitur ex cap. ex perſona, & in cap. ex inſinuatione, vbi ſcriben. eodem titulo. Rota coram Illuſtriſſimo Lancellotto in vna Conchenſis de
2 cimarum Veneris 18. Maij 1607. Quam uis terminum præfatum legalem ex cauſa iudex valeat abbreuiare, & alium ſtatuere, Tunc cauſam committendo preciſe, non poterit appellatus legalem terminum præuenire, niſi iuxta dicto cap. obla *Vide hic dec. in fine.*
3 tæ diſpoſitionem. Et quando nimis precurrat non ſeruata dict. cap. forma, videtur impetraſſe commiſſionem animo appellantem ſupplantandi, ac iudicem ſibi gratum procurando, & impetrando, vt ibi Abb. nu. 10. Circa quem ſic electum, multæ lites, difficultates, ac ſuſpiciones
4 exorire poterunt. Sed quando appellantem præueniendo, contra ſupradicta reſcriptum impetret, non erit ipſo iure nullum; ſed ope exceptionis. Creſc. deciſ. 4. de reſcrip. late Biſign. deciſione 13.
5 cum congeſtis, eodem titulo. At ſi aderit cauſa, biennium habebit ad appellationem committendam, tex. eſt & gloſſ. in ver. annus, 2. q. 7. vbi multi recenſentur caſus cum diſtinctione temporum inter diuerſas appellationes, & alia glo. in verbo vnius menſis, multa congerit de tempore appellationis, triplex aſſerẽdo, quam glo. videre poteris. At ſi appellans non dat de ſubreptione, valebit proceſſus, cum tacite impetrata ratificaſſe videatur, & licet Biſign. loco citato con-
6 trarium tunc Rotam firmaſſe aſſerat, Eo quia, quando ad Curiam ſemel cauſa deuoluta ſit, ibi tractanda remaneat, quan-
7 do in illa fuerit demandata, & maximè quando conſenſus adeſt in iuriſdictionẽ; niſi de conſenſu Papæ, ac eius ſcientia ab illa extrahi, cap. prouida, de elect. Quod indiſtinctè verum non credo. Nam quando coram iudice de partibus ibi conſentiendo comparitum ſit, tunc cauſæ appellationi ad Papam interpoſita, & ſic fauori ſuo, quis renunciaſſe videtur, ideo parte opponente ſupradicta locum
8 habere, iudicarem. Quia ſi dicitur reſcriptum nullum, intelligitur ope exceptionis niſi in eo adſit verbum ipſo iure, cap. 1. de reſcript. in 6.

Eo

Eo autem caſu, vt colligitur ex verbis dicti capituli oblatæ, ibi obtinere non debent aliquam firmitatem, Ideo accedente præfata oppoſitione redditur reſcriptum nullum, & ſic illud verbum per infinitum loquens, nullitatem importat, per exceptionem, vt bene Creſcen. deciſione 4. de reſcrip. Et alias Rota cenſuit ſententiam, & contra formam d. cap. oblatæ diſpoſitionem latam, nullam fore, Put. deciſ. 241. par. 2. Bene ſuper
9 confirmatione ſententiæ in eius fauorem latæ, facta mentione appellationis interpoſitæ, etiam ſi terminus ad illam proſequendam per iudicem non fuerit præfixus, Dummodo nimium (vt dixi) non præcurrat, reſcriptum validum erit, ſec. Innocen. in cap. ex ratione, num. 3. de appell. & Specul. eodem tit. §. nunc breuiter, verſ. item ponit, & appellationis impetrare, illamque proſequi, vt ibi Abbas num. 5. cum ceteris Doctoribus. Et licet Bart. in auth. ei qui, num. 4. C. de
10 temp. appel. dicat. Appellatum dummodo appellantem citare faciat, poſſe quandocumque cauſam proſequi, tamen non habet locum extra Romanam Curiam eius opinio, & verior eſt ſententia, Abb.
11 & aliorum ibi relata. At quia tantus vir perperam non loquebatur, cuius dicta in Romana Curia procedere dicendum erit, in qua, capitulo oblatę, diſpoſitio ceſſat, nam ſtatim in ea datis Apoſtolis poteſt pars appellata, commiſſionem impetrare ſuper appellatione, cuius vigore poſtea appellans procedere tenetur, niſi rationabilem, habuerit cauſam, & hoc ſiue ad appellationem proſequendam terminus ſtatutus fuerit, ſiue non, Rota deciſione 16. de appellat. in nou. vel ſi apoſtoli non fuerint dati, pariter poſt appellationem expediri poterit commiſſio, ſed clauſula appoſita, adeo quod pro apoſtolis amplius redire non teneatur, attento quod à diffinitiua, vt dixi in commiſſione petitione Apoſtolorum ſupra hac prima parte.

12 Hoc autem fit duplici ratione, Primo, quia R. P. D. Regens Cancellarię dat ex officio iudici. Secundo, vt finem litibus citius imponatur, eiuſque euitentur circuitus abſque eo, quod terminus iuris, ad cauſam appellationis committendam, expectetur, Clem. auditor, de reſcript. capitulo finali, de dolo, & contum. Et licet appellans ſuam proſequatur appellationem, non poterit illam appellatus proſequi, vel reſcriptum ſuper illa impetrare, capitulo ex ratione, de appel. auth. item ſi appellationi, C.
13 de temp. appell. Sed in hac commiſſione tam appellantis, quam appellati mentio fieri debet, cum appellationi inuito
14 appellato appellans renũciare nequeat, quando res non eſt integra, & intereſt appellati, quia tunc in eius præiudicium renunciare non valet, Imol. in capitulo ex parte, numero 2. 12. & 13. de reſcript.

15 Sed quando Papa mandat confirmari ſententiam, intelligitur cauſa cognita. Secus vero ſi demandatur exequutioni vigore rei iudicatæ, quia cum iam ſit cognitum, alia non eſt opus cognitione, Baldus in dicto capitulo ex parte, numero ſecundo, verſiculo Quæro Papa, de reſcript. Et quod dicto capitulo oblatæ, non habeat in Romana Curia locum, teſtantur ibi omnes ſcribentes, Decius numero tertio, Imol. numero decimo ſeptimo, Baldus in principio. Ioannes Mo-
16 nac. in rubr. de reſcript. Hinc eſt, quod poſtea appellans coram iudice ab appellato obtento cauſam proſequi poteſt, poteſt, quatenus non recuſandus videatur, ex legitima cauſa; immo appellato gratias agere tenetur, quia ſuis ſumptibus Commiſſionem impetrauit, ac expedire fecit, vt ibi Decius numero quarto, & deciſione ſecunda de reſcript. in
17 antiq. Ideo, quia incertus iudex in Curia datur regentis arbitrio, merito, vt dixi, datis apoſtolis, vel cum dicta clauſula, expeditur iſta commiſſio, quia ſi appellans pro ipſis non redeat, ſenten-
18 tiam tranſit in iudicatum, vt ſupra dixi in Commiſſione apoſtolorum, vnde praxis Romanæ Curiæ, vt citius pro illis appellans redeat, adinuenit citationem ad inſtantiam appellati; ad videndum ſibi reſponderi, de apoſtolis. Volens forſan ex præfati cap. diſpoſitione de illis reſponſo, liberæ cauſæ cognitionem obtinere poſſe.

19 Quod autem locum non habet quando petitur iudex extra Curiam, quia

niſi contradicatur habet appellatus quẽ
vult in iudicem. Idq; ceſſat expreſſe in
hac curia; quia iudex ab vna parte pe-
20 titus, non datur c. ad hęc de reſcr. Ideo ſo
lent apponi illa verba in commiſſione ali
cui prælato, vel iudici ordinario in Ro-
mana Curia commoranti committere &
mandare, ſubnectendo poſtea, vel ſi ma-
gis placet D. N. de meritis cauſæ in for-
mato, quia ſi agatur de cauſa dependen-
te aliquo modo, vel ſimili cauſa iudex
alias eſſet, ſolet illi reſcribi, cum deputan
do in cauſa de qua tractatur, & ſic pra-
xis per indirectam viam aperuit ſępe eũ
quem vult petens, in iudicem obtinendi
Staphyl. de Lit. Iuſt. cap. ſecundum, num.
21 7. ſed quando ambę partes cõſentiunt, Iu
dex petitus datur, & quamuis diligentia
22 appellantis ſufficiat ſi in termino ſibi aſſi
gnato iter arripiat, aut pro cauſa intro-
ducenda, ſiue proſequenda, licet reſcri-
ptum non impetret; Tamen ſi in tempo-
re aſſignato non fuerit iudex a quo de
proſequutione cauſæ certioratus ſuam
exequi ſententiam poterit, ſed quando il
lius ſententia poſtea per iudicem ad quẽ
infirmatur, per conſequens pariter exe-
quutio illius vigore facta remanebit ſub-
lata deciſ. 40. de appel. in ant. deciſ. 48.
& 50. eod. tit. in nou. Dec. in c. perſona
23 num. 8. de Appel. Sed an quando adpro-
ſequendam appellationem terminus ſta-
tutus ſit, illi delatum cenſeatur, & Dec. in
d. c. oblatę, num. 2. tenet, quod ſic, quia
illum aſſignando, libere appellationem
admiſiſſe videtur, ſicut dicendo admiſit
ſi & in quantum, ſiue Apoſtolos dando
Quamuis Felin. in c. cum cauſa num. 8. de
re Iud. in d. cap. oblatę, Abb. num. 2. &
Imol. & Dec. in princ. Abb. in c. ſede, &
in c. appellationibus eod. Tit. in contra-
rium quodammodo ſentire videantur,
ſed meo iudicio credo melius, Decium
loquutum fuiſſe, nam ſtatuendo terminũ
videtur Iudex quodammodo Apoſtolos
reuerentiales dare, & eum ad ſuperiorem
remittere, quo fit, vt poſtea lapſo termi-
no ad appellationem committendam ſi-
ue proſequendam, ex appellantis negli-
gentia cauſa remaneat deſerta, Felin. in
d. cap. cum cauſa, num. 7. de re iud. Inno.
In c. ex ratione num. 2. de appel. Nam pri
uatio habitum præſupponit; Itaq; termi-
num dando vt ſuperiorem adeat, & indul
gere certo modo videtur, quod iudicem
impetrare valeat, qui an bene, vel male
pronunciatum fieret, poſtea cognoſcat.
debet enim inter hos actus, ſiue defera-
tur appellationi ſiue non dari differentia
& ſi dilatione pendente nil nouandum
venit, l. ſiue pars, l. de Dilat. ac interim iu
dicis officium quieſcit, & appellans ſupe-
riorem adeat pro cauſa appallationis cõ-
mittenda neceſſarium, illi detuliſſe, cum
conditione dummodo termino durante,
ſibi conſulat, concludendum videtur,
quod verum quo ad iudicis perſonam
credo, ſecus autem quo ad partes, quia
licet per tales actus abdicauerit Iudex a
quo a ſe iuriſdictionem, tamen an appel-
lationis locus ſit nec ne, poterunt par-
tes coram principe & in Romana Curia
in Signatura, quæ Papæ vox eſt, vt quoti
24 die fieri videmus, diſcutere. Sed ſi ap-
pellante terminus pręfixus non fuerit, po
terit quandocunq; appellans cauſam ap-
pellationis proſequi, ac litteras impetra-
re, dummodo infra terminum iuris, per
25 appellantem prçuentum non ſit. Dumq;
ſupradixi iudicem a quo poſſe terminum
præfixum moderare id intellige proce-
dere quatenus adſit cauſa, ſed non ſine
illa; quatenus tamen appellatio fruſtrato
ria non ſit, vt per Dec. in d. cap. oblatę
26 numero quinto. Quod exemplificari po-
teſt in cauſa quando ſcandalum, & peri-
culum immineret, quia non ſolum ter-
minum abreuiare, ſed partes ad cauſam
proſequendam, quatenus tamen conſen-
tiant, cogere poterit, vt in ſimili eſſet in
cauſa matrimoniali ad euitandum peri-
culum fornicationis, & alia relata per
Imol. in d. cap. oblatę, num. 4. Secus au-
tem ſi diſſentiant, quia tunc ad id cogere
non valebit; vt ibi Bald. verſic. ſi neuter
proſequitur, & Deci. numero quinto.
Quamuis appellans ſi velit cauſam ab
appellato commiſsam proſequi, non poſ-
ſit appellationi renunciando, aut fauori
ſuo, vel illam deferendo vt ibi Dec. Quare
cum ex diſpoſitione præfati cap. litteræ
ſint nullæ, mentionem de illis facere opus
27 non erit; Quod declara procedere, quan-
do in totum ſunt nullæ, ſecus autem ſi
concurrat qualitas, per quam eas Papa
conceſſiſset, quia ex ſubiecta materia, vt
ibi

ibi refert Decius etiam ſi actus ſit nullus, aliquem effectum producit.

28 Datur autem differentia inter terminum à iure ſtatutum, & ab homine aſſignatum, quia pars non poteſt præuenire terminum ab homine ſtatutum, ſed bene terminum iuris, qui eſt annus ad cauſam appellationis committendam, & ex cauſa biennium, dummodo nimium nõ præcurrat, & ideo de legali termino mẽtionem facere non eſt opus, quia certus, & vniformis cenſetur, l. 2. C. de temp. appel. Sed bene de termino hominis, vt in certo, & informis. Vnde de iſto ſi in termino legali impetretur reſcriptum, mentio erit facienda. Itaque in committenda cauſa ea ratione terminus iuris prę uenitur, quia ad finiendam cauſam datus eſt. Secus autem terminus hominis, (vt dixi) qui ad alium inchoandum aſſignatur, vt ibi Imol. num. 14. Abb. num. 6. & Bald. in principio, ac in verſiculo

29 Sed quæro, ſed ordinariæ tempus appellationis in ſimilibus eſt triplex. Primum ad iter arripiendum. Secundus ad ſe præſentandum coram ſuperiore. Tertium ad cauſam committendam. Ancharan. in Clem. prima, numero quarto de appell. At ſi appellatus ad committendam cauſam, expectet vltimum menſem

30 non præcurrit. Et quando quis præcurrere dicatur, nec ne, arbitrio iudicis repoſitum fore teſtatur ſecundum magis receptam ſententiam ibi Dec. num. 8. & Imol. num. 13. At ſi appellatus commodum tempus appellanti ad veniendum appellanti non dat, tunc præcurrit, at eo eo caſu iſta nimia velocitas pro ſupplan-

31 tatione habetur. Bald. ibi, verſ. Quæro etiam, Exemplum de Eſau ponens, qui nimis præcurrendo Iacob ſupplantauit, l. continuus, ff. de verborum oblig. Terminus autem à die appellationis, non à die latæ ſententię currere incipit, vt ibi Imol.

32 num. 4. Clem. ſicut, de appell. Et ideo iudex à quo ad cauſam finiendam, termi num non ſtatuti, quamuis cauſa ſi de per ſe celeritatem deſideret, id facere poſſit ſec. Imol. ibi num. 8. Male iudicio

33 meo extra Romanam Curiam faciunt, quando in commiſſionibus, ſiue ſupplicationibus cauſarum ſimilium, ab Illuſtriſſimis Cardinalibus de latere legatus, eorumque vicelegatis, ac prouinciarum Gubernatorum, vel Præſidentibus præfati, capitulo oblatæ derogationem petunt, & ipſi petitam concedunt. Quia cum tali derogatione reſcribendo, & in conſequens procuratores preces præfatas componentes, penitus appareat, pe-

34 nitus ignari. At Bononiæ legum auctrici ſecundum Glo. in l. ab antiquis, in verbo leges. C. de teſtam. Id paſſim faciunt, cum dicta derogatione reſcribendi, quia id per Papam Illuſtriſſimis Legatis indultum extitit, alias iuri Pontificio derogare non valerent, vt dixi de Aegidiana Conſtitutione, quamuis ſi ita derogando reſcribant, Papæ auctoritate id facere dicendum erit, & nolle vltra ſuam iuriſdictionem manus imponere, ſed de his hactenus.

35 Regulariter in commiſſionibus cauſarum extra Curiam non derogatur, cap. oblatæ. Quod fallit ſi vtraque pars appellauit; quia ne continentiæ cauſarum

36 diuidantur, tunc derogari poterit. Quamuis iſta derogandi facultas non intelligatur cum illa ſuprema poteſtate attributa, quam habet canonum conditor, ſed quod cum rationabili cauſa id fiat, vt per Felin. in capitulo ad audientiam, el

37 ſecondo, num. 11. de reſcript. Contigit caſus, quod appellans. Romanam Curiã verſus, vel alium ſuperiorem, iter arripiens, aqua, niue, infirmitate, ſeu alia legitima cauſa impeditus ad illam præfixo termino lapſo, teſtibus carens, vel quia ſunt in lõginquis partibus, & niſi ex alia parte committatur cauſa periculum imminet, & tale impedimentum ſecundum iuris diſpoſitionem probare intendit.

Quæro an admittendus, & Specul. in §. nunc breuiter, §. quid ergo, de appell. dicit, quod ſic. Sed ſi id probare per teſtes ad Romanam Curiam ducendos e partibus lõginquis coactus foret, ait quo modo in loco vicino, vel commodo, arbitrio Signaturæ, vel ſuperioris repoſitum credo, vt per Zabarel. in Clemen. quamuis, §. iudex, numero ſexto de appell. Licet tutius putarem ſi ſuper dicto impedimento teſtes examinarentur in loco impedimenti, aut alia documenta id probantia procurarentur, Quia in hoc negotio non notabilis præiudicij, & ſemi-

plena

plena fides, ſeu iuramentum ſufficere po-
terunt, Anchar. in Clem. conſtitutionem
num. 14. de elect. vel amico ſiue procura
38 tori tale impedimentum in Romana
Curia ſignificare, cui quicquid ipſe fa-
cturus erit committeret, ac bonum erit
etiam coram iudice illius loci vel ſi non
aderit coram ſacerdote, ac probis viris
proteſtate, quod per ipſum non ſtat neq;
ſtetit impedimentum allegando & facien
do a iudice interloqui cum poſſibilibus
probationibus ſecum afferendis; Sicq; fie-
ri poterit in hac materia leuis preiudicij,
in qua non ita exacte probationes requi
39 rantur, Arreptio autem itineris etiam ho
die; cum vim appellationis habeāt, dum-
modo illa quæ requirantur in appellatio-
ne ſeruentur; Secus ſi quis iter arripiat ad
ſuperiorē, qui per viam quærele non po-
teſt aderi; nam eo caſu non habebit vim
appellationis iudicialis, ſecus vero in iu-
diciali, ratio eſt, quia extra iudicium pro-
uocari nequit niſi ad illū qui citra appel-
lationem, per viam querele adiri poteſt
cum in effectu appellatio extra iudicialis
potius querimonia iudicetur, Dec. in ca.
dilecti numero ſecundo, & tertio de Ap-
40 pel. Hoc tamen ſcias c. oblate non habe-
re locum quando vtraq; pars prouocauit
ex Deciſ. Rotæ Diuerſ. 514. num. 5. parte
prima.

Com. VRBIS.

BEATISSIME Pater lata ſententia per R. P. D. A. C. Locumtenentem ad fauorem S. V. Oratorem A, cauſa, & occaſione nonnullarum rerum & bonorum de quibus in actis, cauſæ &c. contra B. infra legitima tempora ab ipſa appellaſſe, ac ad iudicem habuiſſe Apoſtolos reuerētiales, dicit, verum quia more reorum quorum munus eſt ſemper fugere prefatus B. appellans, vt ſe in detentione præfatorum bonorum diutius confoueatur, non curat cauſam appellationis committi facere, & valde Oratoris intereſt quanto citius cauſam, & cauſas huiuſmodi via iuris terminare, ac quod ſuum eſt conſequi. Ideo ſupplicatur S. V. quatenus cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, interpoſitæ, & interpoſitarum, per dictum B. nullitatis, nullitatem, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, nec non quam, & quas idem A. Orator habet, & mouet, habere quæ, & mouere vult, & intendit præmiſſorum occaſione contra ipſum, omneſq; alios ſua quomodolibet diuiſim vel coniunctim intereſſe putantes in executione præſertium nominandos, & cognominandos, cum ſuis annexis, connexis, dependentibus, & emergentibus, ac toto negotio principali alicui Romanæ Curiæ iudici ordinario, ſiue Prælato ſummarie committere, & mandare cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c.

Com. CAMERINENSIS.

BEATISSIME Pater, pendente lite, & cauſa coram Domino Gubernatore Camerini inter S. V. Oratorem A. actorem ex vna contra B. reum conuentum ex alia cauſa, & occaſione, &c. & alias prout in actis. Idem Dominus Gubernator contra Oratotem ad aduerſarij fauorem (vt dicitur) diffinitiue pronunciauit, in qua oratorem ad dimitiendum, & relaxandum teneri, &c. (ſeu alios vt cauſa expoſtulat) declarauit, & ſententiauit, vna cum fructuum, & condemnatione expenſarum, licet nulliter, & iniuſtè, à qua infra legitima tempora ad S. V. ſanctamq; ſedem Apoſtolicam appellauit, & de nullitate dixit, ac ſibi de Apoſtolis reuerentialibus reſponderi obtinuit. Verum quia pręmiſſis tacitis idem aduerſarius in primo loco inſerta commiſſione nimis pręcurrendo cauſam appellationis per Oratorem interpoſitam, Epiſcopo ſancti ſeuerini ſibi amiciſſimo, & Oratori ſuſpectiſſimo, prout iurare paratus eſt, & quatenus opps ſit, cum in manibus S. V. iurat, cōmitti curauit, & quia in committenda præfata cauſa appellationis, appellantem terminum legalem perueniendo præcurrere non poterat, ac contra in appellantis volūtatem iudicem ad quem eligere reſidet. Ideo ſi aduerſarius pręmiſſa narraſſet, prout non ſine dolo, & fraude tacuit, minime præinſertam ſubrepticiæ, & obreptitiæ obtinuiſset, & quia falſus precator impetratis carere debet. Ideo ſupplicat S. V. idem Orator quatenus præuia auocatione cauſæ, & cauſarū huiuſmodi, quatenus opus ſit a dicto Epi

ſcopo

ſcopo ſancti Seuerini, cauſam, & cauſas appellationis,&appellatio ıum,nullitatis & nullitatum iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ,necnon quam,& quas, &c. cum clauſulis reſiduis poſitis in commiſſione appellationis ordinariæ.

Alicui ordinario viciniori, vel ſi magis placet, &c. in partibus commoranti committere,& mandare; Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c. Prœinſerta, ac inhibitione illius vigore emanata,ſeu im poſterum emananda minime obſtantibus,quorum tenores,&c.Et tunc abſolutione à Cenſuris ad effectum, &c. & per Breue S.V.expediendum.

Et ſi fuerit cauſa in Curia mutatis,mutandis in facto,poterit adaptari commiſſio,dempta clauſula,& cum abſolutione.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.
Num. Primo.

CHONCHENSIS DECIMARVM de Belmonte.
Veneris 18.Maij 1607.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad ſuperiorem operatur ne alter inferior ſe ingerere poſſit.*
2 *Iuriſdictio ſuperioris inferiorem abſorbet.*
3 *Iudex contra formam c. oblatæ impetratus nulliter procedit.*
4 *Sententia quando capitula connexa, vel indiuidua contineat.*
5 *Appellatio a ſententia continente capita indiuidua non poteſt ad diuerſos iudices interponi.*
6 *Inhibitio rotalis ſiue iuſta ſiue iniuſta venit timenda.*
7 *Proteſtatio contraria facto quando uitiet actum, & regulæ iſtius intellectum.*
8 *Procurator abſq. mandato ſpeciali non poteſt conſentire in iuriſdictionem.*

1 DOMINI recedendo à prima parte deciſionis confirmando vero ſecundam cenſuerunt omnia acta fuiſſe attentata,fundamentum deciſionis reſpectu prioris capitis, fuit, quia cum fuiſſet appellatum ad Sedem Apoſtolicam,non poterat aliquis ſe intromittere, quando enim ad plures appellatur, quorum vnus eſt ſuperior alijs, alius inferior, hic non poteſt ſe ingerere, cum
2 iuriſdictio ſuperioris abſorbeat iuriſdictionem inferioris, nec attenditur præuentio in appellando, aut commitendo iuxta not.in cap. ſi duobus, & ibi Abb. num.2.& 3. Franc.num.2.Præpoſit. nu. 3.Deciſ.in 7.not.de appell. c. ſolicitudinem cum ibi not.eod.tit.Lancellot.de attent.poſſ.pend.ampliat. 21. Tanto magis cum Capitulum Concheñ. peruenit Capitulum de Belmonte in committendo cauſam ſuæ appellationis contra c.oblatæ de appell. ita vt propterea non potuerit iudex ſuæ appellationis ſtantibus proteſtationibus procedere abſq; vitio nullitatis, nec commiſſio tanquam ſubreptitia ei tribuat iuriſdictionem, Biſign. deciſ.13.de reſcript. Rota 48. eod tit. in ant.Creſ.dec.4.de reſcrip.& 9. de appel. Put deciſ.241.lib.2.

4 Neque hoc poteſt euitari ſub prætextu quod ſententia contineret capita diuerſa ex quo de certis terris mandat ſolui decimas, & de alijs non ac inde cum vtraque pars à præiudicialibus appellauerit,potuerit in cauſa appellationis coram diuerſis iudicibus procedi ex Baldo, & alijs allegatis in deciſione facta die 12.Iunij 1605.Nam vt admittunt etiam informantes pro Capitulo Concheñ, ſententia Vicarij Madritis, à qua fuerat appellatum,continebat capitula indiuidua vel ſaltem inter ſe connexa, quia agebatur de decimis croci, & oliuarum, quæ omnes ab eodem Capitulo Concheñ.eodem iure,& eodem actione,&cauſa petebantur,quo caſu ſententia dicitur continere capita,vel indiuidua, vel connexa,l. ſcire debemus, & ibi Alex. num. 3. & 4. Iaſ.num.5.in fin.ff.de verb. ſign. Bald. in l.Edita num.94.q.15.C. de eden. gloſſ. in l.etiam S. ſi ex cauſa in vet.audiendus ver. coniuncta ff. de minor. Gabr. conſ. 56. num. 2. lib.1.Put.deciſ.723.num.4. lib.1.

5 Quando autem ſententia continet capitula indiuidua, vel inter ſe connexa, ſi vtraqſpars appellet à præiudicialibus nõ poteſt ad plures iudices appellari,ſed totum negotium deuoluitur ad Superiorẽ, nec inferior ſe ingerit, Franc.in d. cap. ſi duobus numero quarto & ſeptimo, Dec. num.

num. 53. de appel. Boer. deciſ. 73. num. 6. & ſeq. Lancellot. de attent. poſſ. pend. limit. 1. num. 25. & ſeqq.

6 Fundamentum deciſionis circa ſecundam partem fuit concluſio ſæpiſſime firmata, quod inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, non obſtante commiſſione auocatoria cauſæ à Rota ſubreptitiè obtenta ſub prætextu quod fuerit conſenſum in Iuriſdictionem Vicarij de Alcala, quod erat falſum, vt in alia deciſione conſideratum fuit; Nam per proteſtationes factas pro parte Capituli de Belmonte in omnibus actibus ceſſabat eius conſenſus, nec cenſebatur reuocaſſe appellationi ad Papam interpoſitæ, & cauſæ in Rota commiſſæ gl. in c. ſi a Iudice verbo teneris de appellat. in 6. Franc. in cap. ſollicitudinem, num. 13. eod. tit. Felin. in cap. gratum, num. 8. de offic. deleg.

7 Non obſtat quod proteſtationes vti contrariæ facto non vitient, ſed vitientur nec relucent proteſtantem. Put. dec. 380. lib. 1. cum alijs allegatis, Tum quia hoc procedit quando proteſtatio ordinatur ad tollendum factum, cum facta non poſſint haberi pro infectis, ſecus vbi ordinatur ad tollendum mentem à facto, vt in hoc caſu, in quo proteſtationes ſunt ordinatæ ad tollendum mentem à facto ſcilicet a comparitione ad effectum prorogandi iuriſdictionem, Tum namq. proteſtatio bene operatur, vt viuat proteſtantem l. labeo ff. de ſupellec. leg. l. obligationum ſubſtantia, ff. de actio. & oblig. & bene declarat Alex. conſ. 130. num. 17. vol. 4. & poſt Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis nu. 70. de conſt. & Abb. in cap. 1. vol. 7. eod. tit. deducit Onded. conſ. 196. num. 16. vol. 1. Tum quia proteſtatio dicitur contraria facto, quando præcedit factum, ſecus quando fit eodem tempore, & loco quo fit factum, iuxta doctrinam Abb. in dict. capit. cum M. Ferrarienſis num. 15. ver. quandoq; de conſtit. quam approbauit Rota in cauſa Romana Vineæ 14. Maij 1574. coram bo. mem. D. de Rubeis, Tum quia quando proteſtatio non fit ex libera voluntate proteſtantis non dicitur contraria facto vt per Felin. in d. c. cum M. Ferrarienſis num. 79. & fuit dictum in allegata cauſa Romana Vineæ, tanto magis, quia comparitiones factę fuerunt ex iuſta cauſa ad euitandum maiora grauamina, quod multum ponderatum fuit in cauſa Auximana hæreditatis 6. Martij 1606. coram me.

8 Et ceſſat difficultas, quia comparitiones, & actus fuerunt facti à Procuratore, quia non habebat ſpeciale mandatum prout requirebatur ad conſentiendum in Iuriſdictionem Vicarij de Alcala, cui nulla, vt dictum eſt, competebat iuxta notata in c. cum olim el 1. de offic. delegat. Mohed. deciſ. 3. de appell.

Non obſtat quod proteſtationes eſſent conditionales, quatenus non eſſet Iudex competens, quia incompetentia iudicis iam deducta fuit, & propterea Vicarius de Alcala cauſam ad Rotam remiſit; Vnde tali conditione non purificata, ceſſat conſenſus in iuriſdictionem l. ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſtit. cum vulgaribus.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. Secundo.

CALAGVRITANA IVRIS ingrediendi.

Die 27. Aprilis 1580.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio contra ordinarium quomodo intelligatur.*

2 *Iuriſdictio priuatiuo contra epiſcopum præſcribi nequit.*

3 *Negligentia probanda venit cum non præſumatur.*

4 *Mora requiritur vt ad ſuperiorem prouocari poſſit.*

5 *Interpellationes duo ſaltim requiruntur vt conſtituant iudicem in mora.*

9 *Cap. oblat. de appell. non ſeruatur in Rom. Curia.*

7 *Verum vnum narratum in precibus ex pluribus eſſe ſufficit.*

DVBITAVI de validitate ſententiarum latarum in partibus in fauorem Andreæ, qui pro parte beneficiatorum de Victoria prætendebantur

tur nullę, maxime prima lata a Calaguri
tano ex defectu iuriſdictionis cum prætē
dat vniuerſitas ſe præſcripſiſſe iuriſdictio
nem capiendi informationem ſuper puri
tate ſanguinis, & admittendi & declaran
di qui ſint idonei priuatiui ab Epiſcopo
ſuper qua re habet tres ſententias neq;
1 in dubium hoc per Andream reuocatur,
ſed pretenditur tātum, qui cum quęlibet
pręſcriptio contra ordinariam intelliga-
tur dummodo inferior, qui pręſcripſit ſit
diligens.

Nam eo negligente ordinarius aſſu-
mit ſuam iuriſdictionem, vt per Abb. in
c. irrefragabili, nu. primo de offic. ordin.
& in cap. ceterum, num. 5. de iud. & ibi
Dec. in 4. not. Fel. d. cap. irrefragabili,
2 in princ. non enim poteſt præſcribi iuriſ-
dictio priuatiuè ab Epiſcopo, ita vt non
remaneat penes ipſum habitum licet a-
ctu ſit penes inferiorem, quo ſit, vt eo
negligente redeat actu penes Epiſcopum
vt trad. Abb. c. cum contingat, num. 18.
de for. compet. cum alijs, & ideo tota dif
ficultas in eo verſatur, An iudices ab vni
uerſitate deputati fuerint negligentes,
quiquidem iudices non deputantur par-
ticulariter ad vnam cauſam, ſed omnes,
vt liquet ex cōparitionibus factis coram
Epiſcopo a procuratore vniuerſitatis, &
proteſtatione de qua in ſummario vni-
3 uerſitatis, num. 15. Negligentia vero
cum non pręſumatur probari debet l. 3.
§. ſi ad diem, de re mil. Affl. deciſ. 13.
num. 18. Grat. conſ. 100. num. 14. lib. 2.
Biſignet. 1. de dol. & contum. eam autem
probari cenſuerunt Domini cum admit-
4 tunt informantes pro vniuerſitatem con
ſtitui in moram ad effectum, vt poſſit ap-
pellari, & negotium deuoluatur ad ſupe-
riorem Io. Andr. cap. dilecto col. 2. de ap
pell. Alex. in l. hoc amplius §. celſus, nu.
13. de dam. infec. Fel. c. propoſuiſti pro-
pe fin. de for. compet. & in cap. ſub orta
ante numerum quintum verſ. & iſtis ad-
de, de re iud. Dec. c. ex parte el ſecondo
num. 3. poſt Abb. de appell. cum alijs al-
5 legatis. Hic autem ne dum triplex ſed, &
quadruplex interpellatio interuenit; pri-
ma eſt illa de qua in ſummario ambarũ
partium num. 1. & per Martinum Abbad.
in ſummario Andreæ num. 11. ſuper 12.
Secunda fuit quando præſentati fuerunt
articuli 12. Februarij 1573. in ſummario
Andreę numero tertio. Tertia fuit 22.
Maij 1573. & iudices nihil aliud reſpōde
runt niſi quod audiebant, & petebant co
piam. Quarta fuit die ſequenti 23. Maij,
& iudices reſponderunt quod daretur li-
ber baptiſmi, & qui declararent vnde
originem ducerent illi de Buendia, & li-
cet pro parte bene actōrum repugnatur
illa ſecũda ex eo, quod ille Didacus Pe-
rez erat procurator Andreę tamē nō pla
cuit hęc impugnatio cum non conſtet de
illo tempore de acceptatione, Mil. in ver-
ſic. procurator non dicitur, Rom. conſ.
186. Nec etiam refert, quia iſta interpel-
latio non fuerit exhibita obſtat quod ex
iuſta cauſa prętendat ſe denegaſſe ex eo
aliter qui ſoliti ſint capere ſecreto infor-
mationes. Nam debebāt vtrumque fa-
cere nempe admittere Andream ad pro-
bandum, ea capere aliam informationem
ſecreto prout ſe talem facultatem dupli-
cem habere procuratorum parte dedu-
ctum eſt in ipſamet proteſtatione facta
coram ordinario non obſtat ꝙ non fuerit
præfixus terminus quando eſt vnus mo-
dus conuincendi in fauorem de negli-
gentia, ſed non propterea tollitur alias,
Barb. d. c. ceterum nu. 11. de iud. minus
facit, quod cauſa in appellatione expreſ-
ſa non fuerit quando ſatis eſt expreſſa cũ
in ea dicatur iudices noluiſſe procedere
ad receptionem teſtium.

Hæc iſto caſu tenebatur Andreas re-
currere ad vniuerſitatem, quia vniuerſi-
tas iam deputauerat iudices pro illo an-
no, & penes eos reſidebat iuriſdictio ideò
cum eſſent negligentes potuit addire ſu-
perior Abb. d. cap. cum contingat de for.
compet. præterea ſententia ordinarij fuit
confirmata à Theſaurario Lucronij, neq;
obſtant nullitates exaduerſo cōſiderate,
prima nāq. quod Andreas contra formā
c. oblate de appel. peruenerit committen
do cauſam non obſtat tum exaduerſum,
qui ambe partes appellauerunt, tum
etiam qui arbitraria eſt hęc res, vt per
Franc. & Dec. d. cap. oblatæ, ſed & ratio
cur dictum capitulum oblatæ non ſerue-
tur in Curia ſuadet etiam, vt hodie non
ſit ſeruandum in partibus nam in Curia,
ideo non ſeruatur, quia hic iudices
dantur ex officio in partibus, num. datur
is,

is, quem petit is, qui reſcriptum impetrat vt per Rot. deciſ. 16. de Appel. in nou. quę ratio ceſſat vbi iudices dantur illi in ſinodo deputati fuerunt preterea pars coram iſto iudice non comparuit, & nihil appoſuit ſecunda nullitas conſiderata & defectu citationis non obſtat, quia ſufficit ſola citatio generalis ad totam cauſam l. ſi pretor de iudic. l. conſentaneum cap. quo, & quando iud. caſt. l. ad peremptor. numer. 6. de iud. tertia nullitas, quæ ducitur ex breuitate temporis non placet, quia id interuiſſerint 22. dies ſatis congruum viſum fuit tempus, quo potuerit iudex inſtrui maxime parte nõ comparente vltimo non obſtat quod cõtra tertium ſententiam deducitur defectus iuriſdictionis ob non iuſtificatione commiſſionis auuocatorie quia DD. placuit reſponſio qui quando plura narratur ſufficit vnum eſſe verũ ex quo pars potuiſſet auocationem obtinere Egid. deciſ. 280. & hæc a Dominis ſuper duabus vltimis ſentententijs ex abundanti deducta fuere.

DE COMMISSIONE

APERITIONIS ORIS

Clauſula ſublata, Decreto irritanti, & alijs.

§. Vnico.

SVMMARIVM.

1 *CLauſula ſcienter, vel ignoranter, quid operetur.*

2 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, non dantur per Signaturam iuſtitiæ.*

3 *Decretum irritans ignorantes etiam ligat.*

Declara poſt emanatam conſtitutionem num. iv.

Non quo ad pœnam contrauentionis, ibi.

5 *Decretum irritans quando ignorantes non liget.*

6 *Decreto irritanti & clauſula ſublata vtitur Papa quando litteras ſuas de ſubreptione et obreptione redargui non vult.*

7 *Clauſula ſublata releuat impetrantem ab onere probandi.*

Quando cuncta cum decreto irritanti, ibi.

8 *Calufula ſublata & Decretum irritans ponuntur ad fauorem non vt tertio praeiudicium.*

9 *Conſenſus partium ſtante decreto irritanti nil operatur.*

10 *Decreto irritanti ad fauorem monaſterij conceſſi Abbas renunciare nequit.*

Secus regula de iure quaeſito non tollendo ibi.

11 *Regulae de iure quaeſito non tollendo intellectus.*

12 *Decretum irritans & clauſula ſublata referuntur ad ſubiectam materiam.*

13 *Decretum irritans & clauſula ſublata gratiam corroborant.*

14 *Clauſula in fine poſita, quando praecedentia reſpiciat.*

15 *Clauſula quod de ſubreptione dici non poſſit ſat eſt quod ſui in eadem ſubreptione.*

16 *Clauſula quod de nullitate dici nequeat decreti irritantis & ſublate ſimul effectus.*

17 *Clauſula, quod de ſubreptione dici nequeat ad partis inſtantiam effectus,*

Differt quando in motu proprio, ibi, & num. xviij.

19 *Princeps præſumitur motus precibus impetrantis.*

20 *Clauſula, quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſit, abſque clauſula, Secus iudicandi facultate, quid operetur.*

21 *Clauſula ſicque in premiſſis iudicari per quoſcumque equipollet clauſulae ſublata.*

22 *Clauſula ſicque in praemiſſis iudicari per quoſcunque intelligitur narratis iuris exiſtentibus.*

23 *Princeps non tollit ius ex cõtractu quaſitum, de poteſtatis plenitudine.*

Fallit in materia penſionum xxiv.

24 *Oris aperitio operatur, quod omnia opponi poſſint.*

Re-

Regula de iure quaeſito non tollendo, requiritur ſpecialis derogatio cum Papae ſcientia.

Nullitas actus non eſt propria pœna.

Annullare pœna dicitur, & infringere.

Reſcriptum Apoſtolicum conditione non purificata nullius eſt momenti.

9 *Clauſula ſublata, vbi adeſt vocatis vocandis, niſi adimpleatur ceſſat.*

10 *Clauſulae ſublata, & irritum ſunt reale impedimentum tollentes iuriſdictionem.*

31 *Iudex actor, & reus in quolibet iudicio ſunt neceſſarij.*

32 *Confirmatio ſtatutorum inferiorum Papae, cum clauſula ſublata ceteris interpretationem tollit.*

33 *Clauſula ſublata omnia contra eorum tenorem geſta annullat.*

34 *Decretum irritans inhibitionem annexam habet.*

Vice verſa inhibitio implicitum decretum irritans, num. xxxv.

36 *Decretum irritans, quando de viribus reſcripti agitur, vbiq. locum habet.*

37 *Decretum irritans quando Apoſtolicam prouiſionem inficiat.*

38 *Decretum irritans afficit, quod alteri conferri beneficium non poſſit.*

39 *Decretum irritans titulum, & poſſeſſionem inficit. & nu. xl.*

41 *Decretum irritans, an & quando tollant de ſubreptione, & obreptione non dicatur.*

42 *Importunitas multa extorquet à principibus, quae maturam volunt deliberationem.*

43 *Voluntas Principis ex quo deprehendatur.*

44 *Clauſula, quod de ſubreptione dici non poſſit deficiente minuuntur iure decreti irritantis.*

45 *Papae intentio praeſumitur iuris conformis.*

46 *Clauſula ſublata ad pattis ſupplicationem minoris, & roboris.*

47 *Decretum irritans, & clauſula ſublata, quando iuſtificanda.*

48 *Decretum irritans quando de ſubreptione impugnetur.*

49 *Decretum irritans in gratia conditionali non afficit.*

50 *Decretum irritans ignorantiam non recipit ad effectum nullitatis.*

51 *Taciturnitas quando gratiam non vitiet.*

52 *Decretum irritans, & clauſula ſublata quando ceſſent.*

53 *Decretum irritans, & aliae clauſulae ſimiles quid ſint.*

54 *Decreto irritanti quando nequeat renunciari.*

55 *Oris aperitio laudabilis eſt.*

56 *Inferior mentem ſuperioris nequit declarare.*

57 *Decretum irritans quando operatur in tertij praeiudicium.*

58 *Oris aperitio ius tertij non tollit.*

59 *Oris aperitio per ſucceſſores, vt plurimum conceditur.*

60 *Oris aperitio ſimilis eſt reductioni ad viam iuris.*

61 *Oris aperitio, quando facile concedatur.*

62 *Clauſula ſubreptitia eſt, quando gratia eſt ſubreptitia.*

63 *Conſenſus partium in dependentibus à Principe, nil operatur, nec gratiam nullam validat.*

64 *Gratia corruens defectu intentionis facilius reuocatur.*

65 *Oris aperitio, quando deneganda veniat.*

66 *Nullatenus verbum eandem vim habet quod decretum irritans.*

67 *Clauſulae ſummarie, ſimpliciter de plano, ſola facti veritate inſpecta, quid operentur de poteſtatis plenitudine.*

Non tollit exceptiones partis, ibi.

Nec merita cauſae concernentia. ibi.

Minus negotij veritatem, ibi.

Requiret transportationem actorum, ibi.

68 *Proceſſus ordinaria via, conſentientibus partibus valebit, etiam ſtante clauſula ſummarie.*

69 *Cauſae cognitio eſt de ordine, & forma ſententiae.*

70 *Clauſula nullo iuris ordine ſeruato, quid operetur.*

Non datur in Signatura Iuſtitiae, ſed à ſupremo Principe num. lxxi.

72 *Summarium iudicium dupliciter dicitur.*

73 *Conſcientiæ deſcriptio, & iuſtitiæ.*

74 *Clauſula ſummarie ſimpliciter, & de plano, quæ tollat in iudicio.*

75 *Clauſula ſummarie &c. ſeruit pro omnibus inſtantijs.*

76 *Clauſula ſummarie, &c. non immutat cauſam appellationis.*

77 *Clauſula in prima commiſſione appoſita, in omnibus alijs repetita cenſentur.*

8 *Cauſa ſemel appellabilis, ſemper appellabilis.*

Simpliciter verbum in reſcripto, quid operetur.

De plano verbum, quid in reſcriptis importet.

lauſula ſola facti veritate inſpecta virtus.

Non admittit exceptionem de iure tertij, ibi.

lauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij efficacia.

Non conceditur per inferiorem à principe, num. lxxxiij.

Et an a legato. ibi.

Duo termini ſimul aſſignantur. num. lxxxiv.

85 *Clauſula ſupplentes omnes iuris, & facti defectus, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod ius tribuat.*

86 *Clauſula legum, & ſtatutorum derogatoria, quando ſufficiat.*

87 *Lex quare ſic vocetur.*

88 *Lex de cuius derogatione tractatur, quando ſpecialiter nominanda.*

89 *Conciliorum derogatio ubi, tractetur.*

90 *Conſtitutione ſpeciali in aliquo Concilio edita derogatio an ſpecialis requiratur.*

91 *Papa ſolus tollit conciliares conſtitutiones, quia ſupra concilium.*

92 *Concilium nil ſine auctoritate Papæ ſtatuere poteſt.*

93 *Concilij confirmatio maioritatem Papæ demonſtrat.*

94 *Conſtitutio conciliaris habet in ſe tacitam derogationem reſcripti.*

95 *Concilij Lateranenſis ſpeciali derogatione eſt opus.*

96 *Inferiores à Papa contra Concilium ſtatuere nequeunt.*

97 *Clauſula per nos, vel prædeceſſores noſtros intellectus.*

98 *Statutis iuramento firmatis quomodo derogetur.*

99 *Clauſulæ de plenitudine poteſtatis effectus.*

100 *Poteſtas, & potentia inter ſe differunt.*

101 *Clauſula manu regia, an tollat appellationis remedium.*

102 *Clauſulæ Beatorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli indignationem incurſurum effectus.*

103 *Clauſula nulli ergo hominum, &c. effectus.*

104 *Clauſula ſi ſecus attentare præſumpſerit ſenſus.*

105 *Indultorum derogatio an Cardinales capiat.*

106 *Clauſula & ſi de illis, & eorum tenore mentio facienda foret, quare inuenta.*

107 *Priuilegia in corpore iuris niſi ſpeciali facta mentione non tolluntur.*

108 *Regulis Cancellariae, niſi ſpeciali facta mentione non derogatur, & quare.*

109 *Regulae de iure quaeſito ſpecialis derogatio requiritur.*

110 *Priuilegium principis per viam contractus conceſſum non tollitur.*

111 *Papae, nemo cur ita facis dicere poteſt.*

112 *Verba Quodcumque ligaueris ſuper terram, exponuntur.*

113 *Claues Apoſtolicae, quare duae ſint.*

114 *Romanae Eccleſiae poteſtas, in duobus conſiſtit.*

115 *Papa in beneficialibus habet ampliſſimam facultatem, & poteſtatem.*

116 *Pij Quinti aurea ſententia.*

117 *Clauſula non obſtantibus conſuetudinibus ius tertij non tollit, & quas consuetudines, ibi.*

118 *Clausula in fine, vel principio reſcripti, quando totum rescriptum capiat.*

119 *Clausula ex certa scientia derogationis, vim habet.*

120 *Motus proprius quando tertio praeiudicialis.*

Con-

121 *Concordiae confirmatae deletis conuen tis, cui altera pars ſtare nolebat, quod factum in Signat. Sanctiſſimi.*
122 *Clauſulae vt accepimus intellectus.*
123 *Clauſula ſupplentes omnes, & ſingulos iuris & factum defectus irritans.*

CAP. X. §. Vnico.

IRRITVM, & inane, ſi ſecus à quouis ſcienter, vel ignorantet contigerit attentari decernentes, ſublata eis ſecus facultate iudicandi. Perſæpe in reſcriptis Papæ dictæ clauſulæ apponuntur abbreuiatæ, quæ, vt pręmittitur ad ſenſum extenduntur, & verba illa ſcienter, vel igno ranter operantur, quod decretum omni careat dubitatione, Gabr. lib. com. opin.
2 tit. de clauſ. concl. 3. num. 2. At dictæ
clauſulæ, vel ipſorum altera in Commiſſione Signaturæ Iuſtitiæ, omnino delendę veniunt, quia illas concedere ad ſupremum Principem, Superiorem, non recognoſcentem, pręter Deum, ſpectat: ob id Tribunal Iuſtitiæ, quæ ne contra reſcriptum opponatur, tollere nequit, Staphyl. de lit. iuſt. in cap. Commiſſiones, numero primo, dictas clauſulas in hoc non valere. At quia maximæ virtutis, & efficaciæ ſunt, ac quotidianæ ſuccinctę de eorum vi, virtute, & poſſe; diſputatur ideò nonnulla hoc in capitulo ſubnectenda
3 cenſui. Primò, ignorantes illis ligari,
etiam ſi Apoſtolicus exequutor foret, dixerè. Gabr. alleg. concluſ. 3. num. 1. & 3. deciſ. Pedemont. 5. num. 2. cap. dudum, & c. fi. de præben. Fel. in c. cęterum num. 19. vbi Abb. & Dec. de reſcript. Abb. in cap. audita, num. 3. de reſtit. ſpol. Pręmiſ
4 ſa tñ declara procedere, poſt emanatam
conſtitutionem dictis clauſulis munitam quo ad geſtorum nullitatem, & quod pro infectis facta habeantur, non quo ad pœnam, quæ reſpectu contrauentionis incurri poſſet, c. ſi beneficium, vbi Anchar. 2. not. de præben. in 6. gloſſ. in d. cle. volentes, in verbo ex tunc, de hæret.
5 Gabr. loco citato numero octauo. Tunc
vero non ligabunt ignorantes, quando in reſcripto legati Papæ erunt appoſita, vt ibi Gabr. nu. 9. Nam, vt ſubdit Gabr. in d. concl. tertia, numero nono, & ſeq. nullus inferior, a Principe valet ignorantes ligare, vbi loquitur in ſpecie delega-
6 tis de latere. Clauſulas vero, præfatas
adhibent, quando Papa ſuas litteras de ſubreptione, vel obreptione vult non poſſe impugnari, eo quia emanarunt cauſa examinata vel alias, vel ſi nec iuſtificatę, nec verificatæ fuerunt, cum paria ſint narrata vera fore, ſiue quod de illorum falſitate dici non poſſit. l. qui habent §. 1. ff. de manum. teſtam. Dec. conſ. 456.
7 numero primo. Maximè concurrente
alia clauſula ſublata, quæ pariter impetrantem ab omni probandi onere releuat, ac pariter Iudici aliter dicendi etiã ſi eſſemus in gratia ad poſtulationem partis. Put. deciſ. 377. parte tertia. At ſi iunctę ſimul dictæ clauſulæ non eſſent, ſecus dicendum foret, Put. deciſ. 213. parte ſecunda. Et ita in vna Calaguritana Iuriſdictionis Rota tenuit coram D. Robuſterio 5. Maij 1588. & coram Illuſtriſſimo Pamphilio in alia Pampilonenſis Vide has dec. in fi.
8 Archidiaconatus 19. Martij 1593. Ap-
ponuntur nempe tales clauſulæ, ſublata, & decretum irritans in conceſſionibus Pontificum ad ſupplicantium fauorem, non tamen, vt tertio præiudicent, vnde illas poſtea reuocando, non dicitur alicui vis quęſitum tolli. Sarn. in reg. de iur. quęſ. non tollen. quęſt. 3. Verall. deciſ. 31. incip. Regula de iure quęſito num. 2. & 3. par. 3. Rota coram Domino Penia in vna Toletana admiſſionis, Veneris 11. Ianuarij 1608. Et vbi adeſt decretum ir- Vide hãc dec. in fi. cap.
9 ritans, nil partium conſenſus operatur,
Rota deciſ. 3. de priuil. in antiq. late Felin. in capitulo cum acceſſiſſent, num. 7. verſ. & pro iſta, de conſtit. merito ſubdit Felin. in capitulo cæterum, num. 19. verſiculo limita hanc reſtrictiuam, verſ. obſtat huic limitationi, de reſcript. & in d. c. cum acceſſiſſent, num. 3. verſic. limi-
10 ta quarto, Quod vbi gratia alicui Mo-
naſterio eſt conceſſa, ſi habet decretum irritans, tunc ipſius Abbas, nec directè nec tacitè, vel expreſſè renũciare poterit.

Digitized by Google

Quamuis ſecus regula de iure quęſito non tollendo non obſtante ſtantibus ſupra relatis clauſulis ſublata, & decreto irritanti quia dari de regula tunc nequit, vt per Pariſ.conſ.primo, numero tertio, volumine quarto, Rota in vna Toletana fructuum Coram Domino Ortembergo vigeſima ſexta Iunij 1606. Sed non erit neceſſaria d. regulæ derogatio, quando ius non tollitur, ſed tantũ Iuris effectus ſuſpenditur per temporis ſpatium, de quo eſt deciſ. diuerſ. 492. n. 8. p. 3. lib. 3. Nec etiam quando in ſpecie ſtatutum derogatur, cum clauſula quorum tenores. Rota in alleg. deciſ. 492. n. 5. de Rotę ſtylo ita ſeruari aſſerens. Regula verò præfata procedit in tranſlatiuis, non in habentibus cauſam ſucceſſiuam, quia reſpectu fururorum nihil transfertur, prout dicitur de immunitatibus, vt per Cæſ. de Graſſ. deciſ. 3. de ſepulr. Et pręfatæ clauſulæ ſublata, & decreti irritantis, tanquam acceſſoria ſunt intelligendæ, ſecundum ea, quę ſunt diſpoſita, Caſſad. deciſione decima, numero quarto ſuper Regul. Cancell. allegans Clem. vnic. de conceſſ. præb. loquens de conditione, quæ non habet locum, niſi illa ſequuta, & quamuis pręfatæ clauſulæ in fine, ac in oratione ſeparata apponantur, tamen non ſolum ad proxima tantum veniunt referenda, ſed ad totam gratiam præcedentem l. talis ſcriptura §. finali, ff. de legat. primo, Abbas, & Dec. in capitulo ſecundo requiris, numero decimo de appellatione. Rota coram Illuſtriſſimo Seraphino in vna Aretina Commendæ decimanona Iunij 1587. Quia præfata decreta tendunt ad gratiam corroborandam, & clauſulæ fortificantes reſpiciunt eundem finem, & ad omnia referunrur, vt ibi Dec. numero quinto, & Abbas numero vndecimo. Id tamen ſecundum Abbat. in capitulo Eccleſia veſtra el ſecondo, numero quinto de elect. declara, quod tunc clauſula in fine poſita, non debet ad omnia præcedentia referri, quando ex tali relatione ſequeretur abſurdum, inconueniens, ſiue legum correctio, quia debet eſſe conformis ratio omnibus præcedentibus, ad hoc, vt clauſula ſequens ad omnia referatur, ſecus verò,

Vide hāc dec. in fi. cap.

Vide hāc dec. in fine §.

ſi inter præcedentia reddi poſſit ratio diuerſitatis, vt Abbas in dicto capitulo Eccleſia veſtra, cum adduct. Ideo ſi non datur ratio diuerſitatis, cur potius ad vnum quam ad alium referatur clauſula in principio, medio, uel fine poſita ad omnia refertur dicta l. talis ſcriptura, vbi Bart. & Imol. in capitulo ſecundo de Appell. Nec opus eſt, vt vna verborum ſtructura, clauſulæ, & illa etiam, quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſit, ponantur, ſatis eſt, quod ſint in eadem ſupplicatione, & litteris, vt ſuum conſequantur effectum, Iaſ. in l. finali numero tertio, ff. quod quis quæ Iur. Soc. conſil. 78. numero 38. volumine tertio. Sicque Rota coram Domino Penia in vna Placentina Decanatus Veneris decima Nouembris 1595. cenſuit, & coram eodem in alia ſimili decima Nouembris 1595. Stantibus ſupradictis amplíſſimis clauſulis prohibentibus de nullitate dicere, tam de facto, quam de iure & tanto magis ex alia ſubſequenti (vt dixi) clauſula, quod de ſubreptione, & obreptione dici non poſſit, cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, ex quibus Papa omnia etim de Iure lites, & moleſtias prohibuiſſe videtur, vt ibi Rota, Put. deciſ. 377. parte tertia. Clauſulę verò, quòd de ſubreptione, vel obreptione, vt pariter clauſula ſublata, & decretum irritans in reſcripto ad partis poſtulationem poſitę, intelliguntur veris narratis exiſtentibus, nec operantur, quod de ſubreptione, vel obreptione dici non valeat. Put. deciſion. 203. parte ſecunda, capitulo ſecundo de reſcript. l. final. C. de diuerſ. reſcript. Et tanquam acceſſoria iſta clauſula, ſublata, eamdem recipit declarationem, Dec. conſil. 142. in fine numero ſexto, l. ſi patrinus §. patrono in verbo faciam, ad fin. ff. ſi quid in fraud. parrin. Rota coram D. Rubeo in vna Calaguritanæ Iuriſdictionis 30. Maij 1580.

Vide hāc dec. in fi. §.

Vide hāc dec. in fi. §.

Ideò Rota coram D. Litta in vna Hiſpalenſis beneficij Mercurij 6. Nouembris 1602. dixit, Breue, Quamuis in illo adeſſet quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſet, non valere, quia non fuit motu proprio conceſſum, ſed ad

partis

partis ſupplicationem, & per fiat, vt petitur. Ideo tenuit fore iuſtificandum, & verificandum ad effectum, vt prodeſſet, ad conſil.Ruin.41.num.15.volum.1.Sarnen. ſuper reg. Cancell.de annal. quæſt. 10. colum.5. Verall.deciſione 45. par.2.

19 Et ideo requiritur iuſtificatio in omnibus, quia princeps præſumitur motus ex precibus impetrantis, DD.in cap. cum olim maxime Imol. & Verall. deciſione

20 188. num.3.par.1.& maxime ſi clauſula quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſit, non ſit alia clauſula, ſecus iudicandi facultate annexa, quia tunc non operatur, niſi narratis veris exiſtentibus. Put. dicta deciſione 213. parte ſecunda, & coram Domino Rubeo in allegata deciſione Calaguritana iuriſdi-

Vide hic dec. in fine §.

21 ctionis 30. Maij 1588. Et licet adeſſet clauſula, ſicque in præmiſſis iudicari per quoſcunque iudices, quæ videtur æquipollere clauſulæ ſublatæ, vel alteri, per quam ſecus iudicare iudici prohibea

22 tur. Tamen dum ita princeps iudicari mandat, intelligitur veris narratis exiſtentibus, & vbi per impetrantem, ſed non iuſtificentur, operatur dicta clauſula, quod de ſubreptione, vel obreptione dari nequeat, deficiente (vt dixi) clauſula ſublata, vt in dicta Calaguritana deciſione, & in alia Nouarienſis Canonicatus coram Illuſtriſſimo Pamphilio die 12. Februarij 1593. Ac coram eodem in vna Pampilonenſis Archidiaconatus

Vide has dec.in fi. cap.

23 19. Martij eiuſdem anni. Et quamuis de poteſtatis plenitudine princeps tollere non poſſet ius ex contractu quæſitum, Dec.conſil.410.num.22.Aym.de antiq. temp.par. 2. in princip.num.33. quia, & contractus, & conſenſus ſunt de iure naturæ, quod non tollit princeps, Tamen

24 Fallit in materia penſionum, quia Papa poteſt tollere contractus, obligationes, & ius ex eis quæſitum cum omnia ab ipſius gratia dependant, & ſubſiſtentia penſionis, Put. deciſione 357.numero octauo, & nono, parte prima, Mohed. 6.de priuil. Rota coram Domino Penia in vna Placentina decanatus Veneris x.Nouembris 1595. Stante vero oris aperitione, & cauſæ commiſſione omnia poterunt opponi de defectu intentionis, ac regula de iure quæſito non tollendo, ſi illi expreſſe derogatum non ſit. Rota in vna Romana de Gabriellis coram Domino Orano die duodecima Nouembris 1596. Et eodem anno in alia Romana bonorum 29. Maij coram Domino Litta.

25 Requiritur autem regula de iure quæſito non tollendo, ſpecifica derogatio cum ſcientia papæ circa præiudicium tertij. Put.deciſione 189. parte tertia. Cæl. de Graſſis deciſione nona de verborum ſignificatione.Rota in vna Oſtienſis indulti, 28. Iunij 1589.coram Domino Orano, quod tamen declara quando habet tale ius conſiderabile, & quando eſt ſpecialiter à iure quæſitum. Put. deciſione 35. numero nono, parte prima. Sed præmiſſa ſubdeclara, ignorantes afficere, quando fuit publicata, & non an-

26 te. Ratio præmiſſorum eſſe poteſt, quia nullitas actus non eſt propriè pœna, vtque neque contractus irritatio, & naturalis contrahentium pœna contra legem. Cum pœna propriæ ſit, quo ad diminutionem patrimonij, Felin. in capitulo cognoſcentes, numero 33. de conſtitut. & ea ratione ignorantes ligat, quia poteſt ſuperior iuriſdictionem inferioris impedire, & in hac concurrentia, ſuperioris

27 voluntas præfertur. Quamuis infringere, vel annullare dicatur pœna, quando prouenit annullando ab inhibitione, vt in præſenti caſu, non ratione defectus ſolemnitatis, vt latè Caſſador. deciſione tertia de decret. in reſcript. ſuper regula

28 Cancellariæ. Quare conditione in reſcripto, ſiue Apoſtolica Conſtitutione inſerta, non impleta, neque purificata, aut ante illius euentum, nullius erunt momenti. Put. deciſione 281. numero tertio parte prima, quia prædictæ clauſulæ eandem naturam, & conditionem ſortiuntur, quam principalis cauſ, & diſpoſitio, cui adijciuntur, idem Pu. latè dec. 1.num.1.& ſeq.part.1.Pariſ.conſ.79. num. 18.volum.4. facultatemq; adimunt iudicandi præter eorum tenorem, & omnibus os claudunt, & nec dictis vel factis aliquid contra fieri poteſt, donec, & quouſque per Papam os aperiatur Pariſ. conſil. 88. numero ſeptimo & conſil. 41. numer. 31. volum.quarto Verall. deciſ. 134. numero quarto p. 3.

Zachar. in cap. quia diligenter, q. 3. de
elect. Gundis de villa Diego, olim Rotæ
Auditor in tract. delegat. q. 7. n. 32. Put.
deciſ. 50. num. 5. parte prima Pariſ. conſ.
55. num. 133. & conſ. 138. num. 7. vol. 4.
Ruin. conſ. 21. nnm. 15. vol. 1. deciſ. Pe-
dem. 5. num. 9. & ſi in reſcripto, vbi adeſt
29 clauſula vocatis vocandis dicta decreta
apponantur, niſi clauſula adimpleatur,
ceſſabunt, Verall. deciſ. 251. per tot. par.
2. habeſq; retro oculos, ab initio nullita-
tem operando, & non ſolum ſententiæ
ſed rei iudicatæ exequutionem impedire
ſufficientes erunt, Caſſad. ſuper reg. Can
cell. deciſ. 12. num. 4. & ſeq. Sarnen. in
reg. Cancell. de annali poſ. quæſtione
quinta prope fin. diuerſ. deciſ. 166. num.
3. parte ſecunda ſed ſupradictæ clauſulæ
tantum ad expecificata reſtringuntur, de
ciſ. 300. par. 3. lib. 3. diuerſ. licet de illis
coram Iudice appoſitum minime ſit, ta-
30 men quandocunque opponi poteſt, Quia
eſt impedimentum reale iuriſdictionem
impediens, & ad iudicandum Iudicis per-
ſonam per Papam abſq; eo, quod aliquid
apponatur, vel excipiatur, in habilis effe-
cta eſt, ob id, & proceſſus, & omnia inde
ſequuta, nulla remanent, quia Papa au-
dientiã denegat Ioann. Andr. in add. ad
Specul. in tit. de probat. ſententijs §. iux-
ta verſ. item eſt nulla ratione litigatorũ,
ac verſic. Et eſt excommunicatus latè
Dec. conſ. 275. num. 2. verſ. ſed præmiſſis
minime obſtantibus. Alex. in l. 1. §. ſubla
31 ta num. 1. & 2. ff. ad Trebell. Ob id, quia
in omni iudicio requiritur Iudex, actor,
& reus, cap. foruſ. de verborum ſignifica-
tione, ſi dicta clauſula Iudicem tollit, &
eius iuriſdictionem, corruit iudicium,
Rota coram D. Pegna in vna Calaguri-
tana confidentiæ, 5. Iunij 1592. vbi etiam
tenuit quod Bullis fe. rec. Pij V. ſuper con
fidentijs, nullum ex tali clauſula illatum
ſit præiudicium, & quod nullitatem ge-
ſtorum contra formam reſcript. vbi poſi-
tæ ſunt, operentur. Colligitur pariter
in cap. ſi poſtquam, de elect. in ſexto Sar-
nen. in reg. Canc. de Trienn. q. 51. num.
3. & in reg. de annali q. 4. num. 3. Gabr. di-
cta concluſ. 3. num. 56. In 1. effectu Celſ.
Ioſ. conſ. 46. num. 58. Franc. March. deciſ.
1554. num. 1. p. 1. Caſſad. deciſ. 11. num.
7. ſuper reg. Cancell. Put. deciſ. 180. nu.

Vide iſta deciſ. in com diu. Sig. Grat. num. 39.

2. par. 3. & tenuit Rota coram Domino
Litta in vna oſcenſis indulti Lunæ 1. Iu-
32 lij 1598. Et quando Papa, conſtitutiones
ſtatuta, decreta, & alia ab inferioribus
geſta cum decreto irritanti, & clauſula
ſublata confirmat inferioribus, illorum
declarationem adimit. Bald. in cap. ea,
quæ de re iud. Felin. in cap. cum acceſſi-
ſſent, nu. 7. de conſtit. Iaſ. l. non dubium,
33 num. 7. C. de legib. Et adeo afficit omnia
quę contra eorum tenorem geſta ſunt, &
ſequuntur, quod neque Iuris formam,
neque effectum habent, cap. ſi ex tempo
re, vbi Doct. de elect. in 6. Caſſad. deciſ. 1.
34 num. 7. de teſtit. ſpol. Habet autem in ſe
tale decretum irritans annexam inhibi-
tionem, Caſſad. dec. 2. nu. 6. eod. tit. Lan-
cell. de attent. pend. temp. ad appell. cap.
35 10. num. 28. Sicut vice verſa inhibitio
implicitum decretum, quia aliquid in-
hibuiſſe, & irritum decreuiſſe abſque in-
hibitione expreſſę legislatori ſufficit. Ex-
tenditurque tale decretum, & vbique
locum habet quando de cognitione, &
viribus reſcripti, ſuper quo impoſitum
eſt, agi contingat & diſpoſitionem prin-
cipalis negotij, cui applicatum fuit, ſorti-
tur, vt bene put. dec. 1. num. 1. & ſeq. p.
37 p. Pariſ. conſ. 79. num. 18. vol. 4. Inficit vl
terius tale decretũ prouiſionem Apoſto-
licam ſi in indulto ſit appoſitum, Put. de-
38 ciſ. 305. p. 1. Præterea afficit beneficium
quod conferri alteri minime poſſit c. di-
lecto de præb. c. ſi eo tempore de elect. in
6. nam ex eo non oritur naturalis actio
Iaſ. in l. non dubium num. 8. c. de legibus
Felin. in cap. cæterum num. 19. & 20. de
reſcript. & in cap. cum acceſſiſſent num.
39 7. in fin. de elect. Sicut etiam inficit titu-
lum, & poſſeſſionem, ac omnes effectus il
lius tollit dec. 189. num. 4. par. 2. diuerſ.
& titulum, & poſſeſſionem diſcolorat,
Lancel. de attent. pend. temp. de appell.
c. 10. num. 29. Caſſad. ſuper regula Can-
cell. dec. 11. num. 1. & dec. 1. de reſt. ſpol.
40 Non autem comprehendit Papæ aucto-
ritatem, quando prouenit à legatis Se-
dis Apoſtolicæ, niſi adſit verbum illud,
etiam per nos, &c. Quia verba de-
creti de quacunq; auctoritate loquentia
ad concedentis, vel loquentis perſonam
non trahuntur, neque ad tam exceſſiua
& vero non ſimilia, ſicut eſſet illa exten-

dere

dere ad Papæ concedentis perſonam,
41 Crauet.conſil. 3. num. 20.& ſequen.Sed
an talia decreta, vel clauſulæ tollant,
quin de ſubreptione, vel obreptione con
ceſſa impugnari poſſint, quæro: Circa
quod breuitatis cauſa,dico, ſi reperitur il
lis alia clauſula addita, quod minime de
ſubreptione,vel obreptione conceſſa im-
pugnari valeant,eo caſu, niſi præuia oris
aperitione de præmiſſis dari non poterit.
Put. deciſione 377. poſt num. 1. par. 3.
& melius deciſione 213. parte ſecunda,
ac in eadem ſententia nuper Rota deue-
nit coram Illuſtrisſimo Pamphilio in vna
Pampilonẽſis Archidiaconatus 19. Maij
1593.

vide hæc dec. in fine §.

42 Nam ſæpe per occupationem, ſiue im
portunitatem multa extorquentur à Pa-
pa,vel Principibus, quæ matura delibera
tione minime extorquerentur, Sarnen.
43 ſelect. ſent.lib.2. cap.14. num.10. Satis
autem de ſua voluntate manifeſte appa-
rere Papa oſtendit, quando ex defectu
intentionis neque notari, neque vitiari
conceſſa vult. Pariſius conſil. 11. num.
9.volum.1. & ita dixit Rota coram Do-
mino Rubeo olim Decano in vna Cala-
guritana iuriſdictionis 30. Maij 1580.

vide hæc dec. in fi. cap.

44 At ſi deſint illa verba, quod de ſubre-
ptione, &c. tunc non impeditur, quin
de illis dari poſſit,quia hac ſecunda clau
ſula deficiente nõ ſunt decretum irritãs,
& clauſula ſublata adeò efficacia, ſicut
quando adſunt, Gabr. loc. cit. num. 2.
& id pluries cenſuit Rota, nam narratis
veris exiſtentibus intelligitur,cap.ſecun-
do de reſcrip.ac poſtea ad partis poſtula-
tionem tamquam acceſſoria, eandem re-
cipiunt interpretationem. Decius conſil.
142.num.8. & 9. in fi. & eo caſu, ſecun-
dum iuris diſpoſitionem debent inter-
45 pretari. Quia in dubio,ea Papę intentio
præſumitur, quæ de iure eſſe debet, c.
cauſam, in fin. verſic. interpretatio,de
reſcript. & maxime ſupradicta procedũt,
quando ſubreptio eſt detecta, Abb. in
cap.primo,num.8.de confirmat. vtil. vel
inutil. & Rota in ſupra alleg. deciſione
46 coram Domino Rubeo. At ſi ad partis
ſupplicationem conceſſa talia decreta re
periuntur,non erunt ſufficientia præfatas
tollere obiectionis dico ſubreptionis, &
ita Rota dixit in vna Calaguritana deci-
marum coram Domino Rubeo 30. Maij
1580. Et recipiunt eandem interpreta-
tionem, quod reſcriptum ad poſtulatio-
47 nem obtentum. Decius dicto conſilio
142.num.9. Clauſulę ſupradictæ, quan-
do nulliter, vel iniuſtæ aſſeruntur cõceſ-
ſæ, quæ iniuſtitia, & nullitas ex narrati-
ua mouente animum papæ ad conceden
dum ſelicitur. Vital. in Clem.prima,nu-
mero decimo ſeptimo in fine de probat.
ſemper ex actis,maximè clauſula ſublata
iuſtificandæ veniunt, aliàs doloſè repu-
tabantur, vt ibi Vital.Ioan.And. in cap.
primo de lit.cont. in ſexto. Felin. in cap.
conſtitutus,num.primo de reſcrip.Eaque
non purificata gratia corruit ex defectu
intentionis, quia non intendit princeps
alteri uis tollere, l. 2. §. merito, & §. ſi
quis à principe, ff.ne quid in loco publi-
co, & ſi tollit circumuentus præſumitur,
Felin. in capitulo cum olim, num. 5. de
re iud. dato etiam,quod ad piæ cauſæ fa
uorem reſcribat. Abb.in dicto cap. cum
olim,num.14. de re iudic. Neque in hoc
adiumento ſunt, Decius conſilio 142. in
fin. Pariſ.conſil. 79. num. 25. volum. 4.
Abb.in dicto capitulo quia circa num. 5.
de conſanguinit.& affinit. Gabr. loco ci-
tato, concluſione ſecunda,num.33.ideo
cum præfatæ clauſulę falſa cauſa expreſ-
ſa obtentę fuerint, de facili datur reuoca
tio, quia falſa cauſa in intentione defe-
ctum gratiam annullantem ponit, Card.
conſil.96.num.2.in ca.quia cauſa, num.
2.de conſanguin.& affinit. Felin.in dicto
capitulo ad aures,num.9.verſ.vnde dicit
Abbas de reſcript. Anchar. conſil. 188.
num.4.6.verſ.non ſunt igitur,& deficien
tibus illis verbis, quod de ſubreptione,
vel obreptione dici nequeat, intelligun-
tur clauſula ſublata, & decretum irritans
poſita ad partis poſtulationem,& impor-
tunitatem, non autem motu proprio.
48 Quare illo caſu de ſubreptione dari po-
teſt,& obreptione, cum tunc clauſula in-
telligatur, veris narratis exiſtentibus ad
text.in capitulo ſecundo de reſcript. l. fi.
de diuerſ. reſcript. Anchar.dicto conſilio
188.numero quarto & 6.& eandem reci-
piunt interpretationẽ, vt dixi: ob id clau-
ſula ſublata, vel decretum irritans, non
afficiunt, vel ligant in gratia conditiona-
li, niſi conditione purificata. Rota co-
ram

ram Illuſtriſſimo Blanchetto in vna Portugallenſis Diſmembrationis 16. Ianuarij 1595. & in vna Placentina penſionis coram Illuſtriſſimo Seraphino, 21. Iunij, 1593. Veral. deciſ. 251. parte prima.

Vide iſta deciſ. in 1. p. appe. exeq. lit.

50 Operantur preterea dicta decreta, nè ignorantia vllo modo ad effectum nullitatis iuſtam cauſam excluſionis afferat, capit. primo verſic. adijciebatur inſuper, de conceſſ. prӕben. cap. ſi eo tempore, vbi gloſſ. in verbo ſi ignoranter de elect. in 6. Alexand. concluſ. 9. poſt princ. verſic. nec obſtat dicta clauſula volum. 5. Sed tunc ſubreptio ceſſat ex ſcientia in genere, quando alicuius prӕiudicium ſciuit, aut cogitare de illo potuit Caſſad. deciſ. prima numero primo, & ſecundo de priu.

51 Prӕterea eorum tacitur nitas, quӕ expreſſa non remouiſſet principem, aut illum difficiliorem non reddidiſſet ad gratiam, non vitiat, ſec. Innoc. in cap. cum in noſtris nu. 3. verſ. litterarum de conceſſ. prӕb. Calder. conſ. 14. num. 3. de reſcript. Bellam. deciſ. 4. Felin. poſt alios in d. cap. ſuper litteris, num. 8. de reſcript. Rota coram Domino Pamphilio in vna Oſcenſis Canonicatus, Mercurij 5. Nou. 1597.

52 Et dictarum clauſularum efficacia ceſſat, quando venire contra illas papa intendit, aut Motu proprio aut ad partis inſtantiam, vt ibidem Gabr. num. 5. Fel. in capit. conſtitutus num. 7. de reſcript. Ratio vrget, quia ſibi non poteſt Papa legem imponere, vel prӕfigere, à qua ſi velit reſilire non liceat, c. propoſuit de conceſſ. prӕben. c. ſi. de reſcr. c. in 6. innotuit, de elect. l. digna vox. C. de leg. Pariſ. d. conſil. 11. nu. 5. & 6. volumine primo.

53 Quia tam decretum irritans, quam cӕterӕ clauſulӕ ſimiles derogatoriӕ, nihil aliud ſunt, quam proteſtationes, & tales, quӕ ſemper aliquod impedimentum extrinſecum, vel ſuſpicionem maioris Imperij, potentiӕ, timoris, vel alterius rei quӕ plenam libertatem impediant prӕſeferant, quibus aliquis ab aliqua impediente neceſſitate, vel obligatione ſe liberare, vel eximere prӕtendit.

54 Ideò vix in lege conſiderari poſſunt, quin illa irritandi facultatem legislator non habeat: vnde cum legi, conſtitutioni vel ſtatuto adijciantur, reuocari poſtea ſi libuerit concedenti, ex relatis poterunt late Sarnen. ſelect. ſent. libro tertio, cap. 14. num. 9. Ob id ſubdit Caſſad. deciſ. 10. num. 3. ſuper regul. Cancell. quod tale decretum ſpeciali indiget declaratione, cui renunciari nequit, maxime quando clauſula ſublata illi annexa reperitur, cui decretum derogatum fore ibi num. 4. tenet Caſſad. per clauſulam quorum tenores in alio reſcripto.

55 Ideo laudabilis in hoc pariter, vt in cӕteris omnibus rebus Romanӕ Curiӕ conſuetudo inoleuit, vt quam primum de prӕfatis decreto, & clauſulis innoteſcat, non ante in cauſa prudentes iudices procedant, quam per S. D. N. vel eius Signaturam gratiӕ os aperiatur deciſ. 18. incip. Coram eiſdem inter Miſcellaneas, Immo volenti audiri eſt talis oris aperitio eſt neceſſaria Rota coram D. Gipſio in vna Auell. vnionis 23. Iun. 1597.

56 Quia inferior Superioris declarare mentem nequit, donec ad effectum eam impugnandi os aperiatur Felin. in capit. ſuper litteris numero ſeptimo, verſicul. decima regula de reſcript.

57 Taleque decretum ob reſcripti reuerentiam, quamuis contra regulam ſit, in tertij prӕiudicium pariter operatur, Gozad. conſi. decimoquarto, num. 19. Crau. conſil. 296. num. 2. Dec. conſil. 10. nu. 8. Alex. conſ. 125. num. 4. vol. 2. latè Borg. Caual. deciſ. 41. num. 52. 54. & 55. & ſeq. Vnde quotidie Commiſſiones porrigi in Signatura S. D. N. videmus, in quibus agentibus os clauſum virtute prӕnarratarum clauſularum, vt contra illas, & obijcere, ac ſua iura deducere poſſint, aperiri ſupplicatur, quod per neceſſarium fore, dixit Rota coram D. Robuſterio in vna Tiraſonenſis decimarum 8. Octob. 1586.

Vide has dec. in ſi.

58 Et quamuis os aperiendo aliquando gratia alicui concedatur, non ob id tollitur ius tertio quӕſitum, Cur. iun. conſ. 1. num. 22. verſ. Quarta concluſ. Sarnen. ſuper reg. Cancell. de non tollendo iure quӕſito, quӕſt. 46. Verall. deciſ. 128. nu. 5. parte prima Rota concurr. D. Penia in vna Toletana admiſſionis Veneris vndecima Ianuarij 1608.

59 Principium ſucceſſorum, quibus, vt plurimum in ſimilibus ſupplicatur, munus eſt gratias tempore anteceſſoris exorbitanter emanatas reuocare, vt dixit

Ge-

60 Gemin. conſ. 53. Similis ceu redductioni ad viam iuris talis oris aperitio videtur, ne poteſtate Principis alicui inaudito præiudicium inferatur, ſiue ius tollatur, Sarnien. lib. 1. ſelect.. ſent. cap. 8. num. 12. Gemin. dicto conſil. 53. Quare Bal. in c. 1. verſ. item nota, cum quid de offic. deleg. dicit, quod in dubio ſemper ad intentionem Papæ recurrendum erit cap. ſu-
61 per eod. tit. Quando ex defectu intentionis reſcriptum corruit, oris aperitio ob tertij præiudicium, ſi factum, de quo agitur validum preſupponitur, vel ſimile, de facili concoditur, Abb. in cap. cum olim num. 15. de re Iud. Gig. de penſ. cap. 9. n. 5. Card. conſ. 96. Rimin. conſ. 215. ſub num. 19. vol. 1. Gabr. loc. cit. num. 52. Et datis præmiſſis, corruunt quoq; per conſequens aliæ clauſulæ, videlicet ſublata, ac quod de ſubreptione, vel obreptione dici nequeat, vnde Bart. in l. fi. ſub num. 4. verſ. ſecundo caſu C. ſent. reſcr. non poſſ. dicit reſcripta non poſſe ſententias iam latas reſcindere Pariſ. cōſ. 79. nu. 1. 25. volum. 4. ea ratione quia clauſula ſubreptitia eſt, quando pariter ſubiecta grato & ſubreptitia bene Dec. conſ. 142.
62 num. 7. Et de ſubreptione, oris aperitionem petendo, etiamſi partes ſupplicaſſent, dici poteſt, Rota coram Domino Seraphino, in vna Compoſtellana penſio- vide hic dec. in fi. 5.
63 nis, 15. Martij 1585. Conſenſus etenim partinm in his, quæ pendent a Principe, nihil operatur, neque gratiam nullam validare partes poſſunt, Abb. in d. cap. olim
64 poſt num. 9. de re Iud. Peregr. deciſ. 152. lib. 1. Et gratia ex defectu inrentionis corruens, facilius reuocatur, Io: andr. in cap. ſi motu proprio de probat. in 6. Abb. in cap. quo circa num. 7. de conſang. & affinit Ruin. conſ. 157. numero quinto, &
65 26. volumine primo. Deneganda tunc oris aperitio erit, quando calumnioſe peteretur, quia cum lis iam ſit extincta, ac Papa voluit, & potuit omuia ſupplere, non debent conceſſa amplius diſcuti, vel in dubium refricari, quando in medium nulla iuſta affertur ratio l. omnium, vbi Doct. C. de teſtam. Card. in Clem. 2. n. 8. de re iud.

66 Præterea te non lateat, quod ſi in reſcripto Papæ reperiatur verbum nullatenus, eiuſdem erit vigoris, quod decretum irritans, Gig. de penſ. quæſtione decima numero decimo & vndecimo Felinus in capit. cum acceſſiſſent, numero octauo de conſtit. Iaſ. conſil. 7. numero quarto volumine primo Imol. in Clement. prima uumero vigeſimo verſic. ex hoc nota vbi Card. in §. ſi quis autem numero ſexto Vital. numero nono de ſeq. poſſ. & fruct. Iaſ. alios cōgerens in l. ſcrinioarios numero nono C. de teſtamen. mil. Gram. conſ. 3. nu. 12. & ſeq. Fel. in capit. ex litteris numero ſeptimo verſiculo in quinto caſu de conſtitut. Rota diuerſ. deciſ. 149. numero quarto parte ſecunda. Et quod clauſula nullatenus imponet, idē ꝙ decretum irritans dicit Felinus in capitulo ex parte numero ſeptimo de conſtitutione. Ideo dicta clauſula nullatenus in ſe decretum habere videtur, vt pariter clauſula omnimodè, tollens facultatem diſpenſandi, quamuis Gloſſ. in clem. ſecunda in verbo nullatenus, de ſeq. poſſ. contrarium teneat, Tamen Felinus loco citato, primam ſententiam pro veriori firmat, Iſtis itaque ſic breuiter narratis, nonnulla de quibuſdam alijs clauſulis, quæ in principium reſcriptis apponi ſo-
67 lent breuiter dicamus. Clauſula ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta omni, & quacumque appellatione remota, de qua latius ſuo particulari capitulo vêrba ſum facturus, Deo dante, quæ frequentiſſima eſt in reſcriptis ex Deuteronom. deprompta videtur capitulo decimotertio, ibi quare ſolicite, & diligenter rei inſpecta veritate, ſi inueneritis certum, &c. Iſthæc namque clauſula partis exceptiones, & merita cauſæ reſpicientes nequaquam tollit, vti neque negocij veritatem, etiam ſi aliam habeat clauſulam annexam, nulla Iuris, ſeu ſtatutorum ſolemnitate ſeruata prout, & ſicut ipſis videbitur, & placebit.

68 Immo licet detur in reſcripto ſummarie procedendi facultas, nihilominus, ſi conſentiant partes, via ordinaria procedi valebit, Felinus in capitulo cum dilecta, num. octauo de reſcript. vltra quod verbum ſummarie, non tollit quo minus ſubſtantialia iudicij requirantur Bart. in cap. extract. ad repum in verbo ſummarie, & verbum vt petitur ſi in dicto reſcripto appoſitum ſit, refertur ad verbum ſum-

ſummariè, Corn. conſilio quinto, num.
Vide hæc dec. in fi. 5.
4. uolum. 2. Rota coram Illuſtriſſimo
Seraphino in vna Bononienſis de Bordu
lis Veneris 21. Nouembris 1578. Et
quamuis celeritas ſeruãda laudabilis ſit,
non tamen talis eſſe debet, quæ cauſæ co
gnitionem excludat, quaſi non poſſit eſ-
ſe, ponderatum, quod nimis feſtinanter
agitur, aliàs ſententia nulla remaneret,
quia cauſę cognitio eſt de ordine, & for-
ma ſententiæ, Benint. dec. 36. per tot. Et
dicta clauſula tãtum ordinem proceſſus
reſpicit. Vant. in tract. de nullit. titulo
quot. & quibus modis, null. prop. poſ. nu.
127. & 128. Curt. Iun. conſil. 19. num.
62. & 63. volum. 3. Alex. conſil. 80. nu.
8. volum. 4. Rimin. Iun. conſil. 237. uo-
lum. 3. Ac pariter ſolemnitates ordinis
iudicialis, quas Princeps ſeruare non te-
netur, tollit ut quę refert Lancell. de at-
tent. in præfatione primæ partis nu. 45.
Ob id clauſula ſummarie addito etiam
quantum ſufficere uidebitur etiam acto-
rum tranſportationem requirit. Rota
Vide hæc dec. in fi. 6.
coram Illuſtriſſimo Seraphino in una
Bononienſis de Herculano die quinta Iu
70 nij 1589. Quando adeſt alia clauſula,
nulla iuris ſolemnitate ſeruata, tollit etiã
ordinem à iure ciuili inductum, quod ſe-
cundum ius gentium iudex procedere,
& ſeruare tenetur, etiam in cognoſcen-
do, ut ibi num. 47. immo qui de plano
procedere ualet, de facto procedere non
poterit, capitulo ſępe, de uerborum ſi-
71 gnificatione. Dicta clauſula non datur
in Signatura Iuſtitiæ, ob id ſi aderunt in
commiſſione dicta uerba, delenda erunt,
quia à ſolo ſupremo Principe concedun-
tur. Nec poteſt, aut debet Signatura Iu-
ſtitiæ concedere, ſeu derogare, quod ter
mini de iure ſeruari ſolent, non ſeruen-
tur, bene Signatura Iuſtitiæ intactam
relinquit clauſulam, ſummarie prout in
beneficialibus, de qua latè dixi in com-
miſſione appellationis in ſupradicto uer
bo, & quod importet, & operetur, ne
bis idem repetam, ibi te remitto, & plu-
ra de clauſula ſummariè ſimpliciter, &
de plano congerit Alexander conſil. 96.
num. 13. uolum. 4. ubi dicit, quod quan
do proceditur ſummariè ſine figura iudi
72 cis non attenduntur ſubtilitates inducte
de iure poſitiuo, ſed ſolum de iure gen-
tium. Roman. conſil. 20. num. 3. & 8.
ubi ponit quæ cauſæ ſint ſummariæ.
Iaſ. in l. certi conditio, §. nummos, num.
32. ff. ſi cert. pet. Felin. in capitulo dile-
cti; num. 2. & 4. de iud. Summarium uero
iudicium dupliciter dicitur, aut quo ad
proceſſum, & ſummarium erit, & uale-
bit abſque omni ſolita iudicij ſolemnita-
te, aut quo ad probationes, & ſumma-
rium eſt id omne, quod ſufficit ad iudi-
cis motum cũ aliquali probatione, quia
motus committitur prætori, quia con-
ſcientijs iudicum nõ poteſt dare nequit.
Bal. in rub. de iud. colu. 2. uerſ. de ſum-
mario. Iuſtitia uero conſcientię in ipſa
anima eſt, ac ſi ſcripta eſſet cæteris diui-
73 nis. Quare dicitur, ò conſcientia, ſi tute
condemnas, ego te condemnabo, ſi au-
tem habebis pacẽ cum anima tua, ideſt,
ſi non pugnent tecum peccata tua, &
ego tecum habebo pacem, Vnde mira-
bilis Dei clementia, in cauſa propria, ſe
ipſum iudicem facit, & unus idem teſtis,
& iudex eſt, Nam nil aliud eſt conſcien-
tia, quam mens ſibi ipſi conſcientia, &
flos intellectus, ſiue mentis qualitas ſe
ipſum dijudicans, & eſt iuſtitia fori, ſe-
cundum acta, & probata, quia proba-
tiones, & actus facti, concludunt iudici,
nec conſcientia operatur, quamuis in-
terdum cooperetur, l. illicitas, §. ueri-
tas, ff. de offic. Pręſid. Ideo per conſcien
tiam à legum tramite deuiandum non
erit, quia conſcientia eſt bonorum, &
non facit ius, ſed lex eſt uniuerſorum, &
commune præceptum, l. lex eſt, ff. de le-
gibus. Bal. ubi ſupra colum. 3. uerſ. iu-
ſtitia conſcientię, & multa de his clauſu-
lis ſummarie, ſimpliciter, & de plano con
gerit Zabar. in Clem. ſæpe numero 8. &
ſeq. ubi Anchar. num. 14. & ſeq. de uer-
borum ſignificatione. Quid uero dicta
uerba concernant, & quid tollant, quis
illa in reſcripto concedat, cum alijs infini
tis ad hunc propoſitum cumulatis, refert
Imol. in Clem. 1. de uerborum ſignifica-
tione per tot. Sed quæ remitti non poſ-
ſint per iudicem datum cum prædictis
74 clauſulis plura ſunt, Primo citatio, Se-
cundo legitimatio perſonarum, Tertio li
bellus, Quarto iuramentum calumnię,
Quinto exceptio rei iudicatę, uel litis fi-
nitę, Sexto dilationes non tollere, ſed
abbre-

abbreuiare, Septimo teſtes admittere, ſeruato iuris ordine, Octauo citatio ad ſententiam, Imol. in alleg. Clem. prima de verborum ſignificatione qui infinita alia adhunc effectum congerit, quem ſi occurrat, videre poteris, & multa pariter de iſtis, & ſimilibus clauſulis ponit. Dec. in cap. ex parte per tot. de off. deleg. & Zabarell. in Clem. diſpendioſam numero quarto de Iudic. Immo dicta clauſula nō tollit ſubſtantialia iudicij vt Rota dixit coram Illuſtriſſimo Seraphino in vna Bononien. de Bordulis Veneris die 21. Nouembris 1578.

Vide hic dec. in fi. ſ.

75 Sed quando ſemel data ſit commiſſio
cum clauſulæ ſummarie ſeruit pro omni-
bus inſtantijs Caſſad. deciſ. 8. numero pri
mo de reſcr. Veſtr. in ſua prax. lib. 5. c. 2.
n. 1. ratio eſt, quia licet ſit in ſecunda in-
ſtantia, ſicque diuerſa, tamen eadem eſt
cum prima, & proceſſus cauſæ appella-
tionis non debet eſſe magis rigoroſus,
immo minus proceſſu cauſę principalis,
cap. per tuas de appell. eo, quia Iudex ap
pellationis, in primum iudicis locum ſuc
cedit, ideo ſuam repreſentat perſonam,
& in cauſa ſucceſſor vocatur. Bellam. de-
76 ciſ. 41. Quare ab initio cauſa exiſtente
ſummaria, non poteſt amplius naturam
in cauſa appellationis mutare, latè Præ-
77 poſ. in rubr. de appell. num. 72. Et clauſu-
læ in prima commiſſione appoſitæ, cen-
ſentur etiam in ſequentibus commiſſio-
nibus inſertæ ac repetitę, vt Bellam. in d.
dec. & deciſ. 525. Et quando clauſula in
prima inſtantia poſita duret in omnibus
inſtantijs dixit Rota coram D. Penia in
vna Pacenſis canonicatus Veneris 8.
Mar... 1611.

Vide hic dec. in fi. ſ.

78 V... n ſimili dicimus de cauſa ſemel ef
fecta appellabili, quę ſemper eſt appella-
bilis de iure, Achil. deciſ. 8. de appellat.
Verall. in manuſcript. deciſ. 921. lib. 1.
79 At ſi aderit pariter verbum ſimplici-
ter, operatur, quod ſi reus de iudicio ſiſti
cauere, ſi immobilia poſſidet, nihilomi-
nus teneatur, & quod Iudex non admit-
tat probationes poſt lapſum terminum,
neque cumulationem, Iaſ. in l. Iulianus,
num. 7. ff. qui ſatiſd. cog. Felin. in c. licet
cauſam, num. 18. verſ. Limita quarto de
probat. Curt. iun. in l. edita num. 213. C.
de eden. Alciat. in l. S. ſi quod ſimpliciter
80 num. 71. ff. de verb. ſignific. Verbum au-
tem de plano ſubſequens operatur, quod
virtute ipſius in die feriata, dummodo
non in Dei honorem, iudex procedere
poſſit, Felin. in cap. olim, num. 5. de ac-
cuſ. & multa cumulat Illuſtriſſimus Tu-
ſcus in Tractat. Concluſ. iur. tomo pri-
mo in verbo clauſula reſcriptorum con-
81 cluſ. 365. Clauſula ſola facti veritate in-
ſpecta dat iudici facultatem, tam ex ſe,
quam ex officio interrogandi teſtes, ac il
los repetendi eodem modo, quo fit in-
ſtante parte, etiam ſi in cauſa ſit conclu-
ſum. Maran. de ord. iudic. par. 4. diſp.
9. num. 30. & alia operatur, de quibus
in deciſ. Pedem. 1. num. 10. & ſeq. vbi
num. 12. Hanc clauſulam exceptiones
de iure tertij non admittere, dato, quod
iuris agentis ſit excluſiua dicit, neque
reprobationem perſonarum, vel teſtium,
ac ſi ponatur in commiſſione ſine par-
tis citatione impetrata, tacito, quod fue-
rit abſens, non annullat reſcriptum, & in
ſecunda inſtantia durat, Bellam. deciſ.
82 526. Clauſula ſine ſtrepitu, & figura iu-
dicij ab omni forma, & figuris per ius ci-
uile introductis, iudicem liberat, adeo,
quod iuris gentium tantum ſolemnita-
tes, vel naturali ratione introductas, ſer-
uare tenetur, & quo ad clauſulam omni
iuris ſolemnitate remiſſa, quæ ſimilis, &
idem eſt, cum clauſula iuris ordine non
ſeruato, loquitur, Corn. conſil. 244. nu.
83 2. volum. 4. Quę per inferiorem à Prin-
cipe non conceduntur, niſi facultas par-
ticulariter fuerit impertita, quia ſunt ſi-
gnum ſupremæ iuriſdictionis, ac Domi-
nij penes ipſum exiſtentis, vt in dicta de
ciſione Pedemon. Vnde an in ſuis reſcri-
ptis legatus illis vti poſſit, remitto te ad
84 Gabr. eod. titulo de clauſ. concluſ. 6. Sed
quando aderit dicta clauſula, ſimul duo
termini aſſignari valebunt, videlicet ad
videndum articulos admitti, qui ſunt de
iure partis, quatenus de iure admittendi
veniant, & poſtquam admittendi uiden
tur, ad uidendum teſtes ſuper eis recipi.
85 Bellam. deciſione 661. De clauſulis ſup-
plentes omnes, & ſingulos iuris, & facti
defectus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis ple
nitudine, remitto te ad relata per Pariſ.
conſil. 19. num. 21. & 46. cum ſeq. vol.
1. & quod ius tribuat dicta clauſula, vel
tol-

tollat, vide eundem Pariſium conſil. 6. num. 16. 24. & ſequen. & conſil. 74. nu. 55. volum. 4.

86 Solet pariter in præfatis reſcriptis, legibus, & ſtatutis derogari contingit ſub his verbis, legibus, & ſtatutis in contrarium facientibus minime obſtantibus. Circa quod breuiter dico, quod ad illorum obſtaculum tollendum per dicta verba generalia mentionem facere ſufficit. Ideo quando derogatur legibus, & conſtitutionibus habentibus alias clauſulas derogatorias eas non tollunt, niſi facta de illis particulari mentione, qua omiſſa videtur, quod in diſpoſitione contraria voluntas deficiat, vt per Sarnen. loco citato, numero ſecundo, & ſeq.

87 Dicitur autem lex ex eo, quòd legitimè ligat, malos plectens, & bonos remunerans, à legendo vocata, & ideò, vt legitimè legatur ſcripta. Vnde non eſt lex propriè loquendo ipſum ius, ſed aliqualis ratio iuris. Præpoſ. in cap. lex eſt, 1. diſtinct. & in cap. ius generale, & licet Bald. in cap. nonnulli, in princip. verſic.

88 ibi de hoc, de reſcrpt. Lex de cuius derogatione tractatur, denominatiuè exprimi debeat, & expresſim, cum clauſula non obſtante tali lege: Tamen verè, & benè notandum ſuggerit, id procedere, vbicunque ſpecialiter, & denominatiuè lex prohibet impetrare, quamuis non deſint ex noſtris Doctoribus tenentibus ſufficere certam Papæ ſcientiam, capitulo primo de conſtitut. Et ex clauſula, quorum tenores, vt dixi in Commiſſ. appell. Rom. Cur. per dicta verba, ſint ſublatæ per conſil. But. 2. ſub qua clauſula, & plauſtra, & boues veniunt, & vbi Sarnen. in fine, qui latè in prefato capitulo de Conciliorum derogatione

89 etiam ſi tacite in actu, vel reſcripto non nominentur, meminit, quem videre poteris, ac Abb. in capitulo ſignificaſti, num. 3. & 23. de elect. Innoc. in cap. poſt translationem num. 6. de renunc. vbi contra quatuor Concilia multa aſſe-

90 rit, & alia, Ac etiam quid ſit opus, quando agitur de aliqua conſtitutionis expreſſa derogatione, quando æditæ ſunt in generali Concilio, & an de illa ſpecialis requiratur, mentio, de quo eſt conſil. Gemin. 36. num. 3. verſic, præ-

91 terea vbicunque. Quamuis ſolus Papa conciliares conſtitutiones tollere poſſit, Glo. in cap. vbi periculum, in verbo Concilium, de Conſtit. in ſexto. Cum ſolus ipſe ſit ſupra Concilium. Sanctus Tho-

92 mas 2. 2. quæſt. 105. art. 1. Ideò nil ſine auctoritate Papæ Concilium ſtatuere poteſt, quia Papa Concilium congregat 17. diſtinct. per tot. Et talis confirmatio,

93 manifeſtum eſt ſuperioritatis ſignum, Bal. in l. ſi imperialis, num. 2. & 3. C. de legibus. Et ideo illud Papa interponatur. Felin. in capitulo primo, numero 24. de conſtit. Vnde denuo ſubdit Felin. in cap. nonnulli, in princip. verſic. & nota, de reſcript.

Concilium etenim generale Papæ, tanquam vnico Chriſti Vicario ſubijcitur lege Diuina, Naturali, & Humana; Diuina, ex auctoritate ſuprema Petro à Deo tributa ſuo Vicario, ex verbis, Et ego dico tibi, quia Tu es Petrus, & ſuper hāc petram ędificabo Eccleſiā meam, & portæ inferi non preuelebunt aduerſus eam. Tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcūq. ligaueris ſuper terram, &c. Matth. cap. 16. & ex Euang. Ioan. Paſce oues meas, ex quibus conſtituitur caput Eccleſiæ, & Dum Chriſtus vnicus Paſtor, Gregem, & Oues paſcendas Petro committit declarat vnicum ouile, & Paſtorem debere fieri, & ſic eidem ligandi, & ſoluendi tribuit facultatem, vnde impoſſibile eſt alijs communicare ſine ipſo Paſtore conſtituto, & vnico, quia Euangelij contra dicatur, cuius verba ſunt clara, & quod Papa ſit ſupra concilium legas, late ex Barbat. in Clem. ne Romani, num. 31. & ſeq. de elect.

Lege Naturali, Nam ſicut in Eccleſia triumphanti ſunt gradus plurimi, & vnū caput, à quo omnia pendent. Ita in Eccleſia militanti ſimilitudo debet eſſe, quia Gubernia, & libertates communia, neceſſe habent vnum conſtituere Principē, vt legitur in capitulo in apibus princeps vnus, 7. quæſt. 1. & plura congerit, Oldrad. conſil. 94. num. 7. verſ. adhuc inſtatur, Anchar. conſil. 339. num. 3.

Lege Canonica patet, quia id ſemper omnes ſacri Doctores concluſerunt, & declararunt. Innocen. in capitulo nemo iudicabit à Symmaco, in capitulo alio-

rum

rum hominum cauſas ab Anthero, in capitulo facta ſubditorum à Gelaſio in capitulo cuncta per mundum, 9. quæſt. 3. Vbi Papam omnes iudicare, & ipſum nomine niſi à ſolo Deo iudicari, patet, vt late multa cumulat elegantiſſime Illuſtriſſimus Cardinalis Tuſcus, Practicarum concluſionum iur. in verbo Concilium concluſ. 552. per totum Tomo 2. quem ſi occurrit adeas.

94 Quòd conſtitutio Concilij dicitur habere tacitam clauſulam derogatoriam ad reſcripta, adeo quod reſcriptum obtentum contra Conciliarem conſtitutionem, debet habere ſpecialem mentionem Concilij, nec generalis ſufficit puta
95 non obſtantibus, Et pariter, ſi aliquid contra Concilium Lateranenſe impetretur ex dictis per Archidiac. in capitulo primo, in verbo noſcatur, in fine, verſiculo vel dic plenius, de conſtitutionibus. Quare Felinus in dicto capitulo non nulli, numero tertio ſubdit, de reſcript. neque Legatum Papæ, neque Epiſcopum, ſub cuius nomine generico ve-
96 niunt in facultatibus iſtis etiam Archiepiſcop. & Patriarchæ poſſe quidem contra Concilium ſtatuere, contra Innocen. ibi contrarium aſſerentem, quem vide, vbi multa ampliando, & cumulando, vt ſui moris eſt ponit. Et quid talis clau-
97 ſulę derogatoriæ in litteris Apoſtolicis operentur, tradit Feder. de Sen. conſilio 233. quibus ampliſſimis, ac prægnantiſſimis verbis refertis, quotidie praxis vtitur, ex quibus omnes difficultates, & obſtacula tolluntur, vt ibi dixi, & ob id, hic prætereo.

Apponitur etiam creberrime in huiuſmodi reſcriptis alia clauſula per nos, vel prædeceſſores noſtros Romanos Pôtifices emanatas, nam quia Papa difficilius derogat conceſſis, ab anteceſſoribus. Roman. conſil. 322. numero quarto, Felin. in capitulo nonnulli, numero decimo de reſcript. ideo vt ſic conceſſa cenſeantur, ſublata vna cum effectu gratiæ, vel reſcripti, veniunt talia verba apponenda. At quando non tollit, ſed tantum differt, tunc non cenſetur ſublata per dictam clauſulam, quæ ſenſum in ſe habet, videlicet, quibus noſtro gratia
98 impediri poſſit. Vtque validior talis derogatio, quando derogari ſtatutis contingat, additur alia clauſula, etiam iuramento firmatis, quia alias non tollerentur, niſi additis præ narratis verbis, vt late diſcutit, Felin. in capitulo nonnulli, numero decimo, per multas columnas, de reſcriptis. Diſpoſitio etenim derogatoria, nec actum iuratum, nec Papæ conſtitutionem, ſiue ſtatutum tollit. Vnde ponuntur iſta de cauſa verba per nos, & Sedem Apoſtolicam, vel anteceſſores noſtros, vt dixi, Rom. ſing. 7. Gloſ. in capitulo cum non decent, de elect. in 6. Rom. in repet. l. ſi verò, §. de viro in 23. fallen. nu. 45. verſ. Tertio probatur, ff. ſol. matrim. Alex. conſil. 27. n. 25. vol. 2. cum latè congeſt. per Rebuf. in concord. Franc. in for. mand. Apoſt. ſu
99 per verbo iuramento. Pręmiſſis etiam derogatur, ſi alia clauſula apponi contingat, de plenitudine poteſtatis, de qua latè Fel. in d. c. nonnulli, num. 8. multa ad hunc propoſitum cumulat, quæ ſecundum, Pariſ. conſ. 15. n. 64. vol. 2. de mente Oldrad. conſ. 287. nu. 1. ſupplent adeo omnes defectus, q̃ de viribus eius amplius diſputari nequit. Neque actus ita geſti de poteſtatis plenitudine ſubijciuntur poteſtate regularũ iuris, quare cõtra tales actus nil, quod grariam tollere, vel annihilare poſſit, opponitur. Franc. de Curt. conſ. 55. & conſil. 59. actumque alias nullum, ac inualidum confirmat, vt bene Gab. dicto titulo de clauſ. con-
100 cluſ. 1. & concluſ. 5. Poteſtas autem, & potentia inter ſe differunt, ſecun. Bal. in c. Canonũ ſtatuta, col. 6. verſ. ſed nunquid de conſtit. ex ibi per eum allatis rationibus, & plerumque vnum verbum pro alio ponitur, ac poteſtas rem perfectam; potentia vero futura oſtendit. Vnde ſi Papa diceret de plenitudine potentiæ, arbitrij, vel poteſtatis, idem erit, quia non ſemper ſtructis vtimur vocabulis. Iſta namque clauſula de plenitudine poteſtatis, quando in tertij pręiudicium nõ operetur dixit Rota in vna Cæſarauguſtana exemptionis 13. Iunij 1594. coram Illuſtriſs. Seraphino. Clauſula manu Regia, an in ſimilibus reſcriptis poſita tollat remedia appellationis, tradit latè Decius in capitulo Paſtoralis, num. 17. & 18. de appellat. vbi alia de præfata

102 clauſula ponit, Corroborantur Apo-
ſtolica reſcripta, prope finem ex alia clau
ſula, ſe Beatorum Apoſtolorum Petri, &
Pauli indignationem nouerit incurſu-
rum. Ideo ſecundum Rebuff. in tractat.
nominat. quæſt. 19. numero 6. vel 8. ope-
ratur, quod Papæ indignationem incur-
rens debet feudo, quod ab illo obtinet,
priuari vti pariter ſi beneficia Eccleſia-
ſtica poſſideat. Fel. in capitulo veniens,
num. 1. de pręſcrip. Ex mente Bal. ibi al-
legati, quod beneficio priuari poſſit,
quamuis alleget Bart. dicentem non in-
ueniſſe, quid iſta verba importent. Soc.
conſil. 87. num. 15. volum. 3. Deroga-
103 tur tandem multis, puta priuilegijs, ac
indultis. Nempe nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam noſtræ pro-
hibitionis, annullationis, ſtatuti, man-
dati, indulti, hortationis, derogationis,
declarationis infringere, vel ei auſu te-
104 merario contraire. Si quis autem, &c.
Quid ſupradicta verba importent, vide-
re poteris ex Bal. in cap. 1. §. porrò, co-
lum. 2. verſiculo item nota, quæ ſit pri.
cauſ. feud. ammit. Subdens ſi quis autem
attentare præſumpſerit, &c. Et quæ ſit
pœna præfatorum attentatorum, legi-
tur in capitulo ſecundo de maior. & obe
dien. Intelligiturque dicta clauſula de
contrauenientibus dicto facto, & non
de iure. Card. in Clemen. 2. verſic. con-
tradictores, de regula dom. Felin. in cap.
primo de offic. delegat. Sicq; Papæ con-
ſtitutiones non ſeruans eſt excommuni-
catus, capitulo violatores, & capitulo
ſi ſunt quidem, & capitulo generalia,
cum ſequen. 25. quęſt. 1. quod, vt dixi,
intellige de facto. Nam ex tali derogatio
ne non augetur gratia, ſed tantum Prin-
ceps circa conceſſa, intentionem decla-
rat. Felin. in d. c. nonnulli, num. 27. con
cluſ. 15. Bal. in l. eam quam, num. 36. ſu
per verbo ſed & pone quidem, C. de fi-
105 deicommiſ. At talis clauſula indulto-
rum derogatoria Cardinales non com-
prehendit. Put. deciſione 93. par. 3. niſi
de ipſis Cardinalibus ſpecialis mentio
fiat. Put. deciſ. 190. num. 3. par. 3. & deciſ.
500. par. 2. Achil. dec. 3. de priu. Et nę
de omnibus indultis particularis mentio
fiat, praxis annectendã in pręmiſſæ clau-
ſulæ aliam duxit, etiam ſi de illis, & illo-
rum tenore ſpecialis, & indiuidua, de ver
bo ad verbum facienda eſſet mẽtio, quo
etiam fit, vt ſubreptio, ac Principis in-
106 tentionis defectus tollatur. Quia licet
inualidum eſſet reſcriptum, puta contra
Collegium, Religionem, perſonam mi-
ſerabilem, ſiue aliàs priuilegiatam, niſi
ſpecialiter exprimeretur, Innoc. & DD.
in c. ſignificantibus, de offic. deleg. ta-
men mediante hac clauſula Papa intelli-
git derogare cuicumq. priuilegio, & ſta-
tuto etiam requirenti ſpecialem, & indi-
107 uiduam mẽtionem, Card. in conſ. 136
col. 4. Quamuis quoad priuilegia expreſ
ſa in corpore iuris, niſi addita clauſula,
etiam in corpore iuris clauſa, pręmiſſa
non procedere, per ea, quæ retuli, in com
miſſione auocat. cauſ. loquendo in mate-
ria, l. vnic. C. quando Imp. in tit. pupil.
108 & vid. credam, vt ibi videre poteris. Li-
cet per dicta verba, Gomeſ. in prohem.
Regul. Cancell. 96. regulis pręfatis, de
quibus ſpecialis mentio fieri debet, de-
rogatum non fore aſſerat, etiam quod
in dictis regulis tollatur earum deroga-
tio per clauſulas generales, niſi accedat
ſpecialis mentio apertis verbis, Regulis
Cancellariæ non obſtantibus, quia tunc
omnibus cenſetur derogatum, per quas
gratia impediri poſſit, vt ibi Gomeſ. quę-
ſtione 5. Ratio eſt, quia generalis loquu-
tio non tollit priuilegia ſpecialia, l. Decu
rio, C. de ſilent. lib. 10. Bal. in cap. Ec-
cleſia Sanctæ Mariæ, col. 2. verſ. & gene-
109 raliter, de conſtit. Sed regula de iure
quæſito non tollendo non tollitur ex prę
miſſis generalibus clauſulis etiam quan-
tumuis efficaciſſimis, & prægnantiſſimis,
niſi dicatur regula etiam de iure quæſito
non tollendo minime obſtante. Put. de-
ciſione 265. num. 2. & 3. par. 3. Et ha-
bet locum in omni iure quæſito. Rota
coram Illuſtriſſimo Seraphino in vna
Cæſarauguſtana exemptionis 13. Iunij
1594.

vide hic dec. in fine 1.

Nam ius quæſitum adeo in contractũ
tranſiuit, quod poſtea per nouas emana
tas litteras ſublatum non cenſetur. But.
in capitulo 1. nu. 66. de conſtit. in ſexto.
latè Rom. conſil. 232. nu. 14. & 16. quam
uis præfatæ regulæ non ſit neceſſaria de-
rogatio, niſi quando vere, & perfecte ius
radicatum ſit. Puteus deciſione 26.
par-

parte ſecunda, deciſione 759. numero
110 quarto diuerſorum parte prima. Vnde
priuilegium conceſſum à Principe ſuo
ſubdito per viam contractus, non po-
teſt, dato, quod idem Princeps illud
confirmauerit, reuocari ſine cauſa, adeò
manet illo legatus, quod fallit, ſi pleni-
tudine poteſtatis vti voluerit, vt abun-
de, Pariſius dicto conſilio decimo, num.
52.53.115.& 125. cum ſequen. volum.
primo. Sed præmiſſa procedunt in prin-
cipe ſuperiorem non recognoſcente,
quando ſuprema vtitur auctoritate, di-
111 ſpondendo, vel abrogando. Vnde Pa-
pæ ſic volenti nemo poteſt dicere cur ita
112 facis, neque ipſum impedire, Quin ab-
ſoluta poteſtate à Deo ſibi tributa per il-
la verba, Quodcũque ligaueris ſuper ter-
ram, erit ligatum & in cælis, & quodcun-
que ſolueris ſuper terram, erit ſolutum &
in cœlis; ipſe vtatur, quæ verba expri-
muntur per ſtatuta, vel præcepta, vt per
Innoc. in cap. quanto, numero 5. verſi-
culo Hoc autem, de conſuetud. Abb. in
capitulo licet, numero ſecundo de elect.
quamuis de claue diſcretionis non erran-
tis intelligantur, capitulo miror, 14.
quæſtione prima, Hoſtien. in capitulo
quanto, de tranſact. prælat. Innocent. in
capitulo quanto, numero ſecundo de
iure iuran. Vbi de claue diſcretionis lo-
113 quitur, & ideo duæ ſunt claues, quia
ex eis poteſtas ab vna, & diſcretio, ſiue
ſcientia ab alia, quarum vna abſque al-
tera parum valere ſignificatur, capitulo 1.
cum ſequ. 20. diſtinct. cap. fin. de exceſs.
prælat. Abb. in cap. ſignificaſti, ſub nu-
mero ſecundo, & tertio, qui loquitur de
potentia illius, de elect. poteſt Papa qua-
drata rotundis æquare, ſalua fidei inte-
gritate, quamuis contra ipſam ſtatuere,
Hoſt. in cap. cum veniſſent, de iud. cap.
ſunt quidam 25. quæſt. 1. cap. lector, 28.
diſt. cap. presbyter 81. diſtinct. ac contra
114 ius, & Concilia diſponere. Quare, ſe-
cundum Archid. in capitulo Sancta Ro-
mana, in princip. 25. quæſtione prima.
Poteſtas Romanæ Eccleſiæ in duobus cõ
ſiſtit, nempe in poteſtate ligandi, ac ſol-
uendi, & in poteſtate diſponendi de re-
bus Eccleſiæ. Habet autem Papa omnia
iura in ſuo ſacro pectoris ſcrinio, cap. 1.
de conſtitut. in 6. quod eo magis verum
eſt propter præſtantiſſimos viros, qui ei
aſſiſtunt, ac aſſiſtere ſolent, & debent,
Abb. in cap. cum ex litteris, de integr.
115 reſtit. At in beneficialibus habet libe-
ram, & ampliſſimam facultatem, & pote-
ſtatem, quamuis ad publicam vtilitatem
beneficia ſunt conſtituta, Adeò quod il-
lis priuare (ſi libuerit) Papa poterit, etiam
ſine cauſa ex libera, & abſoluta, quam ha-
bet poteſtatem Rota coram Illuſtriſs. Se-
raphino deciſ. 1575. inter impreſſas. Vn-
de Sãctiſsimus ille Pontifex toto æuo lau-
dibus extollendus, Pius Quintus, eã pro-
mere ſententiam ſolebat, quòd & Sancti-
tas ſua, & cæteri Romani Pontifices, non
Domini beneficiorum, ſed diſpenſatores
profitebatur, vt latè per Sarmien. ſelect.
ſent. lib. 1. c. 8. num. 24. circa med. Clau-
ſula pariter Non obſtantibus conſuetu-
dinibus ius tertij non tollit, Pariſ. conſil.
11. num. 12. vol. 1. Sed in genere tollere
ſufficit prædicta verba Omnes conſuetu-
dines, quia illarum non eſt facienda ſpe-
cialis, & exacta mentio, vel derogatio,
quod per litteras Papales dignum aſſerit,
Bal. in aut. Nauigia, in princ. C. de furt. &
118 Bart. in tract. de reprom. Quæritur præ-
terea, an clauſula in principio, vel fine
reſcripti poſita, referatur ad omnia in
reſcripto contenta, & breuiter diſtingue.
Aut adeſt ratio diuerſitatis, & tunc non
refertur. Aut non adeſt, ac narrata ma-
teria contigua eſt, & tunc refertur, &
Rota deciſione 55. num. 18. par. prima
diuerſ. ita diſtinguit, etiam ſi verſemur
in materia odioſa, vt latè limitando, &
ampliando recenſet Gabr. d. tit. de clauſ.
concluſ. 9.

119 Clauſula ex certa ſcientia deroga-
tionis vim habet, Put. deciſione 109.
num. 6. parte prima, & multos talis clau-
ſula effectus operatur, de quibus Gabr.
lib. com. opin. pen. titulo de clauſul. con-
cluſ. 1. vbi in quarta columna de clauſu-
la Motu proprio etiam latè meminit; ta-
lis autem clauſula ex certa ſcientia, ſe-
cund. Pariſ. conſil. 141. num. 2. volum.
4. non ſolum ſubreptionis, verum etiam
120 intentionis defectum tollit. Motus
proprius quando tertio ſit præiudicialis,
tradit Put. deciſione 387. parte prima,

& an Motus proprius tollat defectum intentionis dicit Pariſius quod non, in conſilio ſecundo, numero 74. volum.
121 primo. Confirmata fuit quædam concordia inita inter partes per Papam, cum decreto irritanti, & clauſula ſublata. Verum quia vnus ex oratoribus aliqua expreſſa in concordia conuenta deleta in confirmatione aſſerebat, & ſic cum non fuerit ſeruata, & confirmata conuenta, ſtare concordiæ recuſabat. pro aperitione oris Signaturam Sanctiſſimi, Proponente Reuerendo P. Domino Coſmo Camaiano nobili Aretino vno ex duodecim ſuffragium dantibus in ambabus Signaturus vnus adijt, & quia pars ex aduerſo citata, omiſſa non eſſe releuantia ex multis aſſerebat, ideo poſt cauſæ diſcuſsionem, in eam deuentum fuit ſententiam, quod Rota guſtaret, an, & quæ aſſerebantur omiſſa eſſent releuantia. & preces aperitionis oris concederentur, alias non. Quod Sanctiſſimum ad tollendas lites tanti Tribunalis
122 fuit temperamentum. Clauſula verò ſicut accepimus, quia Papa reſcribendo crebriſſimè vtitur, oſtendit non eſſe narratiuam partis, quia quando gratia non eſt Motu proprio, præfata clauſula non liberat à iuſtificatione, cum ſit narratiua partis, Guid. Bon. deciſione 160. Put. deciſione 101. parte tertia. Achil. deciſione vnica de Motu proprio. Rota in vna Metenſis matrimonij coram Reuerendo P. Domino Litta 20. Februarij 1600. & coram Domino Iuſto in alia Bracharenſis Parrochialis, Mercurii ſecunda, & Lunæ 12. Ianuarij 1604.
123 Clauſula ſupplentes omnes ſingulos iuris & facti defectus, refertur ad omnia, & ſingula expecificata, ſed non capit defectum iuris naturalis, Ruinus conſilio 36. numero quinto, volumine quinto, Et refertur ad ſolemnia non eſt inhabilitatem perſonæ, vel alium defectum. Idem Ruin. conſil. 171. num. 39. volum. tertio.

ILLVSTRISS. PAMPHILIO. num. 1.

PAMPILONENSIS
Archidiaconatus.
Veneris 19. Martij 1593.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſublata, & quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſit liberat à litterarum iuſtificatione.*
2 *Clauſula ſublata quando per commiſſionem cauſæ renunciatum cenſeatur.*
3 *Clauſula ſublata, & quod de ſubreptione dici non poſſit, faciunt, vt abſque oris apertione quis non audiatur.*

1 FVit reſolutum capitulum non teneri ad iuſtificationem indulti ſibi conceſſi per fel. rec. Sixtum V. quia ab hoc onere releuatur ab eodem Sixto quatenus ſuas litteras non poſſe impugnare ex eo quod cauſæ propter quas emanarunt examinatæ, iuſtificatæ, & verificatæ non fuerint, & quod de ſubreptione, & obreptione illarum dari nõ poſſit cum paria ſint narrata eſſe vera, vel de eorum falſitate dici non poſſe gloſſ. in l. qui habebat paragrapho primo ff. de manumiſſ. teſtament. Dec. conſil. 456. numero primo, & conſil. 557. numero decimotertio maxime concurrente alia cauſa ſublata, &c. Quæ etiam releuat impetrantem ab onere probandi, & admitt. parti Iudici facultatem aliter interpretandi, & Iudicandi, etiam quod verſemur in gratia conceſſa ad poſtulationem partis. Put. deciſ. 367. libro tertio quicquid alias dicendum ſit ſi clauſulæ iſtæ non eſſent ſimul iunctæ. Put. deciſ. 213. lib. 2. & diſtinxit Rota in cauſa Calaguritana Iuriſdictionis coram bon. mem. de Rubeis ſub die 30. Maij. 1580. & alias ſæpius.
2 Nec placuit Dominis, quod Capitulum videatur renunciaſſe huic clauſulæ ſublatæ, &c. per commiſsionem cauſæ, & Rota per ea, quæ alias dicta fuerunt in cauſa Eluen. mineriorum coram Domino Orano, quia hoc procedit quando committitur cauſa ſuper vali-

validitate, ſeu inualiditate gratiæ habentis, præfatam clauſulam, vt fuit reſolutum coram eodem Domino Orano ſub die prima Iunij 1587. in cauſa Aretina comendæ, & diebus prçteritis coram Reuerendo P. Domino Penia in cauſa Placentina penſionis, in caſu autem de quo agitur cauſa non eſt commiſſa ſuper indulto, ſed ſuper inualiditate prouiſionis ipſius Ioannis Garas, licet ad effectum, vt cauſa remaneat in curia in Commiſsione dicatur, quod agitur de interpretatione litterarum Apoſtolicarum, hoc tamen intelligi reſpectu exequutionis ipſarum cauſarum, quæ melius interpretantur in Curia, quam in partibus, vt notiſsimum eſt.

2 Et in omnem euentum iſta Commiſſio non facit, quod Capitulum dicat renunciaſſe præfatis clauſulis ad effectum, vt teneatur ad verificationem indulti, ſed tantum, quod illis non obſtan. Ioannes, abſque alia oris aperitione poſſet audiri contra indultum, cum voluntas, quæ reſultàt ex facto non egrediatur limites ipſius facti, l. fin. C. ne vxor pro marit. Bart. in l. prima, §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priuat. Anton. de Burr. in cap. accedentibus, de priuil. Decius conſilio ſeptuageſimo ſecundo, numero quinto, & in capitulo cum acceſsiſſent ſub numero decimo ſeptimo, verſiculo ſed aduertendum de conſtitut. Quod tamen Domini dixerunt eſſe extra dubium in quo tantum quæritur an Capitulum teneatur ad iuſtificationem indulti, & noluerunt firmare, ſtan. facili aditu ad Signaturam Sanctiſsimi ad quem remanſerũt Ioannem pro obtinenda aperitione oris aduerſus prç fatas clauſulas, &c.

R. P. D. PENIA.

Num. Secundo.

TOLETANA ADMISSIONIS.

Die Veneris 11. Ianuarij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Oris aperitio nil de nouo concedit, ſed obſtaculum remouet ſit iura deduci poſſint.*

2 *Clauſula ſublata, & decretum irritans fauore ſupplicantium ponunt, non vt tertio praeiudicent.*

VNa tantum parte informante, pro poſito dubio extra Rotam de ordine Sanctiſsimi, An rectoribus Toletan. eſſet danda oris aperitio ad effectum de quo agebatur Rota dandam cenſuit, non
1 vt per eam aliquid his Rectoribus, & Beneficiatis de nouo concederetur, ſed ſolum vt remoueretur obſtaculum prouenien ex indulto felic. recordationis Clementis Papæ Octaui vigore clauſulæ ſublata, & decreti irritantis, quominus poterat deducere iura ſua, prçſertim Cum
2 iſtç clauſulæ apponantur in indultis, & conceſsionibus Pontificijs, ad fauorem ſupplicantium, non tamen vt Tertio præiudicetur, & ideo illas poſtea reuocando non dicitur tollere alicui ius quçſitum, Sarnen. in regula de iure quæſit. non tollen. quæſtione tertia, Veral. deciſione trigeſima prima, incip. regula de iure quæſito, numero ſecundo, & tertio, parte tertia. Quod eo magis procederet in hoc caſu, ſi intentio Clementis Papæ Octaui non fuit ſimpliciter confirmare priuilegium Leonis Decimi, quod non fuit à Rota firmatum cum ſolum cẽſuerit, concedendam fuiſſe oris aperitionem, vt non obſtantibus prædictis clauſulis Rectores poſſint allegare ſuas prætenſiones.

R. P. D. PENIA.

Num. Tertio.

CALAGVRITANA
Prætenſę Confidentię.
Die Mercurij 1. Iulij 1592.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſublata aliter interpretandi, & iudicandi, facultatem iudicibus tollit.*

2 *Oris aperitio laudabilis, & neceſſaria aduerſus clauſulam ſublatam, & decretum irritans.*

3 *Clauſula ſublata ſemper opponi poteſt.*

4 *Clauſula ſublata, & decretum irritans ipſo iure inhabilitat iudicis perſonam. Confidentiarum iudicis facultates declarantur.*

QVoniam Andreas Martinez, qui Fiſco adherebat in hac cauſa, nolebat acquieſcere deciſioni Dominorum, qui die quinta Iunij proxime præteriti, cenſuerunt ſententiam iudicis confidentiarum fuiſſe nullam, tàm propter clauſulam ſublata, tum quia lata contra mortuum. Ideo volui illum iterum audire ſtrictè quo ad clauſulam ſublata, & Domini ſteterunt in de-
1 ciſis, quia clauſula ſublata iudicibus aliter interpretandi, aut iudicandi facultate poſita in litteris Apoſtolicis, coadiutorum Iuſtini, & Didaci omnibus claudit os, ita vt donec, & quouſque eis per Papam aperiatur, aliquid dicere nõ poſſunt, Zabarell. in cap. quia diligentia, in tertia quæſtione de elect. Gundiſal. de Villadiego inſignis olim Rotę Auditor, tract. de legat. quæſtione 7. num. 32. Put. deciſione 50. incip. eadem die, num. 5. Item quia erat clauſula, libro primo Pariſ. conſil. 5. num. 133. & conſil. 38. num. 7. lib. 4. Ruin. conſil. 21. nu. 15. lib. 1. Veral. deciſ. 134. num. 4. par. 3. Et
2 ideo laudabilis ſtilus ſeruatur in Curia, vt cum primum de clauſula ſublata innotuerit, non prius prudentes iudices procedant, quam per Signaturam Papę os aperiatur, deciſ. 18. incip. coram eodem inter miſcellan.

Nec refert ſi diceretur coram iudice confidentiarum non fuiſſe per reos conuentos oppoſitum de clauſula ſublata, quaſi propterea proceſſus coram illo factus, & ſententia inde ſequuta ſuſtineãtur, Bar. in l. eleganter, §. ſi quis poſt ff. de condit. indeb. not. Bal. in l. non dubium, num. 3. C. de leg.

3 Quia reſpondebatur, primo, de clauſula ſublata quãdocumque opponi poſſe cum ſit impedimentum reale, adimens inferiori iuriſdictionem, & reddens ipſum ad iudicandum, & procedendum inhabilem.

4 Pręterea dicebat, quod cum per clauſulam ſublata Papa inhabilitet perſonam iudicis tunc ipſo iure abſquę eo, quod opponetur exceptio aliqua proceſſus eſt nullus, ſecundum opinionem Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de probat. ſenten. §. iuxta, ſuper verbo Item eſt nulla ratione litigatorum, verſ. eſt excommunicatus, & Iacob. de Aren. diſputatione quadam incip. quæſtio eſt, quam ſequitur, Dec. & bene conſil. 275. incip. in cauſa, num. 2. verſic. ſed pręmiſſis minime obſtan. quicquid ibi ſentiat Gallus Paraphraſt. in verbo valet, nam Io. And. ſententia eſt magis communis, Alexan. in l. 2. §. ſublata num. 1. & 2. ff. ad Trebell. Rota Ianuen. deciſ. 180. incip. nomen debitoris, num. 8. Vnde cum in omni iudicio requirantur iudex, actor, & reus, cap. forus, de verb. ſignific. & in iſto agitato coram iudice confidentiarum propter clauſulam ſublata perſona iudicis eſſet inhabilis, iudicium fuit nullum cum deficeret iudex.

Minus obſtabat alia oppoſitio fiſci, ſiue Andreæ, & adhæren. dicentis clauſulam ſublata appoſitam in coadiutorijs Iuſtini, & Didaci fuiſſe reuocatam per Conſtitutionem Pij Quarti, & Pij Quinti, & per facultatem iudicis confidentiarum, nam quantum ad Conſtitutionem Pij Quarti fuit dictum in ea ſolum in genere derogari Conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, & ideo non cenſeri derogatum clauſulę ſublata, quę tribuit priuilegium Bart. in extrauag. ad reprimen. in verſ. non obſtan. verſ. ſecundo vero caſu principali facit Ripa in c. 1. num. 55. de reſcript.

Con-

Conſtitutio Pij Quinti, reſpicit illos qui vel ante eius editionem receperunt, & retinent in confidentiam beneficia, niſi cleri dimiſſione ſibi proſpiciant, uel qui in futurum tale facinus perpetrauerint, de quibus non erant iſti, quos nihil tale adhuc perpetraſſe conſtabat.

Facultates per Sixtum Quintum iudici confidentiarum attributæ, licet ſint ampliſſime contra alios iudices, & qualibet Tribunalia quibus plene interdicitur, ne de crimine confidentię cognoſcere audent, non tamen derogant ſpecifice gratijs particularibus, & præſertim illas haben. cum clauſula ſublata, & per hoc reſpondebatur etiam ad deciſionem in illa Burgenſis de Elmis, quia cum Cōcilium Tridentinum iubeat examinari Vniones à 40. annis citra per Ordinarios & clauſulas fortiſſimas, & derogatoriarum derogatorias, non mirum ſi clauſule ſublata derogare etiam cenſeatur.

Iuſtinus, & Dominicus committentes cauſam non cenſebantur renunciaſſe beneficio clauſule ſublata, immo ex quo tracti ipſi in iudicium, & condemnati Papam adiuerunt, & ne dum ſuper iniuſtitia, ſed etiam ſuper nullitate ſententię cauſam committi obtinuerunt, beneficium clauſule ſublata firmum ipſis remanere voluiſſe videtur.

Denique placuerunt Dominis Reſpōſiones datæ per informantes contra fiſcum, & conformiter cenſuerunt ſententiam fuiſſe nullam, & reuocendam.

R. P. D. PENIA.
Num. Quarto.

PACEN. CANONICATVS.
Veneris 18. Martij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio ſimplex, ex ſimplici commiſſione facienda.*

2 *Clauſula in prima inſtantiae commiſſione poſita, tunc in commiſſione ſecundae, & tertiae inſtantiae repetita cenſetur, quando cauſa eſt eadem, licet inſtantiae diuerſae.*

3 *Fallit ſi commiſſio obtineatur ſuper diuerſa cauſa, quia tūc non dicūtur repetite.*

1 Ad dubium, An eſſet inhibendum & quomodo Rota, vtraque parte informante, ſimpliciter fuiſſe inhibendum reſpondit, per regulam in praxi receptam, quod inhibitio fit ſemper iuxta terminos Cōmiſſionis cuius vigore emanat, & ſi aliter emanaſſet, reducenda eſſet ad limites, & formam ipſius Commiſſionis; vnde cum in caſu propoſito Commiſſio eſſet ſimplex, ſimpliciter etiā debuit fieri inhibitio, Lancellot. de attent. par. ſecunda, capitulo 20. de attent. poſt inhibitionem, num. 167. verſ. Septimo limita, & numero 168. vbi allegātur deciſiones Rotales.

2 Non obſtabat, quod pro parte Alphonſi prętenderetur non fuiſſe concedendā inhibitionem ſub prætextu, quod in iſta Commiſſione deberet cenſeri repetita clauſula Sine præiudicio executionis litterarum Apoſtolicarum Alphonſi, & ſententiæ Rotalis: Quia fuit reſponſum clauſulam poſitam in Commiſſione primæ inſtantiæ cenſeri repetitam in Commiſſionibus ſecundæ, vel tertiæ inſtantiæ quando cauſa eſt eadem, licet inſtantię ſint diuerſæ. Put. deciſione 426. incip. in vna Romana dotis num. 2. lib. 2. Caſſad. deciſione 8. incip. Fuit etiam obſeruatum, de reſcrip. Io. Paul. decil. 30. incip. nonnulli ex Dominis in Manuſcr. & fuit ſepiſſime in Rota deciſum, ſed ſecus eſt quando prędicta, vel alia clauſula fuit appoſita in diuerſa Commisſione. Regula enim, quod clauſula ſemel poſita ſemper cenſetur repetita in ſubſequentibus Commisſionibus procedit, quando plu-
3 res Commisſiones emanauerunt ſuper eadem cauſa, & ſic regulariter procedunt deciſiones proximæ allegatæ, ſecus autem eſt, ſi poſterior Commisſio obtineatur ſuper diuerſa cauſa prout in hoc caſu, quia Commisſio continebat nouam gratiam per obitum, prima autē erat ob non publicationem: Noua enim gratia, nouum ius tribuit, & nouum ius, nouam cauſam ponit, vnde cum in Commisſione cuius vigore petebatur inhibitio, contineretur noua gratia, & ius ſeparatum à contento in prima Commisſione, & ſic concurreret ratio diuerſa, non cenſebantur repetitę clauſulæ alterius Commisſionis.

E

Et ex his fuit ſine difficultate concluſum ſimpliciter fuiſſe inhibendum.

R. P. D. GIPSIO.
Num. Quinto.

AVELLINA VNIONIS
Lunæ 23. Iunij 1597.

SVMMARIVM.

1 *Oris aperitio contra clauſulam ſublata, & c. neceſſaria eſt volenti audiri, & num. iiij.*

2 *Reſcriptum ab omnibus, qui in illo ſunt oratores impetratum cenſetur.*
Maximè ſi ille ſint vſi, ibi num. iij.

1 VTraque parte informante Domini reſoluerunt liti ſuper nullitate, & inualiditate vnionis de qua agitur ob ſtare Motum proprium Pij Quinti fel. record. anni 1566. emanatam nuper in actis productum, & conſequenter Monachos non eſſe audiendos niſi obtenta prius oris aperitione reſolutionis, ratio fuit quoniam non ſolum in dicto motu proprio extinguuntur differentiæ, quæ tunc occaſione viſitationis, & reformationis Monaſteriorum vertebantur inter Sacriſtam, dictos Monachos, ſed etiã omnes aliæ controuerſiæ, quæ circa modum viuendi, Eccleſiarum, bonorumque temporalium gubernandi inter Miniſtros hoſpitalis ſanctiſſimę Annunciatæ Neapolis, & prædictos Monachos or tæ erant propterea datur ibi noua forma viuendi, ſatis diuerſa ab illa contenta in vnione Leonis Decimi. Hinc clare dignoſci poteſt Vnionem iam fuiſſe contro uerſam, & de illius nullitate, & inualiditate datum, ac etiam per ſummum Pontificem cognitum.

Et ſuaderi poteſt, tum ex eo, quod in Motu proprio, vnio fere tota ſubuertitur, tum etiam, quia idem Pontifex in confirmatione tranſactionis de anno 1567. in vim dicti Motu proprij fact. explicitè narrat differentiam fuiſſe ſuper validitate, & inualiditate vnionis.

Et prædicta comprobantur ex declaratoria eiuſdem Pontificis ad inſtantiam ſubditurum Monaſterij Montis Virginis de Anno 1568. emanata, & in libro impreſſo reformationum dictæ Congregationis, vt dicitur inſerta, vbi narratur, quod erat orta certa lis ſuper validitate, & inualiditate dictæ vnionis, & qualiter, poſtea ſubſecuta fuerat tranſactio, quam Papa declarat non obeſſe dictis ſubditis.

2 Nec dicatur Confirmationem huiuſmodi obtentam fuiſſe ab agentibus Hoſpitalis tantum idcirco Monachis non præiudicare, quia cum omnes in ea ſint oratores ab omnibus impetrata cenſetur præſertim ſi monachi illa vſi fuerunt Egid. deciſione 583. & ſeq. ſed eſto etiã, quod hæc prætenſio Monachorum vera eſſet, tamen cum dicta confirmatio fuerit expedita de tempore non ſuſpecto, videlicet quando nõ poterat dubitari Monachos à tranſactione eſſe receſſuros ptorſus ceſſate videtur omnis ſuſpitio, Ideo redditur veriſimile controuerſiam monachorum non ſolum circa modum viſitandi, & gubernandi, ſed etiam fuiſſe ſuper nullitate, & inualiditate vnionis, vnde cum Papa illius tenorem, & omnia alia pro expreſſis habuerit extrin ſecitque omnes, & quaſcunque lites perpetuum ſilentium imponendo, & ſic de negando audientiam, cap. nos, §. ſi quis, & ibi glo. in verbo non admitten. de pac. conſtan. & ſtante clauſula ſublata, quæ tollit omnem iuriſdictionem, & claudit os parti. Put. deciſione 50. lib. primo, ac decreto irritanti heſitandum non eſt aperitionem oris neceſſariam eſſe.

Nam, vt bene deducit Dominus Horatius Hurutius ſi Monachi intendunt per hanc litem impugnare Capitula, & Ordinationes iam factas, & confirmatas, & ab illis reſidere non debent, nec poſſunt audiri per præallegata.

Si vero aliud quærunt vltra contenta in dictis Capitulis, & Motu proprio Hoſpitale non vult contradicere, ſed acquieſcere, & ſic lis manebit de partium conſenſu extincta.

R. P. D.

R. P. D. RVBEO.

Num. Sexto.

CALAGVRITANA
Iuriſdictionis.
Die 30. Maij 1580.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, ſi non adſunt verba, quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſit non tollunt quia obreptio, & ſubreptio non opponantur.*

2 *Clauſula ſublata ad partis inſtantiam appoſita recipit eaſdem conditiones, quod negotium principale.*

3 *Clauſula, quod de ſubreptione dici non poſſit natura.*

Dubitatum fuit in cauſa Calaguritana iuriſdictionis inter Epiſcopum, & Capitulum, ſtante clauſula ſublata, & decreto irritanti, & alijs in confirmatione fel. rec. Pauli Tertij appoſitis cuius in neceſſarijs copia detur, An Reuerendiſſimo Epiſcopo ſit taliter clauſum os, vt non poſſit dare de prætenſa obreptione, & ſubreptione contra confirmationem prædictam, & cauſa propoſi-
1 ta Die Lunæ trigeſima Maij 1580. fuit concluſum, quod cum in prædicta confirmatione non adſit clauſula, quod de opreptione, & ſubreptione dici non poſſit ſola clauſula ſublata, &c. non operatur vt non poſſit opponi defectus ſubreptionis prout in alijs cauſis alias Rota tenuit; ſicut enim verba illa, quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſſit, quando per ſe ſola ſunt poſita abſque clauſula ſublata, &c. in gratia conceſſa ad poſtulationem partis & non motu proprio nō operantur, vt non poſſit opponi defectus ſubreptionis. Put. deciſione 213. Fuit reſolutum in vna Calaguritana libro ſecundo, ea ſcilicet ratione, quia huiuſmodi clauſula intelligitur veris exiſtentibus narratis, vt ſunt iura clariſſima in capitulo ſecundo de reſcriptis in l. fi-
2 nal. Cod. de diuerſ. reſcript. pari ratione clauſula huiuſmodi ſublata poſita in gratia ad poſtulationem partis tanquam acceſſoria recipit eandem interpretationem facit glo. in l. ſi patronus, §. patronum, in verbo faniana, ff. ſi quid in fraud. patron. vt per Doct. in conſil. 142.
3 in fin. numero nono. Operabitur autem prædicta clauſula, quando in eadem gratia adeſſet alia clauſula, quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſſit, quia tunc clare apparet de intentione Papæ volentis tollere vitium ſubreptionis, & obreptionis adimendo facultatem aliter iudicandi, & ita debent intelligi trad. per Card. & alios in capitulo quia diligentia, de electio. At in caſu noſtro non reperitur, niſi ſola clauſula ſublata, quam debemus interpretari ſecundum iuris diſpoſitionem cum in dubio intentio Papæ talis eſſe præſumatur, qualis de iure eſſe debet, vt habetur in l. ex facto, de vulg. & pupil. vbi Doct. & in cap. cauſamq. vbi Felin. col. 3. ad fin. verſ. interpretatio reſcripti, de reſcriptis.

Et prædicta facilius procedunt vbi iam eſſet detecta ſubreptio, prout prætendunt informantes pro Epiſcopo ex Doctr. Abb. in capitulo primo, numero octauo de confir. vtil. vel inutil. fuit igitur concluſum Epiſcopum eſſe audiendum in caſu iſto.

ILLVSTRISSIMO SERAPHINO.

Num. Septimo.

CAESARAVGVSTANA
emptionis.

Die 13. Iunij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Regula de non tollendo iure quæſito habet locum in omni iure quæſito.*

2 *Regula de iure quæſito non tollendo, niſi expreſſis verbis derogetur non erit ſublata.*

3 *Clauſula de plenitudine poteſtatis quando non operatur in tertii præiudicium.*

4 *Gratia principali corruente, corruunt omni alia acceſſoria.*

1 Domini ſteterunt in deciſis coram R. P. D. meo Orano, nam regula de

de non tollendo iure quæſito habet locũ
in iure quomodolibet quæſito etiam ex
priuilegio. iuxta deciſione Mohed. 82.
Sarnen. ſuper regulis de non tollen. quæ-
ſtione decima quinta circa fin. Gozad.
conſilio 14. numero 22. Rolând. conſil.
ſecundo, numero 23. libro quarto, & di-
ctio quomodolibet includit omne ius e-
tiam minimum gl. in Clem. 2. in ver. quo-
modolibet, de ſent. excommun. Pariſius
conſilio 58. num. 10. libro primo. Quod
maxime procedit cum priuilegium exem
ptionis, de quo agitur fuerit obtentum ex
cauſa oneroſa, & ſic vti in vim contractus
cap. ſi Papa, de priuil. in 6. Felin. in cap.
nouit, numero 8. ver. aut vero priuilegiũ,
de iud. cui non cenſendum Papam vo-
luiſſe derogare, Lap. alleg. 96. Mohed. de
ciſione 350.

Et non eſt dubitandum hoc ius eſſe
valde conſiderabile quicquid in contra-
rium deducatur, vt patet, ex capitu-
lo dilectus, de capp. monac. cum alijs plu
ribus iur. in quibus habetur magna ratio
huius iuris; intereſt enim valide vni tan-
tum, & non pluribus ſubijci. Felin. in ca
pitulo dilecti, verſiculo hominibus inuitis
de maior. & obed. Put. deciſione 31. in fi
ne, libro primo, maxime cum adfuiſſet
diuturna lis ſuper exemptione inter Ar-
chiepiſcopum, & Eccleſiam, quæ prębuit
iuſtam occaſionem fel. rec. Sixto V. con-
cedendi hoc priuilegium.

Non obſtat, quod habere vnum ſupe-
riorem magis, quam alium ſit res modici
momenti, iuxta deciſionem allegatam in
cauſa Legionen. quia in illa cauſa ageba-
tur de parochianis, quorum non valde in
tererat an Ordinarius, vel Archidiaconus
haberet cognitionem iſtarum cauſarum,
hic verò agitur de eximendo Eccleſiam
ab inferiori, & ſubijciendo eam ſoli Papę
quod eſt ius, vt dictum eſt valde conſi-
derabile, & contrarium dicere, eſt
contra omnes loquentes in materia exem
ptionis.

Non obſtat, quod per litteras S.D.N.
Fiat, redditus ad ius commune, quia nihi-
lominus intrat regula, nam illud procedit
vbi ſit redditus reſpectu omnium, vt per
Sebaſt. Sapiam, & alios alleg. in cauſa Ca-
rien. iuriſdictionis coram bon. memor.
Cantuccio, cuius deciſionis copia datur.

2 Non obſtat, quod dicitur regulam non
obſtare vbi conſtat Papam voluiſſe pręiu
dicare, quia de hoc quæritur an voluerit,
& propter proteſtationem in regula ap-
poſitam conſtat nolle quibuſcumque vta
tur verbis, & clauſulis, niſi expreſſe dero
get regulæ Sarnen. in prohem. de regul.
quæſt. quinta, numero tertio, & fuit di-
ctum in cauſa Burgen. iuris ſepelien. co-
ram bon. memor. Cæſ. de Graſſ. 10. Iunij
1575. quæ habetur in titulo de reſcript.
deciſ. 9.

3 Non obſtat Pariſius, & Gozad. allega-
ti, qui volunt clauſulam de plenitudine
poteſtatis operari in tertij præiudicium,
quia hoc non habet locum in terminis re
gulæ, in qua proteſtatio tollit conſenſum
& voluntatem ab actu gerendi, vbi ei nõ
derogatur, & ita nulla poteſt alia formula
introduci per quam poſſit dici conſtare
de mente Papæ, niſi faciat regulæ mentio
nem, & quod ita deciſum fuit coram Illu
ſtriſſimo Blanchetto in vna Mediolanen-
ſis fructuum 24. Aprilis 1592. in proprijs
terminis huius clauſulæ non obſtant au-
ctoritates allegatæ, Sarnen. Curt. Iun. Caſ-
ſad. Verall. & aliorum, quia fuerunt alias
ſublatæ per Rotam in deciſ. bo. mem. D.
de Graſſis deciſione prima, numero no-
no de verbor. ſignificat.

4 Vltimo non obſtat aperitio oris, quia
cum tota gratia, ex allegato defectu, cor-
ruat clauſulæ acceſſoriæ omnes euanue-
runt, & nihil inde deduci poteſt, quod
obſit priuilegio exemptionis, de quo agi
tur. Et ita concluſum ſtandum eſſe in
deciſis.

R. P. D. LITTA.
Num. Octauo.

ROMANA DOMORVM
Lunæ 29. Maij 1595.

SVMMARIVM.

1 *Oris aperitio tollit obſtaculum clauſula ſublatam.*

2 *Papa non derogando regula de iure quæſito non tollendo, concedit oris aperitionem.*

3 *Clauſula Iuſtitiam faciat in derogatione fideicommiſſi pro ære alieno ſoluendo, quomodo intelligatur.*

Fuit

1 FVit reſolutum aperitionem oris ſuffragari monialibus ad effectum allegandi ſubreptionem, vel defectum intentionis aduerſus motum proprium Iulij tertij, non autem, vt ille intelligatur reductus ad terminos iuris, & ſic vt moniales poſſint procedere aduerſus poſſeſſores bonorum, alias fideicommiſſo ſubiectorum, non ſecus, ac ſi fideicommiſſo derogatum non fuiſſet, & ratio eſt, quia per ſimplicem apetitionem oris tollitur obſtaculum clauſulæ ſublatę, per quod etiam impediebantur moniales audiri ſuper ſubreptione, & defectu intentionis concedentis, Cott. deciſ. 58. & deciſ. 105. ſed non tollitur derogatio ipſius fideicommiſſi, & ſic ſubſtantia, & effectus motus proprij, vt alias dictum fuit in illa Cæſarauguſtana exemptionis 9. Martij 1594. coram Domino Orano, & 13. Iunij de eodem anno in eadem cauſa coram Domino Decano, quod cō-
2 probatur ex eo, quod non fuit derogatum regula de iure quæſito non tollendo, & tamen ſi Papæ intentio fuiſſet per huiuſmodi commiſſionem cum aperitione oris tollere vim dicti motus proprij, vtique dictę regulæ in ſpecie derogaſſet cum alias cenſeatur præſeruatum non tantum ius quæſitum alicui de iure communi, verum etiam de iure ſpeciali ex aliqua gratia, vel priuilegio, prout hoc in caſu ſequitur cum creditoribus ipſis vigore dicti motus proprij fuerint data inſolutum dicta buna, & eorum poſſeſſio translata. Gozad. conſil. 41. num. 17 verſiculo Tertio reſpondeo, Samnen. in dicta regula de iure qaſſito, quæſtione 15. in fine. Mohed. deciſione 82. Put. deciſione 1. in regula de iure quæſito non tollendo. Cæſar de Graſſis dec. 193. alias prima de verb. ſignif.
3 Nec obſtare dixerunt Domini conſiderationem per informantes pro monialibus factam ſuper illis verbis in fine dictarum litterarum Iulij Tertij appoſitis ibi, & inſtantiam faciat, quaſi quod non poſſit dici ex dictis litteris fuiſſe derogatum fideicommiſſo cum iuſtitia non patiatur aliquid detrahi de iure alterius, l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. quia fuit dictum, quod illa verba iuſtitiam faciat ſunt referenda ad aſſignationem faciendam creditoribus ipſis æqua lance hoc eſt omnibus pro eorum rata, non autem ad ea, quæ expreſſa ſunt in dictis litteris ad Bart. in l. cum propter, ff. de leg. præſt. Oldrad. conſil. 330. ad fin. Sarn. in reg. de non tollen. quæſt. 1. num. 41. Creſcent. deciſ. 206. in manuſcript. Dum enim Papa vult bona ipſa fideicommiſſo ſubiecta non obſtanre dicto fideicommiſſo aſſignari, & dari in ſolutum creditoribus neceſſario ipſi fideicommiſſo per Papam derogatum fuiſſe dicendum eſt, cum qui vult conſequens omne neceſſarium antecedens ad illud etiam velle dicatur, l. illud, ff. de acq. hered. l. ad rem, & l. ad legatum, ff. de procurator, Doct. paſſim, in cap. cum M. de conſtit. & in cap. ex parte, de ſponſal. Abb. conſil. 76. num. 3. par. 2. Ad illud autem, quod litterę Iulij tertij ſint ſubreptitiæ fuit reſponſum de ſubreptione adhuc non conſtare, & allegantibus incumbere onus probandi eam, l. ſi quis ob reſcriptum ff. de falſ. Aim. conſil. 68. n. 9. cum alijs, per Caputaquen. deciſione 220. num. 2. par. 3.

Et ideo, &c.

R. P. D. LITTA.

Num. Nono.

HISPALEN. BENEFICII de Xeres.

Mercurij 6. Nouembris 1602.

SVMMARIVM.

1 *Breue ſi motu proprio conceſſum non ſit iuſtificari debet.*
2 *Clauſulae reſcripti eandem diſpoſitionem recipiunt, quam principalis gratia.*
3 *Clauſula ſi preces veritati nitantur intelligitur in reſcriptis ſemper.*
4 *Clauſula quod non poſſit dari de ſubreptione, vel obreptione abſque clauſula ſublata, & decreto irritanti, non operatur niſi veris exiſtentibus narratis.*
5 *Clauſula ſicque in praemiſſis iudicari, non tollit, quin de ſubreptione dari non poſſit.*

Fuit

1 FVit reſolutum Breue non ſuffragari Alphonſo, niſi per eum iuſtificentur narrata, quia cum non ſit conceſſum motu proprio, ſed ad ſupplicationem partis, vt oſtendunt verba illa Nos, &c. ſupplicationibus nobis ſuper hoc pro parte Alphonſi humiliter porrectis, incli nati, &c. & Signatura ipſa, quæ non dicit, fiat motu proprio, ſed, fiat vt petitur, &c. Ruin. conſil. 41. num. 15. lib. 1. Sarnen. in regul. de an. quæſt. 10. colum. 5. ſub littera D. & E. Caputaq. deciſ. 45. & 237. parte ſecunda. Ideo debent iuſtificari omnia narrata in eo, vt intret, & impetranti ſuffragetur cum ex eis præſumatur motus Princeps ad concedendum gratiam ipſum, cap. ad aures, vbi Felin. colum. 5. verſic. tertia concluſio, ibi, quod impetrans, de reſcriptis, Egid. deciſione 76. num. 6. & ſeq. Veral. deciſ. 128. parte prima. Put. deciſione 245. num. primo, libro primo, & fuit ſępe tentum in hoc tribunali.

2 Nec obſtant clauſulæ, &c. in dicto Breui contentæ ſiquidem, quia omnes eandem conditionem recipiunt, quam recipit principalis ipſa diſpoſitio, Put. deciſione 232. libro primo, Caſſad. deciſione 10. num. 4. ſuper regulis, & ratio eſt, quia tamquam acceſſoriæ debent ſecundum naturam ipſis principalis gratiæ regulari. Clem. 1. in fine, de præben. Decius conſil. 304. num. 7. Ferret. conſil. 365. num. 13. libro ſecundo. Vnde cum principalis gratia hoc in caſu non intret, niſi verificatis narratis per impetrantem, vt dictum eſt, ſicque reſpectu
3 illius ſubintelligatur hęc clauſula ſub pręces veritate nitantur, iuxta tex. in l. pręſcript. C. ſi contra ius, vel vtil. public. Decius conſil. 142. nu. 6. & conſil. 209. ad finem merito, & idem dicendum eſt, reſpectu dictarum clauſularum ex ſupradictis.

4 Nec ius fieri poteſt in clauſulis illis, quod non poſſit dari de ſubreptione, vel obreptione, &c. Sicque in præmiſſis iudicari debeat per quoſcumq. &c. quia cum non adſit clauſula ſublata, &c. vel alia illi equipollens, per quam iudici ſit adepta facultas aliter iudicandi. Ideo, & illę non operantur niſi ita demum veris exiſtentibus narratis, Put. deciſione 213. libro ſecundo fuit tentum in Calaguritana iuriſdictionis 30. Maij 1580. coram bo. mem. de Rubeis, & in alijs pluribus relatis per informantes pro Didaco.

5 Neque placuit Dominis, quod dicta clauſula ſicque in præmiſſis iudicari per quoſcumque, &c. equipolleat clauſulæ ſublata, vel alteri, per quam prohibeatur iudex aliter iudicandi.

Quia dum mandat princeps ita iudicari debere, quod mandatum intelligi debet veris exiſtentibus narratis non prohibet aliter iudicari, vbi per impetrantem non ſint verificata narrata, prout operatur dicta clauſula, quod non poſſit dari de ſubreptione, vel obreptione, vbi eſt iuncta cum clauſula ſublata, vt fuit dictum in dicta Calaguritana iuriſdictionis, & in Nouarienſis Canonicatus 12. Februarij 1593. coram Domino meo Pamphilio, & in Pampilonenſis Archidiaconatus 19. Martij eiuſdem anni, coram eodem, &c.

R. P. D. LITTA.

Num. Decimo.

NVLLIVS, SEV AQVINATEN.

Ven. 12. Maij 1600.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſublata, quod de ſubreptione, &c. tollunt audientiam.*

2 *Clauſula ſublata ſi ſola eſt, intelligitur veris narratis.*

Fallit quando adeſt alia clauſula, quod de ſubreptione, ibi.

1 FVit reſolutum Seminario Caſſinen. obſtare clauſulas, de quibus in vnione Capituli Aquinatenſis nam cum in ea legatur clauſula, quod de ſubreptione, & obreptione, aut defectu intentionis dari non poſſit, & vlterius adſit clauſula ſublata, omnes dictæ clauſulæ operantur, vt Seminarium Caſſinen. aduerſus eum veniens nullatenus audiri debeat, aut poſſit, nec pro executione dictæ vnionis ſit neceſſaria aliqua iuſtificatio expreſſorum, ſiue narratorum in ea, vt fuit tentum in cauſa Sutrina Monaſterij 9. Decembris 1596. coram bo.

bonæ mem. Orano in Aurien. bonorum 20.Maij 1598. coram R.P.D. Penia, & coram me in Oſcen. indulti 1. Iunij eiuſdem anni.

Et ad illud, quod clauſula ſublata,&c. non operatur, niſi veris exiſtentibus narratis, fuit reſponſum procedere, vbi ſola eſt, Secus ſi ſit iuncta cum alijs clauſulis, de quibus ſupra, & ratio eſt in promptu, quia cum gratia Papæ, qui omnia poteſt, & pręcipuè in beneficialibus, non poſſit impugnari, niſi ex capite ſubreptionis, vel obreptionis, aut ex defectu intentionis illius, & ipſe expresſis verbis tollat parti facultatem impugnãdi eam, & inſimul, ac ſemel iudicibus poteſtatem aliter iudicandi, nõ mirum ſi venientes aduerſus eam, quouis prætextu obſtant clauſulæ prædictæ.

ILLVSTRISS. SERAPHINO. Num. XI.

BONONIENSIS DE BVDRIOLIS. Ven. 21. Nouembris 1578.

SVMMARIVM.

1 ***Confeſſio verbalis non probat.***
2 ***Acta facta in alio iudicio, niſi producantur non probant.***
3 ***Acta in parte producta, alia parte de conſenſu litigantium omiſſa probant.***
4 ***Proceſſus factus cum fiſco, non probat in cauſa ciuili.***
5 ***Clauſula de plano non tollit ſubſtantialia iudicij, quin iura producantur.***
6 ***Criminalis, & ciuilis iuriſdictio ſeparata.***

Dubitatum fuit an productio in con
curſum proceſſus criminalis, facta
pro parte Mazzute fuerit talis, vt
iudex potuerit ſe in ea fundare reſpectu
omnium contentorum in dicto proceſſu,
& quorum copia non fuit parti tradita,
& fuit vnanimiter per Dominos conclu-
1 ſum talem productionem non fuiſſe ſuf-
ficientem, nam cum fuerit verbalis, tan-
tum iudex non potuit in ea ſe fundare,
Bart. in extrau. ad reprimen. in verb. de
plano, num. 3. ad fin. Roman. conſil.
356. num. 3. idem conſil. 519. per to-
tum Dec. ca. 1. nu. 64. de præben. Non
enim probant acta facta in alio etiam in-
2 ter eaſdem partes, niſi producantur Bar.
in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 3.
de acquiren. poſſeſſ. Alexander l. 2. in
fine, & ibi Curt. iun. num. 108. C. de
eden. Marteſil. ſingul. 160. nota ſingu-
larem, vbi bona additio, & maxime cum
eadem pars poſtea deuenerit ad ſpecia-
lem productionem, data copia nonnullo-
rum conſtitutorum. Vnde illa tantum
quorum copiam dedit, ſunt de actis, non
autem reliquus proceſſus, vt poſt Ab-
bat. Caſtren. Aretinus, Alexander, &
alios, quos allegat, tenet Pedemon. de-
ciſione prima, numero quadrageſimo ſe-
ptimo, & quinquageſimo, Iaſ. in l. ſciendũ
§. morte, numero 28. de nou. oper. nun-
ciat. Aymo. conſilio 121. in fine, Ca-
gnol. l. 2. numero 125. C. de eden. So-
cinus iunior conſilio 134. numero tertio,
libro ſecundo, concurrit etiam hoc ca-
ſu, quod in illis copijs notatis teſtatur,
3 reliqua ommiſſa de voluntate producen
tis, & hoc quia illa productio fuerat li-
mitate facta ad effectum probandi bona,
de quibus agitur fuiſse in hereditate Te-
ſtatoris. Ideo ad illũ tantũ finem ſuffraga
ri debet productio. Egid. conſilio 630.
Grat. conſil. decimo quarto, numero de-
4 cimo ſeptimo, libro primo. Præterea illa
acta non erat facta inter eaſdem partes,
ſed cum procuratore fiſcali, ideo non
probant in iudicio ciuili, ita vt iudex il-
lis moueri deberet. Bald. l. ſecunda, nu-
mero 19. & ibi Decius numero 44. C. de
eden. Felinus in capitulo cauſam quæ, el
primo, num. 18. de teſtibus. Bart. l. 2. §.
hoc edicto num. 5. de ui. bon. rapt. Capic.
deciſ. 107. num. 3.

5 Non obſtat ſtatutum Bonon. de arb.
poteſt. vbi in cauſis miſerabilium perſo-
narum mandatur procedi de plano, & ma
nu Regia, quia hoc non tollit ſubſtantia-
lia Iudicij Aret. in c. dilecti n. 13. de iud.
Bart. d. verſ. de plano n. 3. ad fin. maxime
cum Gubernator hic proceſſerit in vim
commiſſionis habentis clauſulam pro-
ut de iur. Bal. in l. quicunq; n. 13. C. de ſer.
fug. Aymo. conſ. 171. Mohed. dec. 144.
Creſcen. deciſ. 121. cum alijs per infor-
mantes allegatis.

Non obſtat, quod eſſet idem Tribunal, quia immo iuriſdictio Auditoris criminalis eſt diſiuncta à iuriſdictione Auditoris Ciuilis, l. ſolemus, §. latrunculator, de iud. Creſc. dec. 167. maxime hic vbi aderat ſpecialis commiſsio, & ſententia Abbas, & Felin in ca. paſtoralis §. quia vero de offic. delegat. quod iudex poſſit moueri ex his, quæ ſunt extra acta non eſt verũ, vt per Didac. var. reſolut. capitulo primo, numero nono, neq; etiam opinio Guid. Papæ Deciſ. 29. quia ibidem per Didacum reprobatur ſub nu. 7. Caſſad. dec. 12. n. 8. ſuper reg. quibus ſtātibus concluſum fuit per DD. non poſſe Egidianam locum habere in propoſita ſpecie facti, cum ſententia ex eiſdem actis non ſit iuſtificata, & ad iſtum effectum non poteſt ex nouiter deductis iuſtificari, vt pluries fuit in Rota reſolutum per conſil. 10. Corn. libro quarto, & eo minus, hodie cum reperiatur illa ſententia criminalis lata Bononiæ reuocata hic in Curia.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Num. XII.

BONONIENSIS de Herculanis.

Die 5. Iunij 1589.

SVMMARIVM.

1 *Sententia actis non tranſportatis, etiam in prophanis, eſt nulla.*
2 *Clauſula ſummarie, & quantum ſufficere videbitur, requirit actorum tranſportationem.*
3 *Negatiua, probanda venit.*
4 *Clauſula ſtatum, & merita cauſae, requirit actum tranſportationem.*
5 *Clauſula conſtito, quantum ſufficere videbitur, requirit tranſportationem actorum.*

1 FVit reſolutum ſententiam Auditoris Cameræ fuiſſe nullam ob non tranſportationem actorum iuxta decretum Concilij Tridentini ſeſsione 24. capitulo 20. Quod locum habere etiam in prophanis patet ex deciſione facta coram Illuſtriſsimo, & Reuerendisſimo Domino Cardinali Blanchetto in vna Tridentina Bonorum die 17. Martij 1586.

2 Non obſtat quod D. Auditori Cameræ fuiſſet commiſſum, vt ſententiam Rotę Bononienſis reuocaret conſtito ſibi ſummariè, & quantum ſufficere videtur, quod non fuiſſet pronunciatum per Prętorem Bononien. à cuius ſententia dicebatur per Bernardinum Herculanũ fuiſſe appellatum, quia debebant ſaltem ad Tribunal Auditoris Cameræ tranſportari omnia acta, & proceſſus exiſten. coram Auditore Rotę Bononienſi tranſportati fuiſſenr de ipſius actis, & quod ef fecti, & hoc maxime, quia agebatur coram Auditore Cameræ de probando, quod Commiſsio facta Ioachino Auditore Rotę Bononien. eſſet nulla, & ſic nullam tribuiſſe iuriſdictionem, ex quo fuerat à Prætore Bononien. & ab eius ſen-
3 tentia appellatum, quæ ſanè negatiua erat probanda, nec ſufficit, quod in ſententia Ioachini nulla de ſententia Prætoris Bononien. mentio habeatur, & ad ſolam ſententiam Iulij Teraticen. relatio fiat per ea, quę tradit Felin. in capitulo quando, num. 34. de probationibus. Alexander conſilio 42. quęſtione 2. libro 4. Oportebat igitur ad docendum non fuiſſe pronunciatum à Prætore Bononien. nec ab eo appellatum ad Ioachinum afferri, & tranſportari debuerant omnes proceſſus ad tribunal Ioachini, vt ex inſpectione eorum apparere poſſet de hac negatiua. Addebant etiam Domini, quia cum Commiſsio directa Ioachino haberet clauſulam ſtatum, & merita, & etiam clauſula, quorũ tenores tribuāt iuriſdictionem, vt per Caſſad. deciſ. 1. & 2. de reſcript. Achil. de commiſſ. quinta, & propterea non videbatur ſatis eſſe Auditori Cameræ ad reuocationem dictæ ſententiæ, quod ſibi conſtaret non fuiſſe ad Prætorem Bononien. appellatum, ex viſione geſtorum coram Ioachino, ſed debebat etiam videre alios proceſſus coram alijs iudicibus factis, vt cognoſcere bene poſſet, an male fuiſſent ſententiæ aliorum

aliorum iudicum à Ioachino reuocatæ.

5 Non obſtat, quod dicta Commiſſio Auditoris Cameræ dicat conſtito de præmiſſis quantum ſufficere videbitur, quia in eadem dicitur, & quod ſententiam Ioachini, prout iuris fuerit reuocet, & ſic debuit iuris diſpoſitio, ac Concilij Tridentini ſuper tranſportatione proceſſuum ſeruari, præterea in eadem Commiſſione Auditoris Cameræ non ſolum narratur, quod à Prætore Bononienſi non fuerit pronunciatum, ſed etiam plura narrantur coram alijs iudicibus agitata, ex quibus fuit Signaturæ inſinuatum cauſam hanc ad iudices laicos Sereniſſimi Ducis Ferrariç remittendã, & clauſulç cõſtito de prçmiſſis ad omnia narrata referenda, de quibus ſane conſtare non poterat, niſi viſis proceſſibus coram illis iudicibus agitatis, & per conſequens ſententia Auditoris Cameræ reuocans ſententiam Ioachini, & ad illos iudices exequtionem remittens, nõ viſis proceſſibus coram iiſdem iudicibus factis, maximè cum iam fuiſſent, vt dictum eſt coram Ioachino tranſportati, remanent nullæ.

R.P.D. MARQVEMONTIO.

Num. XIII.

BARCHINONENSIS
Prioratus S. Annæ.
Lunç 16. Iunij 1605.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, obſtant gratiae, contrauenire volenti.*

2 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, operantur, quod contra eorum tenorem pronunciari non poſſit.*

3 *Priuilegia Hieroſolymitana, quando in breui cum clauſula ſublata comprehendantur.*

1 Litteræ in forma Breuis, de quibus in dubio habent clauſulas, quod numquam aduerſus eas de obreptione, vel defectu intentionis dari poſſit, & ſublata omnibus iudicandi, vel interpretandi facultate, propterea fuit dictum eas obſtare religioni, & ab eo prouiſo, nam in litteris narratur. Prioratũ ſanctæ Annæ Barchinonenſis, eſt vnum ex illis Canonicorum Regulariũ Ordinis S. Auguſtini, quia ordo fuit ſuppreſſus, eiuſque monaſteria ſecularizzata, & ſubiecta Ordinarijs, & in huiuſmodi narratiua fundatur diſpoſitio Breuis, per quam Prior, & Canonici huius prioratus ſecularizzati declarantur ſubiecti Ordinario Barchinonenſi, itaque cum hodie religio Hieroſolymitana prætendat prioratum tunc non fuiſſe Canonicorum regulariũ Ordinis S. Auguſtini, nec fuiſſe ſecularizzatum, venit contra narratiuam Breuis, ſuper qua fundatur eius diſpoſitio, & per conſequens religioni obſtat clauſula ſublata, vt alias tenuit Rota in quadam Auellina vnionis 10. Decembris 1599. coram Reuerendiſſimo Pacen. & facit deciſio Cæſar de Graſſis prima, numero ſecundo de fideiuſ. quæ ibi allegatur.

2 Prædicta enim cauſa afficit quemlibet contrauenientem, & maxime ſuum operatur effectum, quo ad iudicem à quo, auellit facultatem pronunciandi aliter, quam in litteris diſpoſitum ſit, Cardin. in capitulo quia diligenti, in ſecunda quæſtione de elect. Bart. in l. finali, C. de canon. frumen. vrb. Roman. Pariſius conſilio primo, numero 38. libro 4. Puteus deciſione 377. libro tertio.

Et quamuis apponatur reſponſum eorũ contra quos emanarũt, litterç Tamen reſponſum fuit, ꝙ omnibus iudicibus eſt denegata facultas aliquid faciendi cõtra tenorem litterarum, licet tertio per indirectum præiudicetur, vt bene declarat Ruinus conſilio 25. numero 16. libro primo, & eſt deciſ. in terminis coram fel. recordat. Clemente Papa Octauo, tunc Rotæ Auditore, in cauſa Parmenſis Caſtrorum 18. Iunij 1577. ſed tale præiudicium non eſt magni momenti, quia facilis eſt aditus ad Papã pro oris apertione, vbi datur fumus prçiudicij.

Non obſtat, quod Breue emanauerit de mente Papæ, declarando circa Canonicos Regulares ſuper præmiſsis, deinde reſtringatur quoad demõſtrationẽ tantũ

& ſic non pertineat ad religionem Hieroſolymitanam, vel ſecus, cum vſque nũc de iure religionis in illo non conſtet, certè verum eſt iſtum prioratum, etiam nominatim expreſſum in Breui, tanquam vnum Heremitorijs olim Canonicorum regularium ordinis Sancti Auguſtini, & nominatim diſponi, quod Prior, & Canonici illius ſubſint iuriſdictioni ordinarij Barchinonenſis, proinde cum hæc cauſa vertatur ſolum ſuper iuriſdictione, vltra quam Epiſcopus Barchinonẽſis in iſto prioratu nihil prætendit, neceſſe eſt, quod religio, vel huiuſmodi iuriſdictioni conſentiat, & lis erit partium conſenſu finita, vel ſi de ea controuerſiam proſequi vult ante omnia faciat, os aperiri, vt in ſimili reſoluit Rota coram bo. me. Domino Gipſio in Auellina vnionis 1577.

3 Non obſtat defectus intentionis Papæ, qui deducitur ex priuilegijs religionis Hieroſolymitanæ, quæ ſine expreſſa mentione non comprehenduntur in Breuibus, & litteris Apoſtolicis; nam propter clauſulã expreſſam quod non poſſit dari de intẽtionis defectu, reſpondetur vlterius huiuſmodi priuilegia intelligi de generali expreſſione; hic autem cum prioratus Sanctæ Annę ſit nominatim deſignatus non videri locum eſſe priuilegio, & denique ea poſſe procedere reſpectu præiudicij abdicationis iuris non autem quo ad denegationem audientiæ, quæ procedit ex clauſula ſublata, per quam Papa tollit iuriſdictionem iudicibus, & ſibi reſeruat, quemadmodum in regula de non tollendo iure quęſito, licet Papa declaret eſſe ſuę intentionis tollere ius quęſitum, tamen ſtante clauſula ſublata non poſſe dari de illa regula, cenſuit Rota in cauſa Aretina Commendæ 18. Decembris 1586. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Cardinali Seraphino; & in Acheruntina fructuum 7. Nouembris 1591. coram illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio & alias ſæpe.

Quę omnia eo magis placebant, quia iam in hac cauſa coram eodem Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio Veneris 18. Maij 1601. dictum fuit non eſſe inhibendum, quia clauſulæ obſtabant ergo, nec concedenda audientia, quia ſi eſſet concedenda, eſſet iam inhibendum.

R. P. D. MARQVEMONTIO.
Num. XIV.

AQVINATEN. SEV NVLLIVS beneficiorum.

16. Decembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſublata, quod non poſſit dari de ſubreptione, cum clauſula ſublata operantur, quod non ſit neceſſaria iuſtificatio Gratiæ.*
2 *Beneficium vnitum non vacat.*
3 *Regulæ de iure quæſito derogatio, an in vnione beneficiorum, ſit neceſſaria.*
4 *Papa ſcit, quæ de iure communi ſunt, non quæ de iure ſpeciali.*

Felic. record. Gregorius Decimusquartus vniuerat quamplura beneficia Capitulo Aquinatenſis, inter quæ tria ad collationem, & prouiſionem Abbatis Monaſterij montis Caſinen.

1 Vnde fuit dubitatum, an vnio facta ad fauorem Capituli Aquinatenſis obſtaret Seminario, per Dominum Abbatem tantummodo informatur, & duobus fiebat pręcipue fundamentum, Primo, quod vnio ad fauorem Capituli facta, non erat iuſtificata. Secundo, quod erat ſubreptitia; Dominis non placuit primum, quia cum vnio ſit munita clauſula, quod non poſſit dari de ſubreptione, &c. vnita cum clauſula ſublata, iſtæ clauſulæ ſimul in gratia appoſitæ, operantur, quod non ſit neceſſaria iuſtificatio, vt fuit alias reſolutum in cauſa Oſcen. indulti, die prima Iulij 1598. coram Reuerendiſſimo Rodien. & in alijs pluribus cauſis, ſed amplexi ſunt caput ſubreptionis, quę ſicut deducebatur ex duobus tamen pręſuppoſitis, quę erant verifican.

Dum enim primo loco dicitur gratiam vnionis fuiſſe ſubreptitiã, quia nõ fuit facta mẽtio de præcedẽti vnione facta per

Abba-

Abbatem Seminario,quod ſiPapa ſciuiſ-
ſet gratiam non conceſſiſſet, vel ſaltem
difficilius, Rota deciſ.3. de rer. permut.
2 in antiq. & quia beneficium vnitum non
dicitur amplius beneficium,&conſequen
ter non poteſt vniri,Rota deciſ.11.de re-
bus Eccleſ.non alienan.in antiq. Caſſad.
dec.13.ſuper reg. placuit motiuum, vbi
tamen probetur vnionem præcedentem
fuiſſe validam,cum alias de vnione nulla
ſit facta mentio,ſicut de gratia nulla.

Et dum ſubreptio ſecundo loco dedu-
cebatur,ex eo,quod non fuit Papæ narra
tum,quod collatio iſtorum trium benefi-
ciorum ſpectabat ad Abbatem, qui erat
in poſſeſſione illa conferendi DD. admi-
ſerunt ex tali taciturnitate cauſari ſubre-
3 ptionem; quamuis enim aliqui tenerent
gratiam vnionis non eſſe neceſſariam de
rogationem regulæ de iure quæſito non
tollendo,cum gratia ſit de ſui natura præ
iudicialis,& Papa ſciat præiudicium,vt in
cauſa Oſcen. indulti coram Reuerendiſs.
Rodien. & Illerden. preheminentiarum,
etiam coram Illuſtriſſimo Seraphino, ta-
men in hoc caſu non apparebat Papam
ſciuiſſe, quod præiudicabat Abbati, nec
quod eſſet in quaſi poſſesſione conferen
di, immo potuit credere collationem
ſpectare ad Epiſcopum,ad quem, de iure
4 communi ſpectat collatio beneficiorum
in propria diœceſi exiſtentium; Eorum
enim, quæ de iure communi competunt,
præſumitur, ſcientia in Papa non eorum,
quæ competunt de iure ſpeciali, quorum
in Papa præſumitur ignorantia, niſi de il
lis fecerit mentionem, vt fuit dictum in
Toletana annatarum 25. Ianuarij 1589.
coram bo.mem.Orano,& in Taruiſana
plebis de medulla 28.Iunij 1593. coram
Reuerendisſimo Rodien.

Verificatio igitur,quod prçcedẽs vnio
facta per Abbatẽ fuiſſet valida,vel quod
dictus Abbas eſſet in poſſesſione confe-
rendi de tempore vnionis ſecundæ, te-
nuerunt Domini vnionem,ad fauorem
Capituli factam non obſtare Semina-
rio, &c.

R.P.D. MARQVEMONTIO.
Num. XV.
PACEN. PENSIONIS.
20.Nouembris 1609.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus penſiones eccleſiaſticas ſi de abſolutione non docet,exigere nequit,quia eſt incapax reddituum Eccleſiae,nec ad illam agere,& numero iij.*
2 *Excõmunicato non ſuffragantur,nec litterae Apoſtolicae expeditae,nec quaſi poſſeſſio exigendi penſionem.*
4 *Breue cum clauſula ſublata,& decreto irritanti,& quod de ſubreptione, vel obreptione dici non poſſit, non venit ab obtinente iuſtificandum.*
5 *Oris aperitio tollit rigorem clauſulae ſublata, & dat facultatem impugnandi breue, ſed nõ elidit alios effectus.*

ROta cenſuit Breue fel.rec. Clem.8.
obſtare ſolurioni penſionis, ratio
deciſionis fuit,quia in d.Breui primũ nar
ratur,quidã ibi expreſsi, & in ſpecie Ioan
nes de Llanos, ad cuius fauorem penſio
de qua agirur reſeruara eſt multa ibi ſpe-
cificata fuiſſe im magnam Dei offenſam,
& Eccleſiaſticæ libertatis præiudicium.
Deinde ſubditur,declarans omnes,&ſin-
gulos ſupra nominatos,qui exequutionẽ
ſententiæ Rotalis prędictæ impediuerãt,
aliaq. prædicta impedimẽta, & grauami-
na ſupradicta in honoris Dei offenſam,&
Eccleſiaſticæ libertatis vilipendium, per-
ſtiterunt in pœnas, & cenſuras Eccleſia-
ſticas contra libertatis Eccleſiaſticæ vio-
latores inflictas, & in litteris die Cœnæ
Domini legi ſolitis contentas,incurriſſe,
illaſq. innodatos fuiſſe.
1 Vnde inferebant Domini, quod cum
Papa declarauerit Ioannem incidiſſe in
pœnas,&cenſuras Bullę Cœnę Domini,
& de Abſolutione nõ doceatur, ꝙ obſtat
exceprio excommunicationis, quæ agen
tem ad fructus,ſeu terminos penſionis re
pellit,ea ratione,quia excõmunicatus eſt
incapax reddituũ Eccleſiaſticorũ,& non
fuit fructus ſuos,c.paſtoralis,§.verum,de
appel.Rota deciſ. 8. de ſent.excom.in an
tiq.Rebuſ.in repet.cap.poſtulaſtis,n.81.

& ſequen. de Cler. excom. Put. deciſione 280. libro primo, & deciſione prima, de ſent. excommun. Biſign. deciſ. vlt. nu. 7. eodem titulo, Gig. de penſ. quæſt. 14. &
2 quæſtione 36. num. 5. Ideoque non ſuffragatur Ioanni, quod penſio ſit legitima auctoritate, & valide reſeruata, quod is ſit in quaſi poſſeſſione illam exigendi; Obijcitur enim non inualiditas penſio-
3 nis, ſed incapacitas penſionarij, qui cū ſit excommunicatus, non poteſt agere ad penſionem, nec etiam per viam manutentionis, vt fuit dictum in Cæſarauguſtana diſmembrationis 31. Maij 1596 coram Illuſtriſſimo Pamphilio in Valentina penſionis 31. Ianuarij 1600. coram Domino Litta in Conchen. Archipresbyteratus 19. Nouembris 1605. coram D. Decano, & in Segnina Caſtrorum 26 Iunij 1602. coram Domino Ludouiſio Quippe exceptio excommunicationis numquam cenſetur excluſa, & obſtat etiam coram mero exequutore, Galleſ. ad 4. par. obligat. Camer. quæſt. 1. num. 3. 4. & 5.

4 Non obſtat, quod aſſeritur Breue non eſſe iuſtificatum, nam vltra quod in cōtrariam ſententiam inclinabant Domini, fuit præterea reſponſum quod cum Breue contineat, ne de ſubreptione, obreptione, vel intentionis defectu dari poſſit cum clauſula ſublata, &c. pars quæ d. Breue obtinuit nihil tenetur probare, neque ad aliquam iuſtificationem adſtringitur, vt fuit dictum in Pampilonenſis Archidiaconatus 19. Martij 1593. & in Oſcen. Canonicatus 5. Nouembris 1597 coram Illuſtriſſimo Pamphilio in Oſcen. indulti prima Iunij 1598. & Burgenſis quindenniorum 10. Maij 1596. & 8. Martij 1599. coram Domino Litta, & in Meſſanenſis ſtudij 5. Iulij 1593. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

5 Non obſtat, quod Ioan. obtinuit aduerſus d. Breue oris aperitionem, illa enim aperitio tollit rigorem clauſulæ ſublatæ, &c. illoque remoto dat facultatem impugnandi Breue, ſed non elidit alios effectus dictarum clauſularum, neque transfert onus probandi in illum, qui breue obtinuit, quinimo illud onus ſemper remanet penes dantem de ſubreptione, quamdiu Breue non reducitur ad terminos iuris communis, Afflict. deciſ. 228. num. 13. & 14. & fuit dictum in dicta Pampilonenſis Archidiaconatus coram Illuſtriſſimo Pamphilio 19. Maij 1595. coram Domino Litta in Romana de Gabrielis 12. Nouembris 1595. in Sutrina Monaſterij 9. Decembris 1596. coram Domino Orano, & in Terdon. Hoſpitalis 27. Iunij proximi præteriti coram Domino Iuſto, quas deciſiones DD. procedere dixerunt, ſiue Breue emanarit motu proprio, ſiue ad inſtantiam partis, neque admiſerit diſtinctionem alias factam in Seguntina dimidiæ annatæ 6. Iunij 1595. coram Domino Litta. Confunditur quippe dicta diſtinctio, ex quo Breue motu proprio emanatum etiam ſi prædictas clauſulas non habeat, tamen non indiget aliqua iuſtificatione. Deinde ſemper verum eſt, quod opponenti de ſubreptione incumbit onus illam probandi, iuxta not. in cap. litteris, vbi glo. Abb. Imol. & alij de reſcript. Aym. conſil. 60. num. 9. Pariſ. conſil. 3. num. 51. vol. 4. Veral. deciſione 220. parte tertia, & fuit conſideratum in Sutrina Monaſterij, & quidem illa deciſio coram Domino Litta in Seguntina annatæ ponit caſum in ſimplici clauſula, quod de obreptione dari nō poſſit, quando ponitur ſine clauſula ſublata, habet tacitam conditionem, quatenus preces veritate nitātur, vt fuit dictum in Hiſpalenſis beneficij de Xeres 6. No uembris 1600. coram eodem Domino Litta.

In propoſito igitur, cum in Breue Clementis Octaui Ioannes de Llanos declaratus ſit excommunicatus quamdiu de ſubreptione dicti Breuis, vel de abſolutione Ioannis, non docetur, obſtat excommunicatus exceptio ſolutioni penſionis, & ita deciſum.

R. P. D. SACRATO.

Num. XVI.

ROMANA APERITIONIS Oris.

Veneris 8. Martij 1613.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Læſio vltra tertiam partem ſufficit ex di ſpoſitione ſtatuti Vrbis.*
2 *Clauſula ſublata,&c. enormiter læſis præiudicare non intendit.*
3 *Læſio magna, vt dolus contractui cauſam dederit, praeſumere facit.*
4 *Laeſione ceſſante, ceſſat oris aperitio.*
5 *Reuocari non debet, niſi ex magna cauſa, quod Princeps conceſſit.*
Maxime vbi agitur de litibus ſuſcitandis, ibi.
6 *Lites non ſolum familias conſumunt, ſed homines à publicis muneribus retrahunt.*
7 *Laeſio maior in tranſactionibus, requiritur, quam alibi, & quare, ibi.*
8 *Oris aperitio de facili non venit concedenda.*
9 *Narratiua tranſactionis non venit attendenda.*
10 *Obligatio ſaluo iure legis & inuentarij, laeſionem excludit.*
11 *Laeſio non poteſt cadere in obligatione pro pijs vſibus.*
12 *Solemnitates in contractu minorum ad vſus pios, non requiruntur.*
13 *Laeſio non conſideratur in remuneratione facte per Nobilem eius familiae.*
14 *Pupillus ob honorem familiae, donare poteſt.*
15 *Principis beneplacitus, tollit omnes nullitates tranſactionis.*

CVm Dominus Philippus Magnus Comeſtabilis Columna, tanquam hæres q. Domini Marci Antonij iunioris pariter Comeſtabilis de Columna, prætenderet venire contra quandam tranſactionem initam inter prædictum Dominum Marcum Antonium ex vna, & admodum Reu. Capitulum Baſilicæ Lateranen. ex altera, occaſione hæreditatis q. Cardinalis Aſcanij pariter de Columna, fuiſſetque dicta tranſactio per S.D.N. confirmata, cum clauſula ſublata, decreto irritanti, & quod non poſſet dari de ſubreptione, vel obreptione, eſſetque propterea clauſum os prędicto Domino Philippo, interdictaque iudicibus audientia, ipſe pro aperitione oris aduerſus prædictam tranſactionem adiuit Signaturam S.D.N. verum Sanctitas Sua noluit aliquid reſcribere, niſi audito voto DD. de Rota. Quapropter ex ordine Sanctitatis Suę propoſui in Rota, an eſſet danda prædicta oris aperitio.

1 Pro parte Domini Comeſtabilis diceba
tur conſtare de læſione ne dum vltra ter
tiam partem, quod ſufficit iuxta Statu-
tum Vrbis capitulo 154. libro primo. Ve
rum etiam vltra dimidiam, vnde eſſe lo-
cum remedio, l. 2. C. de reſcind. vend.
cum ibi not. per Scrib. qua enormi læſio-
ne ſtante, dicebatur eſſe locum aperitio-
2 ni, quia Papa per prędictas clauſulas nō
intendit præiudicare ita enormiter læſis,
ſed tantum tollere exceptiones friuolas,
& malè fundatas prætenſiones, ad in-
ſtar clauſulæ prohibentis appellationem,
quæ intelligitur de appellatione friuola,
Bart. in l. omnes populi, numero 65. ff. de
iuſt. & iur. Alexander conſilio 89. num.
18. lib. 6. Corn. conſilio 248. num. 15.
libro 2. Crauet. conſilio 641. numero 12.
libro quarto. Et in ſimili de iuramento
de non contraueniendo, quod videtur
potentius, quam iſtæ clauſulæ, cum pro-
cedat à conſenſo partis, & agatur de re-
ligione, & nihilominus contra illud da-
tur abſolutio ad effectum agendi, & re-
ſcindendi contractum, Abb. in capitulo
cum contingat, numero 23. de iure iur.
Corn. conſilio 166. numero quinto, lib.
1. Crauet. conſilio 142. num. 23. Afflic.
deciſione 322. num. 9. & 11. Caſſador.
deciſione 1. numero ſecundo de empt. &
3 vendit. Etenim quando adeſt tanta læ-
ſio, præſumitur, quod dolus dederit cau
ſam contractui, l. ſi ſuperſtite, in fine,
cum ibi not. C. de dol. mal. Calcan. con-
ſilio 11. numero 33. Corn. conſilio 166.
numero quarto, libro primo, Decius
conſilio 180. numero 6. Crauet. conſil.
142. numero 22. & proinde doloſis non
debēt ſuffragari huiuſmodi clauſulę, iux-
ta not. in l. in fundo, ff. de rei vendic. in
l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ.
in l. creditor, §. huius, ff. mand. in l. illici-
tas, §. illicita, & ibi glo. ff. de off. præſid.
Alexander conſilio 108. numero quarto
libro quarto confirmabantur prędicta,
quia nedum tranſactio fuit læſiua, atque
inde

inde reſcindēda, ſed imo ab initio nulla,
tum quia facta à procuratoribus con-
ſtitutis per vnum tantùm tutorem,
cum tamen duo eſſent teſtamentarij tuto
res, cum clauſula, quod ambo coniun-
ctim adminiſtrare deberent, ad l. Titium,
& Mæuium vbi Bart. ff. de adminiſtr. tut.
tum quia in conſtitutione procuratoris
minimè interuenit decretum Iudicis,
quod erat neceſſarium cum ageretur de
hypotecandis bonis pupilli ad l. ſi pupil-
lorum §. 1. ff. de reb. eorum l. pen. C. de
his qui ven. ętat. impetr. l. imperatores,
vbi Angel. ff. de pact. l. tutoris. ff. eod.
tit. & in ſpecie de tranſact. eſt tex. in
l. cum ij. §. tranſactionis. ff. de tran-
ſaction.

4 Verū prædictis non obſtantibus Rota
cenſuit; non eſſe dandam oris aperi-
tionem, quia læſio ſaltem ſufficiens ad
effectum, de quo agitur, minimè adeſt,
& pretenſa nullitas non ſuffragatur, vn-
de pro non aperitione remanet regula,
5 Quod illud, quod Princeps ſemel conceſ-
ſit, non debet ſine magna cauſa in du-
bium reuocare, cap. decet. de reg. iur. in
6. c. ſi nulla. de prebēn. eod. lib. §. illud.
Auth. conſtit. quæ dignit. Gloſ. in cap. 1.
25. q. 2. Bart. in l. conficiuntur, §. codicil-
li. ff. de iur. codicill. Dec. conſ. 496. num.
26. Rol. conſ. 71. num. 47. lib. 2. Verall.
deciſ. 128. num. 3. parte prima, maximè
vbi agitur de ſuſcitandis litibus, quas in-
tereſt Reip. quanto citius finiri, cap. di-
ſpendia. de reſcrip. in 6. clem. diſpendio-
ſam. de iur. l. properandum. in princ. C.
eodem tit. l. 1. in princ. C. de nou. eod. fa-
cien. vel finitas non ſuſcitari l. cauſas &
lites C. de tranſact. cap. expoſita. de ar-
6 bitr. Etenim non ſolum conſumuntur
familię in expenſis & iurgijs, quas fami
lias intereſt Reip. conſeruari. l. cum ra-
tio §. penult. ff. de bon. damnat. l. 2. C. de
vid. tollen. l. 2. in fin. ff. comm. de manu-
miſſ. l. aut facta. in fin. ff. de pen. l. 1. §. pu-
blicę. ff. de ventr. inſpicien. verum etiam
homines in illis diſtenti publicis mune-
ribus vacare, & aliorum hominum com
modo deſeruire prohibetur, cum tamen
ad hoc nati ſint iuxta illud Platonis, de
quo per Cic. de off. tit. de iuſt. in princ.
verſ. quoniam.
7 Quantum ad læſionē fuit conſideratū,
quod id tranſactionibus requiritur ma-
ior læſio, quam in alijs materijs, Dec.
conſ. 551. num. 6. Corn. conſ. 166. num.
5. lib. 1. Crau. conſ. 151. num. 26. Gabr.
de emp. & vendit. concl. 1. nu. 69. Gram.
deciſ. 66. num. 47. Rot. in cauſa Romana
domus 3. Decemb. 1601. coram me.
Etenim in illis non conſideratur ſolum
quid datum, vel quid remiſſum, ſed &
dubius litis euentus l. 2. C. de tranſact.
gloſſ. in l. huius. §. fin. ff. ad trebell. Cald.
conſ. 3. de tranſact. Alex. conſ. 222. num.
11. lib. 2. latè Gabr. de empt. & vendit.
concl. 1. num. 68. Put. deciſ. 230. num. 2.
lib. 1. Menoch. conſ. 508. num. 36. & ca-
ſus fortuitus, cui equiparatur ſententia
Iudicis, Bart. in l. ſi per imprudentiā ff.
de euict. Angel. conſ. 176. num. 2. Dec.
conſ. 74. nu. 3. Gozad. conſ. 94. nu. 43.
Natt. conſ. 181. num. 2. Crau. conſ. 233.
num. 2. Rolan. conſ. 45. num. 22. lib. 3. &
bonum Reip. quod reſultat ex fine litiū
8 per predicta. Accedit q; ſi iſta oris aperi-
tio pro ordinarijs iuris remediis concede
retur, fruſtrà in conceſſionibus Apoſtoli-
cis huiuſmodi clauſulæ apponerentur cō
tra not. in c. ſi Papa. de priuil. in 6. in l. ſi
quando. ff. de leg. 1. & in l. cum antiqui-
tas. in princ. C. de teſtam. & in ſimili
de clauſula arbitrio fuit dictum in cauſa
Romana Cottiuij die 6. Martij 1606. co-
ram me, vnde inferebatur pro obtinen-
da oris aperitione, eſſe aliquid plus pro
bandum, quam ad obtinendum in iudi-
cio, læſionis.

Deducebatur læſio pro parte D. Come
ſtabilis, quia vt in trāſactione aſſeritur,
bona relicta Capitulo aſcendebant tan-
tum ad ſcuta 62. mill. è conuerſo autem
D. M. Antonius in eadem tranſactione
aſſumpſit in ſe onera valoris ſcutorum
127. adeò vt exceſſus ſit in pluſquam di-
midia. Vltrà q; ex iuribus poſteà com-
pertis dicebatur, conſtare, quod æs alie
num hęreditatis verè aſcendit ad ſcuta
165. mill. Verum præter quod deducta
pro parte D. Comeſtabilis non videba-
tur ita clara tam in eo, quod hæreditas
non excedat ſcuta 62. mill. in valore,
quàm in eo quod onera aſcendant ad
9 tantam ſummā, nec vis poteſt fieri in nar
ratiua tranſactionis, cum ſit per verba,
vt dicitur, vel vt aſſeritur ad deciſ. Rot,

60.& 77.de reſcr.in antiq.Caſſad.4.nu. 1.6.8.& 9.de prob.Put. deciſ. 36.lib.3. vnde eſt locus dubietati, ob quam ſubſtinetur tranſactio,ac ex ſupra alleg.fuit cōſideratū, quòd D.M. Antonius allum pſit in ſe onera in duplici differentia.

10 Ad alia ſi quidem ſe obligauit ſaluo beneficio l. & inuentarij, prout habebat Capitulum, & in iſtis non cadit læſio, cum minimè teneatur vltra vires hæreditarias, iuxta not.in l.fin. §. & ſi præfatam,C.de iur. deliberan. Ang.conſ.31. num.2.& 8. Corn.conſ. 31. num. 1.lib. 3.Surd.conſ.7.num.31. Ad alia autem ſe obligauit prædictus D. M. Antonius etiam de proprio,quatenus vires hæreditariæ non ſufficeret, & neque in iſtis

11 viſa fuit cadere læſio, Si quidem alia ſunt legata ad opus pium, prout conſtructio, & dotatio Cappellæ in baſilica S. Ioannis,anniuerſaria pro defunctis,legatum triū mill.Societati SS. Apoſtolorū, & ſimilia, & in iſtis non poteſt cadere læſio, cum ſint donata Deo, à quo taliter donans centum pro vno erat accepturus iuxta illud Euangel. Matth.c.19. qui reliquerit &c.centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Et quod in iſtis non cadat læſio,probatur ex tex.in §.ſi verò expreſſim. auth. de hæred.& falcid.Signorol.conſ.26.num.2. Odd.de

12 reſt. in integr.q.55.num.32.& ſeq.Qua ratione non requiruntur ſolemnitates in contractibus minorum cum pia cauſa, Bald.in l.generali. num.3. C. de ſacroſan.Eccl.Iaſ.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.num.31.ff.de pact. Calcan.conſ.13. num. 4. cum duobus ſeqq. Anan.conſ. 57.in fin. Bertach. tract.de Epiſ. par.4. lib.4.num. 101.Cephal.conſ.109.num. 18. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 164.etenim iſta ſpiritu Dei aguntur, & propterea non cadunt ſub lege, cap.licet de regular. cap.duæ ſunt.19. q.2. & per hanc rationem,Calcan.conſ.13.num.3.

13 & 6.Alia verò ſunt legata annua relicta familiaribus, & benemeriris Illuſtriſſimę Domus Columnæ eorum vita durante, neque in iſtis viſa fuit poſſe cadere læſio, attenta maximè qualitate domus Columnenſium, quæ eſt inrer Inſigniores ne dum Italiæ,ſed totius Europæ, & modicitate legatorum, quę in totum aſcendunt ſolum ad ſcuta 1290. ſingulis annis, & vt plurimum fuerunt relicta ſenibus, & valetudinarijs, vnde maior pars iſtorum à die tranſactionis citrà

14 mortua eſt. Et quod pupillus ob honorem familiæ poſſit donare, & remunerare,nec propterea dicatur læſus ſi tutor id faciat,tenent Alber.in l.ambitioſa.nu. 2.ff.de decret.ab ordin. facien. Roman. conſ. 50.in fin. Tiraq. in l.ſi vnquam. verb.de donatione largitus. num.25. C.de reuoc.donat.& in ſpecie de Alimētis etiam extraneis præſtandis, eſt tex. in l.cum plures. §.cum tutor ff. de adminiſtr. tutor.& ceſſante læſione ceſſat præſumptus dolus, de quo ſupra.

Quantum ad nullitatem ex defectu interuentus alterius ex tutoribus, & decreto Iudicis,fuit reſponſum, quod Beneplacitum Principis ſupplet omnes ſolemnitates,l.omnium.C.de teſt. Oldrad.conſ. 257.num.13.Abb.conſ.41.num.3.verſ. item omnis. lib.1. Dec. conſ. 341. num. 12.verſ.& quando conceſſio, Pariſ.conſ. 24.num.4.lib.4.etenim ipſe eſt omnium tutor & Iudex, ac ſpecialis pupillorum, & ſimilium perſonarum protector c.regum.23.q.5.cap.1.& 2.87.diſt. Alberic. in l.vnic.in princ.Bald.num.1.& 2.Salic. n. 1. Caſtr. nu. 4. C. quando Imp. inter pupill.& vid.Bald.de pace conſt.in princip.num.1. Crau. conſ. 253. num.4.Tiraq.de priuil.piæ cauſæ priuil. 150. Vltrà quod in eo, quod concernit piam cauſam minimè fuerunt neceſſariæ ſolemnitates, Bart.in l.1.num.6. C. de ſacroſ.Eccleſ.Tiraquell.de priuil.piæ cauſę priuil. 164. cum alijs ſuprà allegatis.

R. P. D. PENIA.

Num. XVII.

PLACENTINA DECANATVS

Veneris 10. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in reſeruatione penſionis adiuncta, quod ſi per penſionarium reduci petatur,operatur ſuum effectum, ſecus, ſi recedit à lite.*

2 *Euentus conditionis in decreto appoſitae facit,vt perſeuerans in lite ſubdat ſe ſe pœnae ſtatutae.*

Clau-

3 *Clauſula ſublata, tollit poteſtatem aliter iudicandi.*

4 *In confirmationibus Pontificijs, ſubintelligitur conditio quatenus partes de nouo conſentiant.*

5 *Clauſula ſublata in reſeruatione penſionis quod non poſſit dari de obreptione, & ſubreptione operatur, vt Papa omni caſu etiam de iure litem prohibuiſſe cenſeatur.*

6 *Quempiam priuari ob non ſolutionem penſionis beneficio, eſt iniquum.*

7 *Per penſionis ſolutionem ceſſare videtur formalis, & culpabilis proteruia, quæ regreſſibus, viam aperit.*

8 *Pœna caducitatis, uel iuris quaeſiti, ex contrauentione cenſetur remiſſa per receptionem penſionis, ſeu canonis.*

9 *Grauior eſt exceſſus in committendo, quã in ommittendo.*

10 *Rota cenſuit purgationem more praeter tim ſi ius partis non eſt effectum deterius.*

QVoniam in reſeruatione penſionis ſuper illo Decanatu ad fauorem Mirandæ fuerat dictũ, quod ſi Garſias de Loayſa, vel Don Petrus Panyagua peterent penſionem reduci, vel annullari, vel dicere illam ex qua vis cauſa fuiſſe nullam, & inualidam, ſeu reducibilem, aut male, vel nulliter aſſignatam, liceret Mirandæ propria auctoritate capere poſſeſſionem prædicti Decanatus, illamque vigore eiuſdem decreti retinere, & deinde procurator Don Petri, ſuper nullitate dictę penſionis cauſam committi obtinuerat, eamque commiſsionem Petrus ratam habuerat, vt Rota cenſuit die 26. Octobris 1594. & propterea Miranda prætenderet propter introductionem huius litis ſuper nullitate penſionis factum fuiſſe locum prædicto decreto, ideo propoſito dubio ſuper
1 hoc, vtraque parte informante concluſum fuit, locum factum fuiſſe decreto ad fauorem Mirandæ, ad effectum, de quo 1 agebatur, potuiſſe tamen Decanum, recedendo à lite, euitare pœnam, in decreto appoſitam.

Nam quantum ad primam partem, 2 clarum erat, Don Petrum propter litem motam ſuper nullitate penſionis, & illius proſequutione, in qua adhuc tenaciter perſeuerabat, ſe ſe ſtatutæ pœnæ ſubieciſſe ob euentum conditionis in decreto appoſitę. Verallus deciſione 247. incip. Decretum appoſitum, parte prima, & deciſione 313. parte ſecunda. Acchil. deciſione 311. alias 1. numero 5. de iure iuran. in impreſsis, & ſtante præſertim clauſula ſublata, quæ tollit poteſtatem 3 aliter iudicandi. Put. deciſione 50. num. 5. lib. 1. & declaratione facta per Mirandam, per quam dixerat ſe acceptaſſe decretum, & eo vti velle. Put. deciſione 34. libro ſecundo. Mohed. deciſione vlt. tit. de renunciat. in fine.

Nec placuit Dominis ille decreti intellectus adductus per informãtes pro Don Petro, quod intelligeretur, vt non poſſit opponi de nullitate de facto, & non de iure. Oradinus deciſione 76. Cotta deciſione 294. Hanc autem nullitatem contra penſionem Mirandę oppoſitam habere iuris fomentum, ex quo Garſias 4 non conſenſit, vt fuerat præſuppoſitum, & ſemper in confirmationibus Pontificijs ſubintelligatur conditio, quatenus partes de nouo conſentiant. Abb. in cap. ſuper eo, numero octauo, de condit. appoſitis.

Quoniam reſpondebatur, verba decreti fuiſſe ampliſsima, vt de nullitate, ex qua vis cauſa dari non poſſet, quæ propterea, tam veniebant intelligenda de facto, quam de iure. Ruinus conſilio 77. num. 6. & 7. & ſequen. lib. 2. Galeatius Maluaſia conſilio 12. incip. Duo proponuntur, num. 24. libro 1. & eo maxime, quia Don Petrus, neque de iure opponere poſſe videbatur, ſtante clauſula in reſeruatione penſionis, quod non poſ-
5 ſet dare de obreptione, & ſubreptione cum clauſula ſublata, quo caſu Papa omni caſu etiam de iure litem, & moleſtiam prohibuiſſe cenſebatur. Put. deciſione 377. libro tertio.

Secundam partem, quod Decanus 1 poſſet euitare pœnam, ſi pœnitendo recederet à lite, & ab omni moleſtia, amplius Mirandæ, tam de facto, quam de iure inferenda, Domini tenuerunt more maiorum, qui æquitatem, & benignitatem humanæ naturæ conformem ſecuti, cenſuerunt in ſimilibus caſibus moram purgari poſſe. Sarnen. de ſubrogan. col- ligan.

litigan. quæſt. 7. num. octauo verſic. Secundus caſus. Antonius Auguſtinus in epitome tit. de priuat. ob non ſolution. §. 5. idem lib. 3. deciſ. 352. incip. Peregrinus
6 & deciſ. 619. incip. Thomas in Toletana vbi teſtatur iniquum fuiſſe viſum ob non ſolutionem penſionis ptiuari quempiam beneficio.

Quam ſententiam ſæpè deinceps Rota ſecuta fuerat, vt in vna Calaguritana prioratus coram R. P. D. meo Blanchetto die xx. Martij. 1579. & in eadem coram eodem die 15. Ianuar. 1580. & nuper anno præſenti die 16. coram R. P. D. Litta in vna Roſſanen. regreſſus.

Et quamuis ex iſtis deciſionibus intelligeretur tunc poſſe canonizari regreſſus & iſtis decretis pænalibus fieri locum, quando adeſt magna proteruia in recuſante penſionem ſoluere, quam informantes pro Miranda, ex eo contra Don Petrum deducere conabantur, quod litem ſuſtineret, & plures alios actus faceret, tam in Rota, quam in Signatura, pro penſione annullanda.

7 Nihilominus ex aduerſo apparebat ſemper ſolutam fuiſſe penſionem, & nouiſſime quoq; datam a Don Petro cedulam cautionis bancariæ, ex quibus videbatur ceſſare formalis illa, & culpabilis proteruia, quæ regreſſibus viam operit.

Supradictis accedebat factum Mirandæ quoniam licet commiſſio, & proſecutio cauſę ſuper nullitate penſionis fuerit de anno 1592. Miranda tamen exegerat penſionem per totum annum 1593. non declarando, quod volebat vti decretis, neq; proteſtando niſi de anno 1594. per quos actus alias cenſetur remiſſa pœna caducitatis, Caſſadorus deciſione 2. & 3. de locat. Gambara de poteſt. legati, lib. 6. num. 480.

8 Poſtremo non placuit Dominis illa diſtinctio. quam faciebant informantes pro Miranda de conttaueniendo in omittendo, vel in committendo; vt eum controuenitur in committendo, ſtatim
9 ſequta contrauentione fiat locus pœnæ, & ſic in caſu propoſito prouiſioni ad fauorem Mirandæ, iuxta tradita per Baldum in authen. habita, num. 46. C. ne filius pro patre, & Aretinus conſil. 95. nu. 7. & Dec. conſil. 138. num. 4.

10 Quia licet regulariter grauiores ſint exceſſus, & errata facta per commiſſionem, quam per ommiſſionem, Rota tamen æquitatem Canonicam ſecuta non amplectitur illam diſtinctionem; cum contrauenientes, quantum poteſt admittat ad moræ purgationem, pręſertim ſi ius partis non ſit effectum deterius, capitulo ſuam de pœnis, Alexander in l. ſi inſulam, num. 24. ff. de verborum obligat. Iaſon in l. ſi quis maior, num. 26. & ibidem Cagnolus, num. 152. C. de tranſact.

Quanquam autem deciſum eſſet, Don Petrum potuiſſe purgare moram etiam, vſque ad tertiam ſententiam, non propterea denegabatur Mirandæ facultas proſequendi ius ſuum, ſi quod haberet ex alijs capitibus ad eundem Decanatum, tametſi Dominis placebat, quod lis finiretur per concordiam.

R. P. D. SACRATO.

Num. XVIII.

FOROLIVIEN. NVLLITATIS obligationis.

Lunæ 20. Maij 1613.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio iniuſte in carceribus detenta, eſt nulla.*
2 *Metus cauſa geſta reſcindenda veniunt, licet nulla non ſint.*
3 *Proteſtatio carcerati (quod non intendit ſe obligare) quid operetur.*
4 *Modus inſolitus, dandi cibum limitatum, & rigor carceris, augent metum.*
5 *Non dicitur metus purgatus, ex eo, quod quis dum contraxit fuit poſitus extra carceres, quia ſi ad illos reddit, ac ſi in carceribus ſe obligaſſet habetur.*
6 *Quod cauſa metus ceſſet, requiritur totalis libertas.*
7 *Non poteſt quis vti ſuſpectus carcerari, niſi deterioratio, creditum, & iuramentum præcedant.*
8 *Clauſula Bullæ Clementis Octaui ſuper bono*

bono regimine, quod ad fauorem Communitatis poſſit procedi manu reggia, tollunt ſolemnia, non autem Iudiciorum ſubſtantialia

9 *Liquidatio crediti, & deterioratio poſt obligationem concernunt iuſtitiam nou autem ſolemnitatem.*

10 *Delegatus à latere contra formam iuris nihil poteſt.*

INformante tantũ Equite Capite ferreo, cum pars aduerſa pluries cirata noluerit informare Domini cenſuerunt ſententiam R.P.D. Marcheſani eſſe confirmandam quatenus annullat obligationem factam per prędictum Equitem ad fauorem Dionyſij Zauli, cum omnibus in ea contentis.

1 Moti fuerunt Domini quia prędicta obligario fuit per Equitem facta dum iniuſtè pro cauſa pro qua ſe obligauit detinebatur in carcerib. vnde fuir nulla ad l. qui in carcerem, & ibi Doct. ff. de eo, quod met. caul. Fulgoſ. conſil. 176. lib. 1. Neuizan. conſil. 52. num. 47. Marſil. in prax. §. atringam numero vigeſimo ſecundo vbi de communi, Natt. conſil. 451. numero primo, & ſeq. Afflict. deciſ. 149. numero ſecundo Menoch. de arbit. libro ſecundo caſu 136. numero quarto, & quinto. Adeo enim iura abhorrent iſtum metum incuſſum per viam Carceris, vt licet regulariter geſtum in cauſa metus non ſit nullum ſed reſcindendum l. 1. C. de reſcind. vend. l. interpoſiras C. de tranſact. attamen geſtum ex cauſa metus iniuſtæ carcerationis eſt ipſo iure nullum vt colligitur ex d. l. qui in carcerem ibi nullius momenti eſt, quæ verba important ipſo iure l. ſi quis Sempronium ff. de hered. inſtit. & quod talis contractus ſit ipſo iure nullus tenent Cardin. conſil. 137. numero 1. ad fin. Abb. in capitulo ſecundo numero decimonono verſic. excipiendo duodecimum de eo quod met. cauſ. Felin. in cap. Rodulphus numero 31. verſic. nullius momenti de reſcript. Ang. Aret. conſ. 96. num. 14. & 21. Neuiz. conſil. 52. num. 48. Natt. vbi ſupra, num. 25. Surd. conſ. 37. num. 20. Rolan. conſil. ſecundo, numero 82. & ſeq. libro primo.

3 Et concluſio procedit ſine difficultate quando, vt in propoſito caſu præceſſerunt proteſtationes carcerati, quod non intendebat ſe obligare l. qui in aliena, §. Celſus ff. de acq. hered. Cald. conſil. primo, num. tertio de his quæ ui. vel met. cauſ. Natt. dict. conſil. 451. numero vigeſimoprimo Honded. conſil. vigeſimo tertio num. 21. & ſeq. lib. 1. Sud. conſ. 37. nu. 20. Menoch. de prçſumpt. lib. 3. prçſumpt. 126. num. 23.

4 Quibus accedat rigor Carceris, & inſolirus modus dandi cibum limitatum quæ circumſtantiæ auget metum Card. d. conſ. 137. in princ.

5 Nec prędictus metus fuit purgatus ex eo, quod Eques quando contraxit fuerit poſitus extra Carceres, quia cum ſtatim fuerit ad illos remiſsus, perinde eſt, ac ſi in carceribus ſe obligaſset, gloſs. in l. qui neq; ver. ſeruatur ff. de verb. ſignif. Bart. in d. l. qui in carcerem numero primo in fin. Gaſtr. in l. qui a Latronibus in fin. de teſtam. Cuman. conſ. 68. numero quarto Fulgoſ. conſ. 177. numero ſecundo verſ. ad ſecundum, Neuiz. conſil. 52. num. 48. Ruin. conſ. 13. numero tertio libro quinto Natt. d. conſil. 451. numero decimoquinto cum pluribus ſeqq. & eſt regulare quod vt metus dicatur purgatus re-
6 quiritur plena, & totalis libertas illius, cui fuit metus incuſſus, & quod ceſſet omnino cauſa metus, l. qui neq; & ibi gloſſ. verb. ſeruatur ff. de verb. ſignif. Bart. in l. ſecunda numero ſexto, & ſeptimo Bald. numero decimo & duodecimo, C. de his quę ui metuſue cauſ. Alex. conſil. 98. numero quarto, & 99. num. 8. lib. 3. Natt. conſil. 451. numero decimoquinto & pluribus ſeqq. Rolan. conſil. 2. num. 86. vſq; ad 93. lib. 1. Neuiz. conſil. 52. numer. 52. & 53. Honded. conſil. 23. num. 40. & ſeq. lib. 1. Menoch. de prçſumpt.
lib. 3. prçſumpt. 117. num. 18. 29. & 34. 8
Pedemont. deciſ. 180. numero duodecimo.

7 Quod autem carceratio Equitis fuerit iniuſta, viſum fuit Dominis apparere ex eo, quod Eques fuit carceratus tanquam ſuſpectus de fuga Communitate aſſerta creditrice minime inſtante; nec cum iuramento ſuſpitionis, nec docto de credito, nec minus de deterioratione poſt prçtenſam obligationem ad fauorem Communitatis

munitatis, prout hæc omnia requiruntur ad effectum, vt quis legitimè carcerari poſſit, tanquam ſuſpectus de fuga, Bald. in l, apertiſſimi, num. 9. C. de iud. Bart. in l. creditores, num. 1. verſ. nam prius, ff. de priuil: credit. Dec. conſil. 75 num. 1. Neuiz. conſi. 52. num. 12. & 13. Nat. conſil. 430. num. 7. in fine, & pluries ſeqq. Rolan. conſil. 65. num. 9. 10. & 11. lib. 3. cum alijs per Menoch. de arb. iud. caſ. 87. per tot. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 41. num. 1. & 3. Rot. in cauſa Veneta pecuniaria 7. Iunij 1605. coram D. Penia. Nec ſaluari poſſe prædicti defectus vi ſi fuerunt ex eo, quod Illuſtriſs. Cardinalis Legatus, qui carcerare fecit equitē in vim Bullæ Clementis Papę VIII. ſuper
8 bono regimine, poſſet ad fauorem Communitatis procedere manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta, quia iſtæ clauſulę bene tollunt ſolemnia, non autem ſubſtantialia iudiciorum. Natt. conſil. 15. nu. 11. Aret. in cap. dilecti, num. 17. de iud. Lap. alleg. 148. num. 4. & 5. Rom. ſing. 792. Crauet. conſil. 265. nu. 6. uerſ. non obſtat. Rota in cauſa Bononien. de Budriolis 25. Nouembris 1578. coram bo. mem. Cardinali Seraphino relata inter diuerſ. impreſ. deciſ. 445. num. 6. par. 1. Et proinde, non potuit Legatus vigore dici tur clauſularum carcerare equitem ſine requiſitis, de quibus ſupra, quia concernunt iuſtitiam, non autem ſolemnitatem, præcipue liquidatio crediti, & dete-
9 rioratio poſt obligationem ſicut, & multo minus id potuit facere tanquam Legatus de latere, quia Legatus de latere nihil poteſt contra formam iuris, glo. in
10 cap. finali, verb. figura, de heret. in 6. Spe cul. tit. de leg. §. ſupereſt, nu. 5. & 6. Ant. de Butr. conſil. 62. num. 3. Abb. conſil. 1. num. 3. lib. 2. Soc. conſil. 27. num. 9. lib. 3. Crauet. conſil. 103. num. 2. Non. conſil. 204. num. 20. cum alijs per Honded. con ſil. 93. num. 70. lib. 2.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO
Num. XIX.

SEGVNTINA ARCHIDIACONATus, & Canonicatus.
Lunæ 19. Martij 1601.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non concludens, non probat.*
2 *Reſeruatio odioſa eſt, & in caſibus expreſſis ſolum inducitur.*
3 *Familiaritas vt probetur, quæ concurrere debeant.*
4 *Cubicularij Papæ honoris ducti, an ſint vere familiares Papae, & numero octauo.*
5 *Regulae cancellariae de cubicularijs intellectus.*
6 *Bulla Iulij III. in Bullario num. xliiij. de familiaribus Papae declaratur.*
7 *Regula cancellariae reſeruatoria beneficiorum cubiculariorum declaratur.*
9 *Beneficia vacantia per obitum cappellani Papae honoris, ſunt reſeruatur.*
10 *Reſeruatio plene probanda venit.*

Vacantibus Archidiaconatu, & Canonicatu in Eccleſia Seguntina, per obitum q. Domini Petri de Silua, de menſe Auguſti 1599. defuncti, Epiſcopus Seguntinus gratia alternatiuæ gaudens, alterum ex ijs contulerat Domino Ioanni Cecon, alterum Domino Didaco Scalante, eos autem vti reſeruatos à Sede Apoſtolica imperauerat Dominus Ioannes Baptiſta Renion, & reſeruatio deducebatur ex eo, quod prædictus Petrus fuerat cubicularius ho noris fel. rec. Sixti V. recipiendo partem panis. Quamuis enim adeſſet vnus Teſtis deponens, quod habebat etiam par-
1 tem vini, tamen omiſſo, quod eſt unicus non concludit, nam reddens rationem ſuæ depoſitionis dicit, quod aliquando cum dicto Domino Petro comedit, & pro utroqne panis papalinus apponebatur.

Quæ ratio nihil facit ad partem uini, & cum ratio non concludat dictum extinguitur, Aym. conſ. 2. n. 4. ultra quod poteſt eſſe, quod quandoq. aliqua occaſione uinum de palatio habuerit, non tamen, quod illud quotidie reciperet

quemadmodum panem, & ceſſat omnis difficultas ex fide Computiſtæ Cameræ, ſiue Palatij Apoſtolici atteſtantis,prædictum Dominum Petrum in rolis familiarium Sixti Quinti reperiti deſcriptum ſub rubrica Cubiculariorū honoris, qui partem panis tantum recipiebant. Orta deſuper lite inter prouiſum Apoſtolicū, & prouiſos ab Ordinario, eaque coram me introducta,dubitari contigit an conſtaret de reſeruatione horum beneficiorum, Et Domini reſoluerunt non

2 adeſſe aliquam reſeruationem. Cū enim reſeruatio ſit odioſa, Gloſ. in capitulo præſenti, in verbo finitur, de officio delegato. Biſign. deciſione prima in fine, de præb.Caſſad. deciſione tertia, numero quinto de reſeruat. Eaque non inducatur, niſi in caſibus expreſſis,Caſſadorus deciſione ſecunda, numero nono de reſcript. Simonet. de reſeru. quæſtione quinta, cum alijs ibi relat. in appendic. Non poteſt dici huiuſmodi cubiculariorum beneficia eſſe reſeruata, cum id nullibi cautum reperiatur. Non in regula tertia reſeruatoria,non in Conſtitutione Pauli Tertij, neque in Bulla Iulij Tertij, Non denique in alia regula ſexta.

3 Si enim inſpiciamus regulam tertiam reſeruatoriam, cum illa loquatur de familiaribus continuis commenſalibus, nō intrat niſi concurrat vtraque qualitas familiaritatis, ſcilicet, & continuæ commenſalitatis, Simon. de reſer. quæſtione 35. in principio. Gram. de offic. & poteſt. leg. libro tertio, titulo de offic. & poteſt. in benefic. confer. numero 166. Bero quæſtione 35. quæ qualitates deficiunt in huiuſmodi cubicularijs,ex quo continua commenſalitas corpore,& dentibus contrahitur, capitulo finali, cum ibi not. de verborum ſignificatione libro ſexto. Ex eo namque ſolo, quod quis recipiat panem in palatio, non eſt continuus commenſalis, quia iſte panis datur potius honoris gratia, quam ratione commenſalitatis,cum in ſolo pane non viuat homo. Alfonſ. de Sot. glo. antiq. ſuper dicta regula tertia, in fine. Sarnen. de impetr. benefic. per obitum famil. Cardin. quæſtione decima tertia, numero vndecimo, idem Sarnen. deciſione tertia. Simonet. deciſione vigeſima quarta.

4 Neque hic applicari poſſunt deducta ex deciſione Peregr. 104. quod familiaris ex priuilegio comprehendatur ſub regula reſeruatoria. In quibus terminis procedit etiam deciſio in cauſa Beneuentana beneficiorum coram Reuerendo P. Domino meo Decano, quia non apponit de aliqua declaratione Papæ, vel priuilegio,quod huiuſmodi cubicularij honoris per fictionem ſint veri familiares, & continui commenſales.

5 Si vero attendamus conſtitutionem Pauli Tertij, ſiue regulā Cancellariæ, de qua in Bullario numero 78. & 79. illa procedit in cubicularijs officialibus, vt patet ex illius inſpectione, cum loquatur de ſcriptoribus militibus, cubicularijs, & alijs officialibus.

Et ſemper hæc qualitas officialis ſit repetita, ac ideo non eſt extendenda ad cubicularios honoris,qui non ſunt officiales. Cum enim ſit exhorbitans, ex quo facit continuos commenſales, qui re vera non ſunt,ſtrictè debet intelligi de officialibus. Put. deciſione 313. libro primo, & hoc modo hanc regulam intellexerunt. Sarnen. in procem.regul.quæſtione ſexta, numero nono, & de impetr. benefic. vacan. per obitum famil. quæſtione 13. numero 16. Mandoſ. ſuper regul. ſexta, quæſtione prima, numero octauo. Et ita fuit deciſum in Rota coram Domino Mareſcotto in cauſa Lucenſis Archidiaconatus 23. Maij 1540. refert Put. deciſione 33. alias 38. de præben. in manuſcript. & in alia Adrien. refert idem Put. ſupra allegata deciſione 313. lib. primo in impreſſ.

6 Bulla vero Iulij Tertij in Bullario 44. declarans Eccleſiarum Prælatos, qui ſolum ratione ſuæ perſonæ panem ex palatio habent eſſe veros, & indubitatos continuos commenſales, etiam ad effectum regulæ reſeruatoriæ, cum emanauerit ad declarationem, & ampliationem regularum Pauli Tertij,quę cōprehendebant tantū illos Prælatos, qui percipiebant panē ratione officij,iam extendendo ad eos Prælatos,qui ſolo intuitu perſonarū, abſque aliqua conſideratione officij panem habent

habent, debet intelligi & regulari tamen ad conſtitutiones quas declarat l. hęredes palam, §. ſi quid, ff. de teſtamen. vt ſcilicet comprehendat Prælatos qui ratione perſonę panem accipiunt, quales non ſunt Archidiaconi, qui non habent panem ratione perſonę, quod ſuadetur, quia illos Papa creat ſuos domeſticos, & continuos commenſales vel vt comprehendat Prælatos maiores, non autem Archidiaconos, aut Rectores Eccleſiarum.

Qui propriè non ſunt Prælati, Clem. dudum cum ibi not. de ſepult. Abb. in capitulo ſecundo, numero decimoſexto, de iud. & in cap. tua nos, numero ſecundo, de cler. egrot. maxime in hac materia reſeruationis in qua, vt dictum eſt, faciendum eſt ſtricta, & propria interpretatio, Bero. dicta quæſtione trigeſima quinta. Gemin. conſil. 136. numero ſecundo.

7 Idem etiam dicendum eſt attenta regula ſexta, per quam reſeruantur omnia beneficia Cubiculariorum, & Curſorum, quia illa iuxta opinionem, quam alias Rota ſecuta eſt, non poteſt huiuſmodi Cubicularios comprehendere; cum enim per conſtitutionē Leonis ſuper erectione Collegij cubiculariorum, Anno 1515. de qua in Bullario, numero decimo quarto, in §. & ne Apoſtolicorum ſit expreſſe prohibitum ne vltra numerum cubiculariorum præſcriptum in erectione illius Collegij, & antiquos familiares, & continuos commenſales pro tempore exiſtentium, Roman. Pontificum aliquis alius nomen, aut titulum cubiculariorum vſurpet, regula non poteſt habere locum in iſtis cubicularijs, cum de tempore editionis regulæ non eſſent amplius cubicularij, ſed in his terminis habemus ſupra alleg. deciſ. Put. 33. de pręb. Ant. Aug. in epit. ſuper hac reg. Mohed. deciſ. 90. alias ſecunda, de prob. licet non ſit admodum clare relata, lex namque, quæ ſemper loquitur, comprehendit ſolum cubicularios de tempore regulæ exiſtentes, non autem eos, qui ſunt prohibiti nominari cubicularij.

Et ideo quicquid dicendum eſſet ante Bullam Leonis, de quo tempore procedunt. dicta per Alphonſ. gloſſ. antiq. ſuper hac regula, in fin. eam ſcilicet intelligendum eſſe de cubicularijs extra muros, poſtquam dicta Bulla ſuperuenit, non poſſunt ampliari ſtante huiuſmodi prohibitione.

8 Neque obſtat Mandoſ. ſuper hac regula, quæſtione prima, in fin. quia multum ſe inuoluit, & in poſteriori editione non animaduertit ad prohibitione, de qua in Bulla Leonis, nec ſuadet contrarium ratio per eumdem conſiderata, quod non poſſit intelligi de cubicularijs officialibus cum ſimilis regula extaret tempore Sixti Quarti, & ſic Anno 1472. & Innocentij Octaui Anno 1484. & Collegium cubiculariorum fuit poſtea erectum a Leone Decimo, Anno 1515. ſicut quod neque poſſit habere locum in alijs cubicularijs, quia alias eſſet ſuperflua, cum iſti ſint comprehenſi in regula tertia reſeruatoria beneficiorum familiarium, & continuorum commenſalium; Nam quantum ad primum quamuis ab initio regula hæc intelligeretur de alijs cubicularijs, qui non erant officiales tamen ſuperueniente Bulla Leonis, cum prohibitione, quod nullus alius pręter expreſſos in ea poſſit dici cubicularius, regula non poteſt loqui de illis qui non ſunt amplius, Quantum vero ad ſecundum non eſt inconueniens, quod ratione maioris dignitatis, quam habent alij cubicularij ſecreti, vt per Staphil. in titul. de pręrog. except. §. videndum. num. quadrageſimo ſecundo, ſit etiam facta particularis reſeruatio ſuorum beneficiorum, vltra quod, cum hæc regula declaret explicite, & diſtincte, quod implicite erat diſpoſitum, & expreſſum non poteſt dici ſuperflua, Gemin. in capitulo primo, pro vigeſimo ſecundo de ſum. Trinit. Ruin. conſ. 89. num. 17. verſ. nec obſtat, volum. 2.

9 Nec obſtat, quod beneficia vacantia per obitum cappellani honoris videantur reſeruata. Rot. dec. 22. de pręb. in ant. & dec. 12. eod. tit. in nou. & gloſ. ant. ſuper hac reg. 6. Tum quia nos non verſamur in cappellano, tum quia ex d. deciſ. non poteſt colligi vnde perueniat hæc reſeruatio, quę potuit forſan occaſionem

familiaritatis cum continua commenſalitate ortum habuiſſe.

Nec potuit fieri fund. in litteris fe. rec. Greg. 14. quia quicquid dicen. ſit ad effectum expediendum gratis cum agatur ad effectum reſeruationis, quam eſſe plene, & concludenter probandum fuit pluries deciſum non probante tunc quia narrariua emauauit ad inſtantiam partis tum quia eſt de facto prædeceſſoris tunc deniq; quia non fuit facta motu proprio Vital. in clem. 1. de prob. num. 28. Put. deciſ. 338. libro tertio, & ita concluſum.

R. P. D. LVDOVISIO.

Num. XX.

HYSPALENSIS BENEFICII DE Gibraleon.

Veneris 7. Maij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Cardinales probatur ex rotulo a Cardinali ſubſcripto.*
Maxime ſi concurrant adminicula ibi.
2 *Familiaritas Cardinalis induit reſeruationem.*
3 *Reſeruatio beneficij ligat omnibus manus in conferendo praeter Papae.*
4 *Subrogatio gratioſa ex quibus iuſtificetur.*
5 *Semel poſſidens poſſeſſionem continuaſſe praeſumitur.*

DOMINI ſine aliqua controuerſia reſoluerunt Illuſtriſſimum D. Centurionem immittendum in poſſeſſionem pręſtimonij ſeu ſimplicis beneficij in Eccleſia loci de Gibraleon quod vacauit per obitum Hieronymi Hurtado ex gratioſa ſubrogatione ad poſſeſſionem eiuſdem Hieronymi quem fuiſſe familiarem bon. mem. Cardinalis Dezzę, apparet ex rotulo per ipſum Cardinalem ſubſcripto, qui iunctis adminiculis familiaritatem plene & concludenter probat, vt fuit reſolutum in vna Comen. Beneficij 18. Martij 1596. coram R. P. D. Decano, pro adminiculo autem dantur tres teſtes deponentes tam de eorum ſcientia, quam de communi reputatione, qui per ſe ſufficerent, iuxta deciſ. Put. 139 lib. 3. qui teſtes, etiam concludenter deponunt quod Hieronymus de tempore, quo erat familiaris Cardinalis tenebat, & poſſidebat beneficium, de quo agitur, ex familiaritate autem reſultat reſeruatio vigore regulę tertię quę capit etiam beneficia quæſita ante familiaritatem, vt tenuit Rota apud Accoram. deciſ. vndecima, libro ſecundo vbi reſpondetur rationibus. Sarnen. qui contrarium tenuit in queſt. decima octaua de regulis, & procedit hodie ſine difficultate in terminis regulæ modernæ propter verba clara, quæ obtinent & in poſterum obtinebunt, quæ non aderãt in regulis antiquis; ſtante autem reſeruatione, per quam ligarę ſunt manus omnium, & ob id non agitur de præiudicio ordinarij, vel alterius collatoris pro iuſtificatione gratioſæ ſubrogationis ſufficit probatio Clericatus Reuerendiſſimi Domini ſubrogati, & obitus Hieronymi in poſſeſſione beneficij, Mohed. deciſ. 327. Put. deciſ. 295. libro ſecundo fuit dictum coram Gipſio in cauſa Burgen. de Pancoruo vigeſima quarta Octobris, & vigeſima octaua Nouembris 1588. & in Miranden. parocchialis decima ſeptima Maij 1600. coram R.P.D. meo Penia, & ſæpius in alijs Clericatus autem vltra quod eſt notorius probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama Rot. deciſ. 14. de prob. in antiq. Egid. deciſ. 114. Guidob. deciſ. 132. Caputaq. deciſ. 277. numero octauo, parte prima obitus Hieronymi probatur etiam per teſtes, quorum duo deponunt de publica voce, & fama, qui licet ad effectum iſtum ſufficerent. Put. deciſione 266. in fin. libro tertio Mohed. deciſione prima de prob. iuncti tamen cum altero teſte, qui deponit de certa ſcientia faciunt plenam, & perfectam probationem, l. tertia §. eiuſdem ff. de teſtib. Bart. in l. admonendi, numero 48. ff. de iur. iur. Alex. conſil. 180. ſub numero ſexto, libro ſecundo, Felin. in cap. veniens el primo, numero decimo de teſtibus Caſ. de Graſſ. deciſ.

pri-

Digitized by Google

prima,numero 2.de ſponſal. Deponunt, etiam ijdem teſtes Hieronymo tempore ſui obitus in poſſeſſione beneficij licet ſufficeret, quod dixerint illum ſemel poſſediſſe cum præſumeretur continuaſſe
7 in poſſeſſione vſque ad tempus mortis, Rota deciſione quarta de probat. in nou. Butr. in cap. cum ad ſedem, num. 25.prope finem,vbi etiam Abb.num.16 Imol.num. 5.verſic.& ideo de reſtit.ſpoliat. Alexander conſilio 33. in fine, libro tertio,fuit dictum in Illerdenſis beneficij die 17. Octobris 1594. coram R. P.D. Penia.

Commiſſio aperitionis Oris.

HISPALEN.

BEatiſſime Pater. Lite, & cauſa vertentibus in ſacro Rotæ Auditorio, coram R.P.D.Matthæo Buratto,cauſa, & occaſione. &c. in prima, vel alia veriori inſtantia, inter S. V. oratorem A. actorem ex vna,contra B. productis pro dubio dando &c.vel in meritis cauſæ agebatur, ſeu inſtabatur pro remiſſoria &c. Idem Iudex vigore clauſulę ſublatæ, & Decreti irritantis, in proximo S. V.Breui, vel Motu proprio inſertis, etiam cum clauſula, quod de ſubreptione, obreptione, vel intentionis defectu dici, ſeu impugnari non poſſit, & alijs clauſulis ſupra poſitis, ad vlteriora in cauſa procedi nō poſſe dixit. Quibus per Rotā conſideratis. Oratorem pro aperitione oris ad S.V. aduerſus præfatas clauſulas, & earum quaque remiſit. Supplicat igitur S.V.idem orator, cupiens de iuribus ſuis optimis via iuris experiri, quatenus præuia oris aperitione aduerſus dictas clauſulas, ac reductione ſupra inſerti reſcripti ad viā iuris, præfatis reſcripto, & clauſulis minimè obſtantibus, eidem R. P.D.Matthęo Buratto Rotæ Aud.cōmittere, & mandare dignetur, vt in cauſa, & cauſis huiuſmodi, ad vlteriora procedar iuſtitia mediante, perinde ac ſi præinſertæ non emanaſſent, ſeu ſignatę forent cum clauſula prout de iure, cæteraque omnia in ſuper neceſſaria, & opportuna faciat, gerat, & exequatur, iuxta formam commiſſionis, vel aliarum commiſſionis in actis præſentarum, cum poteſtate citandi & inhibendi &c.

Si videbitur factum neceſſarium, inſeri poterit, & aliæ circunſtantiæ, quæ ob varietatē, & incertitudinē negotiorum, omittuntur, cum omnibus præuidere impoſſibile ſit, quod pro cæteris alijs commiſſionum formulis inſeruiat arbitrio cauſidicorum repoſitis.

DE COMMISSIONE

CAVSARVM

Quæ Illuſtriſsimis Cardinalibus diriguntur.

§.Vnico.

SVMMARIVM.

1 *CAuſa Cardinali ſemel commiſſa inferiori, poſtea, ſine Papa licentia, non committitur.*
2 *Cardinales ſunt viua vox Papæ.*
3 *Cardinalium numerus certus eſſe debet.*
4 *Cardinalis à quo Cardinali ad quem non inhibet.*
5 *Cardinalibus per Signaturam Papae ſolum reſcribi ſolet.*
6 *Cancellaria, quare Cardinali cum clauſula, Et iuſtitiam faciat, non reſcribat.*
7 *Cardinales cardines terrae dicuntur.*
8 *Cardinales eorum Auditoribus terminorum obſeruationem committunt.*
Sed in cauſa auditores, non pronunciāt ibi num. ix.
10 *Cardinalis auocata cauſa à Rota, & illi commiſſa, Rotae non inhibet.*
11 *Cardinali creditur de negotio viuae vocis oraculo, ſibi à Papa commiſſo.*
21 *Cardinali legato, quando de ſibi à Papa commiſſis credatur.*
31 *Cardinali an in praeiudicium alterius credatur.*

14 *Cardinales ſub generali clauſula non cõprehenduntur.*
Ideo ſtylus addit etiam ſi Cardinalatus dignitate praeſulgeat, ibi.
15 *Cardinales Eccleſiæ Catholicæ fortitudo, & Primarij ſunt.*
16 *Regulæ Cancellariæ annullãtes gratias, veri valoris taciti non capiunt Cardinales.*
17 *Cardinales niſi expreſſe nominentur in lege non comprehenditur.*
Declara, vt hic.
18 *Generalis diſpoſitio non capit ſpecialia.*
19 *Cardinalatus dignitas, prima eſt poſt Papam.*
20 *Cardinales, & Papa omnia iudicant, & à nemine iudicantur.*
21 *Cardinales olim occurrendo dictos ad vltimum ſupplicium quomodo liberabunt.*
22 *Cardinales in Romana Curia reſidentes ſtellis fixis ſimiles dicuntur.*
23 *Cardinalium reſidentia in Romana Curia multum conſideratur.*
24 *Cardinales abſentes à Romana Curia non habent ius optandi ad ſex Epiſcopatus.*
Niſi abſentia ex magna cauſa.
Prouident Bullæ ſumm. Pontif.
25 *Cardinales quando careant indulto conferendi beneficia in eorum Eccleſiis, ex reg. vij. Cancell. S. D. N. Pauli Quinti.*
26 *Appellatio à ſententijs Cardinalium, ad Papam interponitur.*
27 *Clauſula Appell. re. in reſcripto Cardinales, vide hic.*
28 *Clauſula non obſtantibus, in priuil. Cardinalium quid importet.*
29 *Cardinalis qui numquam fuit in Curia Cardinalium non gaudet priuilegiò.*
30 *Cauſæ Cardinalium intereſſe tangentes in Curia committuntur.*
31 *Curia Romana Sedes Cardinalium eſt, & ipſi Papæ collaterales.*
32 *Clauſula pro ut de iure, cum clauſula appellatione remota, quid faciat.*
33 *Cardinales in Eccleſiis ipſis ſubiectis iura Epiſcopalia habent.*
Sed carent ijs quæ ordinis ſunt, ibi.
34 *Cardinales familiares Papæ, non continui commenſales dicuntur.*
35 *Cardinalis non eſt comprehenſus ſub generali excluſione priuilegij.*
36 *Cardinales ſub regula Cancellariæ de viginti diebus includuntur.*

CAP. XI.

§. Vnico.

1 SAepiſſime demandantur cauſę Car
dinalibus, tunc
autem ſi Cardina
lis Iudex eſſe de-
ſinat, non debet
propter perſonæ
reuerentiam alte
ri inferiori committi abſque ſpeciali Pa-
pæ mandato, nam cauſa ſemel effecta
Cardinalitia, ſemper remanet Cardina-
litia, Gom. in compend. vtri. Signat. ver-
ſic. ſeptimum Priuilegium, Bellam. deciſ.
37. incip. vbi appellatur in fin. Miliſ. in
2 ſuo repert. in verbo appellatio. Singuli
enim Cardinales propter dignitatis ex-
cellentiam ſunt quodammodo uiua vox
Sanctæ Eccleſiæ, Bal. in cap. cum in iure
3 column. 2. de offic. deleg. Quorum nume
rus, vt refert Zabarel. in Clement. ne Ro-
mani §. irritum num. 7. de elect. debet eſ-
ſe certus ad diſcipulorum inſtar, inter
quos, & Presbyteri, & Diaconi eſſe de-
bent, ac inter ipſos diuiduntur tituli ec-
4 cleſiarum vrbis, Sed ſi ab vno Cardina-
li cauſa auocetur, & alteri Cardinali, quo
uis modo demandetur, Pariter propter
perſonę honorem inductum eſt, ne Car-
dinalis ad quem Cardinali à quo inhi-
5 beat, vt inihibi. Sarnen. priu. 8. Neque
eis in cauſis committendis reſcribi ſolet,
niſi per Signaturam Papę propter illo-
rum excellentiam, & ideo Signatura Iu-
ſtitiæ, neque Vicecancellarius, ſeu Re-
gens Cancellariæ eis reſcribit, vt inibi
Gomeſ. quando de Cardinalium priuile
gijs tractat, verſic. ſecundo priuilegio,
allegans Bonif. de Vital. in Clem. Audi-
tor, columna ſecunda in quinta oppoſit.
de reſcript. Subdens ibi Gomeſ. idem ſer-
uari in commiſſionibus dirigendis con-

tra

tra Reges,& alios Duces, vt per Specul. in tract.de legat.in §.nunc oſtendendum verſ. etiam non obſtat, licet in commiſſionibus cęteris Prelatis,directis,in eo,in quo ſeſe authoritas conceſſa extendit, ſi gnat,ſed hodie non procedunt præmiſſa, quia Signatura Iuſtitiæ etiã Cardinalibus reſcribit,forſan id erat tempore Gomeſij noſtro vero,ab Aula receſſit, ne Papa multis impeditus negotijs magis la
6 bore afficiatur in omnibus cauſis.Præterea in commiſſionibus,quę Cardinalibus diriguntur,in clauſula extenſiua Cõmiſſionis,ſolet R.P.D.Regens ita reſcribere. De mandato S.D.N.Papæ audiat Cardinalis N. & decidat,omiſſo verbo, & iuſtitiam faciat, quæ ſemper in quibuſuis alijs reſcriptis cæteris perſonis directis apponitur. Ratio eſt, quia cum ſummi pontifices,ob ſingularem induſtriam, & illorum exploratam fidem,illos ad talem
7 euexerint dignitatem, & Cardines terræ eſſe voluerit, non eſt præſumendum, quid aliter iudicaturi ſint, ob id non eis mandat vt Iuſtitiam faciant, quia quilibet Cardinalis hoc proprium, & peculiare. habet, & habere debet, abſque alio ſigno,& monitione,cum vti propria vita eorum pectoribus iuſtitiam ineſſe, par ſit. At ſi clauſula præfata apponeretur, quia iuſtitiæ immemores notati cenſerentur,maxima iniuria affecti remanerent. Notos autem illos papa habet, quia cum ipſis eorum moribus, & vita diuturna,quotidianaque litteris, ſciẽtia, experientia,& vſus res totius Reipublicę Chriſtianæ difficillimas tractat,Felin. in cap.ad aures, num. 11. de reſcript. Ideò ad boni equi inſtar, calcaribus non indigent, & ſic vt eis mandetur, quod iuſtitiam faciant,ſed ſolum virgæ ſufficit vmbra, dicendo, quod decidant,vt ibi Go-
8 meſ.verſ.tunc eſt,quod hodiernum. Iſti namque Illuſtriſſimi Cardinales terminorũ obſeruationem eorum Auditoribus committere poſſunt, & ſolent, quod cæteri facere nequeunt. Egid.deciſ.43. in-
9 cip. articulus. Quare Auditor nequit pronunciare in cauſa, quam ad referendum habet, & cui remiſſa fuit, quo ad terminorum ſeruationem, ac ſi ſecus faceret, id totum nullum eſſet.Benint.Deciſ.5.numero primo.

10 Ac ſi contingat a Rota cauſam auocari,Cardinalique committi, non inhibet Cardinalis Rotæ Auditori,ſed tantum illi commiſſionem intimare facit, vti pariter e conuerſo, quando auocatur cauſa a Cardinali,& Rotę Auditori committitur, illi non inhibet,ſed commiſſionem inſinuat, & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur,Rot.deciſ.vltima de dol.& cont. in antiq.Connumerat multa alia priuilegia Illuſtriſs.Cardinalibus conceſsa Gomeſ.loco ſupracitato, quem adeas.
11 Hoc autem tantum obiter dicam, quod ſecundum magis receptam DD. ſententiam Cardinali creditur de negotio ſibi viuæ vocis oraculo a Papa ſibi cõmiſſo,& maxime in reb. ad eius dignitatem pertinentibus,Gabr.in lib.comm. opin. in tit.de probat.concluſ.3.num.15. verſ. contrarium, & ſimiliter idem alias Rota cenſuit coram D.Oradina in vna Bergomenſis Bonorum de anno 1562. vt in eius deciſ.147. maxime ſi Cardinalis ſit in Curia, quia facile pro veritate exploranda haberi recurſus ad Papam poteſt,Felin.in cap.quod ſuper num. 11. verſic. ſed quod dixi,de fide Inſtru. cum add. per Gabr. loco citato numer. 20.
12 Et an & quando Cardinali legato ſibi a papa aliquid commiſſum aſſerat, credendum ſit, quamuis literas non oſtendat,late tradit Maſcar.de probat. vol. 1. concluſ.140. per tot.aſſerens illi credendum,ea ratione ſuffultus,quia ſine tali facultate Curiam Cardinales exire non ſolent, ſicque, vt fides illis adhibeatur, facile eſt,& ibi per pluries concluſiones, ampliationes, & limitationes materiam tractantem videas,& in concl. 209.eod. 1.vol.per tot. congerit, in quibus Cardinali Legato de latere credatur,ad quæ te remitto, quamuis ſecundum Dec. in capitulo conſtitutus, numero primo, &
13 quarto de appellat. credatur Cardinali in aliorum præiudicium aſſerenti, quod tamen de conſuetudine Romanæ Curiæ procedere aſſerit, qua conſuetudine ſublata contrarium verius tenet. Et dictis illorum ſtatur etiam inter ſubiectos eorum legationi, Abb. in dicto capitulo quod ſuper, num.5.verſ.aut aſſerit,de fide inſtrum.Lap.alleg.33.num.4.Alex. conſil.92.num.15.volum.6.Bellam. conſil.

ſil.16.vbi ita vidiſſe iudicare per tres ſen
tentias conformes Romæ aſſerit. Pariſ.
conſil.11.num.17. volum. 4. Gabr. vbi
ſupra,nu.13.& 14. & bene Fulgoſ. conſ.
148.num.3.prope finem.In reſcriptis mo
14 tibus proprijs,& alijs Apoſtolicis litteris
ſemper apponuntur hæc verba, cuiuſcũ-
que ſtatus,preheminentiæ, & dignitatis
exiſtentibus, etiamſi Cardinalatus di-
gnitate præfulgeant, & ſimilia verba,
iunctis cæteris, & ideo ſpecialiter Cardi-
nales nominantur,quia diſpoſitio quan-
tumuis generalis, ſi ſit odioſa non com-
prehendit ſuperlatiua, vel maxima, ſiue
maiora expreſſis, cap.ſedes, de reſcript.
Neque enim comprehendit caput, Bar-
bat. in rubr.de reb. Eccl. non alien. nu.
15 95. Quemadmodum neque Cardinales
Eccleſiæ Catholicæ, fortitudo, & Pri-
marij,cap.vnico, §.omnem, de ſchiſmat.
in 6. cap. 2.de Cler.non reſid.vbi Doct.
Abb. in cap.extirpandæ, §.qui verò 25.
de præbendæ,Anchar. conſil. 295. q.8.
Roman.conſil.494.num.1. in 2. dubio.
Iaſ. conſil.117.nu.2.volum.4. Pariſ.con
ſil.141.num.8. volum.4. & ideo Regulæ
16 Cancellariæ annullantes gratias,in qui-
bus verus valor non eſt expreſſus,non
habent locum in gratia facta Cardinali,
vt per Dec.in c. Eccleſia, not.4.de con-
ſtit.Fel.in c.ad aures,num.11.de reſcrip.
17 Nam niſi expreſſè nominentur,numquã
in lege prohibitiua, quamuis generali,
continentur.Bar.Soc.in l.1. num.97.ff.ſo
lut. matrim. Secus autem, quando tales
Conſtitutiones Papales concernunt bo-
num publicum,animæ vtilitatem, vel pe
riculum, tunc ſecundum Gomeſ. ſuper
reg. Cancell. de viginti diebus,quæſt.3.
cõprehenduntur Cardinales,& in procœ.
dictarum regularum, q. 4. Quid ſi Pa-
pa deroget omnibus, & quibuſuis priui-
legijs ex quauis cauſa, & quibuſcumque
perſonis conceſſis,præter quam exempli
gratia fratribus Sancti Dominici,cũ alijs
ampliſſimis clauſulis,omiſſis Cardinali-
bus,illos incluſiue dicatur,quod exẽptio
in quibus inducit regulæ confirmationẽ
alijs non expreſſis, & incluſio vnius ſit
excluſio alterius circa quod Rom. conſ.
498.numero 21.& 22.ſcriptum reliquit.
18 Cardinales non comprehendi. Cum ta-
lis diſpoſitio generalis nõ ſe extendat ad
ea,quæ alias in ſua generalitate non cõ-
prehenduntur, quia intelligitur de infe-
rioribus,non autem Superioribus, ſicuti
19 ſunt Cardinales.Nulla autẽ maior Car-
dinalitia dignitas reperitur, poſt Papam,
20 quia ipſi vna cum ſummo Pontifice om
nia iudicant,neque ab alio,quàm à Papa
& cæteris Cardinalibus iudicari poſſunt,
cap. nemo,& ſeq. quæſt.93. Hoſt. & Io.
Andr.in cap. dilectus, el primo, de præ-
21 bendis. Immo alias quando eis occurre-
bant illi, qui ad extremum ſupplicium
perducebantur; pileum ſuper capite ta-
lis rei apponendo, ipſum iam liberabant,
Bal.in l.adiectos, C.de Epiſc.aud.Corſ.
in ſing.incip.Cardinales,dummodo non
pro crimine falſi,& alijs exceptis atrociſ-
ſimis,Barb. in tract. de præſt. Cardin. in
quæſt.9.par.1.num.7.At vlterius non
proſequor. Vnde Bald.in cap. bonæ,co-
lu.1. verſ. nota ſimilitudinem,de poſtul.
22 Prælat.dicit,Cardinales in Romana Cu
ria reſidentes ſtellis fixis, quæ non mo-
uentur, niſi motu orbis æquiparandos fo
re,quia non mouentur, niſi Motu Papę,
& Cardinales legati conſtellationi ſimi-
les, ſiue Prælatis, qui mouentur Motu
23 proprio, ſiue nutu Dei. Et multum conſi
deratur reſidentia Cardinalium in Ro-
24 mana Curia, nam ipſis abſentibus, niſi
ex cauſa neceſſaria,& publica non com-
petit ius optãdi ad ſex Epiſcopatus, qui
pręſentibus conferuntur, vtique enim
25 media regula Cancellariæ carent indul-
to conferendi beneficia in eorum Epiſco
patibus,& titulis, quæ regula per omnes
Pontifices editur,& S.D.N.Pauli Quinti
eſt ſeptima,quamuis multis indulgeatur,
vt abſentes conferant cum cõtrariorum
26 derogatione. Nam ſi de eum priuilegijs
facultate,ac Maieſtate multa videre cu-
pias,noſtros iuris interpretes de præmiſ-
ſis vberrimè tractantes adire poteris. A
ſententijs Illuſtriſſimorum Cardinalium
ad Papam appellatur,cap. Rainaldus, de
27 teſt. Præpoſ. in rub.de appell.nu.40. De
clauſula appellatione remota in reſcri-
pto Illuſtriſſimorum Cardinalium tribu-
ta, vide Sarnen. in comp. vtriuſq. Sign.
28 verſ. nouum principium. Ac etiam clau
ſula non obſtantibus indultis, an Cardi-
nales comprehendat, tradit Put. deciſ.
29 15.par.1.Cardinalis, qui numquam in
Curia

Digitized by Google

Curia fuit, non gaudet indultis Cardi-
30 nalibus conceſſis. Cauſæ Cardinalium interesse tangentes committuntur in Romana Curia. Staphyl. de lit. iuſt. §. di-
31 cendum eſt, num. 8. Ea eſt ipſorum ſedes, & foras, vt Papæ Collateralium. Ideo inconueniens appareret, ſi alibi, quàm coram Papę iudicibus cauſes proprias agerent, quamuis lites vitare illorum pro-
32 prium ſit, & naturale. Quid ſi contingat in commiſſione apponi clauſula procedat appellatione remota, & prout de iure, an principalis cauſa prout de iure aperitur, quod clauſula appellatione remota habeatur pro non appoſita, vti videmus in Aud. Cam. ſi reſcribi contingat, procedat cum facultatibus Aud. C. & prout de iure operatur, perinde, ac ſi non eſſent datæ facultates Aud. Cam. ad deciſ. Verall. 162. par. 1. Ita pariter clauſula prout de iure facit, ac ſi appellatione remota non eſſet inſerta. Et credo, quod ſit differẽtia, quia in facto iſto clauſula appell. remota operatur, quod prouocari nequeat, & prout de iure ordinem in procedendo, quod conſiderari, vt ſupra relatis non poteſt, cum ibi repugnent dictæ clauſulæ. Hic verò contrarium, nam clauſula prout de iure tollit viam, &
33 proceſſum exequutiuum. In omnibus Eccleſijs ſubiectis titulo Cardinalatus babent Epiſcopalem iuriſdictionem, ſed carènt ijs, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, niſi Epiſcopi ſint. Bal. in cap. his quæ in princip. vbi Felin. nu. 1. & Abb. in cap. 1. nu. 1.
34 de maior. & obed. Cardinales licet dicantur familiares Papæ, iuxta conſil. Oldrad. 11. & conſil. 48. Tamen non dicuntur continui commenſales, quamuis habeant panem, quia non de ſolo pane viuit homo; ob id beneficia vacantia per obitum Cardinalium in exceptionibus, quæ proponuntur in indulto Cardinaliũ præterquam familiarium continuorum commenſalium valebunt, ſi indulta habeant, per deciſ. Simonette 24. in manu-
35 ſcriptis. Quid ſi Papa derogat omnibus, & quibuſuis priuilegijs ex qua vis cauſa, & quibuſcumque perſonis conceſſis. Præterquam exempli gratia fratribus ſancti Dominici, cum alijs ampliſſimis clauſulis ommiſſis Cardinalibus, illos incluſiſſe dicatur. Quod exemptio in quibuſdam inducit regulæ confirmationem alijs non expresſis, & incluſio vnius ſit excluſio alterius, circa quod Rom. conſ. 498. num. 21. & 22. ſcriptum reliquit. Cardinales non comprehendi, cum talis diſpoſitio generalis non ſe extendat ad ea quę alias in ſua generalitate, non comprehenduntur, quia intelligitur de inferioribus, non autem de ſuperioribus, ſicuti ſunt Cardinales, qui bene comprehenduntur in Regula Cancellariæ de viginti diebus, quæſtione tertia, vt in proœm. dictarum Regularum quęſtione quarta.

DE COMMISSIONE

SVPER EVGENIANA.

§. Vnico.

SVMMARIVM.

1 *CVriales Romanæ Curiæ ſequentes Eugenianæ priuilegio muniti ſunt*
2 *Eugeniana ab Eugenio auctore dicta.*
3 *Eugeniana curiales Rom. Cur. petentes, ac in illa morantes tuetur.*
4 *Eugeniana vnde originem traxit.*
5 *Curiales qui dicantur, & num. xiv.*
6 *Curiae nomen indifferens eſt.*
7 *Curiam qui Principes habeant.*
8 *Vbi Papa, ibi Curia.*
9 *Romam Papa habitare debet.*
10 *Eugeniana reos tantum capit.*
11 *Curiales manuteneri petens niſi de ſua poſſeſſione doceat, nihil facit.*
12 *Curialis quare dicatur.*
13 *Romana Curia tanquam mater omnes amplectitur.*
15 *Curialis qui non dicatur.*
16 *Abſens diu à curia, vel diſcedens animo non redeundi, curialis non erit.*
17 *Curialis non erit abſentans ſe à curia citatione contra ipſum exequuta.*
18 *Eugeniana illa uti volentes capit.*

Curialis

19 *Curialis conuentus extra curiam ni ante litem conteſtatam de illa opponat, eius perdit beneficium.*
Declara vt ibi.

20 *Eugenianæ beneficio, an quis renunciare poſſit.*

21 *Eugenianæ priuilegium perdit ſi in partibus procurator in iuriſdictionem conſenſeris.*

22 *Procuratoris conſonſus, conſenſus principalis dicitur.*

23 *Clauſulæ cum libera effectus in mandato procuræ.*
Fallit vt num. xxiv.

25 *Lex vnica, C. quan. Imp. int. pup. & vid. Eugeniana præualet.*

26 *Eugeniana in caſu l. venditor, ff. de iud. non intrat.*

27 *Eugeniana an alijs priuilegijs in corpore iuris clauſis præualeat.*

28 *Eugeniana paſſiue, non actiue curiales capit.*

29 *Conſtitutio Marchiæ actiue, & paſſiue illius curiales comprebendit.*

30 *Clauſula non obſtantibus priuilegijs in corpore iuris clauſis non tollit priuilegium. l. vnic. C. quand. Imp. int. pup. & vid.*

31 *Eugeniana in ſtatu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ etiam mediate ſubiecto, locum habet.*

32 *Curialis alios collitigantes ad curiam vti dignior trabit.*

33 *Fori priuilegium communicatur.*
etiam contra eccleſiam, pupillum, & ſimilem, ibi.

34 *Eugeniana decretum irritans, & clauſulam ſublata in ſe habet.*

35 *Decretum irritans operatur, vt de non vſu Conſtitutionis in qua eſt, non detur.*

36 *Eugeniana non capit curiales beneficia eccleſiaſtica obtinentes.*

37 *Omnes, & ſingulos verba, quid operentur.*

38 *Eugeniana Cardinales capit.*

39 *Eugeniana Cardinalium familiares comprebendit.*

40 *Familiaritas ex abſentia quinquennali diſſoluitur.*

41 *Familiaritas, vt probetur, requirit mēſ, & dens.*

42 *Familiaritas, quomodo detegatur.*

43 *Papa familiaris in eius ſeruitio exiſtēs dicitur, & fruitur familiarium priuilegijs.*
Et an obſequentes Prælatis Papa ſeruientibus, ibi.

44 *Familiaribus Cardinalium, & Archiepiſcoporum in abſentia fructus præbendae dantur.*

45 *Familiares legati, vel epiſcopi abſentes, an fructu praebendae potiantur.*

46 *Familiaris Cardinalis an in libro familiarium deſcriptus, & partem habens dicatur.*

47 *Beneficium per obitum familiaris Cardinalis impetrans Cardinalis nomen exprimere tenetur.*

48 *Familiaritate Cardinalis, & Papae concurrente, ceſſat illa cardinalis.*

49 *Lumen maius, minus offuſcat.*

50 *Cubicularius familiaris accipiens partem panis à Papa, non vini pro familiari, iſto caſu non fuit habitus.*

51 *Reſeruatio tanquam odioſa caſus expreſſos, ſolum capit.*

52 *Familiaris Cardinalis Nepos, litteris incumbens, vel coniunctus, quando dicatur.*

53 *Familiaris quod non ſit, quomodo iſto caſu probetur.*
Duo requiruntur ad familiaritatem probandam, ibi.

54 *Familiaritas, vt Cardinalis per obitum beneficia vacantia conferat, qualis futura.*

55 *Familiaris probatur ſcriptura Cardinalis manu ſcripta.*

56 *Familiaris Cardinalis, an in tinello non comedens ſit.*

57 *Familiaritas ex longo conuictu, quotidiana conſuetudine, vel ſumptibus arguitur.*

58 *Familiaris nominatus in litteris, ſi litterae gratis non ſint expeditae, familiares non erit.*

59 *Vicecancellarius quare in litteris apponat gratis, quia familiaris.*

60 *Eugeniana clericos comprebendit.*

61 *Eugeniana clericos beneficia reſidentiae habentes, non capit.*

62 *Exemptorum ſolus Papa index eſt.*

CAP.

CAP. XI.

§. Vnico.

1 CVriales Romanam
ſequentes Curiã
priuilegio muni-
tos felic. record.
Eugenius Papa
Quartus in Bulla
ad eorum fauorẽ
2 emanata, vulgan-
ter ab eius nomine Eugeniana dicta, re-
liquit, deciſ. 149. num. 4. par. 3. vbi ſub
3 ampliſſimis clauſulis, ne vllus iudex cu-
iuſcunq. dignitatis, vel præheminentiæ
fuerit, contra accedentes ad Romanam
Curiam pro ſuis negotijs, vel litibus pro-
ſequendis, ac durante negociorum, vel
cauſarum proſequutionem moram tra-
hentes, vel ab ea recedentes procedere,
ſeu in eos excommunicationis, ſuſpen-
ſionis, interdicti, aut priuationis officio-
rum, beneficiorum, ſeu quamuis aliam
ſententiam promulgare audeat, ſub nul-
litatis promulgatæ, vel promulgandæ ſen
tentiæ, omnium pariter proceſſuum, vel
regiſtrorum contra prçfatæ conſtitutio-
nis tenorem factorum annullando, cum
decreto irritanti, clauſula ſublata; ſecus
indicandi, vel interpretandi facultate, ac
in fine, cum clauſula derogatoria non
obſtantibus Apoſtolicis quibuſcumque
Generalibus, Prouincialibus, vel Syno-
dalibus Concilijs, editis, conſtitutioni-
bus, & priuilegijs, per quç effectum præ-
ſentis impediri poſſit, vt in Bullario, &
4 melius reperitur inſerta in extrauagan-
tibus communibus, in tit. de priuil. Et
quamuis à prçfato ſummo Pontifice ori-
ginem traxiſſe videatur, tamen præfa-
tam Bullam Papa in latiorem, ac amplio
rem formam extenſam reducere voluit
ea, quæ Imp. Iuſtinianus ad fauorem Cu
rialium ſcripta reliquit, ex quibus Eu-
genianam originem traxiſſe apparet, in
l. 1. & l. 2. C. de Curial. Vrb. Rom. lib. 11.
in quo loco Curiales coram Romanæ
5 Curiæ iudicibus tantum ad cauſas trahi
mandat, Imp. Curiales autem vbique lo-
corum Romanum Pontificem ſequentes,
eſſe dicuntur, capit. præſentis §. porro,
de elect. in 6. Quamuis indifferens ſit
nomen Curiæ omnem locum compre-
hendere aptum, in quo ius redditur, vti
habetur in deciſ. Guid. pap. 451. & per
Soccin. conſ. 86. num. 5. volum. 1. & ſi-
cut dixit Bald. in l. vnica, in princ. verſ.
Curia, C. an apud iud. vel Cur. Roman.
7 quæſt. fœud. termin. Magnus honor Cu
riæ debetur. Solus autem Papa, vel ſu-
premi principes Curiam habent, vnde
in ore omnium eſt illud adagium vbi Pa
8 pa, ibi Curia, cap. licet, §. cenſuit, & ibi
gloſſ. in verb. Curia, de elect. & quamuis
extra Romanam Curiam Papa moretur
tamen quia non locus, ſed dignitas Cu-
riam facit, c. illud, & c. multa 40. diſtint.
Gloſſ. in verb. Romana, in §. nos itaq; in
extrauag. Ioannis 22. rubr. de probat. ob
id, vbi Papa, vel princeps reperitur ibi
ſunt omnia iura ſua, & Curia, Butr. in
capit. vbi periculum, numero tertio de
9 elect. in ſexto, quamuis Romç Papa habi
tare debeat, vt facit, vt per Oldr. conſil.
85. incip. Sanctiſſime, Alber. in ſupra-
ſcript. Epiſtolç inter claros de ſumma
Trinitate, & fide Cath. Quemadmodum
in minori facto videmus de Epiſcopo,
qui vbicunq; fuerit, ſiue Romæ, ſiue Con
ſtantinopoli, vel alibi, quamuis extra
ſuam Diœceſim eiuſdem meriti, & ſacer-
dotij eſt, cap. legimus, 93. diſtint. & de
hac Curialitate multa cumulat Gemin.
in cap. vnico, §. porro, de ſtat. Monach.
in 6. Et quando Epiſcopus, qui de Pon-
tificali ad Monachalem vitam tranſcen-
derit, ad Epiſcopatum reſurgere poſſit, la
te Bald. in cap. poſt translationem, in
princ. vbi Imol. numero quinto, de re-
10 nunc. Eugeniana capit reos tantum, non
quando ſunt Curiales actores, & licet
Curialis actor intentauerit remedium. l.
diffamari, C. de ing. & manum. & ſic di-
catur reus, quia ad effectum manutenen
di debet docere de ſua poſſeſſione, cum
alias non poſſidenti non competeret ma
nutentio. Bal. in l. 3. numero ſecundo,
C. qui. bo. ced poſſ. Boer. deciſ. 55. num.
11. Gabr. comm. opin. tit. de arbitr. con-
cluſ. 6. numer. 38. Rota coram Domino Vide hic dec. in fi.
Cantuccio in vna Toletana quintç par-
tis 27. Iunij. 1584. Et coram Illuſtriſſimo
Mellino, in vna Mediolanenſis bonorum
28. Martij 1594. Et ideo Curiales dicun-

tur,

duodecim Votantium, nũc Papienſi Epiſcopo, in Signatura Iuſtitiæ Commiſſionem Bonien. proponente, vbi condemnatus in dicta Ciuitate ſuæ appellationis cauſam in Romana Curia proſequebatur, & degebat, aliamque cauſam contra ipſum in partibus pendentem, cum eodem aduerſario ex Curialitatis priuilegio auocari, ac in Curia committi petebat, ſed replicabatur ex aduerſo, in partibus adeſſe conſenſum in iuriſdictionem mediãte perſona ſui procuratoris, quod oſtendebatur; & quamuis reſpondetetur talem conſenſum, neque conſtitutioni, de qua agimus, neque eius priuilegio præiudicare poſſe, neque fuiſſe ſufficientem, quia ſpeciali carebat mandato, tamen quamuis commiſſionem petens Curialis eſſet, Domini mei conuotantes fuerunt communiter in voto pro moderatione inhibitionis vigore Eugenianæ, vti Curialis ab Aud. Cameræ obtentæ, ac pro remiſſione cauſæ ad partes, ea ratione

22 ſuffulti, Quia cum procuratoris conſenſus principalis reputetur, eius perſonam repræſentans, l. offa, in fin. de relig. & ſumpt. fun. Glo. in l. ſi procurator, ff. de dol. mal. except. Vant. de nullitate, ex

23 defect. mand. num. 174. Licet non habuerit ſpeciale mandatum ad conſentiendum, ſat tamen erat clauſula cum libera in eo appoſita ad ſibi preiudicandum, vt tenuit Bal. in l. illam. §. ſi talis, num. 5. verſiculo Secundo quia, ff. de minor. Roman. Sing. 10. Felin. in cap. nonnulli, §. ſunt, & alij, num. 4. de reſcript. Afflict. deciſ. 304. nu. 4. Immo Bal. in l. illud, nullam, §. ſi talis, num. 5. plus dicit, quod in cauſis requirentibus ſpeciale mandatum, ſufficit illud habens clauſulam, cum libera, & generali, & iſtud menti tenen-

24 dum, vt ibidem Rom. limit. 2. Niſi ex contractu in partibus celebrato, ſiue ex delicto teneretur, vt dixit Glo. in dicta l. 1. in verbo pulſandum, C. de Curial. Vrb. lib. 11. Nam tunc ſiue ratione contractus, ſiue delicti, ibi forum ſortitus fuit.

25 Ratio vrget, quia Eugeniana non eſt in corpore iuris clauſa, ideo illi etiam præualet priuilegium, l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. ad fauorem in ea comdrehenſorum, cum non derogat priuilegijs clauſis in corpore iuris. Et ideo in vna Ianuenſis pecuniaria Reuerendo P. Domino Galeatio Sanuitali Nobili Parmenſi, Barenſi Archiepiſcopo, & Cameræ Apoſtolicæ Clerico proponente, in qua R.P. Dominus Centurionus Archiepiſcopus Ianuenſis, & Nobilis dictę Ciuitatis Cameræ Apoſtolicæ Clericus, de partibus cauſam auocari ad Curiam petebat contra Dominam Iuniperam Doriam viduam, nihil obtinere potuit, neque ad eius fauorem reſcriptum, maxime, quia R. P. Dominus Archiepiſcopus non reſidebat in Curia, quamuis Clericus Cameræ foret, & ſic Eugenianæ beneficio reſidens ſuæ Eccleſiæ non gaudebat, pro quo vide text. in l. ſi duos, §. Philoſophos, vbi Bart. ff. de excuſſ. tutor. Bero. conſil. 24. numero quinto, libro primo. Ioannes Monachus in capitulo Cum curia, numero 17. de electi on. in ſexto. Felin. in capitulo primo, numero duodecimo, verſiculo reſpondeo ad primum, de reſcript. Et ita in Signatura Sanctiſſimi Domini noſtri ſub die decimaoctaua Martij 1598

26 reſolutum, votando fuit, & alias ſimiliter in Signatura Eugenianam non intrare in caſu, l. venditor, ff. de iudic. pluries tentum per antea extitit. Sed quidẽ adſunt alia priuilegia, & priuilegiati in corpore iuris clauſa, nempe ſcholares, vt habetur in titulo de priuilegijs ſcholar. & in titulo de priuileg. corporator. Vrb. Ro. libro vndecimo, C. & alijs. Si inter iſtos, de prælatione cum pupillus, & vidua agi contingat, quis erit præferendus? Et inuenio, Bald. in Authen. habita, numero 33. C. ne fil. pro patre, Hanc quæſtionem tangentem poſt multa, viduæ, & pupilli præualere tenet, quia in vidua, & popillo maior eſt ratio ſpecialitatis, cum debiliores ſint, ac omnem paruam potentiam perhorreſcant, ob id ſuos habent iudices, neq; ad alios trahuntur. At ſi erunt æque ſpecialia, melior erit rei conditio, vt ibi latè. Sed quæro an conſtitutio pręfata intelligatur actiuè, & paſſiuè, vel paſſiuè tantum, in quo, vt breuitati, quo ad fieri poteſt, ſtudeam, diſtinguendum cenſeo.

Nam, aut curialis eſt actor, aut reus. Pri-
mo caſu, quando actor reperitur, rei fo-
rum ſequi tenetur, l. iuris ordinem. C. de
iur. omn. iud. l. fin. C. vbi in rem act. paſſi
28 ue autem loquitur Eugeniana, non acti-
ue, videlicet, quod extra Curiam con-
ueniri non poſſint curiales, non autem
actiue, vt alios reos conuenire, & ad
Curiam trahere valeant, ſicque cum il-
lis ius reſiſtat, non debet contra iuris
regulas priuilegium extendi, quia ſi ra-
tio dictę Conſtitutionis eſt, quod extra
Curiam non trahantur, ad præfatos li-
mites venit reſtringenda, & quod habeat
locum in reo, & non in actore, cenſuit
Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mel
lino in vna Mediolanenſis bonorum 28.
29 Martij 1594. Vt in ſimili videmus in
Conſtitutionibus Marchiæ Anconitanæ
in cap. 32. lib. 2. de Curialibus Curiæ ge
neralis loquente, cum ſatis expreſſa men
tione, quod nec actiue, nec paſſiue, tam
in agendo, quam defendendo, & alias
quomodocumque, ſi contra illos agi
contingat, alibi, quam in Curia Guber-
natoris Prouincię, vel Legati, quæ ge-
neralis appellatur, conueniri valeant:
Ob id ſi Eugenius Papa voluiſſet ſuam
Conſtitutionem actiue etiam locum ha-
bere, vtique id expreſſiſſet, ſicut dictum
fuit in pręfata Conſtitutione, ſed quia
tacuit, ob id omiſſum pro omiſſo habe-
ri, ac totum iuris communis diſpoſitio-
ni remiſiſſe cenſendum erit. Aut agi-
tur paſſiue contra Curialem, quando ex-
tra Curiam, etiam pro ſuo intereſſe con-
uenitur, & tunc, quin dicta conſtitutio
intret, non eſt dubitandum. Quod in-
tellige, niſi alias conſenſiſſet in iuriſdi-
ctionem, idemque concludendum vide-
tur, quod cauſa pariter extra Curiam
30 inter Curialem, & viduam agitur, &
quia per ſupradictam clauſulam, non
obſtantibus priuilegijs, abſque verbo
etiam in corpore iuris clauſis. Priuile-
gia ex dicta l. vnica, C. quando Imper.
inter pupil. & vid. viduis, & alijs ſimili-
bus conceſſa ſublata non cenſentur, vt
late per Felin. in capitulo ſicut Romana,
numero duodecimo de reſcript. aut qua
in prou. in verbo illic, vbi Bartol. in ſe-
cunda oppoſitione, & Baldus in ver-

Vide hãc dec. in fi. cap.

ſiculo Tertia ſolutio, C. vbi de crim. ag.
opp. Felin. in capitulo primo, de con-
ſtitut.

31 Amplia hanc conſtitutionem habere
locum, etiam in ſtatu mediate Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ ſubiecto, ac ſtatum
Auinionis comprehendere. Vnde pen-
debat in partibus in Ciuitate Eugubina,
occaſione quorundam bonorum emphy
theoticorum lis, ac ad Rectoris fauorem
pronunciatum pro Eccleſia vti domina
directa fuerat, Zeccadori ſuccumbentes,
quorum vnus in Romana Curia Franci-
ſcus Zeccadorus procurator degens à
prædicta ſententia appellauerat, & cau-
ſas ſuæ appellationis vigore commiſſio-
nis Rotæ demandari obtinuerat; Interim
aliam reformatoriam porrexerat in Si-
gnatura Iuſtitiæ propoſitam Rector, &
narrando fauore Eccleſiæ agi cauſam à
Rota auocari, & ad partes remitti pete-
32 bat, contra Commiſſionem adduceba-
tur, quod vnus ex dictis fratribus erat
Curialis, & ideo vti dignior, ad ſe alios,
ac ad ſuum Tribunal trahere debebat,
vti videmus de Clerico, qui licet ſolus,
quando eſt litis conſors, cum pluribus
laicis vti dignior ad Tribunal Eccleſia-
ſticum omnes trahit, ſicut diximus in
Commiſſione auocationis cauſarum,
cap. 1. prope finem.

Tandem bene cauſa in Signatura ri-
mata, in Curia illam cognoſcendam fo-
re, Domini declararunt, quia ſi de inte-
reſſe Curialis, & rei ſuæ agebatur, bene
virtute Eugenianæ, licet Curialis vnus
eſſet, præfatam cauſam ad Curiam tra-
33 here poterat. Nam priuilegium fori cō-
municatur. Bart. in l. ſolent, num. 14. ff.
de alim. & cib. leg. Felinus in capitulo pri
mo ſub numero 6. verſiculo & dicit An-
tonius, de pręſcript. Socin. Iun. conſil. 34
num. 2. volu. 2. etiam ſi adeſſet pupillus,
vel ſimilis, quia ipſe quoque priuilegiū
communicat, Couar. pract. quæſt. cap.
7. in fine, Staphil. de lit. iuſt. in §. dicen-
dū eſt modo, num. 3.

34 Habet autem conſtitutio præfata in
ſe decretum irritans, & clauſulam ſubla-
ta. Secus iudicandi facultate, quæ opera-
tur, quòd licet priuilegiatus veniat cōtra
ſuū priuilegiū decreto irritāti vallatū ta-
men

mē ſibi præiudicare non poteſt Felin. in
cap.cum acceſſiſſent, nu. 3. verſ. quæſo
limita,de conſtit. Alex.conſil. 103.lib.7.
Archid.in cap.cum de benef.de præben.
in 6.Innoc.in cap.accedentibus,de priu.
Iaſ. in l.ius publicum, in fine.ff. de pact.
Et quamuis ſtante præfatarum clauſula-
rum impedimento petatur reſcribi, & ad
viam iuris reduci, tamen ſi reduci contin
gat,non ob id ius tertio quæſitum tolli-
tur,deciſ.Veral. 128.par.1. Sarn.ſuper re
gul. Canc.reg.de non tollendo iur.quæſi
to,q.3.& talia decreta Papę reſcriptis ap
poſita,ligant etiam ignorantes, vt alibi
in capitulo particulari de oris aperitione
latius dixi. Secus autem in reſcripto Le-
gati,vt inter flumen, vel potius mare ma
gnum,à quo fluxit auctoritas Legati,&ri
uum,ſicut Legatus differētia ſecernatur,
Fel.in cap. cæterum,num.19.de reſcript.
Caſſad.dec.12.ſuper reg. Cancell. nu.5.
Gozzad.conſ.61.num.4. Caſſad. dec.3.
de decr.& reſcr.ſuper dictis reg.Cancell.
35 Veral.dec.1.num.2.par.2.Immo opera-
tur etiam plus tale decretum irritans,
quod Conſtitutio ſuper qua eſt appoſi-
tum,poſtea impugnari nō poſſit, ſub præ
textu,quod vſu recepta minime ſit,quia
ſi conſtat de intentione Papæ, inferiores
ſiue illa non vtendo, ſiue ex contrarijs
actibus, ſiue eiuſdem expreſſo Papæ aſ-
ſenſu eam elidere non valent,Franc.in c.
cum,de beneficiū.n.4.vbi Anchar.& Ge
min.de pręben.in 6. Veral.dec.204.cum
addit.par.3.Quod tamen declara, vt per
36 Put.deciſ.1.num.4. par.1. Quo vero ad
Curiales Eccleſiaſtica beneficia obtinen
tes,ex præfatæ Conſtitutionis Eugenia-
næ priuilegio iuuari minime poſſunt, ſed
illa non obſtante,ac quibuſuis alijs impe
dimentis, ac inhibitionibus ordinarii eo
rum Diœceſis iuxta ſacri Concilii Trid.
ſtatuta,ſeſſ. 24.cap.11. in fi.ver. quę verò
priuilegia,ſubiecti remanent,nam ex ſac.
Concilii diſpoſitione auocantur omnes
cauſæ per verba vniuerſalia,nulla habi-
ta diſtinctione, ibi verſ. ſeu quāuis aliam
ſententiam, & verſ. Nos enim omnes, &
ſingulos proceſſus,& ſententias,&c.nam
dicta verba generalia ſunt, & apta indi-
ſtincte omnia genera cauſarum compre-
hendere, Iaſ.in l.tinei,§.fi. ff.de verbor.
oblig. Gozzad.conſ. 20. in princ. Ruin.
conſ.13.nu.6.lib.1. Pariſ. conſ.1.nu.12
volum.1.Et in quacunque cauſa,tam ci-
uili,quam criminali locum habere,teſta-
tur glo.1.in l.1. vbi Io.de Iat.C.de Cur.
37 Vrb.Rom.lib.10.Verbum autem ſupra
relatum omnes,& ſingulos operatur, vt
per eorum generalem expreſsionem per
inde ſit, ac ſi expreſſim ſingula numera-
rentur.l.omnes,vbi Glo.C.de præſcript.
30.vel 40.ann.Iaſ.in l.1.in fine, ff.ſi quis
38 in ius vocat. non ierit. Præfata Euge-
niana loquens de officialibus, habet lo-
cum, & comprehendit Illuſtriſſimos Car
dinales, vti officiales Sedis Apoſtolicæ
principaliores. Oldrad. conſil.48. num.
3.cap. fundamentum,§. docet, de elect.
in 6. Sarnen.in comp.vtr. Signat.verſic.
hinc eſt. Barbat.in tract.de præſt. Card.
39 par.1.quæſtione 12.ſub num.1. Et fami-
liaritas,vt diſſoluatur ex abſentia, & ſic,
40 vt ceſſet noſtræ conſtitutionis priuile-
gium, opus eſt,quod ſit quinquennalis.
Creſc.dec.18.num. 1. de probationibus.
41 Ad quam familiaritatem probandam re
quiritur mens, & dens, Sarn. ſuper reg.
Cancel. de imp.benef.per obitum Card.
42 quæſt.13. Ac detegitur ex qualitate per-
ſonarum, receptione, & intentione ſer-
uiendi, quis ſit familiaris, vel non ſit fa- Vide Ma
miliaris, vt de familiari Cardinalis, Ro- dec. in &
ta tenuit in vna Salamantina,& Abulen ne 1.
ſis beneficij coram Domino Penia,9.Iu-
43 nij 1599. Circa quod notandum dicit
Ioānes de Imol.in cap.cum dilectus, nu.
3. de cleric. non reſid. quod in ſeruitio
Papæ exiſtens,dicitur Papæ familiaris,
priuilegijsq. Papæ familiaribus conceſſis
fruitur, & in eius obſequio Prælatorum
inferiorum,quia vniuerſale bonum Papæ
dicitur eſſe in obſequio aliorum Prælato
44 rum inferiorum,vt ibi Imol.num.7. De-
clarans, qui nam iſti familiares ſint, &
de familiaribus Cardinalium,& Archie
piſcoporum, ſolum vt fructus præbendæ
aſſignare, non obſtantę conſtitutione fa
cta contra abſentes, dum in Papæ ſerui-
tio morantur,quia minori priuilegio in-
ſeruientium Eccleſiæ frui non debent, lo
quitur Abb. in cap. cum dicatur, nu-
mero primo de cleric. non reſiden. Vbi,
an ſeruientes Legato, vel Epiſcopo tale
competat priuilegium ponit, quem vi-
45 dere poteris. Quare Rota coram Domi-

no Iuſto in vna Toletana Beneficij de Manzer die 14. Nouembris 1605. Et coram eodem Domino Iuſto in alia Hiſpalenſis Archidiaconatus 20. Februarij 1606.& 26. Iunij eiuſdem anni. Vide has dec. in fi. cap.

46 Familiaritatem Cardinalis probare, quia ille, qui ſe talem dicebat reperiebatur annotatus inter familiares, & eo tempore partem accepiſſe familiaribus dari ſolitam,& ex hoc probari familiaritatem contendebat, ex deciſ. Putei 411. parte 1. Mohed. deciſ. 2. de probation. & coram Domino Ludouiſio in vna Hiſpalenſis Beneficij de Zabolar 7. Maij 1604. maxime, quia teſtes ſuper dicta familiaritate deponebant, ob id in ſimilibus impetrãs

47 beneficium per obitum familiaris Cardinalis, eiuſdem Cardinalis nomen exprimere tenetur,& titulum, ac Cardinalis debet conſenſum præſtare, vt in reg.

48 3. Cancell. Quid ſi plures concurrant familiares, nepe Cardinalis,& Papæ, exempli gratia, in cauſa, quo defunctus erat Epiſcopus, & eodem tempore Nuncius Papæ, ſiue alias Prothonotarius, & ſimilis, quæ ſunt dignitates perſonales, Sarnen. de impetr. benef. per obitum famil. Card. quæſt. 5. num. 5. res clara remanet, quia pluribus concurrentibus familiaritatibus, vel reſeruationibus perſonalibus, tunc reſeruatio Papæ tanquam potentior, illuſtrior, atque nobilior præfer-

49 tur. Nã lumen maius, à quo minus originatur, minus offuſcat, facitque Cardinalis familiaritatem obſcurare, ac ceſſare adeo, quod vigore prædictæ familiaritatis, nullus producatur effectus, Caſſad. deciſ. 4. num. 5.& 6. & deciſ. 23. de probat. Sarnen. in dicta regula, dicta q. 15. Et quamuis familiaris Cardinalis, antequã vacaſſent beneficia, de quibus agebatur, obtineret, nihilominus, Sedi Apoſtolicæ remanent reſeruata ex declaratione dictæ regulæ tertiæ Cancell. vt bene censuit Rota coram Domino Penia in vna Peruſina, Fauentina, & Cremonenſis retentionis beneficiorũ hinc 11. Iulij 1605. Vide hãc dec. in fi. cap.

50 Sed ipſis per obitum vacantibus, tanquam reſeruata, Papa contulit, ex eo autem de reſeruatione dabatur, quia defunctus fuit cubicularius ſanctiſſimæ memoriæ Pij Papæ Quinti,& partem panis habebat, ſed non vini,& ex quo eadem beneficia per eius obitum vacantia etiam Ordinarius contulerat. Dubitauit Rota in vna Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus coram D. Lancellotto die 19. Martij 1600. An dicta beneficia ratione prædictæ familiaritaris eſſent reſeruata,& negatiue reſolutum fuit, eo quia defunctus ſolum panem recipiebat, vt probabatur ex fide Computiſtæ Palatij. Licet ex alio capite emendo ab alio, vinum habere poſſet, adeò, quod talis receptio nihil faciebat, & tamen neque iſto Vide hãc dec. in fi. c.

51 caſu adeſſe reſeruationem, Rota dixit, Quia cum reſaruatio ſit odioſa, glo. in cap. præſenti, in verbo fruitur, de offic. deleg. Biſign. deciſ. 1. in. fine de præben. Caſſad. dec. 3. num. 5. de reſeruat. non inducitur, niſi in caſibus expreſſis. Caſſador. deciſ. 2. num. 1. eod. tit. Simonet. de reſeruat. num. 5. cum alijs ibi relatis in compendio, non poſſunt dici huiuſmodi cubiculariorum beneficia reſeruata, cum id nullibi cautum reperiatur, Non in reg. 3. Cancellariæ reſeruatorum, non in Conſtitutione Pauli Tertij, non in Bulla

52 Iulij Tertij, ſiue alia regula. Et te in hoc non lateat, quod ſi Cardinalis aliquem, vt litteris operam daret, & tanquam nepos, vel coniuncta perſona, ſi moram nõ traheret in Palatio Cardinalis inſeruiendo tanquam familiaris inſeruiẽs, ſed tanquàm ſanguine coniunctus, non fuit pro familiari Cardinalis habitus, quia tanquam familiaris inſeruire debebat. Frãc. in cap. fin. n. 14. de verb. ſignif. in 6. Sarnen. in reg. Cancell. de impetr. benef. per obitum famil. Card. q. 5. n. 13. vt dixi ſupra nu. 50. in deciſ. alleg. Salamantina,&

53 Abulenſis beneficiorum. Intentio namque, quod familiaris Cardinalis non ſit probatur ex eo, quia fuit, vt ſtudijs vacaret, & quamuis viueret expenſis Cardinalis, tamen Rota in ſupra relata Salamantina,& Abulenſis Beneficij. Duo dixit neceſſaria fuiſſe ad familiaritatẽ probandam, adeò quod ad reſeruationem beneficiorum ſit locus neceſſariã,& concurrere debere, adeo quòd, nec vna ſola ſufficeret, vt de familiaritate,& quod fuerit continuus cõmenſalis dici poſſet, Rota coram D. Lancellotto in vna Seguntina Archidiaconatus de qua ſupra dixi, maximè ſi quæſtio fuerit inter Papam & Car- Vide ſupra hoc eod. cap.

54 & Cardinalem, Quando agitur de tollen
do indulto Cardinali conceſſo, quo dato
facultas conferendi beneficia familiariũ,
nam ex eo ſolo beneficia illorum exci-
piuntur, qui ſunt familiares ratione verę
& actualis familiaritatis, & continuæ
commenſalitatis Papæ. Rota coram Do-
mino Litta in vna Hiſpalenſis Beneficij
de Xeres, Veneris, 14. Martij 1603. Vn-
de Mohed. deciſ. 2. de reſcript. per tot. tẽ-
55 ſtatur Rotam alias cenſuiſſe familiarita-
tem non probari per ſcripturam Cardi-
nalis ſua manu ſcriptam, obſtante Con-
ſtitutione Alexandri, irritante omnes
expeditiones ſub titulo familiarium ſi
56 fictæ, & non veræ ſint familiares, Quam-
uis familiaris etiam Cardinalis eſſe poſſit
ſi in ipſius Tinello non comedat, ſed ali-
bi ſuis expenſis, Sarnen. ſuper reg. Can-
cell. de impetr. per obitum familiar. Car.
57 q. 15. Rota diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 619.
num. 6. Imo ex diuturno conuictu, vel
quotidiana conſuetudine, aut ſumptibus
ad ſuſtentationem neceſſarijs familiarita
tem argui poſſe, Rota cenſuit diuerſ. de-
ciſ. 145. par. tertia, lib. 2. & ſi familiari-
tas præfata patiendo Cardinalis ſerui-
tium niſi ad illud deputetur, non probe-
tur, Rota coram D. Iuſto in illa Hiſpalen
ſis Archidiaconatus Lunæ 26. Iunij
1606. Papa familiarem aliquem nomi-
58 nat in litteris, & gratis litteræ non ſint
expeditæ, ſed taxatæ, familiaritatem, pro
bandam fore, Rota cenſuit exiſtente ex-
peditione litterarum non gratis, ſed ad
rigorem, ſed quia Papa facilius mouetur
ad prouidendum familiaribus, Rota di-
uerſ. lib. 3. p. 3. deciſ. 815. per tot. & quo
ad talem probationem in eo caſu adeſt
deciſ. 378. num. 3. par. 3. lib. 3. diuerſ. &
dec. 54. lib. 1. ead. p. 3. Immo ſi in litteris
59 Vice Cancellarius apponat gratis, quia
familiaris non ob id probabitur familia-
ritas, vt deciſ. 175. n. 3. lib. 3. p. 3. diuerſ.
60 Fui interdum requiſitus, vt dicerem, an
Eugeniana Clericos compræhendat, &
remittẽdo me ſaniori iudicio, dixi, quod
ſic, quia præfata conſtitutio loquitur ge-
neraliter de omnibus Romanæ Curiæ ſe-
quentibus, vnde quia, vt plurimum ſunt

Vide hic dec. in fi. §.

Vide hic dec. in fi. cap.

Clerici, ideo bene ſub ipſa comprehen-
duntur, & ea ratione, quia ſi Curia eſt
vnum corpus ex multorum, & maiorum
Congregatione repræſentatum, & colle-
ctum, diuerſo iure cenſeri nõ poteſt, ideo
vti Curiales in prædicta Conſtitutione
compræhendi certum eſt, vt voluit Oldr.
conſ. 211. nu. 4. & 5. quod expreſſe caue-
tur in ſubſequentibus verbis præfatę cõ-
ſtitutionis, videlicet ibi, nullus iudex cu-
iuſuis dignitatis, & præheminentiæ fue-
rit contra accedentes ad Romanam Cu-
riam pro ſuis negocijs, vel moram tra-
hentes procedere, aut in eos excommu-
nicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut
priuationis beneficiorum, ſeu aliam
quamuis ſententiam promulgare au-
deant, ſub pœna nullitatis: Sed ſuſpenſio
& obtinere beneficia ad Clericos perti-
net, vnde clare continentur, ſec. ſacr. Con
cil. Trident. ſeſſ. 24. c. 11. c. quoniam pri-
uilegia in fi. c. 61. verſ. ſed Eugenianam
locum non habere contra perſonas, &
res eccleſiaſticas, quia cenſetur ſecularis
conſtitutio cenſuit Rota coram D. Man-
zanedo in vna Romana ſaluiani interdi-
cti Mercurij prima Iulij 1609.
61 Quæ verò priuilegia reſidẽtibus in Cu
ria Romana, vigore Eugenianæ conſti-
tutionis, aut familiaritatis Cardinalium
competere ſolent, & in ijs, qui beneficia
Eccleſiaſtica obtinent, rationem prædi-
ctorum beneficiorum minime compre-
henſi intelliguntur, ſed ordinarij iuriſdi-
ctioni ſubiecti permanent, non obſtanti-
bus quibuſcunq. inhibitionibus. Præmi-
ſa verò omnia Sanctiſſimus Pius Papa
Quintus de fratrum conſenſu, in pleno
Conſiſtorio confirmauit, Vnde, aut lo-
quimur quoad beneficia, & tunc, vt ex
pręmiſſis apparet, ceſſat Eugenianæ pri-
uilegium, ſed ea obtinentes Ordinario
62 ſubiecti remanent: Aut loquimur in Cle-
ricis non obtinentibus beneficia, & for-
ſan exemptis ab Ordinarij iuriſdictione,
quorum nullus eſt Iudex præter Papam,
& tunc ſupra relatam diſtinctionem, an
actor ſit, vel reus, attendendam fore
credo.

Vide hic dec. in fine §.

ILLVSTRISSIMO MILLINO
Num. I.

MEDIOLANEN. BONORVM

Lunæ 28. Martij 1594.

SVMMARIVM.

1 *Eugeniana curiales reos non actores capit.*
2 *L. diffamari non poſſidenti non competit.*
3 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredes non habet locum in naturaliter a defunctis poſſeſſis.*

DOmini reſoluerunt non eſſe locum conſtitutioni Eugenianæ quantum ad fratres ſororis in qua Eugeniana habet locum ad fauorem curialis ſolum in cauſis in quibus eſt reus, & in iſto iudicio D. Ioannes Baptiſta eſt actor cum petat manuteneri, & ſibi reſtitui bona ablata.

2 Non obſtat, quod intentauit remedium, l. diffamari, & conſequenter dicitur reus quia ad iſtum effectum debet docere de ſua poſſeſſione cum hoc remedium non competat, ei qui non poſſidet. Bald. in l. 3. num. 2. C. qui bon. ced. poſſ. Boer. dec. 255. n. 10. Gab. de act. concl. 6. n. 38 & fuit reſolutum coram bon. mem. Lauretano, & de iſta poſſeſſione non conſtat, immo probatur poſſeſſio fratrum.

3 Non obſtat ſtatutum Mediolanen. de continuanda poſſeſſione defuncti in heredem, quia non habet locum in bonis, quæ a defuncto, naturaliter tamẽ poſſidebantur, Imol. conſ. 16. volum. 2. Iaſ. conſ. 147. num. 3. lib. 2. & in terminis bonorum feudalium & emphiteuticorum tradunt Cor. conſ. 173. in vlt. dubio vol. 2. Iaſ. conſ. 152. circa princ. vol. vlt. lib. 4. Rub. Alex. conſ. 121. & fuit deciſum in cauſa Imol. bonorum 10. Aprilis 1592. coram R.P.D. Pamphilio & tanto magis ſtante pacto appoſito in inſtrumento locationis, quod bona locata non tranſeant ad hæredes vnde ſuccedet alia limitatio, quod hmõi ſtatuto non eſt locus quando poſſeſſio eſt apud defunctum ex cauſa de ſui natura non tranſitoria ad hæredes Alex. conſil. 153. num. 4. lib. 2. cum alijs allegatis.

R. P. D. PENIA.
Num. Secundo.

SALAMANTINA, ET ABVLEN. beneficiorum.
Mercurij 9. Iunij 1599.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Cardinalium requirit mentem, & dentem.*
2 *Nepos Cardinalis non præſumitur familiaris Cardinalis.*
3 *Receptio in Palatium Cardinalis excludit familiaritatem.*
4 *Familiaritas Cardinalis ceſſat ceſſante animo recipientis, & recepti.*

ROta cenſuit Don Ferdinandum Mexia de Mendoza non fuiſſe familiarem bon. mem. Cardinalis de Mendoza ad effectum, vt beneficia per eius obitum vacantia remanſerint reſeruata;

1 nam cum ad iſtum effectum requiratur mens, & dens, Sarnenſis in regula de impetran. beneficia Vacan. per obitum famil. Card. quæſt. 13. & ex qualitate perſonæ, receptione, & intentione ſeruiendi, colligatur, quis ſit, vel non ſit familiaris, in caſu propoſito, hæc omnia excludebant familiaritatem.

2 Primum qualitas perſonę Ferdinandi qui cum eſſet nepos Cardinalis ex ſorore ex nobiliſſima progenie, licet cum Cardinali conuiueret, non tamen morabatur in eius palatio, tanquam familiaris ſeruiens, ſed tanquam nepos, & ſanguine Cardinali coniunctus, neque Ferdinandus prętendebat Cardinali inſeruire tanquam familiaris; Sarnen. d. q. 13. Francus in c. fi. de verb. ſignif. nu. 14. lib. 6.

Receptio etiam excludebat familiaritatem, quia Ferdinandus non fuerat receptus in palatio Cardinalis, vt ſeruiret, ſed vt ſtuderet, & propterea deputatus illi fuerat magiſter, qui eum in litteris humanioribus inſtrueret, ſicut quotidie actu inſtruebat, vnde cum intentio Cardinalis recipientis non fuiſſet, vt Ferdinandus deputaretur ad aliquod honeſtũ ſeruitiũ Cardinali impẽdendũ ceſſabat familiaritas, cũ ille dicatur familiaris in hac materia, qui deputatur ad aliquod ho-

honeſtum ſeruitium impendendum, Francus in dicto cap.fin.nu.14. de verb. ſignif.lib.6. Mandoſius in regul. de impetr.per obitum familiar. Cardin.q.10. num.3.

5 Deniq; intentio recipientis, & recepti familiaritatem penitus excludebant; Nã reſpectu Cardinalis notum erat, eum non recepiſſe Ferdinandum, vt ſibi inſeruiret, ſed vt litteris operam daret, & ſtudia virtutum amplecteretur, & hanc Cardinalis intentionem probabant tractatus, & reputatio: quia neque Cardinalis tractabant Ferdinandum tanquam familiarem, neque Ferdinandus communiter reputabatur tanquam familiaris, vt teſtes aſſerebant, quod ſufficit ad excludendam familiaritatem, Simonetta in tract.de reſeruat. quæſtione vigeſima quarta, Bellamera deciſione 612.

Reſpectu Ferdinandi recepti manifeſtius erat, eum non acceſſiſſe ad Palatiũ Cardinalis tanquam familiarem, ſed tanquam nepotem.

6 Neq; prædictis obſtabant deducta per informantes pro Ioanne Gaetan, quod Ferdinandus eſſet commenſalis Cardinalis, & viueret illius expenſis, & quædam eiuſdem Cardinalis imperata exequeretur, & coram eodem Cardinali ſtaret aperto capite, & ſimilia, quia reſpondebatur primo, quod ceſſante animo vtriuſque recipientis videlicet, & recepti, iſta omnia non operantur familiaritatem, Sarnenſis dicta quæſtione 13.

Secundo reſpondebatur Ferdinandum, iſta omnia præſtitiſſe, non tanquam familiarem, ſed tanquam nepotem.

Atq; ex his reſpondebatur ad dicta teſtium pro contraria parte examinatorum, quamquam non admodum vrgerent.

R. P. D. IVSTO
Num. III.

HISPALEN. ARCHIDIACONATVS.

Luna 20. Februarij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Cardinalis pro beneficio obtinendo neceſſario probanda.*

2 *Familiaritas non probatur ex perceptione, & commeſtione in Domo Cardinalis.*

3 *Familiaritas Cardinalis, vt probetur requirit in eius domo certum exercitium.*

4 *Familiaritas Cardinalis non probatur ex ſeruitio niſi ad illud fuerit deputatus.*

5 *Familiaritas Cardinalis non probatur ex equiuocis probationibus.*

6 *Conſanguineus Cardinales tanquam conſanguineus tractatus ſi officio careat, non eſt familiaris.*

VNanimiter reſolutum fuit non eſſe probatam reuocationem, quia non eſt probata familiaritas Alfonſi de Vlloa, per cuius obitum vacauit Archidiaconatus in Eccleſia Hiſpalen.cũ bon. me. Cardinalis de Caſtro eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo, & pro fundamento firmarunt illud, quod reuocatur in dubium per informantes ex aduerſo videlicet,
1 quod ad effectum immiſſionis virtute ſubrogationis requiritur plena, & concludens probatio, vt fuit dictum in Rota coram bo. me. Gipſio in vna Burgen. Præſtimonij de Pancoruo 24. Octobris 1588 & coram Illuſtriſs. D. Cardinali Blanchetto in Nerinen. Præſtimonij 15. Februarij 1593. & quando agitur ad excludendum prouiſum ab Ordinarijs, familiaritas ipſa plene probanda eſt. Sarnen.in reg. de impetra.benef.vacan.per obit.fam.Cardin.q.6.num.6.Simon.de reſeruat.q.36. quod procedit in quacũq.alia reſeruatione.Put.dec. 366. lib. 3. & fuit ſæpiſſime deciſum. Quæ autem ſit plena probatio iudicatur ſecundum caſus occurrentes.

Quo præſuppoſito nec habitis in conſideratione teſtibus, qui fuerunt in partibus nulliter examinati, dixerunt deficere neceſſarium requiſitum ad probandam hãc prætenſam familiaritatem, quamuis enim teſtes probet receptionem in domo & comeſtionem, quæ eſt primũ extremũ oſtẽdens familiaritatẽ, nõ tamẽ ideo probatur receptio, & deputatio ad certũ ali-

quod ſeruitiũ exercendũ, quod eſt ſecundum extremum, vnde probetur intentio D. & familiaris omnino neceſſariam ad hanc ſocietatem contrahendam, Sarnen. dicta regula quæſt. 13. poſt Franc. in cap. fin. num. 14. de verbor. ſignific. in ſexto, & omiſſis omnibus alijs ſufficit allegare deciſionem Rotæ in cauſa Salamantina, & Abulen. Beneficiorum 9. Iunij 1599. coram Reuerendo P. Domino meo Decano.

Non obſtat primus teſtis, qui videtur deponere de certo officio Alfonſi ſaltem in itinere Cardinalis ad Ciuitatem Valentiæ dum ibat ad nuptias Regis Hiſpaniarum, quia ſe ipſum declarat, & dicit ſe audiuiſſe, non autem vidiſſe, quia non fuit pręſens, & hæc probatio tanquam de auditu non eſt concludens. Put. deciſ. 266. lib. 3.

3 Non obſtat ſeptimus in ordine, ex quo primum dicitur eſſe probatam deputationem ad certum officium, ſiue ſeruitium, nam iſte teſtis ſolum deponit de diligentia Alphonſi, vt deputaretur, & de ſeruitio exhibito, ſed de deputatione dicit ſe nihil ſcire, & conſequenter nihil concludit, nec in primo examine, nec in repetitione, vbi tantum deponit de prętenſione Alfonſi ad ſeruitium pro tempore illius itineris, quod non indicat ſimplex ſeruitium ad familiaritatem, ſed ad obſequium, & honorem.

4 Alij teſtes dum deponunt de ſeruitio, non deponunt de deputatione ad effectum, & finem ſeruitij, ideo nihil faciunt, quamuis enim aliquando exercitium officij ſciente Domino inducet deputationem ad officium, l. 1. §. magiſtrum, ff. de exercit. Bart. in l. 1. §. familiæ nomen ff. de public. tamen eſt caſus ſpecialis contra particularẽ propter publicam vtilitatem, cum regulariter ſcientia non ſufficiat, vt declarat, Alex. conſil. 80. num. 12. libro quarto.

5 Qua propter dicebant Domini vel ſolum ex teſtibus induci æquiuocam quandam probationem, quæ non ſufficit, Creſc. deciſ. 3. de præſcript. & alias ſæpe, vel etiam excludi probationem familiaritatis, nam probantur ſolum illa ſeruitia tanquam ſpectantia ad Præfectum cubiculi, dum Cardinalis iret ad Ciuitatem Valentiæ, & inde rediret, quæ potuerunt præſtari non ſolum tanquam a famulo erga Dominum, ſed a nepote vel patruo vel a tenuiori erga potentiorem conſanguineum, vel amicum, vt docet experientia, & pręſertim in illo Regno, in quo aliqui ex Dominis confirmabant conſuetũ eſſe inter potentiores, & magnates, quod quando ſe offerunt huiuſmodi occaſiones, ſecum adducunt conſanguineos, & amicos nobiliores, qui non ſolum ſe iungunt comites in via, ſed inſeruire curant publicè, & palam, nec tamen reputantur familiares, ſed conſanguinei, & amici. Excluditur vero ex prædictis probatio familiaritatis, quia probatum eſt Alfonſum fuiſſe bon. mem. Cardinalis Conſanguineum, qui illum cum fratribus ſubſtentauit in ſtudijs, deinde recepit tanquam conſanguineos, & ipſum Alfonſum nominabat tanquam nepotem, qui non ſe gerebat pro familiari, nec reputabatur pro tali, &ſi in itinere prædicto inſeruiuit, depræhenditur mens, & intentio antecedens & ſubſequens non inſeruiendi, ſed obſequendi, & excluditur familiaritas. Egid. deciſ. 611. in fin. & vlt. loc. Rot. in alleg. cauſa Salamantina, & Abulen. beneficiorum.

R. P. D. IVSTO.

Num. IV.

HISPALEN. ARCHIDIACON.

Lunæ 26 Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Cardinalis patiendo ſeruitium, niſi deputetur ad illud, non probatur. & nu. ij.*

QVæ de nouo deducebantur in hac poſitione ad probandum Alfonſum de Vlloa familiarem bonæ memoriæ Cardinalis de Caſtro, & deputatum pro Præfecto cubiculi eiuſdem Cardinalis, non placuerunt Dominis, quæ conſiſtunt in facto, & iure.

Quo ad factum dicebant informantes deputationes expreſſe probari ex diſpoſitione Ferdinandi de Maceda, qui fuit Magiſter Domus Cardinalis, & ipſe deponit Alfonſum fuiſſe aſſignatum, & deputatum in officio cubiculari a Domino Car-

Digitized by Google

Cardinali, ergo hoc bene concludit, &
huic dicto abdunt alios teſtes deponẽtes
de diligẽtijs pręamulis factis ab Alfonſo
pro deputatione, & his teſtibus abdunt
cõiecturas, ꝗ autẽ ſit credẽs depoſitioni
1 Ferdinãdi, licet extraiudiciali deducunt,
quia D. Ioa. Magni fecit eius dictum pro
ducendo in iudicio illud. Sed tamen re-
ſponſum fuit hanc depoſitionem, nihil fa
cere, quia vere intellexit de ſeruitijs præ-
ſtitis, quę habebat cõſenſum Cardinalis,
non veram deputationem, quam ipſe te-
ſtis ignorauit, vt repetitus in ſecundo exa
mine explicite declarauit. Præterea non
eſt verum, quod fuerit approbatum eius
dictum in primo examine nullo, nec etiã
productum, ſed eſt verum, quod procura-
tor Ioannis produxit aliam diſpoſitionẽ
extra iudicialem, ad inſtantiã ipſius Ioã-
nis, in qua licet teſtis ſe referret ad illam
priorem non tamen illa eadem eſt appro-
bata, quæ impugnabatur, & in omnem
iſtud factum procuratoris eſt reuocatum
à Ioanne. Alij vero teſtes nihil conclu-
dunt, ſed eſt æquiuoca diſpoſitio, quæ nõ
releuat, vt dictum eſt, & coniecturis bene
reſpondentes informantes pro Ioanne.
2 Quo vero ad ius informantes pro Frãci-
ſco hoc pacto deducebant, quoniã eo ip-
ſo, quod quis exercet aliquod officium
ſciente, & patiente Domino, cenſetur ad
illud per Dominum deputatum, Bart. in
l. 1. §. familię nomen, num. 6. ff. de pu-
bli. cum alleg. Reſpondetur vt in prima
deciſione hoc eſſe verum in aliquo caſu,
regulam autem eſſe in contrariũ ex Alex.
conſ. 80. nu. 12. lib. 4. præſertim ſi non cõ
ſtat de aliqua deputatione ex generali
mandato, & de aliquo actu poſitiuo indi
cante voluntatem Domini, qui poſſit ad
illud exercitiũ applicari, vt ibi per Alex.
& cum ſimus in caſu vbi familiaritas ad
reſeruationem eſt concludenter proban-
da, tunc videtur excluſa probatio, quan-
do ſit per cõiecturas, quæ per neceſſe nõ
concludunt, vnde iterũ ita fuit deciſum.

R. P. D. PENIA.

Num. Quinto.

PERVSINA, FAVENTINA, & Cremonenſis reſeruationis beneficiorum.

Lunę 11. Iulij 1605.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotariorum Apoſtolicorum beneficia vacantia, Sede Apoſtolica ſunt reſeruata.*

Etiam ſi non ſit de numero participantium. num. ij.

3 *Familiarium Papa, beneficia ſunt reſeruata.*

4 *Beneficium ſemel affectum, ſemper donec de illo prouideatur remanet affectũ.*

5 *Familiaritas Cardinalis ducat, etiam ſi familiaris, quis eſſe deſierit.*

6 *Beneficia ab Epiſcopo obtenta, Papae reſeruata remanent, & num. xi.*

7 *Beneficia Nunciorum Apoſtolicorum ſunt liberae collationi Papae reſeruata.*

8 *Beneficia impetrans per obitum familiaris Cardinalis, nomen Cardinalis exprimere debet.*

9 *Beneficia familiarium Cardinalium, non ſunt collationi Cardinalis reſeruata quando familiaris ratione officij inſeruit Sedi Apoſtolicae tẽpore obitus.*

10 *Reſeruatio Papae pluribus concurrentibus, tanquam potentior, alijs praeualet.*

12 *Beneficia obtenta à promouendo ad Epiſcopatum vacatura ſunt de iure, Ideo ex gratia retentionis remanent Papae reſeruata.*

13 *Retentio eſt quaedam iuris reſeruatio.*

14 *Papa in craſtino ſuae aſſumptionis renouat regulas Cancellariae.*

OBierat nuper Venetijs Offredus de Offredis Epiſcopus Malfetanus, & Nuntius Apoſtolicus Venetiarũ, & quoniam ante Epiſcopatum, & officium Nuntij, dum eſſet familiaris D. Card. Aldobrandini, & fortaſſis antea obtinuerat aliquot Eccleſiaſtica beneficia. Ideoq. prætenderetur, quod ratione prædictæ familiaritatis, erat locus Reg. 3. diſponentis ad fauorem Cardinalis, quod impetrans teneretur exprimere nomen, & titulum Cardinalis, cuius etiam ſi præſens in Curia foret, ad id accederet aſſenſus. Ex aduerſo autem diceretur beneficia pertinere ad liberam Papæ collationem propterea de mandato S. D. N. Pauli Papæ V. propoſito ſuper hoc dubio, & à Dominis

dili-

diligenter diſcuſſo concorditer deciſum
fuit beneficia, de quibus agitatur perti-
nere ad liberam Romani Pontificis col-
lationem, nec fuiſſe locum Reg. 31.

1 Et quamuis in diſcuſſione huius arti-
culi plures reſeruationes commemoren-
tur. Primo, quia Offredus fuerat Protho-
notarius Apoſtolicus, cuius propterea re
manſerant Sedi Apoſtolicæ reſeruata
per Extrauag. ad regimen de prob. inter
commun. Put. dec. 81. nu. 3. lib. 3. Et ad-
dentes ad Simonet. tract. de reſeruat.
quęſt. 100. quod procedit etiam ſi Pro-
2 thonotarius non ſit de numero partici-
pantium. Verall. deciſ. 404. part. 2. & de-
ciſ. 27. par. 3. Put. deciſ. 313. lib. 1. Pe-
regr. dec. 105. lib. 1. quod ſæpe fuit deci-
ſum.

3 Altera quia idem Offredus fuerat fa-
miliaris fel. rec. Clem. 8. & familiarium
Papæ beneficia ſunt reſeruata, vigore re-
gul. 3. etiam poſt obitum Papæ, vt in Ex-
trauag. incip. Ad Romani Pontificis, de
præb. inter commun. ex qua regulariter
4 notari ſolet Beneficium ſemel affectum,
ſemper remanere affectum, donec de eo
prouideatur. Caſſad. dec. fin. num. 2. de
prob. & fuit late deductum in cauſa Be-
neuentana reſeruationis beneficiorum
15. Decembris 1592. coram D. Cardina-
li Seraphino tunc Rotæ Auditore.

Tertio, ex familiaritate D. Cardinalis
Aldobrandini iuxta tenorem 3. reg. quæ
durat etiã ſi quis familiaris eſſe deſierit.

Quarto ex eo ꝙ Offredus fuerat crea-
tus Epiſcopus, vnde ipſis beneficia remã-
ſerant Papa reſeruata vigore prædictæ
Extrauagantis ad regimen. §. Rurſus mo
naſteria, vbi reſeruantur beneficia vacan
tia per obitum Epiſcoporum.

Quia tamen de quibuſdam non con-
ſtabat in facto & de alijs merito poterat
dubitari. An in ratione collationis ſer-
uanda eſſet regula 31. de exprimen-
dum nomine, & titulo Cardinalis, & de
adhibendo ipſius aſſenſus, ita vt non fo-
ret libera Papæ collatio, Ideo omiſſa
iſta perueſtigatione, quę prolixiorem for
taſſis poſtulat inſpectionem, placuit Ro-
ta, ex illo capite reſeruationis, quod
Offredus fuerat Officialis Papę, nempe
nuntius Apoſtolicus in Ciuitate Venetia
rum deducere reſeruationem ad effe-
ctum libere collationis a Papa facien-
dæ. Notum eſt enim Nuntiorum bene-
ficia eſſe generaliter, & expreſſe reſerua-
ta diſpoſitioni Apoſtolicæ in prædicta
extrauag. Ad regimen. §. ac etiam per
obitum ibi, & etiam quorumcumq. Lega
torum, ſiue Nũtiorum, quæ reſeruatio in
omnibus regulis innouatur, vt patet in
prima regula vbi additur reſeruationem
vigere etiamſi officiales expreſſi in Con
ſtitutione ad regimen Sedis Apoſtoli-
cæ officiales ante obitum eſſe deſierint,
quo ad beneficia, quæ tempore, quo offi
ciales erant, obtinebant.

Neq; in hoc caſu erat locus regulæ 31.
ad fauorem Cardinalis, quia Rota conſi
derauit Regulam, duabus potiſſimum
partibus contineri. In prima enim diſpo-
nitur, quod impetrans beneficia vacan-
tia per obitum familiarium Cardina-
lium eiuſdem Cardinalis teneatur expri-
mere nomen, & titulum, & Cardinalis
debeat præſtare conſenſum; In ſecũda ve
ro in §. Declarans, continetur declara-
tio, ſiue exceptio regulæ, videlicet, eam
non habere locum in illis beneficijs, quæ
familiares ipſi tempore obitus in Curia,
vel extra obtinerent, vel antea obtinuiſ-
ſent, ea ratione officiorum Sedis Apoſto
licæ diſpoſitioni generaliter reſeruantur
vel affecta fuiſse apparerent; ex hac enim
declaratione, ſiue exceptione ceſsabat
diſputatio, cum beneficia de quibus age
batur non ſub regula, ſed ſub declaratio-
ne, ſeu clara regulæ exceptione compræ-
henderẽtur, ex quo Offredus ratione offi
tij Nuntij erat Papæ officialis.

10 Supradictis accedebat, quia licet con-
currerent plures familiaritates, & reſer-
uationes perſonales ratione familiarita-
tis D. Cardinalis Aldobrandini, & Pro-
thonotariatus, & Nuntij Apoſtolici, quæ
eſt etiam perſonalis, Sarnen. ſuper reg.
de impetr. benef. vacan. per obitum fam.
Card. q. 15. nu. 1. Adhuc in caſu propoſi-
to res erat clara pro libera collatione
Rom. Pont. ex recepta concluſione ſæpe
à Rota approbata, quod cõcurrente pluri
bus familiaritatibus, aut reſeruationibus
perſonalibus, tunc reſeruatione Papæ, tã-
quam potentior, illuſtrior, & nobilior prę
fertur, quę ſicut lumẽ maius, offuſcat mi
nus, & facit ceſſare familiaritatem Cardi

nalis

Digitized by Google

nalis ſicut vigore illius familiaritatis, nul
lus producatur effectus, Caſſad. deciſ. 9.
num. 1. 5. & 6. & dec. 23. de pręb. Sarnen.
ſuper dicta regula de impetr. benef. vac.
per obit. fam. Car. q. 15. Et fuit deciſum in
dicta Beneuentana reſeruationis benefi-
ciorum.

Neque contrarium ſuadebat Deciſio
in cauſa Brunduſin. Archidiaconatus
die 16. Ianuarij 1604. coram D. Millino
nunc Archiepiſcopo Rhodienſi vbi Rota
cenſuerat quod etiam in beneficijs Pa-
pæ reſeruatis requiratur conſenſus Car-
dinalis. Quia fuit reſponſum. Primo re-
ſeruationem illius Archidiaconatus non
fuiſſe de exceptis in regula 31. Secun-
do fuit reſponſum regulã quod in benefi
cijs Papę reſeruatis requiratur conſenſus
Cardinalis procedere quando reſeruatio
ad fauorẽ Papæ eſt realis; tunc enim præ-
fertur reſeruatio perſonalis tanquam po
tentior, vt explicat Sarn. in prædicta
quæſt. 15. In cauſa vero Brãduſin. reſerua
tio ad fauorem Papę deducebatur ex eo-
quod vacauerat prædicta dignitas, &
conſequenter erat vacatio realis.

Rurſus non obſtabat, quod ſtante re-
tentione beneficiorum conceſſa in pro-
motione ad Epiſcopatum quomodocun-
que poſſet beneficia vacent, videantur
vacare, vt prius, & ſic per promotionẽ,
quo caſù licet beneficia ſint reſeruata Pa
pæ, requiritur, nihilominus conſenſus
12 Cardinalis. Quia fuit reſponſum, primo,
quod licet per promotionem ad Epiſco-
patum de iure vacatura eſſent beneficia,
cap. cum in cunctis, §. cum vero, de elect.
quia tamen Papa eorundem conceſſit re-
tentionem tam de iure, quam de facto in
aſſecutione Epiſcopatus ceſſauit vacatio,
cum vigore gratiæ retentionis titulus nõ
fuerit innouatus, ſed prorogatus, l. ſed &
ſi manente, ff. de preca. l. 2. §. etſi iudex,
ff. de iud. Retentio enim nihil aliud eſt,
quam reſeruatio quædam iuris antiqui
de nouo tribuens, cap. dudum il 2. in
fin. vbi Abb. num. 16. de elect. Put. de-
ciſ. 430. incip. Reuerendiſſimus B. num.
2. lib. 2. cuius iudicium eſt, quia in reten-
tione, nec promoto noua fit collatio, nec
ei traditur noua poſſeſſio, vnde aduenien
da morte Epiſcopi beneficia dicantur va
care per obitum. Et hoc voluiſſe Rotam
apud Caſſad. deciſ. 3. de conſtit. affirmat
Ant. Aug. in epitom. ſuper prima regula,
§. 6. dicens Conſtitutionem ad regimen
habere locum, vbi datur retentio, vel di-
ſpenſatio, licet beneficia per obitum poſt
conſecrationem vacent.

Præterea ex proprio dilemmate, cui
non poterat facile reſponderi articulus
reddebatur clarus, nam aut beneficia va
carunt per obitum officialis, & tunc ex-
cluditur conſenſus Cardinalis per decla-
rationem, ſiue exceptionem Regulæ 31.
aut non vacarũt per obit. fam. Card. q. 4.

Poſtremo fuit reſponſum reſeruationẽ
& conſequenter liberam Papę collationẽ
in hac facti ſpecie potiſſimum deduci, ex
eo quod Offredus fuit Nuntius, & ſic offi
cialis Papæ, vnde exceptio Regulæ 31. fa-
ciebat ceſſare eandem regulam ad fauo-
rem Cardinalis, cui tempore retentionis
ex ſupradictis nullum ius quæſitum fue-
rat.

Ad notabile Cancellariæ in verbo re-
ſeruatio, §. vidi dubitari, verſ. His die-
bus, vbi dicitur poſſe dari reſeruationẽ
beneficiorum Epiſcopi qui in minoribus
conſtitutus, dum erat familiaris & conti-
nuus Commenſalis Cardinalis illa obti-
nuerat. Breuiter fuit reſponſum, quod li
cet iure ſubſiſteret, & propterea fortaſſis
eſſet requirendus cõſenſus Cardinalis in
prouiſione beneficiorum, per obitum ip-
ſius vacantium, iuxta diſtinctionem recẽ
tiorum ſcribentium dicta regula de im-
petr. benef. vac. per obit. fam. Card. q. 15.
Ita tamen non eſt verum, ſi ſuperueniet
qualitas officialis, iuxta declarationem,
ſiue exemptionem Reg. 31.

Neque ad rem pertinebat, quod Offre
dus obtinuerat beneficia antequam eſſet
Nuntius, quia nihilominus remanſerant
diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſeruata,
vt apparet ex declaratione prædictæ re-
gulæ 31. vbi Aut antea obtinuiſſent, vn-
de non erat amplius locus quęſtioni, quã
recentiores ſcribentes mouent ſuper reg.
4. q. 5. vt fuit conſideratum in vna Car-
thaginenſis beneficij die 26. Februarij
1603. coram Illuſtriſſimo Lancellotto.
14 Poſtremo non obſtabat, quod prædicta
Conſtitutio Benedicti XII. ad regimen
ſit temporalis, ſeu ad vitam Conditoris
Quia placuit Dominis reſponſio Rotæ

apud

apud Caſſad.dec.3. num.2. & 3. de conſtit. quod cum quilibet Pontifex eam renouet pro tempore ſui Pontificatus in prædicta regula protinus die craſtina ſuę aſſumptionis perpetuæ Conſtitutionis naturam aſſumit.

Et ex his fuit concorditer reſolutum hæc beneficia pertinere ad liberam Papæ collationem, nec eſſe locum regulæ 31. ad fauorem Domini Cardinalis.

R. P. D. LITTA.
Num. Sexto.

HISPALEN. BENEFICII de Xeres.

Veneris 14. Martij 1603.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas ad effectum reſeruationis plene probanda venit.*
Et probatur ex non deſcriptione in libro familiarium, ibi.

1 DVbitaui an breue litis extinctiuum D. Alphonſo conceſſum ſit iuſtificatum, & pro non iuſtificatione fuit reſolutum Didaco ſolum informante, quia inter cætera in eo narratur, quod Bartholomæus fuerat familiaris, & continuus commenſalis Sanctiſſimi, & tamen de hac familiaritate, & continua commenſalitate non conſtat, immò de Contrario ex fide Rotuli familiarium Papę, in quo iſte Bartholomæus non reperitur deſcriptus, ad dec. Caſſador. 5. num. 5. ſuper regul. & Gaputaq. 43. num. 2. & ſeq. par. 3.

3 Nec facit, quod fuerit cubicularius, quia ad effectum, vt eius beneficia intelligantur reſeruata vigore regulæ tertiæ reſeruatoriç loquentis de familiaribus, & continuis commenſalibus Papç neceſſe eſt, vt vtraque qualitas iuſtificetur, nec altera ſufficit, vt fuit reſolutum in Seguntina Archidiaconatus 19. Martij 1601. coram Illuſtriſs. Lancellotto, maximè, quia hoc in caſu agitur etiam de tollendo indulto conceſſo Cardinali Hiſpalenſis, in quo datur facultas conferendi etiam beneficia familiarium, & ſolum excipiuntur beneficia illorum, qui ſunt familiares ratione veræ, & actualis familiaritatis, & continuæ commenſalitatis Papæ, quæ qualitates non probantur fuiſſe in dicto Bartholomæo.

R. P. D. MANZANEDO.
Num. Septimo.

ROMANA SALVIANI interdicti.
Merc. 1. Iulij 1609.

SVMMARIVM.

1 *Aegidius Cardinalis Legatus non habebat iuriſdictionem, niſi in temporalibus.*
2 *Aegidiana Conſtitutio non habet locum contra perſonas Eccleſiaſticas.*
3 *Neque in cauſis fori eccleſiaſtici.*
4 *Aegidiana cenſetur conſtitutio ſaecularis, ideo nec res, nec perſonas Eccleſiaſticas compraehendit.*
5 *Saluianum non competit contra creditorem munitum anteriori hypotheca.*
6 *Mulier conſentiens alienationi aliorum bonorum mariti, pro dote hypothecatorum, ſibi praeiudicat, quoad dictã hypothecam etiam quo ad bona, quorum alienationi non conſenſit, per tertium poſſeſſa.*
7 *Exceptio cedendarum obſtat, & impedit immiſſionem ex Saluiano.*
8 *Melioramenta ſaltem in genere probata, dant retentionem contra Saluianũ.*
9 *Pro melioramentis in genere probatis liquidandis, debet praefigi terminus.*
10 *Exequutio poteſt impediri ex nouis probationibus.*
11 *Teſtium ad partes poſitorum ratio habenda eſt, ſi ſint releuantes, & in proceſſu ponendi.*

NOn eſſe locum Aegidianę Domini cenſuere cum Dominus Bindaſius ſit presbyter & reus, ex quo cauſæ contra illum motæ ſunt fori Eccleſiaſtici, cap. 1. cap. nullus, cap. ſi diligenti, de foro

1 compet. & Conſtitutio Aegidiana ex defectu poteſtatis Cardinalis Aegidij, qui non habebat iuriſdictionem niſi in temporalibus, vt pluries fuit deciſum, non habet locum contra perſonas Eccleſiaſticas

cas,vt fuit dictum coram bo.me. Brauo,
in vna Peruſina hæreditatis 27.Iun.1581
In qua refertur pluries ita Rotam reſoluiſ
ſe quod & nec habeat locum in cauſis fo
ri Eccleſiaſtici,vt fuit dictum coram bon.
mem.Seraphino in Auximana bonorum
20.Nouembris 1579. vbi refertur idem
deciſum coram tunc Decano in vna Hor
tana Sanctiſſimæ Trinitatis, & nimirum
cum iſta cenſeatur conſtitutio ſæcularis,
quę nec res, nec perſonas Eccleſiaſticas
compræhendit, cap.cum Eccleſia S. Ma-
riæ,de conſtit. c. ſi clericus laicũ, de foro
compet.c. quamquam,de cenſibus. Se-
cundo cum Dominus Bindaſſius habeat
anteriorem hypothecam pro ſcutis 589.
ex ceſſione Iuguli ſuo auctori facta exclu
ditur Saluianum pro dicta quantitate,cũ
illud non competat contra creditorem
munitum anteriori hypotheca, vt ſæpius
fuit reſolutum & maxime coram Illuſtriſ
ſimo D. Mantica in Placentina Saluiani
16.Iunij 1589. Tertio cum D.Laura ſpon
te renunciauerit iuribus, & hypothecis
ſuper alijs bonis ſui viri,cum illorum ven
ditione factæ Bernardino Sabello aſſen-
ſum præbuit,ex qua alienatione,& Lau-
ræ conſenſu ipſa ſibi præiudicauit quo ad
dictã hypothecam ad l.ſi debitor.§. 1. ff.
quib.mod. pign. vel hypothec. ſolu.vn-
7 de illi obſtat exceptio cedendarum, quæ
impedit immiſſionem ex Saluiano,l. ſty-
chum.§.penult.ff.de ſolut. & fuit dictum
coram D. meo Ludouiſio in vna Roma-
na Saluiani 28. Iunij 1601.

Quibus non obſtat,quod de tempore
d.alienationis,& conſenſus illi pręſtiti D.
Bindaſſius non haberet ius in vinea,quia
ſufficit quod D. Lauræ ſuper dictis bonis
alienatis competeret hypotheca pro ſua
dote,quam hodie ex facto proprio non
poteſt cedere.

8 Vltimo viſũ fuit per teſtes examinatos
de melioramẽtis conſtare ſaltẽ in genere
pro quibus D. Bindaſſio competit reten-
tio l.ſi in area,ff.de condit.indeb. Aretin.
in §.ex diuerſo inſtit.de rerum diuiſ.Ne-
guſ.de pign.memb.4.p.5.n.8.ex quo D.
Bindaſſius inferebat pręfigen.ſibi eſſe ter
9 minum ad d. melioramẽta liquidan.iux.
deciſ.Put.471.n.7.lib.2. quod etiam Do
minis placuit non obſtante quod dicti te-
ſtes ſint poſiti ad partes, nam cum ſint
10 releuantes,& ex nouis probationibus poſ
ſit impediri exequtio videntur ponendi
11 in actis, & de illis rationem eſſe haben.

Alia vero quæ pro D.Bindaſſio addu-
cebantur ad hunc eumdem finem, licet
forſan poſſent ſubſiſtere, requirerent ta-
men altiorem indaginem. Vnde illis om-
miſis,ſic ex ſumptis reſolutum fuit.

COMMISSIONIS FORMVLA PERVSINA.

BEATISSIME Pater,alias quidam
N.mouit litem contra omnes de fami
lia de M.coram Domino in ciuilibus Lo-
cumtenen. Gubernatoris Peruſij, cauſa
& occaſione, &c. Verum quia inter iſtos
de familia M.adeſt S.V.Orator qui in Ro
mana Curia à multis annis fecit reſiden
tiam,& habitauit prout hodie reſidet, &
habitat,& ideo vigore Egidianæ conſtit.
cum clauſulis,& decreto irritanti in fauo
rem Curialium conceſſæ non poteſt ex-
tra eam ad litigandũ trahi, imo licet ipſe
ſolus Curiam colat vti dignior omnes
alios ad ſuum Tribunal trahit, ideo ſup-
plicat S.V.quatenus præuia auocatione
à pręfato Locumtenẽte cauſam,&cauſas
quam,&quas,&c.ac toto negocio princi
pali, alicui Romanæ Curiæ Prælato, vel
iudici ordinario, ſiue Rotæ Auditori ſum
marie committere,& mandare dignetur,
cum poteſtate,&c.

BEatiſſime Pater, licet deuotus S.V.
Orator Romanã Curiam ſequẽs a mul
tis annis,ac eius familia,ſint in pacifica
poſſeſſione domus ſitæ in Ciuitate, &c.
loco, &c.nec deberẽt,nec poſſent a nemi
ne moleſtari, inquietari, vel perturbari,
nihilominus,quia contra formam priuile
gij Eugenianę ad fauorem Curialem con
ceſſi,quidam N.Oratores, ac litis conſor
tes coram Vicario Epiſcopi Peruſini mo-
leſtare velle ſe iactat, & forſan moleſtare
cæpit licet nulliter, indebite, & iniuſte
non attento Decreto irritanti,ac clauſula
ſublata in dicta conſtitutione Eugeniana
inſertis ad fauorem Curialium,ideo præ-
uia auocatione a dicto D.Vicario digne-
tur S.V.cauſam,& cauſas,nec non quam
& quas idem Orator, ac litis conſortes
ha-

Google

habent,& mouent,habereq.& mouere volunt, & intendunt contra dictum N. omneſq;alios ſua communiter, vel diuiſim quomodolibet intereſſe putantes in exequutione præſentium nominandos,& cognominandos,cum annexis,connexis, dependentibus,& emergentibus, ac toto negotio principali ſummarie, &c. alicui Rotę Auditori &c.cum poteſtate &c.

Beatiſſime Pater, Dum deuotus S. V. Orator A.eſſet in pacifica,&quieta poſſeſſione predij &c. vel prætendens ſe eſſe creditorem S.V.Oratoris B. in ſumma,& quantitate ſcutorum 500. ſub prætextu curialitatis, & priuilegij Eugenianæ monitorium a Tribunali A.C. contra Oratorem obtinuit, ipſoq.citato illius vigore cauſam in prima inſtantia, quæ in partibus reſpectu probationum facilius cognoſci debet, indirectè in Curia introducere quærit, ſumptibus Oratorem vexando, ac contra omne iuris debitum ad litigandũ extra patrios lares. Verũ quia Actor Rei forum ſequi tenetur, & Eugeniana non comprehendit, neq. ſe extendit ad Curiales actores,ſed ſolum ad reos; Ideo ſupplicat S. V.quatenus prçuia auocatione ab A.C. cauſam,& cauſas, &c. alicui iudici Ordinario in partibus committere dignetur.

Vel quatenus eidem A.C.commitere, & mandare dignetur,vt ſuam moderetur inhibitionem, ac cauſam ſuis a iudicibus in partibus congnoſci ſinat.

Vel, vt Gubernatori Ciuitatis Peruſij quod non obſtante inhibitione ab A.C. emanata, per inde ac ſi emanata nõ foret ad vlteriora procedat,attento quod cauſa coram eo inſtructa, & aduerſarius ſolum ad eius expeditionem in longum trahẽdam ſimilia impedimẽta procurat.

Vel & quia Eugeniana non comprehendit cauſas criminales, quia vbi quis deliquit forum ratione delicti ſortitur, ideo dignetur præuia auocatione,&c.

Vel quia vigore ſacri Concilij Tridentini Eugeniana cauſas Eccleſiaſticas non compræhendit,quæ in prima inſtantia in partibus ſunt cognoſcendæ,ideo, &c.

Finis Secundæ Partis.

Digitized by Google

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES.

QVAE DVM IMPRIMEBANTVR OPERIS FVERVNT OMMISSAE.

ET ALIAE ALPHABETICO ORDINE HIC ADNOTATE SVIS LOCIS REPERIES.

R. P. D. PENIA.

AVRIENSIS PAROCHIALIS.

Lunæ 1. Iulij 1595.

Cadit par. 1. fol. 421. ſub num. 240

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio appellatione pendente capta ſequeſtratur per Rotam.*

2 *Appellatio a ſententia inſtitutionis iudicialis valet & facit attentata.*

Secus ſi fuerit Appellatio extraiudicialis ibi

3 *Res iudicata ob lapſum fatalium non ſanat vitium attentatorum.*

Imo hoc caſu ſubducuntur fatalia ibi.

4 *Attentata reuocant per Rotam ex capite nullitatis licet cauſa ſit deſerta.*

AD iſtam Parrochialem vacantem, quę præſupponebatur de iure patronatus laicorum, fuerunt a diuerſis patronis prçſentati Ludouicus Nuzol. de Cadirniga, & Franciſcus Zeuarez Epiſcopi ſecretarius, inter quos lis orta fuit commiſſa Epiſcopo Aſtricen. qui die 5. Octobris 1593. pronunciauit Parrochialem fuiſſe de iure patronatus, & inter præſentatos parua ſuffragia habentes locum gratificationi, & ideo inſtituendum Franciſcũ qui non obſtante appellatione a Ludouico eodem die interpoſita fuit in poſſeſſionem miſſus; in gradu Appellationis dubitatū an conſtaret de attentatis itaut poſſeſsio parrochialis veniret

1 ſequeſtranda. Et vtraque parte informante. Rota cenſuit poſſeſſionem fuiſſe ſequeſtrandam, quia fuit capta appellatione pendente, capitulo non ſolum. Vbi gloſ. de appell. lib. 6. & Ioan. Andr. n. 6 Anch. n. 1. notab. 4. Gemin. n. 6. Mohedanus dec. 150. incipien. Papa conſulit. Ioa. Paul. deciſ. 77. Ant. Aug. dec. 366. lib. 3.

2 Quibus non obſtabat, quod in ſententia inſtitutionis non admitteretur appellatio ſuſpenſiua Lamber. art. 4. p. 5. principalis primæ partis lib. 2. num. 1. quoniam quicquid ſit dicen. in appellatione extraiudiciali ab inſtitutione nõ facta in iudicio cõtradictorio, vt loquuntur DD. in c. conſtitutis de appell. in ea tamen, quæ interponitur a ſententia diffinitiua lata in iudicio cõtradictorio explorati iuris eſt, geſta poſt talem appellationem eſſe attentata, & reuocanda iuxta opinionem veram, & communem, quam ſemper Rota ſequuta eſt, vt teſtatur Lancellottus de attentatis appellatione pendente in præfatione, nu. 29. conferunt Rota deciſ. 30. de appell. in nou. Achil. dec. 260, alias eſt 26. de appell. & Lancel. de attent. c. 26. de probat. n. 15. & 19.

3 Exceptio rei iudicatæ ob lapſum fatalium non ſanabat vitium attentatorum, quia ſtante appellatione, & commiſſione etiam ſuper attentatis etiam intra legittima tempora, & vere adeſſent attentata, curſus fatalium remanſit impeditus, & tempus fuit a fatalibus ſubducen. Rota deciſ. 15. Incipiens fatalia, de appellat. in nou. Cotta deciſ. 64. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 108. aliás eſt deciſ. 2. nu. 6. de appell. in impreſſis.

4 Sed in propoſita facti ſpecie difficultas ceſſabat ex quo attentata fuerant commiſſa ob captam poſſeſſionem infra decem dies datos ad appellandum quo caſu de ſtilo, & inueterata Rotæ conſuetudine etiam lite deſerta, non obſtante re iudicata per viam nullitatis reuocantur Cęſar de Graſſ. d. dec. 108. n. 5. de appel.

Supradicta dixerunt Domini vera fuiſſe reſpectu poſſeſſionis captæ per Franciſcum Zeuarez, non autem reſpectu antiquioris poſſeſſionis, quam Alfonſus de Guntin prætendebat habuiſſe, & ſuper ea mandatum de manutenendo ab A. C. obtinuiſſe vna cum ſententia declaratoria prædictos Ludouicum, & Franciſcum de qua erat videndum.

R. P. D. L I T T A.

ROMANA VINEAE DE FABRIS.
Veneris 14. Maij 1602.

Cadit par. 1. fol. 1004. ſub num. 66.

S V M M A R I V M.

1 *Res iudicata paratam habet exequutionem maxime in ſpolio.*

2 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem ſecundam ſi defuerit non vitiat geſta, quando contra primam commiſſionem ad id adſit citatio.*

3 *Reſtitutus ad vineam etiam ad illius fructus reſtitutus cenſetur.*

4 *L. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. non habet locum contra tertios poſſeſſores a teſtatore cauſam habentes.*

1 FVit reſolutum eſſe procedendum ad vlteriorem executionem ad inſtantiam hæredum quondam Petri Fabri, quia cum ad eorum fauorem appareat lata ſententia reſtitutoria in ſpolio contra hæredes de Luſar, & illa quo ad vineam de qua agitur fuerit executioni demandata ſine præiudicio fructuum, & aliorum prædictis hęredibus q. Petri debitorũ iuxta tenorẽ eiuſdẽ ſententiæ merito nunc etiã quoad fructus & alia in quibus prędicti hęredes de Luſar fuere condemnati facta tamen eorũ legitima liquidatione exequi debet, tũ quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, tum etiã quia parũ profeciſſet illis habere ſententiã fauorabilẽ in ſpolio, ſi modo illius executione plenaria carere deberet contra oẽs iurisregulas diſponentes reum iudicatum habere debere executionem paratam, & ſpolium in primis, & ante omnia eſſe purgandum, vſque ad obulum.

2 Nec placuit DD. allegata nullitas mãdati relaxari in exequẽdæ dictæ ſententię p. Illuſtriſ. Pãphiliũ ſub pręteatu, quod proceſſerit vigore cõmiſſionis impetratę pro parte illorũ de Fabris nõ citatis ipſis heredib. de Luſar ad dicen. cõtra, & ſi adhuc nõ firmata iuriſdictione.

Quia fuit reſponſũ quod illius iuriſdictio ſatis ſuperq. fuit radicata in commiſſione cauſæ apellationis a d. sẽtẽtia impetrata ab ipſiſmet heredibus de Luſar circa quam cũ non deficiat citatio ad dicendũ contra iure merito reſpectu cõmiſſionis dependentis ex ea pro parte illorum de Fabris impetratæ cum clauſula illa Conſtito, quod ſit locus Egidiana exequatur, &c. non fuit neceſſaria alia citatio ex alias deductis in vna Calaguritana ſpolij 5. Nouembris 1599. coram Illuſtriſ. Seraphino.

Sicut nec illud placuit DD. quod licet nõ ſit facienda reſtitutio fructuum ipſis de Fabris cũ regulariter ad emptorẽ fundi ſpectent, & non ad venditorẽ.

3 Quia fuit reſponſum quod qua ratione fuerunt reſtituti ad ipſam Vineam eadem ratione debent reſtitui quo ad fructus illius, qui tamquam acceſſorij rem ipſam ſequuntur, capitulo Acceſſorium de regul. iur. in 6.

&

& qui rationi Domini dictæ vineæ non abdicati a venditione imo expreſſe reſeruati donec ſibi ſatisfactum fuerit de precio de quo minime ſatisfactus fuit ad ipſum venditorem ſpectant per tex. in §. qua ratione inſt. de rer. diuiſ. in l. qua ratione in principio, ff. de acquiren.rer.dom.& notat.in l.Herennius.

Et ad illud ſuper quo magis inſiſtebant informantes pro heredibus de Luſar videlicet,quod re vera non conſtet cum ſpolio ſtante,quod illud atteſtatis de cenſibus in hac cauſa factis tam coram nunc Reuerendiſs.Peruſino,quam coram Illuſtriſs.Pamphilio fundatur in notoria iniuſtitia ſententiæ A. C. latæ ad fauorem hæredum de Luſar in remedio, l.final.C.de edict. Diu. Adria. tollen.de qua tamen notoria iniuſtitia pretenditur non conſtare ex eiſdē actis prout requiritur Corn.conſ.10.in principio lib.4.cum alijs alleg.

4 Fuit reſpōſū ex deductis in dd. deciſionib. ſatis ſuperq;conſtare,ſi quidem quia nō poterāt hæredes de Luſar agere de remedio d.l.fin.cōtra tertios poſſeſſores habētes cauſā ab ipſo teſtatore mediāte perſona illius executionis l. patet ex prouincia,ff.de manu.vēd.&l. vn.ex famil. in princ.ff.de leg.2. & ſie contra exiſtēter in poſſeſſore d. Vineæ iud.ipſiuſmet teſtatoris, vt paſſim concludunt ſcribentes in d. l. fi. & firmatum fuit in dictis deciſionibus.

Quibus non obſtat,quod facultas illa exequutoris, vendendam viniam hanc pro ſanandis debitis teſtatoris nō eſſet pura ſed conditionalis, vbi licet ex venditione vineæ portæ ſalariæ prędictis creditoribus ſatisfieri non potuiſſet præuia vltra reſponſiones de quibus in dd. deciſionibus, quæ validæ ſunt fuit dictum quod ex productione coram eodem A. C. facta inſtrumenti venditionis dictæ vineæ portæ ſalariæ pro ſatisfactione huiuſmodi crediti Epiſcopi del Cuſco ſcut.2800.ex cauſa mutui functa notula aliorum debitorum dicti teſtatoris de qua in teſtamento eiuſdem in actis ſimiliter producto ſufficienter fuit perficiata dicta conditio ſtante,quod omnia contenta in dicto inſtrumento venditionis vineæ portæ Salariæ præſumuntur vera, vt probat. text.in l.cum precibus,C.de probat.in capitulo de Abbate de verb. ſignif.& not.Bar.in capitulo cum Io.numero 29. verſiculo vltimo Innocent. de fide inſtrum. & quod pro parte heredum Petri de fabris fuit pro corrobo ratione tituli ſui coram A. C. probatum,quod maior pars præuij venditionis Vineæ factæ q. Petro fuit re vera conuerſa in ſolutione debitorum dicti teſtatoris pro quibus extinguendis narratur facta dicta venditio.

Et licet pro parte hæredum de Luſar tunc replicaretur venditionem illam Vineæ portæ ſalariæ non potuiſſe fieri ſtante quod Epiſcopus iam erat ſatiſtactus deducto mutuo, attamen cum huiuſmodi replicatio pro parte eorum non fuerit verificata, & de veritate illius adhuc non conſtet, ſed lis etiam ſuper ea coram me pendeat inter dictis de Luſar,& heredes D. Epiſcopi Ideo non verificata dicta replicatione ex qua reſultabat nullitas tituli dictis de Fabris, & ſic acquiſitionis uineæ, de qua agitur eoſdem, ut dictum eſt. legitimos creditores in dicto iudicio faciebat non debuit Auditor. Camer. nec potuit citra ſpolium eos priuare commodo dicti contractus, ac poſſeſſionis inde ſequuta iuribus uulgatis.

R. P. D. PENIA.

INTERAMNENSIS MERCIVM.

Merc.4.Iunij 1597.

Cadit par.1.fol.816.ſub num.256

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio Vxoris pro marito tenet, quando iuramento, eſt munita.*

Maxime ſi tempore obligationis pro marito aderant bona æquiualentia ibi numero ſecundo.

3 *Fideiuſſio vxoris pro marito tenet, quando habet plures releuatores*

Rr 2 Ca-

4 *Cameralis obligatio tres admittit exceptiones falſitatis, ſolutionis, & noue conuentionis.*

5 *Vxor ſoluendo pro marito, dimidia dotis parte ſuperſtite nõ poteſt dici leſa.*

6 *Deciſio iſta concordatur cum alia deciſione coram Illuſtriſſimo Arigonio in illa Rom. fideiuſſoris.*

HEredes Pauli de Filijs Anno 1586. vendiderunt quaſdam merces Paulo Fidernæ, & Euſebio, & Riccio de Gregorius pro precio ſcutorum 4430. certis quibuſdam temporibus per ſoluendis pro quibus fideiuſſerunt Mutia Pauli Vxor, & Arpalices vxor Euſebij, & Ioannes Talianus, quos fideiuſſores Paulus, Euſebius, & Riccius emptores mercium indemnes conſeruare promiſerunt, omneſq; in forma Cameræ obligarunt ſe ſe.

Accedente vltimo termino ſolutionis pretij remanẽtis ſcutorum 2380. venditores earum coram A.C. egerunt contra Euſebium, & hæredes Riccij principales, & contra Thomam, & heredes Mutiæ, & Arpalicis eius vxores, & obtinuerunt ſubhaſtari illorum bona pro ſcutis 1600. Laurentius hæres Mutiæ per appellationem, cauſam in Rota introduxit, & cum adhuc ſupereſſent ſcut. 760 perſoluenda & Laurentius opponeret de nullitate obligationis Mutiæ pro Marito fideiubẽtis, ex eo quod remanſiſſet indotata, dubitaui an mandatũ relaxatum ab A.C. eſſet exequendũ, prædicta oppoſitione non obſtante.

1 Et Rota exequendum cenſuit quia licet regulariter fideiuſſio vxoris pro Marito nõ valeat toto titulo, ad Sen. Cõſ. Velleia, Auth. ſi qua mulier, vbi gloſſ. in verbo nullatenus, C. tot. tit. Item tamen non habet locum quando fideiuſſio, vt in caſu propoſito fuit munita iuramento gloſs. communiter recepta in capitulo reſcripto de iur. iur. Cur. Iun. conſ. 47. numero ſecundo, & quinto parte prima, Tiraq. in l. ſi vnquam, in princip. n. 145. C. de reu. donat. Theſau. dec. 223. n. 8. Affl. d. cap. 31 t. Vbi dicit gloſſ. in Auth. ſi qua mulier, C. ad velleia contrariũ aſſerentem communiter a Canoniſtis reprobari Antonius Gomezius to. 2. variar. reſol. c. 13. nu. 8. late Burſattus conſ. 56. nu. 15. lib. 1.

2 Et hanc ſententiam dicebant Domini procedere ſine difficultate in ſpecto tempore fideiuſſionis quo nulla poterat enormiſſima læſio, & indotatio cõſiderari, quia tũc vel maritus habebat alia bona, vel ſaltẽ habebat ſortẽ principalẽ mercium emptarũ, ſuper qua mulier poterat eſſe tuta, quod excludebat lęſionẽ quæ nõ cõſideratur in his, quæ pendent ab incerti futuro euentu, Crau. cõſ. 142 numero 8. & conſil. 114. numero 16.

3 Eamdem etiam læſionem enormiſſimã excludebãt plures releuatores, qui promiſerãt fideiuſſores indemnes conſeruare a quibus cũ poſſit Mutia conſequi dotẽ ſuã, non poterat dici indotata remanſiſſe, itaut eius fideiuſſio redderetur inualida, cũ ſufficiat adeſſe bona ſuper quibus mulieris dictis ſalua conſiſtere poſſit. Afflict. dec 311. nu. 2. Rom. conſ. 187. nu. 2. Crau. conſ. 77. n. 16.

4 Rurſus cum excuſſio bonorũ mariti releuatorum præcedere debuiſſet antequam exceptio lęſionis proponeretur Rom. d. cõſ. 187. n. 2. verſ. quod autẽ, ac nec dilatione, propterea conſtaret non erat executio cameralis retardanda, quã ſolũ impedit exceptio falſitatis, ſolutionis, & nouæ conuentionis, Caſſad. dec. 1. de mutuis petitionibus.

5 Quod ſi tempus ſolutionis eſſet inſpicien. licet opinio Io. de Imol. in c. peruenit de emp. & vend. quã ſequutum fuit Conſil. Neapolit. vt teneatur Afflict. deciſ. 313. incip. retentis terminis fauore dotis ſit magis æqua, nẽpe ad effectũ, vt vxoris ſit conſultũ, nõ ſufficere maritũ habere bona tẽpore obligationis factæ ab vxore, ſed requirit etiã quod habeat facultates tẽpore, quo agitur ad ſolutionẽ, in propoſita facti ſpecie nõ videbatur habere locũ, quia cũ pręſupponeretur creditũ ſoluendũ fuiſſe ſc. 760. 1 & duas mulieres Mutiam, & Arpalicẽ fideiuſſiſſe, quarũ altera habebat in dote ſc. 800. Altera autẽ ſc. 900. & poſt ſolutũ creditũ pro equali portione vnicuiq; remaneret pluſquã dimidia pars dotis, non aderat talis læſio, quæ inualidaret 6 contractum fideiuſſionis religione iuramenti munitum, Theſa. dec. 223. n. 13.

Nec

6 Nec ſupradictis refragabatur deciſio Romana in hac cauſa fideiuſſionis coram Illuſtriſſimo Arigonio tunc Rotæ Auditore die 5. Iulij Anno 1593. vbi fuerat pronunciatum fideiuſſionem cuiuſdam Doroteæ ad fauorem mariti fuiſſe inualidam, tunc quia ibi conſtabat de enormiſſima læſione vxoris, ex quo præſupponebatur, quod ſequuta ſolutione, remanebat penitus indotata, itē, quia fideiuſſerat pro marito decotto, & pro debito iam antea contracto item quia nullus pro Dorotea acceſſerat releuatur, quæ non concurrebant in hoc caſu.

Dixerunt autem Domini tantis per mandati executionem ſuſpendendum, vt clarius liqueret an aliqua ſupereſſent bona ſuper quibus dotes tutæ conſiſterent.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.
MEDIOLANENSIS PECVNIARIA.
Mercurij 1. Iulij 1592.

Cadit par. 1. fol. 810 ſub num. 221.

SVMMARIVM.

1 *Contractus continens extimationem futurorum damnorum non ſuſtinetur.*

2 *Dilatio temporis non recipit certam extimationem*

3 *Intereſſe certum pro tempore futuro eſt clauſum.*

1 FVit reſolutum contractum anni 1586. non poſſe ſubſtineri ob eam potiſſime rationem, quia continet promiſſionem ſolutionis damnorum in futurum, propter dilationē temporis, cui dilationi, vt in inſtrumēto legitur alias D. Andreas abſque iſta promiſſione
2 non conſenſiſſet, & dilatio temporis nō recipit certam æſtimationem Ioannes Andreas in c. ſalubriter, de vſuris cum alijs per Rol. a Valle cōſ. 55. n. 20. vol. 2

3 Tanto magis, quia eſt taxatum intereſſe certum pro tempore futuro, quod eſt illicitum. Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi certum pet. Decius conſ. 119. num. 3. & conſ. 183. nu. 3. & fuit pluries reſolutum in Romana duorum millium ſocietatis coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto; in Romana duorum millium coram Cotta Mediolanenſi Cābiorum coram Illuſtriſſimo Domino N. & alias ſæpiſſime.

Non obſtat, quod valet iſtud pactum de ſtando aſſertioni Creditoris cum iuramento, quia Bart. & alij quos refert, & ſequitur Cagnol. in l. vnic. nu. 114 C. de ſent. quæ pro eo, quod int. cit. per informantes pro D. Andrea loquntur in ſimplici pacto, non continente certum intereſſe, & putant valere, quia intelligitur arbitrio boni viri, & iuxta diſpoſitionem iuris adeo, quod ſtante iſto pacto non ſtatur declarationi damnum paſſi, niſi conſtet vere de damno illato, Natt. conſ. 450. num. 10. & fuit reſolutum 19. menſis præteriti coram me in vna Romana Cambiorum de Gradis, in caſu autem iſto excluditur arbitrium boni viri; & non eſt neceſſaria probatio damni, quia pactum eſt clarum, quod præcedente iuramento damnum poſſit liquidari ab Andrea ad rationem quinque pro centinario, ideo eſt illicitum.

R. P. D. GIPSIO.
ROMANA LITTERARVM CAMBII.
Ven. 3. & 12. Martij 1595.

Cadit par. 1. fol. 809. ſub num. 200.

SVMMARIVM.

1 *Mercator litteras cambij dans non dicitur liberatus niſi ſequuta ſolutione.*

2 *Nouatio non inducitur niſi expreſſis verbis.*

3 *Litteris cambij præſentatio, quod operetur, & quomodo.*

4 *Litteræ cābij delegationē nō inducunt.*

5 *Litteræ Cambij habent uim publici inſtrumenti.*

1 EX rationibus deductis in deciſionibus factis in vna Bononienſis Pecuniaria 13. Februarij 1581. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto tunc Auditore, & coram me, in illa Venetiarum litterarū Cābij 23. Maij 1583. Domini reſoluerunt ſententiam A.C. eſſe confirmandam, & exequendam, quoniam Franchinus, qui litteras Cambij ſcripſit, & ducat. 704. ſolui mandauit hæredibus Ioannis Antonij Ni-

colini non poteſt dici liberatus,niſi cum effectu ſolutio procuratoris hæredum facta fuerit,ſi quidem nouatio non inducitur, niſi de ea expreſſe actū ſit,l.fi. C.de nouat. §. præterea, inſtit. quib. mod.toll.oblig.

3 Nec ad rem facit, quod dictæ litteræ fuerint præſētatę &ab illis de Bettis acceptatæ,qui Venetijs ſummam in eis contentam ſoluere debebant,quorum huiuſmodi præſentatio cum omnibus inde ſequutis facta cēſetur ad effectum vt Campſor,cui litteræ cum illis verbis a vſo directæ fuerant adueniente tempore ſolutionis ſub aliquo prætextu,vel quæſito colore ſolutionem vitare poſſet, cum creditor eius fidem ſequi videatur, dummodo ſoluat, & non aliter,propterea ſi interim efficiatur non ſoluendo,etiam poſt lapſum temporis exactioris litterarum, is qui litteras ſcripſerat damnum decoctionis ſentire debet.Ideo Franchinus tenetur reſtituere pecunias occaſione præfatarum litterarum Cambij ab hæredibus q.Bartholomei de Signoribus receptas Salu.in l.filius la ſeconda,nu.2.ad Macedo.Paul.in l.diligenter num. 4. & in l.ſi debitorem,num.3.de nouat. cum alijs in prædictis deciſionibus citatis.

4 Ex hoc abſque difficultate procedit cum in caſu propoſito nulla interuenit delegatio, quoniam non ſatis apparet Franchinum tunc temporis fuiſſe creditorem illorum de Bettis nec eoſdem vti eius debitores delegaſſe dictis heredibus de Signoribus,& pro eis dicti de Nicolinis,minuſq;conſtat prædictos de Bettis litteras acceptaſſe vti debitores Franchini, & tanquam tales etiam mediante ſtipulatione ſoluere promiſiſſe,ad hoc enim vt delegationi locus ſit hæc omnia neceſſario probanda ſunt, vt declarat Paul.de Caſt.in dict.l.Diligenter,nu.3.Cagnol.in l.ſingularia, nu.165.ſi cer.pet. & bene deducitur in d.deciſ.Bononienſis pecuniaria.

Nec releuat Franchinum allegare negligentiam, & moram creditoris in exigendo pecunias Venetijs, quia ex narratis in facto pro parte aduerſa clare dignoſcitur nullam prorſus interueniſſe moram.

Non obſtat, quod dicitur præfatos Mercatores,poſtquam litteræ Cambij maturatæ extiterunt ſoluiſſe aliquas pecunias certis alijs creditoribus, quoniā ſi voluerunt ſoluendo alijs gratificare, hoc non debet nocere hæredibus de Signoribus, qui vt eorum creditum exigerent,non ſolum omnem diligentiam adhibuerunt,ſed etiam iuxta ſtilum illius Ciuitatis proteſtati fuerūt de damnis paſſis, & patiendis aduerſus quoſcunque.

5 Eſt igitur ſententia A.C. iuſta, Ideo exequendo, quia verſamur,in litteris Cambij qua de conſuetudine habent vim publici inſtrumenti.Card.Sab.conſil.453.n.1.& executionem paratam Bal.conſ.648.n.3.li.1.& voluerunt Domini in vna Anconitana attentatorum 12.Februarij 1580.coram R.P.D.Decano.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

ROMANA EXPEDITIONIS Bullarum.

Ven.20.Aprilis.1600.

Cadit par.1.fol.790.ſub num.30.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in litterarum apoſtolicarum expeditione non præſumitur facta de proprijs pecunijs illas expedientis.*

1 Domini reſoluerunt, quod Oliuerius non probat concludenter, quod ſoluerit de proprijs pecunijs,licet enim ipſe ſollicitauerit expeditionem,& fecerit obligationem de ſoluendo,& ſoluerit, & habeat Bullas expeditas in manibus, tamen ex iſtis non reſultat probatio cōcludens, quod ſoluerit de proprijs pecunijs,& quamuis in dubio ſolutio præſumatur facta de proprijs pecunijs,l.2.& ibi Bart. & Bal.C.pro ſocio tamen ſolutiones, quę oſtenduntur fuerunt factæ nomine Epiſcopi per manus ipſius Oliuerij. Ideo ſuccedit Conſ. Bertrand. 282. num.2. lib.2.quod ſolutio præſumitur facta de pe-

pecunijs Epiſcopi per manus Oliuerij, vti eius miniſtri, tanto magis eum iſtam præſumptionem coadiuuent taciturnitas ipſius in vita, & poſt obitum Epiſcopi facilius exigendi cauſa Epiſcopus eſſet Romanus, & quantitas ſummæ, quæ eſt ſatis notabilis.

Non obſtat fides expeditorum, quia non concludit reſpectu omnium expeditorum, & datur alia fides contraria aliorum expeditorum, & ſufficit ad iſtum effectum, quod non probetur ſolitum vniforme aliorum expeditorum.

Non obſtat, quod in compoſitione cum Camera fuit aſſignatum debitum ſcutorum mille pro expeditione Bullarum, quia hoc factum fuit ad effectum oſtẽdendi iſtud debitum non eſſet ſolutum, negari enim non poteſt, quod ſaltim maior pars iſtius ſummæ fuerat ſoluta, cum Oliuerius, qui fecit expeditionem, non repetat ſcuta mille; ſed ſcuta 350.

R. P. D. GIPSIO.

LEODIEN. CANONICATVS.

Lunæ 23. Iunij 1597.

Cadit par. 1. fol. 693. ſub num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali capit pacifice per annum beneficium poſſidentem.*

2 *Inhabilis ad beneficia non dicitur niſi lata ſententia ad effectum regulæ de annali.*

3 *Regula de annali tuetur intruſum, & detentorem.*

Proteſtatio non neceſſaria ſi impedimentum proueniat ex parte aduerſarij.

5 *Deciſ. prima Creſc. de cauſ. poſſ. & propr. declaratur.*

1 QVæſitum fuit an Ioannes Clarius poſſet dare de regula de annali & ſic, an obſtaret Egidio Bloquerio. Prima pars dubij modicam habet difficultatem quia cum Ioannes tempore impetrationis per annum immediate præcedentẽ pacifice poſſederit Canonicatum, de quo agitur licuit etiam ſibi in quacunque inſtantia de regula opponere. Caſſad. deciſion. 12. num. 1. ſuper reg. refert, & ſequitur Sarnen. ſuper dicta regula quæſt. 5. in prin.

2 Nec dicatur regulam ei non ſuffragari qui poſſidere non poteſt, vel habet titulum notorie nullum Sarnen. vbi proxime quæſt. 5 c. in prima, & ſecunda limitatione Caſſad. in precitata deciſ. 14. numero primo quoniam ſub pretenſis in habilitatibus Ioannis, & nullitatibus adhuc non eſt lata ſententia, ideo non poteſt dici de non iure ipſius conſtare, donec contrarium probari poteſt, probatio enim probationem non excludit Egid. dec. 105. Gab. de reſtit. ſpol. concl. 1. n. 106. & pluries reſolutum fuit.

3 Præſertim quia Regula defendit intruſum, & detentorem Caſſad. dec. 14. num. 9. ſuper reg. fuit dictum in alia Leodien. Parrochialis quinta Maij præteritẽ coram R. P. D. meo Litta.

Voluerũt tamen DD. regulam Egidio non obſtare nam conſtat ei ſatisfactũ nõ fuiſſe cũ quia Ioannes intra ſexmenſes ad iudicium vocatus fuit, tum etiam quia antequam laberetur annus regulæ vna cũ prorogationibus obtentis adeo ipſe inſtruxit cauſam, vt iudex eam expedire potuiſſet, & hoc ſufficit, vt apud me deciſum fuit in illa Calciaten. Scholaſtriæ 12. Octobris 1583.

4 Quod eo magis dicendum eſt ſtantibus proteſtationibus pro parte Egidij factis nempe, quod ipſi non curriſſet tempus ad cauſam terminandam capitulo ex unibus de appellatio. Creſc. deciſione 18. de acquir. poſſeſſ. & proprie. & 5. de exceptio. quæ quidem proteſtatio neceſſaria non erat cum impedimenta ne cauſa expediri poſſit facto aduerſarij perueniſſent. Sernen. d. reg. quæſt. 14. n. 13. verſ. vlt. non obſt. Egidius ei de medio tollere non poterat. vnde fit, vt omne illud tempus ſubducens ſit Sarn. d. q. 14.

5 Minus obſtat deciſion. Creſc. de cauſ. poſſeſſ. & proprie, quod cauſa eius dictum eſt intelligitur prout ipſe dubitabat expedit in petitorio non autem

in

in poſſeſſorio loquitur in poſſeſſorio recuperãdę,nonautẽ adipiſcendę,quo caſu,vt poſſeſſor priuetur ſua poſſeſſione, requiritur plena, & concludens probatio vacationis beneficij impetrati, & conſequenter,quod clare apparet de non iure rei, & poſſeſſoris quemadmodum ex deductis pro Egidio apparere dicebatur,& Garn.q.43. exaduerſo allegat.procedit quando impetrans ageret in ſolo poſſeſſorio.

R. P. D. SACRATO.

CALAGVRITANA BENEFICIORVM de Autol.

Ven.19.Aprilis 1613.

Cadit par.3.fol.363.ſub num.131

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente ſuper beneficio in Rota Epiſcopus ſi procedi attentat.*

2 *Inhibitio rotalis iuſta,vel iniuſta timenda venit.*

1 CEnſuerunt Domini conſtare de attentatis, atq; inde apponendũ ſequeſtrum iuxta ſtylum Rotæ, de quo per Caſſad.deciſ.3.num.6. de reſtitut. ſpol.Verall.deciſ.157. par.3. Cæſ. de Graſſ.deciſ. 2. num. 1. de appell. Rot. deciſione 5.num. 4. vt lit. pend. in antiq.deciſ.10.num.4.eo.tit.in nou.& coram Auguſtino in cauſa Terden. relat. inter diu.impreſſ.deciſ.1370.lib.3.par. 31.in Camerinen.Iuris patronatus die 15. Nouemb.1599.coram me,atq; in pluribus alijs.

Attentata autem probari viſa fuerunt,quia cum eſſet lis in Rota inter Didacum,& alios ſuper quartis, non potuit D.Epiſcopus ſine vitio attentatorum procedere, prout fecit ad prouiſionem,dimidiorum,& integrorum beneficiorum,quia Didacus,& litis conſortes ſi obtinerent ſuper quartis,poſſent aſcẽdere ad prædicta dimidia, & integra reſpectiue,licet enim lis non ſit præciſe ſuper dimidijs,& integris, attamen pro cauſandis attentatis, ſufficit quod ius aſcendendi ad integra, & dimidia dependat a bono iure ſuper prædictis quartis, quia lis ſuper vno extenditur ad omnia conſequtiua, & dependentia ab illo vno,vt in ſpecie fuit tentum in cauſa Calaguritana Portionis 27.Iunij 1575.coram Cantuccio relata inter diuerſ.impreſſ.deciſ.6.nu.7.part. 2.& in Calaguritana beneficij de Ariola 18. Iunij 1593.coram bo.me.Gypſio,& facit, quod in beneficialibus omne ius cenſetur deductum ab initio,Egid. dec. 662.incip.ſi ex gratia; Rot. in cauſa Conchen.Archipresbyteratus 8. Nouemb.1596.coram bon.mem.Litta, & ſic etiam iſtud ius aſcendendi proueniens ex primo beneficio,Felin. in capitulo tranſlato,numero 4. poſt med. de conſt.& ſtante inhibitione Rotali ſufficiebat qualiſqualis dubitatio ad effectũ
2 ne D.Epiſcopus in prædictis prouiſionibus ſe poſſet ingerere, cum inhibitio Rotalis ſiue iuſta,ſiue iniuſta debeat timeri, & qui aliquid contra illam prætendit,debet recurrere ad Papam,Lancell.de attent.part.2.cap.26. ampl.11. numero quarto,& quinto, vbi allegat rationem,Achill.deciſ.29.in fin.de appell.Cæſ.de Graſſ.deciſ.3.in fin.eo.tit. Put.deciſ.395.libro ſecundo,fuit dictũ in Mantuana attentatorum prima Iulij 1583.coram Illuſtriſſimo Aldebrandino relata inter diuerſ.impreſſ.deciſ.187 numero octauo, parte ſecunda, in Orioleń.Iuris ſedendi 30.Aprilis 1584 quæ eſt inter diu. impreſſ. deciſ.785. numero ſecundo,parte prima, & alibi ſæpe. Quibus non refragatur, quod prouiſi de prædictis integris, & dimidijs,non eſſent in cauſa, quia ad iſtum effectum ſufficit,quod prædicti participauerint cum D. Epiſcopo attentate, Abb.in capitulo bonæ,numero 16.verſiculo aut appellatio,& ibi Præpoſit.numero 18.verſ.vel aliter,de Appell. Biſign.deciſione quarta,numero quinto, eod.tit.Cæſ.de Graſſ.deciſ.6. nu. 9. de cauſ.poſſ.& propriet.& in ſpecie de prouiſo ab Ordinario attentante fuit dictũ in prædicta Camerinẽſis iuris patronatus coram me in princ. allegata. Cætera viſa fuerunt ceſſare ex prædictis, & eſſe bene ſublata per informantes pro Didaco.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

TARVSINA PLEBIS DE MEDVLO.
Lun.2.Iunij 1593.

Cadit par.1.fol.669.ſub num. 103.

SVMMARIVM.

1 *Vnio inualida tacito iure capituli redditur.*

2 *Clauſularum quorum tenores non obſtantibus, & aliarum derogatoriarum effectus.*

1 DOmini concorditer cenſuerunt vnionem eſſe inualidam, quia in ſtatuto eccleſiæ Taruiſinæ de anno 1342. quod fuit factum cum præſentia, & conſenſu Epiſcopi Taruiſij, & poſtea auctoritate Apoſtolica confirmatum expreſſe diſponitur iſtam Parochialem ſpectare, & pertinere ad collectionẽ, & diſpoſitionem Capituli, propter, quod ſtatutum fuit reſolutum ius conferendi iſtam Parrochialem ſpectare ad Capitulum.

Vnde cum de hoc iure Capituli in litteris vnionis non ſit facta mentio ſpecialis, vnio eſt inualida, Abb. conſil. 101. num. 4. & 7. parte prima, Rebuff. in 3. par. ſing. in clauſula cum derogatione ſtatutorum, num. 20. & in tit. de unio. gloſ. 11. n. 6.

Non obſtat, quod unio non poteſt dici inualida, quia Papa vniendo ſciebat collectionem huius Parochialis ad aliquem pertinere, Caſſad. deciſion. 1. de priuil. quoniam, vt fuit dictum in cauſa Toletana annatarum 23. Ianuarij 1587 cotam Reuerendo Patre Domino Orano deciſio Caſſad. procedit in his, quæ competunt de iure, cuius Papa præſumitur habere ſcientiam, & non in priuilegio ſpeciali, cuius in Papa præſumitur ignorantia niſi de illo fecerit mentionem.

2 Non obſtat, quod propter prægnantiam clauſularum derogatoriarum appoſitarum in ſuplicatione, & clauſularũ quarum tenores in litteris poſſit extendi totus tenor ſtatuti cum derogatione expreſſa, quia Domini Abbreuiatores, de maiori preſidentia conſulti a me, de ordine Dominorum ad inſtantiam fratrum contrarium reſponderunt, & eorum rationes placuerunt Dominis.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.

OSCEN. ARCHIDIACONATVS
Lunæ 10. Iunij 1602.

Cadit par.1.fol.464.ſub num. 55

SVMMARIVM.

1 *Inſordeſcentia verificatur ex pluribus recurſis ad laicos iudices habitis.*

2 *Conſuetudo recurrendi ad laicos, neq. allegari poteſt, neque ſufficit immemorabilis.*

3 *Inſordeſcentia in excommunicatione, quæ requirat.*

4 *Confeſſio de receptis, quando probet.*

5 *Scientia principalis ex Rota deciſionibus, & defenſione procuratoris arguitur.*

6 *Pertinacia in inſordeſcentia ex quibus arguatur.*

7 *Inſordeſcentia quando ſufficiat abſque alio ad priuationem beneficij.*

IOannes Perez in impetratione Archidiaconatus della Camera in Eccleſia Oſcen. narrauerat inter alia, quod Paulus Lezanus dictum Archidiaconatum obtinens, & excommunicationis ſententia ritè innodatus exiſtens ſuorum ſalutis, ſtatus, & honoris immemor, Deique timore poſtpoſito in dicta excommunicatione per triennium, & vltra inſordiuit. Ad cuius narratiuæ verificationem cum fuiſſet re-

1 ſtricta diſputatio, Domini reſoluerunt gratiam, quo ad inſordeſcentiam narratam eſſe iuſtificatam. Cum enim non cõtrouerterentur plures recurſus illi citi ab ipſo Paulo, & eius procuratoribus de mandato ipſius facti ad iudices ſæculares ambigendum non erat de illius excommunicatione, tum vigore Bullæ Cœnæ Domini in §. 16. Tum etiam in vim ſacrorum Canonum capitulo qualiter, & quando cum ibi not. de iudic.

iudic. c. nouiter, & c. graue de ſent. excom. & propter iſtoſmet recurſus ab eodem Paulo habitos, tam coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto x. Pprilis 1595. quam coram R.P.D. Penia prima Nouembris eiuldem anni declaratus fuit ex communicatus in alia cauſa Oſcen. Canonicatus.

2 Cõſuetudo aũt, ſiue potius abuſus illarum partium recurrendi ad Iudices, ſęculares, qui adducitur ad effectum excuſandi Paulum, & excludendi contumaciam illius non meretur allegari; cum nec etiam ſuffragetur immemorabilis, vt in dictis deciſionibus deductum fuit, & hæc de plano procedebant.

3 Dubiũ tamen conſiſtebat circa ſcientiam Pauli, & pertinaciam ipſius in excommunicatione; Nam cum ad effectum inſordeſcentiæ requiratur contumacia, & proteruia excommunicati in excommunicatione c. cum bona de etat. qualit. c. cum contumacia et ibi not. de hæret. in 6. cum alijs ſimilibus; opus erat oſtendere Paulum habuiſſe notitiam excommunicationis per triennium ante impetrationẽ Ioannis, quæ fuit de menſe Auguſti 1599. quamuis recurſus inceperint de anno 158:. ita vt de anno 1539. fuerit monitus coram Auditore Cameræ ad inſtãtiam Fiſci ad perſonaliter comparendum ex eo, quod propter recurſus incĩderat in cenſuras, cuius vigore ipſo perſonaliter citato, fuit contra eum ab A. C. lata ſententia diffinitiua, deinde à Vicario Vrbis confirmata; tamen cũ hæ duæ ſententiæ fuerint per ſententiam Farinacij reuocatæ vſque ad hoc tempus Domini nihil firmarunt, ſed inſpecto tempore ſubſequẽti per ſupradictas deciſiones, & tres ſententias Rotales, quarum duæ primæ latæ fuerunt de anno 1595. tertia vero die februarij 1596. nec non poſt ſententiam D. Vlixes Moſcati reuocatoriam ſententiæ Farinacij latam die 20. octobris 1595. per quas fuit detecta iniuſtitia ſententiæ Farinacij, & Paulus declaratus excommunicatus propter dictos recurſus, ſatis conſtare virum fuit de ſcientia Pauli, & proteruia ipſius in excommunicatione, ita vt per triennium, & vltra inſorduerit. Ea namq; colligitur ex pluribus, & præcipuè ex quo litterę executoriales relaxatæ in uim trium ſententententiarum Rotalium fuerunt ei intimatæ, cum fuerint ſub die 15. Maij 1566. executę in domo Pauli dimiſſa copia, & per affixionem ad Valuos Euleriæ Cathedralis, in qua erat Archidiaconus, & licet in executorialibus nulla fieret mentio excommunicationis; tamen nimis craſſa, & ſupina erat ignorantia cauſæ, propter quam fuerunt latæ in Rota tres ſententię conformes; Item ex relaxatione mandati exequtiui pro expenſis in uim trium ſententiarum criminalium ſub die 18. Maij eiuſdem anni, quod fuit ſuper quibuſdam bonis mobilibus eiuſdem Pauli executũ, maximè concurrente ſolutione expenſarum vtriuſq; Iudicij, tam facti in Rota, quam coram Vicario Vrbis, vbi nulla alia cauſa aderat quam reuiſio ſententiæ Farinacij, per quam ſolutionem expenſarum controuerti non poteſt ſcientia Pauli ſententiarum Rotalium, & criminalium.

4 Nec dicatur de huiuſmodi ſolutione non conſtare, niſi per confeſsionem de recepto, quia licet hęc regulariter non probet ſolutionem, fallit tamen concurrentibus adminiculus, vt pluries deciſum fuit, prout in hoc caſu; tum quià confeſsio de recepto nõ fuit facta à principale, in quo adeſt maior ſuſpicio fraudis, ſed à Procuratore. Tum quia fuit facta per manus Notarij, et in præſentia teſtium, Tum quia pro expenſis coram Vicario præcedebat executio facta in mobilibus propter quam redditur veriſimilis confeſſio, et ceſſat ſuſpitio, quod fuerit facta in præiudicium Pauli.

Nec potuit habere iuſtam cauſam credendi huiuſmodi expenſas fuiſſe factas in ſecunda inſtantia coram Vicario, quia cum eſſet lata ſententia à
Farinaccio reuocatoria ſententiæ Vi- 5
carij cum condemnatione alterius partis in expenſis, donec hæc ſententia Farinacij fuiſſet reuocata, nõ poterat relaxari mãdatũ cõtra ipſum pro expẽſis,

Quod

Quod autem potuerit prætendere nullitatem ſententiarum, non obſtat eum à contumacia, quia hæc prætenſio erat ſine aliquo fundamento, alias hoc modo poſſet ſemper euitari inſordeſcentia.

Id quod etiam ſuadetur ex teſtibus deponentibus, quod de anno 1596. Paulus propter cenſuras non accedebat ad Eccleſiam, & quod habebatur pro excommunicato, & licet iſti teſtes indefinitè deponant de anno 1596. ita vt etiam poſſint verificari in fine eiuſdem anni; tamen cum talis rumor habuerit ortum à ſententijs, & deciſionibus, quæ fuerũt factæ de anno 1595. in principio anni 1596. veriſimile eſt, quod adeſſet ante menſem Auguſti 1596.

5 Eadem quoq; ſcientia Pauli ſatis colligitur ex tot deciſionibus, & ſententijs tam ciuilibus, quàm criminalibus, quæ præceſſerunt, in quibus iudicijs fuit cauſa acriter defenſa ab eius Procuratore, à quo præſumitur de his omnibus certioratus iuxta conſ. Rom. 481. maximè cum procurator à ſentẽtijs appellauerit, & notabiles fuerit expenſas, quas non eſt veriſimile, quod fecerit de ſuo proprio, & notarius ſit ſtylus, vt de omnibus, quæ in Curia geruntur, certiorentur principales, qui ad effectum vt cauſa defendatur pecunias ad Vrbem tranſmittunt; Vltra quod ſi ſententia Farinacij debet ſuffragari Paulo, ex quo de illa præſumitur fuiſſe à procuratore certioratus, eodem modo debet præſumi certioratus de deciſionibus, & ſententijs reuocatorijs, præſertim cum continerent cenſuras, & alias pœnas.

Quod ſi attendatur proſecuta ſatis apparebit de contumacia Pauli, & de indurato animo, quo permanſit in cenſuris. Adſunt enim requiſitiones ab eo factæ Capitulo, in quibus defendendo huiuſmodi recurſus, & approbando ſententiam Farinacij damnat opinionem illorum, qui dicunt recurſus illicitos, quamuis ſint Rotæ Auditores, & non obſtante, quod Capitulum ei notificauit ſententias, tam ciuiles, quam criminales, & deciſiones contra eum factas, & denegaret ei vti ex communicato tradere diſtributiones quotidianas; & obtinuit nihilominus præceptum, vt Capitulum, & litis conſortes abſtinerent ſe, & renunciarent ſententijs Rotalibus latis ob recurſus, & ipſum ex dicta cauſa non moleſtarent, cuius vigore Capitulum, & litis conſortes ne temporalitatem amitterent, coacti fuerunt, facere quaſdam ſeparationes cum diuerſis proteſtationibus, & hæc quamuis ſint geſta intra triennium: probant nihilominus præcedentem ſcientiam Pauli, ſi enim quando ei fuerunt intimatæ deciſiones, & ſententiæ deſtitiſſet à defenſione rucurſuum, & impugnatione ſententiarum, poſſet forte intrare præſumptio ignorantiæ per prius, ex quo habita vera notitia deſtitit, ſed cum poſtquam habuit ſcientiam claram, & certam, quod recurſus erant illiciti, nihilominus noluerit deſiſtere, oritur contraria præſumptio, quod etiam per prius habuerit iſtam ſcientiam, & tamen perſeuerauerit.

Cum igitur ab intimatione executorialium, & ſolutione expenſarum, quæ fuerunt de Menſibus Maij, & Iunij 96. vſq; ad gratiam Ioannis, quæ fuit de menſe Auguſti 99. interceſſerint tres anni, & amplius, remanet iuſtificata narratiua, quod inſorduit per triennium, & ſatis hoc videtur feciſſe ſuorum ſalutis, & honor immemor, Deiq; timore poſt poſito ſtante ſupra dicta contumacia, & proteruia cum nouis contrauentionibus.

6 Non obſtat, quod cum agatur de probanda ſcientia ad effectum priuationis requiritur plena probatio, nec ſufficiat præſumpta ex deciſ. Mohed. 160. alias 4. de probat. Put. 6. eod. tit. cum alijs allegatis, quia licet regulariter id verum ſit, tamen intelligitur quãdo non cõcurrunt præſumptiones vehementes, & vrgentes, ſecus vero quando adſunt huiuſmodi vrgentes præſumptiones, vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. Matrimonij, die 22. Martij 1514. coram Cotta; Nam nihil repugnat, quod requiratur plena probatio, & ſufficiant coniecturæ,

&

R. P. D. PENIA.

PLACENTINAE PENSIONIS.

Lunæ 8. Martij 1596.

Cadit par. 1. fol. 596. ſub num. 131.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones principali competentes etiam fideiuſſori competunt.*

Eo maxime quando tanquam principalis obligatur ibi numero ſecundo.

3 *Clauſula ſublata quæ obſtat principali obſtat etiam fideiuſſori.*

4 *Clauſula ſublata in fine orationis poſita, ad totam orationem ſe refert.*

OCcaſione dubij in hac cauſa dati: An Ioannes de Monte Maior Fideiuſſor poſſet dare de nullitate penſionis ad effectum, Vt ſe a fideiuſſione liberaret duæ fuerunt conſideratæ difficultates. Prima hæc ipſa qua proponebatur, Altera an ei obſtaret clauſula ſublata in locumtenens reſeruationis appoſita. Circa primam aliqui ex Dominis tenebant partem affirmatiuam ex eo, quod omnes exceptiones, quæ competunt principali competunt etiam fideiuſſori cum ſua interſit à fideiuſſione liberari. l. omnes exceptiones ff. de except. l. fin. de Pact. Iaſo. in l. debitori num. 4. Vbi etiam Alciatus num. 15. C. eodem. Deciſ. conſ. 2. num. 2. quod in caſu propoſito eo minus dubitabile videbatur, quia informantes contra Montemayor pro Miranda pẽſionario fatebantur fideiuſſionem cenſeri ſe obligaſſe eodẽ modo quo principalis fuerat obligatus & qualitates omnes videri repertas in obligatione fideiuſſoria l. ſicut proponitur ff. de fideiuſſoribus.

3 Sed quantum ad ſecundam difficultatem de clauſula ſublata conformiter cenſuerunt illam obſtare cum enim omnes qualitates expreſſæ obligatione principalis cenſerentur repetitę in fideiuſſore, clauſula ſublata quæ obſtabat principali, obſtabat quoque fideiuſſori. Emilianus conſ. 100. num. 8. Vnde allegans nullitatem non aperto ſibi ore per Papam audiri non poterat. Cott. deciſ. 18. & 103.

Præter clauſulã ſublatã, aderat etiã clauſula quod non poſſet dari de ſubreptione, & ſic intrabat deciſio in illa Calaguritanen. Iuriſd. coram D. de Rubeis die 30. Maij 1580. vt nec etiam poſſet dari de null. Put. deciſ. 311. Incip. in vna Iſpalen. lib. 3. nec erat neceſſarium iſtas clauſulas ſimul vna verborum ſtructura collocare, cum ſatis foret in eadem ſupplicatione & locũtenens contineri vt ſuum operarentur effectum Iaſ. in l. fin. num. 3. ff. quod quiſque iuris. Socinus Iun. conſ. 18. n. 38. lib. 3.

4 Poſtremo cum clauſula ſublata eſſet appoſita in fine, et in oratione ſeparata dixerunt Domini non eſſe referendam ad proxima tantũ uidelicet ad decretum, quod penſiones cenſerentur conſtitutæ ad fauorem penſionarij, ſed potius ad totam gratiam præcedentem l. talis ſcriptura §. fin. ff. de lega. 1. l. licet. Vbi Bart. Alex. & Iaſon. ff. eod. tit. Abb. & Decius in c. Secundo requiris num. 10. de Appell. Romã. conſ. 48. num. 1. Gabriel. tit. de clauſulis conclu. 9. & fuit reſolutum in eiſdẽ terminus de clauſula ſublata in Vna Aretina Commendæ coram R. P. D. Seraphino die 29. Iunij 1587. & cũ omnia illa decreta tenderent ad corroborandam, & firmius ſtabiliendam reſeruationem penſionis; non poterat aſſignari rationabilis cauſa cur potius ad illum decretum proximè poſitum in cauſa reſignationis & ceſsionis, quã ad cætera alia, quæ concernebant validitatem reſeruationis penſionis foret referenda. Dec. in d. c. ſecundo requiris de Appell. numero 5. Vbi Abb. nu. 11. Nam cum omnia eumdem finem reſpicerent clauſula fortificans & ſtabiliens illum finem intẽtum ad omnia erat referenda.

Allegata incontrarium habent locum quando clauſula eſt poſita in eadem oratione cum aliquo articulo, cui additur, nec ſtat de per ſe, vel quando poteſt reddi ratio diuerſitatis.

Cæ-

Cæterum ſi Ioannes ſuper præmiſſis aut aliquo ipſorum vult ia Rota contra aduerſarios iudicio contendere, adeundo Signaturam Sanctiſſimi pro apertitione oris, procuret tolli impedimentum de clauſula ſublata.

R. P. D. CORDVBA.
PARMEN. PRIORATVS.
Lunæ 29. Ianuarij 1594.

Cadit par. 1. fol. 929. ſub num. 47.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis quando manutenibilis.*

2 *Manutentio in beneficialibus datur poſſidenti, licet de titulo non conſtet.*

1 FVit reſolutum D. Euſebium eſſe manutenendum, nam conſtat de illius anreriori poſſeſſione ex inſtrmento ex recognitione Coloni, & ex locatione poſtea facta, quæ licet eſſet inſtrumentalis, eſt tamen manutenibilis in concurſu poſterioris, cum perceptione fructuum l. prædia de acquirend. poſſeſſ. capitulo licet cauſam, vbi Doctor. de prob. tenuit Rora in illa Cuſentin. Parrochialis 22. Aprilis 1594. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, & in

2 Lucana Cappellæ coram Reuerendo Patre Domino Litta 17. Iunij huius anni, & cum hoc mandatum regulariter detur poſſidenti etiã in beneficialibus licet non cõſtet de titulo, Rota diuerſ. dec. 595. n. 8. p. r. Non intrant, quę exaduerſo opponuntur reſpectu tituli, quia non ſunt in hoc iudicio poſſeſsorio excutienda ſed ad petitoriũ remittenda, vt fuit dictum in Oxomen. Cappellanæ 10. Martij 1589.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.
ROMANA VACCARVM.
Ven. 6. Iun. 1603.

Cadit par. 1. fol. 507 ſub num. 184.

SVMMARIVM.

1 *Hippotheca cadit ſuper grege.*

1 DOmini reſoluerunr pro informante, quia ſuper Grege cadit hiporheca, & conſequenrer competir Saluianum, vt fuit reſolutum in cauſa Romana pecudũ coram me. Extrema autem probantur, & conſtant, quod Domitius in Caſali D. Tiberij retinuit Vaccas, & propterea in prętio Herbarum, ex quibus fuerunt educatæ præfertur alijs creditoribus, vt fuit reſolutum in cauſa Cornetana pecuniaria 18. Ianuarij 1599.

R. P. D. PENIA.
ROMANA CENSVS DE COMITIBVS.
Merc. 29. Aprilis. 1592.

Cadit par. 1. fol. 796. ſub num. 77.

SVMMARIVM.

1 *Confinia deſignant, quod in diſpoſitione poſitum eſt.*

2 *Ignorantia præſumitur niſi probetur ſcientia.*

DOmini Hieronymus, & Federicus de Comitibus annuum cenſum ſcutorum 150. Auri in auro quem ſuper octaua parte ex nouem partibus illiuſque tenimento ſeu Territorio Caſtri diruti Turriculę impoſuerant. Mario Ferro pro pretio 2000. ſcutorum tradiderunt. Sed Balthaſar vice verſa tamquam Dominus, & patronus vnius partis ex nouem partibus Caſtri diruti Turriculæ, illiusque tenimenti, ſeu rerrirorij ſuper dicta vna parte ex nouem partibus dicti Caſtri illius tenimento, & territorio intra certos terminos ibidem deſignatos, & expreſsos ſimilem annuum cẽſum quinquaginta ſcutorum auri in auro impoſuir, illumque eiſdem Hieronymo, & Federico pro eodem precio duorum millium ſcutorum auri in auro vendidit. Orta poſtmodum controuerſia inter præfatos Hieronymum, & Federicum ex vna, & Balthaſarrẽ ex altera ſuper diuiſione ſtatus ab eis in communi poſseſſi, Dominus Cardinalis Azolinus, in quem fuerat compromiſſum in laudo deſuper lato Balthaſarri pro ſua Nona, & inregra parte prædicti ſtatus, Caſtrum Gorghæ, Hieronymo vero, & Federico, cætera omnia, & ſingula Caſtra iuriſdictiones, Territoria, & renimenta aſſignauit, & pro tali adequatione nonæ partis Balthaſarri aſſignaræ eoſdem Hieronymum, & Federicum ad deponendum in banco decem, & octo millia ſcuta ad tot cenſus emendos, & in Balrhaſarris commodum inueſtiendos ſuper bonis ſtabilibus eorumdem Hieronymi, & Federici ad rationem ſex cum di-

dimidio pro quolibet centenario, vt perpetuo pro euictione dictæ nonæ partis Balthaſari aſſignatæ manerent obligati condemnauit. Et quoniam poſt obitum Balthaſarris in dubium reuocabatur per illius hæredes an prædictus cenſus debere tur, nam ex quo dicebatur impoſitus ſuper Caſtro Turriculæ, & illius territorio, & tenimento, quod per dictum laudum vna cum Caſtris alijs, & territorijs ſtatus de Comitibus fuerat aſſignatum Hieronymo, & Federico, prætendebatur extinctus, & conſolidatus cum proprietate, & ſuper hoc ab Audit. Cam contra hæredes Balthaſaris fuerat pronunciatum. Dubitaui, vtrum dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda. Et ter propoſita cauſa, in duabus prinribus poſitionibus, non fuit capta reſolutio, quia Domini voluerunt videre depoſitiones quorundam teſtium, quorum fuit data copia & die vigeſimanona Aprilis, vtraque parte informante, fuit reſolutum pro validitate ſententiæ A.C.

Et quoniam reſolutio pendebat ex eo. An ille Cenſus fuiſset ſolum in poſitus ſuper illa nona parte Caſtri Turriculæ, quæ prius poſſidebatur pro indiuiſo, vel etiam ſuper illo Caſali exiſtente in dicti Caſtri Tenimento quod tanquam fundus proprius, & hæreditarius pro indiuiſo poſſidebatur a Dominis Ioanne, & Balthaſarre fratribus de Comitibus, quod proprio vocare vulgariter dicebatur il Caſale della Caſa, nam ſi cenſus erat impoſitus ſuper illa nona parte, cum ea poſtea in laudo adiudicata fuiſset Hieronymo, & Federico, proculdubio fuiſset extinctus, l. prima, ff. quemad. ſerui. ammit. l. neque pignus, ff. de regul. iur. contra vero non cenſeretur extinctus, ſi foret etiam impoſitus ſuper prædicto Caſali eiuſdem cenſus capaci, l. vt pomum §. ſi prædium, ff. de ſeruitu. Bart. in l. pro parte ff. eod. idem in l. ſtipulationes non diuiduntur, numero tertio de verb. obligat.

Domini inſpectis verbis inſtrumenti impoſitionis cenſus etiam ſuper illo Caſale impoſitum cenſuerunt. Verba enim ſunt. Et ſuper dicta vna parte ex nouem dicti Caſtri diretti Turriculæ illiuſque tenimento, & territorio, iuribus, membris, & pertinentijs, & cætera, ex quibus putabant cenſuum, nedum fuiſse impoſitum ſuper vna parte ex nouem dicti Caſtri, ſed etiam ſuper illius tenimento, quod adhuc per D. Io. & hæredes Balthaſaris poſſidebatur præſertim cum ex teſtium depoſitionibus appareret iſtud Caſale, quod dicebatur continere circiter ccc. rubra terræ, fuiſse in territorio Turriculæ, & confinaſſe cum territorio Veliterno, itaq; illa verba, illiuſque tenimento, &c. perinde accipienda fore, ac ſi dictum fuiſset cenſum imponi ſuper vna parte ex nouem partibus, & ſuper illius tenimento.

Nec aliquid faciebat conſideratio deſumpta ex prioribus inſtrumenti verbis, quibus Balthaſar aſſerebatur Dominus, & patronus vnius partis ex nouem Caſtri dicti Turriculæ, illiusque tenimenti, ſeu territorij, quaſi, quod ille genitiuus regularetur, ſeu dependeret ex illis verbis vnius partis ex nouem, quoniam dicebatur vtrumque genitiuum equaliter referri ad illa verba. Dominus, & patronus, vt eſſet ſenſus, Balthaſſarrem non ſolum habuiſse dominium vnius partis ex nouem dicti Caſtri, ſed etiam particularis illius Caſalis, ſeu tenimenti, & ad ſe pro medietate ſpectabat; quem ſenſum verum, & directum arguere videbantur ſubſequentia verba ibi, ſuper dicta vna parte, illiusque tenimento, cum non ſit nouum, vnam ſcripturæ partem obſcuram, per aliam declarari.

1 Hanc interpretationem ſuadebat etiam deſignatio confinium, quibus Caſale enuntiabatur compræhenſum cum ex confinibus aſſignatis, quid in diſpoſitione compræhenſum ſit, intelligatur, l. de ſacra, ff. de contrah. emptio. Pariſ. conſilio ſecundo, numero 64. libro tertio, Soccin. Iun. conſilio 139. numero primo, libro tertio.

Quoniam Territorium Veliternum, quod ab vno latere aſſignabatur pro limite, confinabat cum prædicto Caſali, præſertim cum licet Ioannes, & Balthaſar illud Caſale poſſiderent tamquam fundum proprium, & peculiarem, non tamen tanquam ſeparatum a tenimento ſeu territorio Turriculæ poſſedíſse probarentur immo vero ſemper diceretur tentum, & poſſeſſum tamquam pars Territorij Turriculæ.

Veriſimilis quoque mens contrahentium eamdem interpretationem ſuadebat

Digitized by Google

ſuadebat, eos ſcilicet noluiſse imponere cenſũ ſuper ſolo Turriculę territorio cuius Fortaſſis exigui valoris erat iuriſdictio ſed etiam ſuper illo Caſali maioris valoris, vt firmiorem, & ſtabiliorem cenſum conſtituerent.

2 Nec mirandũ ſi D. Cardinalis Azzolinus nullam in laudo iſtius cenſus vel illius valoris mentionem fecerit, cum non potuerit meminiſse eius, quod ignorabat, & in dubio ignorantia, niſi ſcientia probetur pręſumatur, l. verius, ff. de probat.

Ex iſtis tenuerunt Domini cenſũ fore præſumendum impoſitum etiam ſuper illo caſali della caſa.

Libenter tamen audirem iterum hęredes dicti Balthaſarris, nam non poſſum facile concipere, quomodo contrahentes contra vſitatum ſtilum qui in ſimilibus contractibus paſſim ſeruatur, non fecerunt ſpecificam, & indiuiduam mentionem iſtius Caſalis, cum præſuppoſito, & peculiari nouum vocaretur, nam bona pro indiuiſo poſſeſſa vocabantur la nona parte, iſtud vero appellabatur, il Caſale della caſa, maxime ſtante conſtitutione Pij Quinti de creatione cenſuum, iubente, rem, ſuper qua cenſus creatur debere eſſe certam, & indiuiduam, hic vero non poterat dici certitudinaliter de iſto caſali conſtare præſertim etiam cum limites deſignati magis pretenderentur conuenire terris nonæ illius partis ex nouem partibus quam ipſi Caſali, & tanto magis erat ſpecificãdum per Balthaſsarrē, quia ipſe non poſſidebat integrum Caſale della Caſa, ſed illius medietatem tantum, vt teſtes conformiter deponũt, præſertim cum idem Balthaſar in alio cenſu 80. ducatorum, quem impoſuit ſuper dicto Caſali, & nomen, & confinia, & medietatem eius, ſe ſolum poſſidere expreſſerit.

Denique quoniam cum Hieronymus, & Federicus pretenderent ſuper dicto Caſali della caſa, habere iura, & ad ſe ſpectare pro duobus tertijs partibus, & deſuper lis mota fuit, quæ adhuc coram Illuſtriſſimo Pamphilio dicitur indeciſa pendere, in veriſimile videbatur eos voluiſſe fundare cenſum ſuper fundo, quem maiori ex parte ſuum eſſe prætendebant.

R. P. D. SACRATO.

CREMONEN. PENSIONIS.

Lunæ 21. Maij 1707.

Cadit par. 1. fol. 33. ſub num. 158

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ non iuſtificatæ, carent exequutione.*

2 *Procurator mandati fines egrediendo nulliter facit.*

3 *Regula Cancellariæ de præſtandis conſenſibus, declaratur.*

4 *Interpretatio fit ad contrarietates euitandas.*

1 FVit rentum Hieronymo non eſſe dandum mandatum pro terminis penſionis decurſis, quia penſio 40. ducatorum fuit ſibi reſeruata cum narratiua, quod Ioanni Baptiſtæ expreſſus accedit aſſenſus, & tamen nullibi probatur talis aſſenſus, vnde ſuccedit regula, quod litteræ non iuſtificarę non mereant executionem capitulo primo, vbi ſcriben. de lit. conteſtat. in 6. Caputaq. deciſione 240. par. 2.

2 Non obſtat conſenſus præſtitus per procuratorem Io. Baptiſta quia non conſtat de illius mandato niſi pro ducat. 30. vnde quicquid fuerit vltra expreſſa in mandato, remanet nullum, l. Iubemus, C. ad velleian. Caputaq. deciſione 368. num. 2. & 3. par. 3.

3 Nec refert, quod ſit derogatum Reg. de præſtan. conſenſ. quia placuit reſponſio, quod illa regula non reſpiciat ſubſtantiam gratiæ, ſed expeditionem litterarum, ex Caſſad. deciſione 1. nu. 6. de renunciat. & conſequenter in vim dictæ derogationis bene potuiſſe Hier. expedire ſuas litteras ſine conſenſu, ſed nõ propterea valuiſſe gratiam reſeruationis abſq; dicto conſenſu maxime in caſu vbi expreſſe apparet Papam deſideraſſe dictum conſenſum,

4 vnde eo magis capienda eſt iſta inter-

Sſ 2 præ-

prætatio ad euitandam contrarietatem ad not. per ſcriben. Dec. præcipue in l. pacta nouiſſima, C. de pacta minus facit, quod ſatis ſit in Hieronymo oſtendere conſenſum Ioan. Baptiſtæ a tergo litterarũ quia non fuiſſet, admiſſus niſi non conſtitiſſet de legitimo mandato, quia DD. cenſuerunt regulam non procedere quotieſcumque apparet de mandato inſufficienti nam trita eſt iuris concluſio exiſtente mandato inſufficienti ceſſare præſumptionem mandati magis ſufficientis, vt late fuit dictũ coram me in cauſa Romana de Santa Cruce 29. Ian. 1607.

Nec etiam facit, quod Io. Baptiſta videatur ratificaſſe ſiue ſuppleuiſſe mediante retentione armatæ, ad rationem quadraginta ducatorum in expeditione litterarum, quia non probatur, quod Ioannes Baptiſta habuerit ſcientiam, quod retentio fuerit facta ad dictam ratam, cum ipſe non interuenerit expeditioni, & ad inducendum ratificationem præiudicialium, requiritur explicita ſcientia ratificantis Aymon. conſilio 197. numero decimo quarto Natt. conſilio 636. numero 194. &c.

R. P. D. SACRATO.

SANCTI MARCI
Penſionis.
Lunæ 30. Ianuarij 1612.

Cadit par. 1. fol. 510. ſub num. 205

SVMMARIVM.

1 *Subrogato ad poſſeſſionem beneficij, Rota non dat manutentionem niſi dato de actuali apprehenſione.*
2 *Subrogatio ad beneficium requirit reſeruationis probationem.*
3 *Imiſſio an poſſeſſionem competit etiam pro incorporalibus.*
4 *Subrogatio gratioſa requirit duorum iuſtificationem.*
5 *Solutio vnica ſufficit ad quaſi poſſeſſionem*
6 *Mandatum procura ex magna imꝑenſa & coniecturis præſumitur.*
7 *Clericatus probatur per litteras patentes Illuſtriſſimi Vicarij.*
8 *Clauſula Dummodo, quando in penſione non iuſtificanda.*

DOmini habuerunt difficultatem in danda manutentione Domino Aſcanio translatario penſionis, de qua agitur; nam, & ſi videretur conſtare de quaſi poſſeſſione exigendi in Cardinali transferente, & Dominus Aſcanius per verba ampliſſima ſit ſubroga-
1 tus ad prædictam, quaſi poſſeſſionem, attamen in ſubrogatione ad poſſeſſionem beneficij, Rota alias non voluit concedere manutentionem niſi doceretur de actuali appræhenſione, vt per Caputaq. dec. 23. parte tertia, & in Lucana Maiuſculatus, vigeſima ſeptima Aprilis 1587. coram Orano, & licet aliqui ex Dominis niterentur diuerſificare materiam, quia in ſubrogatione ad beneficium, poteſt contingere præiudicium ordinarij collatoris, qua ratione in ſub-
2 rogatione ad beneficium datur pro regula, vt ante omnia verificetur reſeruatio, vt in Miranden. Parrochialis de anno 1600. coram Reuerendo Patre Domino Decano, & alibi ſæpe, Item in beneficio potuit aliquis medio tempore ſcilicet inter vacationem beneficij, & conceſſionem ſubrogationis acquiſiuiſſe poſſeſſionem, quæ rationes non applicantur in penſione, attamen non placuit Dominis ſuper hoc aliquid reſoluere.

3 Fuerunt tamen concordes, quod Domino Aſcanio daretur immiſſio, quæ competit etiam pro iuribus incorporalibus, & ſic pro quaſi poſſeſſione exigendi, in qua erat, ille in cuius locum alter ſubrogatur, Bald. in l. final. numero 48. Salic. numero vigeſimo primo, Caſtr. numero decimoquinto, C. de edict. diu. Adr. tollen. Angel. in l. ſecunda in fin. C. quorum bon. Ripp. In l. ſecunda, numero ſecundo, ff. eodem titulo, Bellon. conſilio 35. numero quinto Beracc. conſilio 43. numero decimoſexto libro tertio, & de communi teſtantur Zuccard. in dicta l. final. numero 311. & 314. Menoch. de adipiſcend. re-

remed. 1. numero 83.

Et quia In gratioſa Subrogatione duo præcipuè veniunt Iuſtificanda, nempe poſſeſſio illius in Cuius locum quis petit ſubrogari,& Capacitas ideſt Clericatus illius, qui petit ſe ſubrogari vt in prædicta Miranden. Parochialis Coram D.Decano in Aſtoricen. Archidiaconatus 6.Nouembris 1602.corã Illuſtriſs. Lancellotto in Auerſana beneficiorum 3.Iulij 1606.coram me & alibi ſepe.Nec de tertio quo In prædictis deciſionibus hoc eſt de reſeruationem ſiue affectione beneficij agendum Sit cum non applicetur materia vt ſupra ponderatum eſt.

5 Quoad quaſi poſſeſſionem Cardinalis transferentis fuit dictum illam probari ex ſolutione vnius ſemeſtris ei vel eius legitimo procuratori facta per Syllam Nepotem Domini Epiſcopi cum alias vnica ſolutio ſufficiat ad illum effectum Rip.in c.cum eccleſia Sutrina,num. 53. de cauſ. poſſ. & propr. Roman.conſ.3 11.numero ſeptimo,late Maſcard.de probat.concluſ. 1180. numero nono,& duodecimo Rota in cauſa Lucana penſionis quarta Iunij 1574 coram bon.mem.Card. Lancellotto relata inter diuerſ.impreſſ.deciſ.296.numero ſecundo, primæ partis diuerſ.

6 Et quatenus dicebatur non conſtare de mandato Syllæ ad ſoluendum ſine, quo non potuit Cardinalis reſpectu Domini Epiſcopi conſtituti in quaſi poſſesſione exigendum ad deciſ. Camerinen.penſionis 22. Maij 1592. coram Reuerendo Patre Domino Giptio cũ alijs alleg.fuit reſponſum illud præſumi ex magna impenſa nempe ſcut. 250. iunctis coniecturis quia non eſt veriſimile aliquem voluiſſe iactare ſuum iuxta deciſ.Rotæ 2.de cauſ. poſſ. & propr.in antiq.Caſsad. deciſione tertia,numero quarto de procur. Caſ.de Graſſ. 3.eodem tit.& d.2. numero primo,& ſexto de reb.eccleſ.non alienan. & dicta deciſione 196.numero quarto, & quinto, parte prima diuerſ. in cauſa Burgen.penſionis decimanona Februarij 1596.coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto in Pacten. penſionis prima Iulij eiuſdem anni coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, & in Piſtorien. penſionis tertia Iulij 1606. coram Reuerendo Patre Domino Ludouiſio.

Coniecturæ autem ſunt quod Sylla erat Nepos Domini Epiſcopi cuius nomine ſoluebatur,& inter coniunctos facilius præſumitur mandatum Alex. in l.ſæpe numero 48.ff. de re iudic. Ruin. conſilio 101. numero 14. verſiculo ſecundo,ſoluatur libro primo,Item quod dictus Sylla exercebat omnia alia negocia Epiſcopi ex trad. per Vant. de nullitate titulo,qualiter ex quibus modis ſentent.numero 96. Menoch. de præſump.par. 33.numero decimo tertio,libro ſecundo, Item debitum Epiſcopi precedens ad deciſione 196.parte prima, diuerſ. Item quia Dominus Epiſcopus per longum tempus non reclamauit ad conſ.Rom.481. Cum alijs allegatis eſt enim pluſquam veriſimile quod a Sylla fuerit certioratus de tam notabili expenſa maxime, quia pecuniæ ſolutæ per Syllam fuerunt tranſmiſſæ per eumdem epiſcopum, vt conſtat ex partitis Banchi, vnde non eſt credendum,quod Sylla tanto tempore tardauerit certiorare Dominum epiſcopum implicatione pecuniarum,vel Dominus Epiſcopus, quod profitetur ſe pauperem neglexerit ſciſcitari, quid factum fuerit de notabili quantitate pecuniarum, & qualitas Cardinalis, & coniunctio Syllæ cum Domino Epiſcopo excludit omnem ſuſpicionem colluſionis, & circa illud quod Sylla non ſoluerit de proprio ſed de pecunijs epiſcopi vnde ceſſant, quæ alias dicuntur de magna Impenſa,& quod quis voluerit iactare ſuum, fuit dictum quod reincidebat in eadem quæſtione ſi Sylla nõ habuiſſet mãdatũ ſolutio ceſſiſſet illius damno,& ſic ſemper uerum eſt dicere quod factas, & ſuum. Quod vero ad Clericatum D. Aſcanij de illo conſtat ex litteris patentibus Cardinalis Vicatij quæ plene probant Abb.in cap. 2. num.1.de Cler.Peregr.Rebuff.in prax. de form.litter.tonſ. num. 22. Guidop. dec. 582.nu.2.Grammat.dec. 81.nu. 1.Rota In vna Auerſ. beneficiorum 3. Iulij 1606.coram me.

Circa illud quod D. Aſcanius tene retur iuſtificare litteras Cardinalis trāſ ferentis in alias late deductis in cauſa Neritonen. penſionis coram bon. mem. Litta fuit dictum, quod illæ deciſiones non loquebantur quando prætenditur vigore gratiæ ſubrogationis, vt in propoſito caſu.

8 Vltra quod litteræ Cardinalis videbantur ſatis iuſtificatæ, quia non impu gnantur in aliquo quam quod non ſit iuſtificata clauſula, quod iſta penſio nō excedat tertiam partem fructuum epiſcopatus, ad quam iuſtificationem non fuit obligatus Cardinalis, quia clauſula dummodo non fuit ſimpliciter adiecta reſeruationi penſionis, ſed caſu quo adeſſent aliæ penſiones ibi etiam ſi alię penſiones reſeruatæ exiſtant dummodo omnes ſimul tertia fructuum partē non excedant, Vnde ita demum teneba tur Cardinalis iuſtificare non exceſſum tertiæ partis fructuum ſi apparuiſſet, quod alię penſiones ſuper epiſcopatum tunc temporis reſeruatæ exiſterent, vt fuit deciſum in cauſa Carpentoraten. penſionis 15. Martij 1601. & 20. Nouembris 1602. Coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto.

Quæ dicebantur de iuſtificatione facta per D. Epiſcopum, quod penſio excedat tertiam partem fructuum non viſa fuerunt digna attentione in hoc iudicio poſſeſſorio, ſed reſeruandum in petitorio in quo forte Penſionarius probabit contrarium, Cum probatio probationem non excludat iuxta deciſ. Egid. 624. Put. 24. nu. 5. lib. 1. cum concordan.

R. P. D. SACRATO.

BRACHAREN. DE GANFEI.

Mercurij 16. Maij 1604.

Cadit par. 1. fol. . . . . ſub num. . . . .

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur de iure præſentandi ad ius patronatum niſi docto quo titulo.*

2 *Confeſſio ſola præſentandi ad ius patronatus non ſufficit.*

3 *Poſſeſſorium a petitorio fomentum capiens, non poteſt ſine petitorio terminari.*

4 *Vnio beneficij confringit omnes alias poſſeſſiones.*

5 *Clauſula ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate obſtat manutentionem prætendenti.*

DOmini non ingreſſi ſunt difficultatem an probetur antiqua poſſeſſio Marchionum de Villa Real in prę ſentando ad monaſterium de quo agitur. Dixerunt enim, quod etiam ſi de illa conſtaret non propterea talis poſſeſſio ſibi ſuffragaretur ad effectum manutentionis qua ipſe non docet, quo titulo præſentato dictos Marchiones & inde ſe ſucceſſiſſe in illū titulū quod eſt vnum ex requiſitis ad effectum, vt poſſeſſorio vnius ſuffragetur alteri, vt per Lambert. trac. de iur. patr. 21. art. 3 q. princ. c. 1. lib. 2. n. 7. alia enim eſt poſſeſſio patris, alia filij, vt per Lambert.
2 ibid. in princ. Secundo, quia poſt Concil. Trid. ſola quaſi poſſeſſio præſentandi non ſuffragatur, vt fuit dictum in cauſa Romana de Publiculis coram Reuerendiſſimo Pacen. & alibi ſępe, & licet replicetur Concilium non ſolere poſſeſſionem in iure patronatu Regio ex hoc eſſe tali tamen fuit reſponſum
3 ex quo poſſeſſorium recipit fomentum a petitorio, non poteſt vnum ſine altero terminari, vt per Bald. & alios in l. Ordinarij C. de re vend. & fuit dictum in cauſa Vlixbonen. Concordię 5. Maij 1599. coram D. meo Iuſto, vbi etiam allegant aliæ deciſiones, & conſequenter antequam ſit verificatus titulus Regius non poteſt Marchio prętendere manutentionem. Tertio fuit dictum, quod etiam ſi prædicta non obſtarent adhuc Marchio non poſſet manuteneri, quia monaci poſſident virtute vnionis cum clauſulis ampliſſimis, quæ infringunt oēm aliā poſſeſſionem quæ ex illo titulo non ſit nempe decretum irritans c. ſi eo tempore de elect. in 6. Caſſad. deciſ. 11. n. 5. ſuper reg. et clauſula ſublata quæ operatur ſaltem donec eſt conceſſa

ceſſa oris aperitio vt per Bar. In l. fin. C. de canone frumentario lib. 11. vt fuit, dictum In d. Vlixbonen concordiæ coram D. meo Iuſto.

5 Item facultatem Ingrediendi poſſeſſionē propria auctoritate quæ pariter obſtat prætendenti manutenenıem vel aliquod alium remedium poſſeſſorium Mohed. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ. 361. 12.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

FIRMANA PENSIONIS.

Lunæ 2. Iunij 1593.

Cadit par. 1 fol. 498. ſub num. 46.

SVMMARIVM.

1 *Penſio per aſſumptionem ad epiſcopatum quando non uſ ceuet.*

2 *Penſio cum epiſcopatu eſt compatibilis.*

3 *Penſionis retentio conceſſa in aſſumptione ad epiſcopatum, non eſt noua gratia.*

4 *Retentio prioratus conceſſa promoto ad epiſcopatum tacito iure patronatu olim ſubreptitia habita fuit. Hodie non.*

1 Domini cenſuerunt penſionem non eſſe extinctam per promotionem D. Vincentij ad Epiſcopatū, & conſequenter ex iſto capite ſententiā A. C. non poſſe ſubſtineri: fundamētum DD. fuit, quod in promotione ad Epiſcopatū fuit conceſſa retentio omnium compatibilium, per quem fuit ſublatum obſtaculum ſtili, & res redacta ad diſpoſitionem Iuris Communis,

2 Secundum quam penſiones ſunt cōpatibiles, cum Epiſcopatu Guliel. de Monte laud. in Clem. prima §. eadem verſ. 1. Quod ſi penſionarius, & ibi nu. 15. de ſupplen. negl. prælat. Imolari In Clem. gratiæ n. 20. de Reſcrip. Caccial. de Penſion. q. 15.

3 Non obſtat, quod cum retentio ſit noua gratia, quia penſiones de ſtilo, extinguantur per promotionem Gig. de Penſ. q. 56. & in ea non ſit facta mētio, quod penſio conſiſtebat in deſtributionibus quotidianis, ſit ſubreptitia quoniam reſpondebant Domini, quod quando Papa dat retentionem eodem contextu cum promotione ad Epiſcopatum non facit nouam gratiam, quia non eſt conceſſa retentio poſt vocationem, Iaſ. in l. vlt. ſub num. 3. ff. cuiuſq; iuris, ſed tamen remouet obſtaculum, quod impedit, quominus pēſionarius poſſit donec viuat retinere penſionem, & iſta remotio obſtaculi ante extinctionē nō affert præiudicium titulari, qui non habet ius, niſi extincta penſione. Lamber. de iur. patro. 3. p. 1. lib. q. 9. artic. 19. circa fin. pag. 372. Staphil. de liter gratiæ, & iuſti. tit. de modo & for. impet. verſ. 4. & vlt. pronunc. Vnde cum iſta gratia non ſit noua neque præiudicialis titulari ceſſat ſubreptio, et in hoc placuit Dominis dictum Fel. in tract. quando literæ Apoſtolicæ in 5. limitatione verſ. Conſidera duos caſus, quem ſequitur Lambert. in loco citato.

4 Et licet retentionem prioratus conceſſam poſt promotionem non facta mentione de iure patron. laic. ſubreptiam exiſtimauerit, olim maior pars Dominorum vt refert Egid. in deciſ. 751. tamen ipſe tenuit contrariam, & eiuſdem opinionis fuit collector dec. in deciſ. 2. de Præb. in nou. quæ eſt in eodem caſu, & iſtam opinionem, quando retentio eſt conceſſa ante vocationem ſequuntur Felin. lambert. & Staphil.

Præterea in ea ſpecie retentio fuit conceſſa poſt promotionem, & Papa ignorauit præiudicium patronorum, quod erat de præſenti, & in caſu iſto vtrumq; ceſſat, quia retentio eſt conceſſa eodem contextu cum promotione, & Papa concedendo retentionem voluit præiudicare titularibus, eis auferendo iſtud luctum. Caſſad. dec. prima de priuil. Vnus etiam ex Dominis conſiderabat, quod ad inducendam vocationem beneficiorum, & penſionum duo debent concurrere, Adeptio poſſeſsionis, & Conſecratio, vel lapſus trium menſium ad conſecrationem

præ-

præſtitutorum Innocc.c.cum.incuretis num.4.Abb.in dicto c.§. cum vero n. 6.de Elect.& ita dicebat fuiſſe deciſum in vna Panormitana beneficiorum 9. Ianuarij 1548.coram Acorombono, & in vna Vegel. penſionis coram R. P. Decano, & in vna Toletana Scholatriæ 22.Iunij præteriti coram R. P. C-rano, in quibus fuit dictum contrariam opinionem gloſ.in dicto §. cum vero quam multi ſequuntur, & inter recentiores Sig. de quæſt. 56.& ſtilum Curiæ poſſe ſolum habere locum quãdo in promotione Papa decernit beneficia & penſiones vacare iuxta deciſ.Caſſad.2.de conſtitut. Vnde cum Epiſcopo ante adeptionem poſseſſionis, conſecrationem, & lapſum trium menſium, & ſic ante extinctionem penſionis fuerit cõceſſa retentio, ceſſant ferè omnia deducta per informantes pro Leandro, quoniam ſi non datur extinctio præcedens, retentio eſt noua gratia, & non poteſt impugnari vti ſubreptitia, neque erat neceſſaria derogatio reg. de non tollendo iure quæſito.

R. P. D. GIPSIO.

ISPALEN. ET CAVRIEN.
Permutationis.

Lunæ 11.Martij 1596.

Cadit par.1.fol.33.ſub num.158

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſine præiudicio exequutioni litterarum Apoſtolicarum perſeruat facultatem exequutoribus illas exequendi.*

2 *Clauſula ſine præiuditio exequutionis litterarum Apoſtolicarum ſatisfactum dicitur per immiſſionem in poſſeſſionem.*

3 *Clauſula ſine præiudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum alijs exequutis tollit exequutori iuriſdictionẽ.*

Immiſſus in poſſeſſionem beneficij auctoritate Papæ quando vtramq. poſſeſſionem ciuilem, & naturalem perdat.

1 DIe 4.Decembris præteriti fuerat coram me reſolutum D. Ferdinando dandum eſse mandatum de manutenendo in poſseſſione beneficiorum de quibus agitur niſi obſtaret clauſula ſine præiuditio executionis literarum in commiſſione per ſignaturam inſerta quamobrem dato dubio ſuper huiuſmodi difficultate dicta die 11.Martij vtraque parte informante concluſum fuit clauſulã non obſtare, quoniam vigore illius ſolum preſeruatur facultas executoribus litteratum Apoſtolicarum procedendo ad earum executionem non obſtante iuditio ordinario Put.dec.95.lib. primo Ideo cum executor functus fuerit eius officio in mittendo partẽ aduerſam in poſſeſſionem ſatis apparet fuiſse ſatisfactum d. clauſulæ propterea Ferdinãdus etiam in Iuditio poſſeſſorio cũ non habuerit ſe pro ſpoliato poteſt dicere de nullitate & iniuſtitia dictę executionis iuxta Deciſ. Put. 419. lib. 2. quoniã clauſula prædicta debet intelligi quatenus de iure ſit locus executioni Iaſ.in l.cauſas num.2.C.de tranſac.Creſc.deciſ.41.alias prima de reſcrip.& dictum fuit in cauſa firmana Olei cuius copia datur maxime quia in corpore cõmiſſionis petita erat facultas manutenendi Ferdinandum in poſſeſſione dictorum ſuorum Beneficiorum.

3 Ex his ceſſant deducta ex aduerſo de iuriſdictione mihi attributa ſub cõdictione, quia per dictam immiſſionem quamuis nullam & inualidam extinctum fuit illud iudicium Rot. deciſ. 16.de re iudi.in nou. Tiraq.in l.boues §.hoc ſermone limitatione 21.num. 4. de verb.ſignif.

4 Non obſtat, quod Ferdinandus ſtãte prædicta immiſſione auctoritate Papæ facta ammiſerit vtramque poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, vt dictum fuit in cauſa Cæſarauguſtana fructura corã D.M.Iuſto quia hoc poſſet locum habere ſi executor rite, & recte proceſſiſſet, ſecus vero quando nulliter, & de facto proceſſit quo caſu vti priuatus proceſſiſſe cenſetur, Ang.Imo, & alij in l. clam poſſid. §.

qui

qui ad nundinas de neg. poſſ. Minuſque dicta clauſula importat, quod neceſſario dimittatur vtraque poſſeſſio, ſed tantum concedit facultatem immittendi in realem, & corporalem rei, ideo Ferdinandus, qui vt dictum eſt, non habuit ſe pro ſpoliato, non prohibetur vti hoc remedio poſſeſſorio per allegata.

R. P. D. PENIA.

PANORMITANA ARCHIDIACON.

Veneris. 15. Iunij. 1590.

Cadit par. 1. fol. 303. ſub num. 93.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens tempore motæ litis, & paulo ante manutenetur.*

2 *Clauſula vocatis vocandis aſtringit iudicem via ordinaria procedere cauſa cognita.*

3 *Clauſula vocatis vocandis facit ne exequuntur prouideat de beneficio, niſi cauſa cognita.*

4 *Clauſula contradictores reſpicit illos de facto, non de iure.*

5 *Confeſſio extraiudicialis non probatur per teſtes ſingulares.*

6 *Pro ſpoliato quem ſe habeat quomodo intelligatur.*

Dvbitaui an mandatum de manutenendo alias D. Pellicano conceſſum foret ſibi relaxandum, & Domini tenuerunt pro relaxatione & D.
1 Pellicanum manutenendum: quia conſtabat illum poſſediſſe tempore motæ litis, & paulo antea: l. 1. ff. Vti poſſidetis, §. retinendæ Inſtit. de Interdic.
2 Non obſtat quod Limbruneta fuerit miſſus in poſſeſſionem ab executore litterarum Apoſtolicarum, in quibus adeſt clauſula Appellatione remota, nam Domini conſiderabant illum Iudicem fuiſſe datum ad prouidendum in forma dignum, cum clauſula Vocatis. Vocandis, quo caſu non eſt merus executor, ſed induere debet perſonam Iudicis ordinarij, & procedere ſeruatis ſeruandis, à cuius proceſſu datur appellatio etiam ſuſpenſiua. cap. Exhibita de Iudic. Oldra. conſ. 227. Incip. de toto themate. Zabarella conſ. 63. Incip. Dico quod D. Plebanus, & fuit deciſum in cauſa Piſcienſis Capellaniæ 21. Februarij 1578. coram D. Aldobrandino, & in alia Mediolanen. Parrochiali de menſe Martij coram 1588. Illuſtriſſimo D. Plato.
3 Et ex quo Iudex datus vigore litterarum Apoſtolicarum Limbrunetta digno reperto de Archidiaconatu prouidere tenebatur, apparet illum non fuiſſe merum executorem gratiæ iam factæ, ſed potius cognitorem gratiæ faciendæ, & ideo non potuiſſe de beneficio prouidere, niſi præmiſſa cauſæ cognitione, & vocato poſſeſſore, eiuſque defenſionibus auditis contra impetrantem, vnde iſto ordine ommiſſo irrita eſt eius collectio, Oldradus dict. conſ. 227. nu. 30. verſ. ad iſtud reſpondetur dupliciter, & Pellicanus venit manutenendus.
4 Clauſula Contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo reſpicit tantum contradictores de facto, non autem via Iuris ſe defendentes. Zabarella in clem. quia contingit, §. Contradictores de relig. domi. gloſ. in c. primo, in verbo Contradictores de preb. Vbi Abb. num. 9. Anchar. num. 13. Io. Andr. num. 10. & Felin. in c. ſuper eo, in ſecunda fallentia, num. 5. verſ. & cum iſtis eſt dictum de offic. Delegat. & ita fuit in terminis reſolutum in illa Mediolanen. Parrochiali de Menſe Martij 1588. coram Illuſtriſſimo Plato.
5 Confeſſio extraiudicialis Pellicani per quam Limbrunetta conabatur oſtendere illum ſe habuiſſe pro ſpoliato, licet de iure canonico plene probet, Put. deciſ. Put. 11. incipiendum die 27. Aprilis numero tertio, & deciſ. 51. incipiendum, fuit reſolutum lib. 2. quia tamen ſolum erat probata per teſtes ſingulares, non nocet Pellicano, quoniam debuit, vt de equitate canonica: probet per duos teſtes probari. Alberic. in l. ſi ex cautione in fin. C. de non num. pecu. tenet Rota vt per Put. deciſione 476. Incipiendum Confeſſio vt plene probetur, libro ſecundo.
6 Præter ſingularitatem teſtes viſi ſunt etiam

etiam Dominis in dicto inſufficientes primus aliquando iſtam cauſam ſollicitauit, cedulam ſuper eo, quod teſtes deponere deberent, vt dicit ſecundus teſtis. Denique illud ſatis curioſe, & exquiſitę viſum eſt quod dixerit ſe vidiſſe Pellicanum ambulantem, ac intra ſe dicentem, quod fuerat ſpoliatus, & Archidiaconatu priuatus.

Tertij teſtis dictum ex deductis per informantes pro Pellicano videbatur inueriſimile, & licet dicat audiuiſſe Pellicanum dicentem ſe ſpoliatum de facto, Domini iuxta mentem, & intentionem Pellicani proferentis eius verba intelligenda potius certe dixerunt de turbatione ſibi illata, quam de Spolio, præſertim cum in iudicio ageret pro obtinendo mandato de manutenendo, quod attinet ad ſupplicem libellum ſiue Memoriale quod per Pellicanum in quo dicitur S.D.N. porrectum, in quo ſe fatebatur ſpoliatum ex multis, non fuit habitum in conſideratione neque apparebat a Pellicano ſubſcriptum.

Cętera quæ cumulabantur pro parte Limbrunettę quia petitorium reſpiciebât conſulto in aliud tempus reiecta ſunt.

6 Cum ergo deducta ex aduerſo non concluderent Pellicanum pro ſpoliato ſe habuiſſe, & poſseſsio non perdatur, niſi probetur poſseſsorem habuiſse animum verum ammittendi poſseſsionem, l. 3. §. in ammittenda ff. de acquiren. poſseſſione, Egid. deciſione 668. Incipiente obedientia, Vaſallorum munutenendus fuit.

R. P. D. COCCINO.

PLOCEN. CANONICATVS.

Lunæ 29. Aprilis 1613.

Cadit par. 1 fol. 507 ſub num. 184.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Translatus ad aliam eccleſiam non dicitur niſi ſecunda poſſeſſione adepta & num ix. & xi. de ſtilo Curiæ nu. xij & xiij.*

Translatio ad aliam eccleſiam quando cenſatur facta ſub conditione quatenus translato placuerit, & n. iiij.

Declara vt infra num. xiv.

3 *Translatio ad aliam eccleſiam ſi transferentis acceſſit conſenſus, perfecta dicitur.*

5 *Translatus quando ius in eccleſia ad quam transfertur acquirat*

6 *Conſenſus quando inducatur ex conſtitutione procuratoris.*

7 *Vacatio eccleſiæ durat vſque ad electionis confirmationem.*

8 *Prouiſio Papæ habet vim electionis, & confirmationis.*

10 *Poſſeſſio eccleſiæ non eſt neceſſaria pro exercitio Iuriſdictionis.*

Niſi alia adſit conſuetudo ibi.

SANCTISSIMVS Dominus noſter, ſub die 14. Maij tranſtulit Reuerendiſs. D. Albertum Baranouski Epiſcopum Plocen. ad Eccleſiam Vladislauien. abſoluendo illum à vinculo Prioris Eccleſiæ Plocen. iuxta formam, qua Hoſtien. in Summa tit. de translatione Prælatorum, & morem Curiæ Romanæ, vt in capitulo 2. de translat. Præl. Io. Monach. in cap. generali. de ele. in 6. num. 10. verſic. ſi aliquis habet Regalia, Io. And. in c. quod ob gratiam, num. 1. in princ. quæſtionis, de reg. iur. in 6. in Mercurial. & ibid. Franc. num. 3. in princ. Felin. in cap. 2. num. 7. verſ. pro iſta limitatione, de conſtitut. Franciſ. Marc. deciſ. mihi 1100. incip. quæritur. de tali caſu verſic. & maxime propter abſolutionem vinculi. Abb. conſil. 101. num. 7. par. 2. Vnde cum die 21. Iunij ſequentis eiuſdem anni 1607. vacauerit vnus ex Canonicatibus dictæ Eccleſiæ Plocen. à qua Epiſcopus fuit tranlatus ad Vladislauien. Dubitaui an conſtaret de reſeruatione dicti Canonicatus. Et cum Reg. 2. Cancellariæ, quæ reſeruat beneficia ad collationem Epiſcoporum ſpectantia quæ poſt illorum obitum, aut Eccleſiarū dimiſsionem, vel priuationem, ſeu translationem, vel alias quomodocunq; vacauerint, vſque ad prouiſionem ſucceſſorum, & adeptam ab eiſdem pacificam poſseſſionem, videatur ſatis clara, tota difficultas conſiſtebat in eo. An iſta translatio eſset talis, vt propterea intraret

ret reſeruatio Regulæ prædictæ.

1 Et pro negatiua conſiderabatur primo. Quod quis non dicitur verè translatus niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi gloſ. in c. ſi quis iam translatus, 21. q. 2. vbi intelligit illũ textum, qui dicit. Quod translatus de vna Eccleſia ad aliã, nihil habet commune com prima, locum habere poſt adeptam poſſeſſionem. Bellam. ibid. nu. 2. & melius col. penult. ante num. 13. verſ. item queres. Vbi ſi quis fuit translatus, & conſenſit poſt duos menſes, non tenetur reſtituere fructus, quos medio tempore percepit, quia requiritur translatio valida, conſenſus, & poſſeſſio pacifica. Turrecrem. ibid. poſt principium. Archid. nu 1. in fin. Calder. conſ. 1. n. 1. de translat. prælatorum. Felin. conſ. 40. num. 4. Rebuff. ſuper cõcord. in Rubr. de Reg. ad prælat. nominat. facien. S. monaſterijs in gloſ. in verbo vacantibus, verſ. ſexto etiam. Io. And. in d. c. quod ob gratiam. num. 6. verſ. item nõ dicitur translatus, niſi poſſeſſionem habuerit. Hinc videmus, quod beneficia translati non vacant, niſi poſt adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ ad quam transfertur. Io. Andr. in c. cum in cunctis. n. 42. verſ. ante conſecrationem, & ibi Butr. in S. cum vero. num. x. Egid. pariter in d. S. cum vero. nu. 24. Card. ibid. num. 2. q. 7. Anchar. col. 7. q. 1. Henr. Boich. n. 1. circa finem. Collect. nu. 8. Dec. num. 11. Abbas nu. 6. de elect. Et dixit Rota in cauſa Veglen. pẽſionis 7. Maij 1571. coram bo. me. Card. Lancellotto Seniore.

2 Secundo conſiderabatur, Quod quãdo translatio fit ob merita, abſolutio à vinculo Prioris Eccleſiæ intelligitur facta ſub conditione, quatenus placuerit translato, vt per Io. Monacum in c. generali. nu. 10. vſq; ad fin. de elect. in 6. Io. Andr. in d. c. quod ob gratiam num. 1. in quæſt. vſq; ad finem, Franc. ibid. nu. 3. verſ. circa quam quæſt. Butr. nu. 9. Abb. in c. cum nobis. nu. 5. verſ. vnde facit iſta. de elect. Felin. in c. 2. nu. 7. verſ. pro iſta limitatione. de Conſtit. Io. Pauin. de off. & pot. Cap. ſe. va. in vlt. prælud. num. 7. verſ. 3. per translationem. Quibus locis dicunt prædicti Doctores. Quod Epiſcopus ante conſenſum non cenſetur translatus niſi appareat Papam voluiſſe inuitum illum transferre.

Prædictis tamen non obſtantibus, viſum fuit Dominis conſtare de vera trãſlatione, & ſic intrare prædictam Regulã ſecundam, & propterea confirmandam Deciſionem ſub die 26. Martij 1610. coram Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Lancellotto iuniore tunc Rotæ Auditore.

3 Mouebantur Domini. Primo, Quia iſta translatio fuit facta de cõſenſo ipſius translati, vt ſtatim dicetur, & propterea nihil amplius habebat agere in prima Eccleſia. Ita eleganter Io. Andr. in d. c. quod ob gratiam. nu. 5. Vbi quod ſi poſtulatio fiat à Capitulo de conſenſu trãsferendi, definit eſſe epiſcopus loci, à quo transfertur, ſtatim poſt ipſam translationem factam à Summo Pont. non expectato aliter ipſius conſenſu, quia licet ignoret translationem, ſciuit tamen poſtulationem, & ſubmiſit ſe voluntati Papali. Et in iſtis terminis idẽ Io. Andr. probat dictum Egidij Cremon. Quæ rationes bene concludunt ad præſentem caſum, quia idem eſt, quod quis eligatur, & poſt modum à Papa confirmetur, & quod ſimpliciter à Papa eligatur, vt ſtatim dicetur. Et in puncto, quod translatus de eius conſenſu perdat ſtatim iura primæ Eccleſiæ, dicit Abb. in d. conſ. 101. n. 3. & 4. quem ſolum videre fat eſſet pro reſolutione præſentis Articuli, Bellam. in d. c. ſi quis iam translatus. nu. 11. col. 11. in fin. verſ. quid dicendum, & pro iſta ſententia poſſũt allegari infraſcripti Doctores qui teneot. Quod in ſimplici trãslatione, etiam non facta pro vtilitate,

4 aut neceſſitate Eccleſiæ, aut ob merita, ſtatim poſt translationem, abſq; alio conſenſu præcedente, aut ſubſequẽte, tranſlatus perdat ius in prima Eccleſia. Ea ratione, quia in Epiſcopatibus contrahitur matrimonium ſpirituale. Et Papa transferendo abſoluit à vinculo primæ Eccleſiæ. Quo circa facta abſolutione, prima libera manet, nec ad eam datur regreſſus. Hoſti. in ſumm. de tranſlat. prælat. nu. 6. verſ. ſed ſi Epiſcopus, & Goffred. pariter in ſumm. eo. tit. ſub num. 6. verſ. vel quod verius puto. Calder. conſ. fin. cir. princ. verſ. & ſic pronunciatum. Et huius ſententię ex quatuordecim Auditoribus, qui tunc erant, octo fuere

vt

vt refert Bellamer.in d.c.ſi quis iam trãſlatus, nu.12.col.10.in princ.verſ.ad cuius quæſtionis declarationem, & col.11. Quæ ſententia licet ſit controuerſa, tamẽ negari non poteſt, quin Doctores prædicti concludant pro iſta parte, quia ſtatim volunt translationem habere effectum etiam abſq; conſenſu. Hinc Bellamer. ſuperius allegat.nu. 12. col. 11. in fi.verſ.quid dicendum concludit ceſſare omnem diſputationem, quando conſenſus præſtatur. Et huius ſententiæ eſt Congregatio Illuſtr. Sacri Conc. Trident. Interpretum, dum conſulta. An capitulum potuit deputare Vicarium in Eccleſia, à qua quis fuit translatus, ſi translatio fuit facta de ipſius translati conſenſu, etiam ante adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, cenſuit quod ſic, vt in copia quæ data fuit.

5 Et prædicta confirmantur. Quia ſi translatio fiat pro vtilitate, aut neceſſitate Eccleſiæ, ipſa incipit vacare à die pronunciationis, neq; in hoc debet expectari conſenſus Epiſcopi, Prob. in Monach. in d.c. generali. de elect. in 6. Abb. in c.cum nobis, num. 5. in fin. verſ. ſecus. vbi Papa de elect. Ergo idem, & multo fortius dicendum eſt procedere, ſi fiat de conſenſu ipſius Epiſcopi. In iſtis enim terminis conſentiens nedum ſibi præiudicat ex facto Papæ transferentis, ſed etiam ex facto proprio præſtando conſenſum, c. quam periculoſum. 7. q. 1. et c. ex tranſmiſſa de renunt. Et in puncto põderat Abb. d. conſ. 101. num. 3. in fin. verſ. quia renunciantibus iura ſua. Et merito quidem, nam, vt dictum eſt, Papa abſoluit à vinculo prioris Eccleſiæ, quo ille tenebatur, & transfert ad aliam, & tribuit facultatem tranſeundi, vt per Hoſtien. in ſumm. loco ſuperius allegato. & propterea translatus cum ſit abſolutus à vinculo primæ Eccleſiæ, & ſit acquiſitum ius habeat in ſecunda, & cum ea contrahat matrimonium, ceſſat omne ius quod habebat in prima, alias eſſet ſponſus duarum Eccleſiarum, & læderaretur matrimonium ſpirituale; quod inter Epiſcopum, & eccleſiam contrahitur, in cuius ſignum deferr annulum, vt eleganter conſiderat Abb. in d. conſ. 101. n. 5. in fi. verſ. vlt. pro D. Adolpho.

6 Quod autem translatio fuerit facta de conſenſu ipſius translati, ſatis patet. Quia procurator dicti translati ſoluit annatam mille ducatorum, & habuit litteras expeditas, vt in fide annatiſtarum. Ex quibus manifeſtiſſimè apparet fuiſſe conſtitutum procuratorem ad hunc effectum. Mandatum enim ex coniecturis probatur Dec. conſ. 36. nu. 8. in princ. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 2. nu. 5. & 6. de reb. eccleſ. non alienan. Potiſſima aũt coniectura eſt impenſa. Rot. deciſ. 1. in fin. de procurat. in nou. Marant. de ordi. iud. par. 6. memb. 9. n. 56. Et fuit reſolutum in cauſa Vigleuanen. Locationis 23. Ianuarij 1597. coram bo. me. Corduba Epiſcopo Pacen. Et concurrunt etiam alia benè ponderata in Deciſione Illuſtriſſimi Lancellotti, vnde reſultat clarus conſenſus translati. Quamuis enim iſtud mandatum ſit probatum ex præſumptionibus, & regulariter ex præſumptionibus non oriatur præſumptio gloſ. in l. 1. de do. promiſ. Ruin. conſ. 90. circa fin. lib. 1. Secus tamen eſt, quando vna venit in conſequentiam alterius, prout in caſu iſto, quia ex præſumpta Conſtitutione Procuratoris, in neceſſariam conſequentiam reſultat conſenſus, alias Conſtitutio Procuratoris fuiſſet fruſtratoria. Chriſtophor. Caſtillion. in repet. rubr. de uerb. oblig. nu. 9. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. n. 71. ff. de uſucap. & in l. ſub conditione. num. 3. C. quando liceat ab emp. diſced. Alex. conſ. 117. nu. 3. lib. 5. Et fuit reſolutum in cauſa Romana Domus in Burgo 11. Februarij 1605. coram Reuerendiſſ. D. meo Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.

Secundo. Ex facto videbatur Dominis ceſſare omnis difficultas. Nam vt dictum eſt, Tranſlatio fuit facta ſub die 14. Maij, & ſub die 23. eiuſdem menſis Procurator habuit litteras expeditas Epiſcoparus Vladislauien. & die 21. Iunij euenit vacatio Canonicatus Plocẽ. Quo ſtante, de tempore vacationis Canonicatus Plocen. Eccleſia Vladislauien. non dicebatur amplius vacare, cum de ea fuerit facta prouiſio, & litteræ expeditæ, vt fuit reſolutum in cauſa Burgen. Canonicatus 28. Ianuarij 1583. corã bo. me. Cardin. Lancellotto ſeniore. Ea ratione quia vacatio Eccleſiæ durat vſq; ad con-

confirmationem electionis, qua ſequuta non dicitur vacare, gloſ.in Clem.1.verſ. collatio, vt lit. pend. & ibi notat. Imol. n.2.verſ.iuxta prædicta, Felin. in c. cum Bertoldus.col.2.nu. 3. verſ. dixit etiam. de re iud.Pauin.de offic.& po.cap.par.1. prælud.7.num. 16.in fin.Franc.in c. quã ſit §.1.nu.1.de elect.in 6.Rot.deciſ. 6. §. hoc etiam,de elect.in nou. Per quam confirmationem acquiritur exercitium iuris quod dat electio, gloſſ. in capitulo quanto,diſt.63.Felin.in dict. cap. cum Bertoldus,num.2.verſ.quale ius, Abb.in capit. tranſmiſſa,num.2.circa finem,verſic.item nota de elect.Et ſi non datur prior electio Eccleſia vacat vſque ad prouiſionem factam per Papam, prout eſt caſus noſter.

8 Quia prouiſio eiuſdem Papæ habet vim non ſolum electionis,ſed etiam confirmationis,ita vt non obſtantibus pœnis, capitulo auaritiæ,de elect.in 6.poſſit Prouiſus Apoſtolicus expeditis litteris adminiſtrare,& exercere ſuam iuriſdictionem,Felin. in capitulo eam te, col.3. num. 5.verſ. 3. extende.de reſcript.vbi Rip.nu.11. Abb. num.2.in fin.de elect.in 6.Pauin.in alleg. tract.p.3.cap.44.num.5. in tantum quod Capitulum non poteſt ſe amplius immiſcere in iuriſdictionem, cum non dicatur amplius ſedes vacare,vt notat. gloſſ.in Clem.1.§.propter,verſic.ſede vacante, de hæret.Vbi Imol.num.9.verſ.gloſſ. vacan.Card.in §.duro,num.5.in fi. Abb. in verſ.eccleſia,Vital.num.176. Pauin. dic. prælud.7.num.14.Felin.in cap.ne Dei timorem,nu.3.verſ.quarto limita, de Sim. Silua.de beneſ.parte 2.quæſtione 15.in princ.Abb.in capitulo qualiter in principio.Not.de elect. Caſſad. deciſione octaua, numero quinto, de reſtit. ſpoliator. Put.deciſ.277.libro tertio. Et inde fit, quod cum ſecunda Eccleſia amplius non vacaret,ſed Epiſcopus eſſet effectus ſponſus eiuſdem ſecundæ, ceſſabat ius, quod habebat in prima, vt patet ex ſupra deductis.

Et licet verum ſit prædicta habere locum non ſolum poſt expeditionem literarum,verum etiam poſt præſentationem dictarum litterarum factam Capitulo, vt habetur in nouo iure extrauaganti iniunctæ de elect. ita vt totum, quod antea fieret eſſet irritum, & inane,vt diſponitur in d.extrauaganti, ibi, nulliquè eos antẽ dictatum litterarum oſtenſionem recipiant.Et in verſic.ſequenti,ibi, ſi forſan contra præſumptum fuerit,irritum habeatur. Et prædicta adeo vera ſunt,quia Doctores prædicti non excludunt oſtenſionẽ litterarum immo illam prǽſupponunt, ex quo ad id probandum, allegant dictam extrauagantem.quæ expreſſe diſponit,vt oſtenſio fieri debeat,& dictum Doctor.debet intelligi ſecundum legem quam allegat.Bartol.in l.non ſolum. §. liberationis verbo, ff.de liber.leg. & ita declarat Rebuff.in prax.benef.in tit.de ſim.reſ. num. 31.Dec.in reg.ext.de conſt.in 1.lect. nu. 42.Vital.in d.Clem.1.§.porrò. num. 30. Fel.in cap.1.de præſcript.num.1.& in capit.eam te.colum.3.num.6.verſ.ſed caue. de reſcript.Abb.in cap.noſti.n.4.de elect. & in cap.noſtra.num.11.col.fin.verſ.dixit tamen de reſcript.vbi dicit hoc eſſe notandum,quia multi in hoc errant. Et ita fuit reſolutum in dicta cauſa Burgen.Canonicatus 3 Iunij 1583.in qua prima deciſio declarata fuit.

Attamen conſiderabant Domini; Quod procurator Epiſcopi habuit litteras expeditas die 23. Maij 1607. quæ computabatur ſub die Mercurij,& cum quolibet Sabbato ſcribatur ad Ciuitatem Cracouien.& litteræ tempore æſtiuo recipiantur intra decem,& octo, vel decem & nouem dies, vt in pluribus epiſtolis oſtenſis,calculatis his diebus,litterǽ expeditǽ potuerunt eſſe in Ciuitate Cracouien.die decima quarta Iunij, cum verò Ciuitas Plocen.diſtet per 40. milliaria a Ciuitate Cracouien.& ſeptem milliaria a Ciuitate Vladislauien.vt patet ex mappis impreſſis,cum menſurationibus, vtique intra dies remanentes, a die decimaquarta,vſque ad vigeſimaptima Iunij quo fuc ceſſit vacatio dicti Canonicatus, litteræ potuerunt notificari Capitulo Vladislauien. maxime cũ collatio eiuſdẽ Canonicatus non fuerit facta per Epiſcopum niſi poſt 30.eiuſdem menſis Iunij. Vnde cum hoc non fecerit Reuerendiſſimus tranſlatus,ſed per ipſum ſteterit ſibi eſt imputandum, l. quod quis ex ſua culpa.ff. de reg. iur.capitulo damnoſum, de regul. iur.in 6. Mandoſ.conſilio octauo,numero duodecimo.

Tt Et

Et ideo debet intrare reſeruatio Reg. Secundæ.

Neq; huic motiuo obſtat, quod etiam ſi Reuerendiſs. translatus præſentaſſet litteras, & propterea habuiſſet iuriſdictionem, non tamen habuit circa collationem beneficiorum, ex quo Reg. 2. reſeruat illorum collationem, vſque ad actualem poſſeſſionem prouiſi. Quoniam hic non eſt agendum de iſtâ quæſtione, & quid voluerit facere regula ſecunda. Sed ſatis eſt, quod & ſecundum rigoroſam ſententiam poſt translationem, ac literarum expeditionem, & præſentationem factam Capitulo translatus nihil amplius habeat agere in prima Eccleſia ad effectum, vt intret diſpoſitio Reg. ſecundæ, vt ſupra dictum eſt.

Non obſtant in contrarium adducta. Et primo, quod quis non dicitur vere translatus, ante adeptionem pacificæ poſſeſſionis ſecundæ Eccleſiæ. Nam fuit reſponſum, quod ſtantibus prædictis conſideratis in primo fundamento deciſionis, Dubitati poſſe de dicto gloſſæ, & aliorum ſupra allegatorum, quatenus eſſent intelligendi de vera translatione, & non abuſiua. Sed vere gloſſa loquitur in abuſiua translatione, vt patet ex verbis illis, ibi, & intellige, quando eſt translatus de auctoritate Epiſcopi ſui: prout in iſtis terminis ibi loquitur, Bellamera ibidem num. 2. Turrecremata, & Ar. hi. l. Calderinus vero loquitur in alijs terminis, prout, & Felinus, & Rebuffus ſimpliciter refert gloſsam, itaut ſolum de vera translatione videatur loqui, Ioan. Andr. & Bellamera, num. 13. verſ. item quæres.

10 Sed etiam omiſſo, vt diſcutiatur, quænam ſit vera iſtarum opinionum, dicebatur in hac facti ſpecie ſcilicet, vt translatus, non haberet amplius iuriſdictionem in prima eccleſia, & ſic quod non poſſit conferre Canonicatum, ita, vt intraret ſub reſeruatione reg. 2. ceſſare omnem difficultatem. Quia pro adminiſtratione iuriſdictionis Epiſcopalis, non eſt neceſſaria adeptio poſſeſſionis Eccleſiæ circumſcripta conſuetudine ſecundum gloſſam communiter approbatã, in c. penult. ver. collatio. de præben. in 6. Couar. var. reſolut. libro tertio, capitulo 16. numero primo, Abb. in capitulo tranſmiſſa, numero tertio, vbi de commun. de elect. Felin. in capitulo eam te. columna tertia, verſiculo & hinc e. t., de reſcript. & in capitulo ne Dei timorem, numero 2. verſiculo 4. de ſim. Petr. de Bais de elect. parte 3. capitulo 44. numero 4. Franc. in c. cum qui §. in ſuper, num. 6. de præben. in 6. Gemin. in c. ſi elect. num. 6. de elect. in 6. Et fuit reſolutum in dicta cauſa Burgen. Canonicatus, ſed ſufficit expeditio litterarum, & earum præſentatio facta Capitulo, vt ſupra dictum eſt. Et ideo non debet prodeſſe Reuerendiſſ. translato, dum fuit in culpa, non oſtendendo dictas litteras.

11 Non obſtat corroboratio, quæ fuit ſupra deducta, ex eo quod beneficia translati non vacant niſi poſt adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ ad quam transfertur. Nam hoc prouenit ex eo, quia iſta beneficia non vacant per abſolutionem a vinculo, prout vacat primus Epiſcopatus, ſed per aſſecutionem ſecundi Epiſcopatus, gloſſa in capitulo cum in cunctis, §. inferiora, verſiculo ad quem ſpectant. de elect. & in capitulo de multa, in verſ. poſt receptionem, de præbendis, licet talia beneficia ſtatim poſſint impetrari, & euentus doceat, an impetratio fuerit bona, Caſt. conſ. 265. vol. 2. per tot.

12 Aliqui etiam ex Dominis dicebant, quod licet de ſtricto iure beneficia tranſlati, non vacent niſi poſt adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus ad quem transfertur. Tamen ſecus eſt de ſtylo Curiæ, quia ad effectum Prouiſionis beneficiorum, ſtatim Epiſcopus habetur pro translato etiam ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, gloſs. in Clem. duobus in verb. collatio in fin. ut lit. pend. Card. conſ. 10. nu. 4. Roman, conſ. 345. num. 17. uerſ. in Romana uero Curia, Mandoſ. ad eundem Roman. conſilio 335. in prima additione, Abbas in capitulo cum in cunctis, §. cum uero, numero tertio, Dec. numero ſeptimo de elect. Cardin. in Clem. 1. numero 22. uerſiculo pono, ut lit. pend. Gig. de penſionib. quæſtione 56. numero 3. in fine. Staphil. de lit. gra. fol. 69. ſecundum paruam impreſſionem, uerſiculo ſecundus caſus, Felin. in tract. quand. lit. Apoſ. col. 8. nu. 28. verſ. & bene.

13 Hæc tamen reſponſio non placebat omnibus Dominis, quia dicebant dictum ſtylum

ſtylum oriri ex eo, quod Papa plerumq; ſolet facta promotione, ſiue translatione, decernere ſtatim beneficia debere vacare, ſed quando non reperitur hoc decretum appoſitum, tunc ceſſat ſtylus, & conſtat, quod Papa vult ſeruare ius commune. Hinc nonnulli Doctores dicunt, quod interdum Papa ſolet apponere hoc Decretum; vt Ioann. Andr. in capitulo cum in cunctis, numero 52. de elect. Butr. numer. 11. Collect. numero octauo. Imol. numero 5. Cardin. q. 7. Anan. in Clem. 1. in fin. gloſſ. in verb. collatio. vt lit. pend. & ita in indiuiduo dixit Rota in dicta cauſa canſa Veglen. penſionis 7. Maij 1571. Et ob id omnes Domini tranſiuant cum primo motiuo.

14 Non obſtat ſecundum obiectum, ſcilicet. Quod quando translatio fit ob merita, Abſolutio a vinculo prioris Eccleſiæ intelligitur facta quatenus translato placuerit. Nam ommiſſo, quod Hoſtienſis, Goffredus, & alij ſupra citati tenent contrarium, fuit reſponſum. Quod opinio prę dicta habet locum in translatione facta inulto Epiſcopo, ob eius merita, & propterea translatio, & abſolutio intelligitur facta quatenus illi placeat, cum intentio Papæ ſit complacere translato, Io. Monach. in dicto capitulo generali, nu. 16. de elect. in 6. & late comprobat rationibus, Ioann. Andr. in prædicto capitulo, quod ob gratiam, num. 5. verſiculo ſed ſi Papa, de teg. iut. in 6. in Mercut. Franch. ibidem num. tertio verſiculo cir. quæſtionem, Abb. in capitulo cum nobis, numero quinto, de elect. & alij ſupra allegati in obiecto. Et expreſſe, quod ceſſat dicta conditio, quando translatio fit de conſenſu ipſius tranſlati dicit Abbas in ſæpius allegato conſilio 101. nomero quarto. Et ratio eſt in promptu. Quia cum translatio fuerit facta de conſenſu Epiſcopi, videtur voluiſſe & conſenſiſſe, vt ante omnia abſoluatur a vinculo quo primæ Eccleſiæ tenebatur ita Abb. loco proxime allegato, numero tertio, verſiculo ſed olim Epiſcopus Spirenſis, Io. Andr. & Franc. in dicto capitulo quod ob gratiam, ſupra allegato. Et ita fuit concluſum.

R. P. D. SACRATO.

HISPALEN. PRAEHEMINENTIARVM.
Veneris 24. Ianuarij 1614.

Cadit par. 1. fol. 402. ſub num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Signaturà Iuſtitiæ non concedit reſcripta gratioſa, neque contractus.*
Executio cœpta in Rota dicitur, per intimationem exequutorialium, ibi n. ij.
2 *Breue ſuſſificatum exequutioni demandatur, & num vij.*
3 *Clauſula vocatis vocandis non ſemper facit mixtum iudicem, vel exequutorem.*
Declara, & limita prout his, & num. v.
4 *Verbū declaretur, quomodo intelligatur.*
6 *Subrogatus habet eandem iuriſdictionem quam habet ſubrogans.*

A Fe. re. Clemente Papa Octauo emanarunt tria breuia ſuper ſtatu Cathedralis Hiſpalen. in quorum primo Papa declarauit indecorum eſſe, quod Canonici in ſacris conſtituti occaſione cuiuſdam Turni compellerenrur, vt prætendebatur, inſeruire pro Subdiacono, & Diacono Portionarijs ſolemniter celebrantibus, & proinde id in poſterum fieri vetuit. In ſecūdo declarauit, dictos Portionarios teneri ſubire munera, quę liber Ceremonialis, Beneficiatis, & Manſionarijs aliarum Eccleſiarum iniungit. In tertio Papa narrans prædicta breuia fuiſſe ſubreptitio modo obtenta, & ſignanter, quod quædam immemorabilis conſuetudo ad fauorem Portionariorum non fuit ſibi expoſita, ſtante dicta immemorabili conſuetudine mandauit, Portionarios in integrū reſtitui, ſeu manuteneri in poſſeſſione, vel quaſi, à qua vigore dictorum Breuium, ſeu libri Ceremonialis ſpoliati fuiſſent, ſuſpendendo prędicta Breuia tamquam ſubreptitio modo obtenta, donec ſuper contentis in dictis breuibus, & alijs ſimilibus, partibus citatis, & auditis, quid obſeruandum eſſet Congregatio Sacrorum rituum (in qua tunc huiuſmodi cauſa pendebat) maturius declararet, cauſa poſtmodum in Rota, Reuerendo Patre Domino Pam-

philio commiſſa,fuit dubitatum, an eſſet
locus exequutioni duorum primo loco
obtentorum Breuium, & pro negatiua
fuit tentum,ſtante vltimo breui,per quod
illorum exequutio ſuſpenditur,donec ſu-
per contentis in illis maturius delibere-
tur,ſucceſſiue datis dubijs ſuper vtroque
Breui fuit reſolutum, illa eſſe iuſtificata,
vnde dictus R. P. D. Pamphilius fa-
cto verbo in Rota conceſſit illorum exe-
quutionem,quæ fuit cæpta per intimatio-
nem exequutorialium, ex quibus cum
pars portionariorum prætenderet ſe gra-
uatam,obtinuit mihi committi cauſam
appellationis,cum clauſula parito breui-
bus arbitrio Rotæ, vnde propoſui ante
omnia dubium,an eſſet locus arbitrio, &
fuit concluſum, non eſſe locum arbitrio
ad effectum ſuſpenſionis, ſeu retardatio-
nis exequutionis Breuium,quia clauſula
arbitrio intelligitur prout de iure Bart.in
extrauag.ad reprimendū in verbo videbi
tur Pariſ.conſilio octauo, numero 21. li-
bro quarto,Cæſ.de Greſſ.deciſione ſepti-
ma,numero ſeptimo,& deciſione octaua,
numero ſecundo, de ſent. & re iud. & fuit
ſæpiſſimæ dictum in Rota, quod magis
de plano procedit.quando,vt hic ponitur
in prima commiſſione, quia tunc ceſſat
obiectum, quod per iſtam interpretatio-
nem commiſſio reddatur ſuperflua, vt
alias conſiderauit Rota in cauſa Romana
Cottiuij die ſexta Martij 1606. coram
me per doctr.Felin.in capitulo primo,nu-
mero 51. verſ. & ſi dicatur arbitrio ſuo
de conſtit.cum alijs in dicta deciſione al-
leg.Confirmantur prædicta,quia commiſ
ſio emanauit a Signatura iuſtitiæ,quæ nō
1 facit reſcripta gratioſa, ſeu ab errantia
ab ordine iuris,vt per Saro. in compend.
vtriusque ſignatur.verſic. & ſi quæratur
cum ſequent. Staphil. de litter. iuſt. in
princ. verſiculo ſecundum eſt cum duo-
bus ſeqq.

2 De iure autem eſt, vt dicta Breuia de-
mandentur exequutioni,ſtante quod ſūt
iuſtificata, vt ſuper vtroque fuit reſolu-
tum coram eodem D. Pamphilio, Litte-
ræ enim Apoſtolicæ poſtquam ſunt iuſti-
ficatæ habent exequutionem paratā Mo-
hed.deciſione 13.vt lit.penden G.g.de
penſ.q.81.n.2.Rota in cauſa Pacen.Paro
chialis 27.Iunij 1603.coram bo.me. Car
dinali Pamphilio, & in Salamantina Be-
neficij 31.Ianuarij 1596.corā Corduba.

Non obſtat tertium breue, de quo ſu-
pra,quod prætenditur feciſſe cauſam or-
dinariam,tum per illa verba vocatis vo-
candis, quæ faciunt exequutorem mix-
tum,& cauſam appellabilem, ad not. per
Felin.in capitulo de cætero,numero deci-
mo de re iud.Tum per illud verbum(De-
claretur)quod dicitur importare per ſen-
tentiam,& ſic quod debuerint præcedere
tres conformes, antequam poſſet proce-
di ad exequutionem breuium.

3 Quia in primis videbatur,non tranſire
de plano,quod clauſula vocatis vocan-
dis faciat iudicium ordinarium, nam be-
ne verum eſt,quod facit,vt ille, qui alias
poterat extraiudicialiter procederet,enea
tur procedere iudicialiter,Sed non exinde
ſequitur,quod ſi materia eſt exequutiua,
& iudex non pronunciet,ſed relaxet man
datum exequutiuum,ſit locus appellatio
ni ad effectum ſuſpēſiuū, quia in remedio
l.fi.C.de ædict.Diu.Adr.toll.ad cuius in-
ſtar proceditur in exequutione litterarū
Apoſtolicarum Abb.in capitulo conſtitu
tis,num.14.in fin.de appellat.Menoch.de
adipiſc.rem.6.nu. 35.Mohed. deciſ. 13.
vt lit.pend.Rota in cauſa Auerſana Bene
ficiorum tertia Iulij 1606. coram me, &
ſimiliter in exequutione obligationis Ca
meralis,& in alijs proceditur iudicialiter,
& citaris citandis,& nihilominus non re-
tardatur exequutio ſub prætextu appella
tionis,& pro hac concluſione facit,quod
verba reſcriptorum reducuntur ad ordi-
nem iuris,capitulo cauſam capitulo ſuper
litteris de reſcript.Calder.conſil.2.num.
1.eod.tit.Franc.in capitulo licet canon.in
fin.de elect.in 6.& proinde ſi materia ſe-
cundum ordinem iuris eſt exequutiua,
non debet per dictam clauſulam fieri or-
dinem iuris eſt exequutiua,non debet per
dictam clauſulam fieri ordinaria, quia
cum verba perneceſſe hoc non impor-
tent,ordo procedendi remanet in diſpoſi
tione iuris ad l.commodiſſime,ff.de lib.&
poſthum.cum concordan. & bene in pro
poſito argumentatur,Anchar.conſ.297.
num.8.in fin.& nu.9.in princ. Felin.vero
in dicto c.de cætero. num.10.de re iud.&
Card. per eum allegatus poſſent ſaluari,
quando exequutor elegiſſet (prout
po-

poteſt)proferre ſententiam, non autem relaxare exequutionem, vt fuit factum in hoc caſu, quæ diſtinctio colligitur ex verbis eiuſdem Felin. ibi, & de eius ſententia diſponitur, vt de ſententia iudicis, & ex Card. per eum alleg. conſilio 64. alias 63. incip. dico, quod Dominus numero primo, verſiculo, & hoc pręſuppoſito, ibi dico de ſententia exequutoris, idem per omnia ac ſi eſset ſententia iudicis, & eodem modo reſpondebatur ad verbum,
4 DECLARETVR, intelligendo quod declaratio fiat eo modo, quod natura iudicij expoſtulat, vt videmus in ſimili de commiſſione, quod inhibeatur præuia matura cauſę cognitione, quia vt poſſit inhiberi non eſt neceſse facere proceſſū, vel pronunciare ſuper hoc, vt fuit deciſum in cauſa Valentina iuriſdictionis, tertia Iulij 1595. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, & alibi.

5 Verum iſtis ommiſsis fuit dictum, per dictas clauſulas non fuiſse impeditam viam exequutiuam in hoc caſu ex triplici capite, primo quia Felin. & alij in contrarium alleg. loquuntur, quando prędicta verba ſūt in reſcripto impetrato per actorem, quia tunc videtur, quod non niſi ordinarie ad fauorem actoris procedi poſſit, cum alias forma non ſeruata, deficiat iuriſdictio ad capitulo cum dilecta de reſcrip. capitulo venerabili de offic. delegat. cum concord. Secus videtur in reſcripto ex poſt impetrato per reum, vt in præſenti caſu, quia tunc videtur, quod exceptio rei non niſi ordinarie canonizari poſſit, quia forma eſt adiecta impedimento exercitij iuriſdictionis, non autem ipſi exercitio, & non eſt nouum, quod actor, & reus propter diuerſitatem rationis ad imparia iudicentur, prout videmus in ſimili de remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. ſecundum quam regulatur exequutio litterarum Apoſtolicarum, vt ſupradictum eſt etenim ſi iudex dat exequutionem actori non datur appellatio, ſi vero illam dare negat, conceditur appellatio, Angel. in l. quisquis, nu. 3. C. quorum appell. non recip. Zuccard. in dict. l. fin. numero 396. Caſtr. conſilio 39. in fine libro primo, Tiraq. tract. le mort ſaiſit par. 6. declar. 6. n. numero 3. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 876.

6 Secundo fuit dictum, non applicari clauſulam vocatis vocandis, & alia, de quibus ſupra; quia dicta clauſula fuit directa Congregationi Sacrorum Rituum, quæ ſine dubio non procedit ordinariæ, nec per tres conformes, & proinde cum Rota fuerit ſubrogata in eius locum, clauſula debet intelligi, prout fuiſſet obſeruata in ſacra Congregatione ad reg. ſubrogatum, de qua in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Bart. in l. ſi quis filium in fin. C. de inoff teſtam. Butr. in capitulo Eccleſia il primo, numero tertio, vt lit. pend. Felin. in capitulo cum acceſſiſſent, numero 19. de conſtitut. Dec. conſ. 50. numero ſecunſecundo, & proinde ſicut in illa ſacra Congregatione fuiſſet ſatis extraiudicialiter declarare ſuper exceptionibus portionariorum ad effectum exequendi Breuia ad fauorem Canonicorum emanata, ita, & in hoc caſu.

7 Tertio viſa fuit ceſſare omnis difficultas, quia in commiſſione Rotali adeſt facultas exequendi dicta breuia, prout de iure, & pro inde quarenus fuiſſet per tertium breue ſublata facultas exequendi cenſeretur reſtituta per hanc vltimam commiſſionem, poſtquam de iure eſt, vt iſta breuia exequutioni demandetur, vt ſupra demonſtratum eſt.

R. P. D. DVNOZET.

ROMANA NVLLITATIS Contractus.

Mercurij 20. Nouemb. 1613.

Cadit par. 1. fol. 806. ſub num. 676

SVMMARIVM.

1 *Statutum vrbis capitulo clij. libro primo annullans filij familias obligationes declaratur.*

2 *Senatus Conſulti Macedoniani, ſi filius familias ſe obligat, quando iuuetur.*

3 *Filius cum patre contrahendo, dicitur à patria poteſtate ſolutus.*

4 *Pater filium ab eius poteſtate ſolutum, non amplius eum illi ſupponit.*

5 *Mutuum factum filio familias in bello exiſtenti facit, vt Macedoniano nequeat iuuari.*

6 *Filius habitare ſeorſum a patre dicitur, etiam in eadem domo ſi portio ſibi pro alimentis aſſignata fuerit.*

7 *Filius aſſignato ſibi a patre pecudio, dicitur in ſui iuris poſſeſſione conſtitutus.*

8 *Filius ſeorſum a patre habitans, licet non per longum tempus ſui iuris effectus dicitur.*

9 *Filius familias contractum initum dum erat in patria poteſtate, ſi ab ea liberetur ſui iuris effectus natum habere poteſt.*

Filio familias ſoluenti, non competit condictio indebiti.

1 ROta audita vtraque parte cenſuit ſententiam latam a Secundo Collaterali Capitolij de voto DD. de aſſettamento eſſe iuſtam, & confirmandam, licet enim Statuta Vrbis capitulo 152. omnes contractus obligationeſque a filijs familias etiam Sacra iuriſiurandi Religione vallatas, tanquam nullas, irritaſque damnent, tamen vltra limitationes, In d. cap. allatas excipiuntur reliqui omnes caſus, qui de iure Cæſareo filios familias impediunt, quo minus vigore S.C. Macedoniani actiones Creditorum elidere poſſint, vt expreſſe ſonant poſtrema verba dicti capituli.

2 Quo ſtante fundamento viſum fuit non poſſe Martinum Coronam beneficium d. S.C. Implorare hi enim eo ſolum remedio iuuantur, qui cum eſſent in patris poteſtate, eo inſcio pecunias mutuo vel fœnori ſumpſerunt non autem illi, qui ſui iuris effecti poſſunt obligare, viceque verſa obligari.

3 Exiſtimarunt Domini d. Martinum ad effectum de quo agitur ſolutum fuiſſe a patria poteſtate, ex eo quod ipſemet pater cum filio contraxerit, vt apparet ex inſtrumentis productis in actis pater enim. In primo certam pecuniarum ſummam filio ad effectum, vt ſeorſum viueret aſſignauit. In ſecundo vero, cum pro filio ad quemdam annuum Cenſum ſe obligaſſet expreſſe a dicto Martino liberationem ſtipulatus eſt, & ita pater cum filio tanquam cum extraneo contrahens rationes filij a ſuis ſeparans legitimam illi neceſſario conceſſit perſonam ſtandi in iudicio contrahendi paciſcendi ſicut alij, qui ſui iuris exiſtunt. durante ſiquidem patria poteſtate nulla inter patrem, & filium oritur obligatio. Cuiat. ad Affricanum in l. fratre a fratre, tract. 9. columna tertia, quia propter nodum nexumque patriæ poteſtatis vnius perſonæ vice funguntur, l. 10. de opt. leg. §. an ſeruo, inſtitut. de leg. Cumque non patiatur natura, vt idẽ ſibi ſit debitor. & creditor inde fit, vt pater non poſſit filio in poteſtate conſtituto donare, l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſecunda, vbi gloſſ. & DD. C. de inoff. teſtam.

Obſeruatum etiam fuit in dicto inſtrumento aſſignationis factę filio datam expreſſe a Patre facultatem ipſi locandi expellendi Collonos ſola interdicta alienatione domoruum, quarum penſiones filij arbitrio relinquebantur, pacto appoſito, vt dictæ penſiones accreſcant, vel decreſcant periculo filij quod fieri non potuiſſet ſi prius ſui iuris non eſſet factus, cum ſine vlla diſtinctione quicquid acquirit filius id confeſtim eodem momento acquirit Patri, §. igitur liberi inſtit. per quas perſonas nobis acquiratur. l. cum oportet. C. de bonis, quæ liberis.

4 Ex his indubitati iuris eſt patrem ipſũ ſi viueret, qui filium per tot actus conſtituit in quaſi poſſeſſione libertatis non fore audiendum ſi vellet ipſum rurſus patrię poteſtati ſubmittere, Roman. conſilio 108. num. 7. libro primo per text. l. 1. C. de patr. poteſt. quo caſu non potuit filius recurrere ad S.C. remedium, quia ſaltem actione de dolo, vel ſtellionatus teneretur Ceph. conſilio 324. numero 25.

Dum igitur Andreas Creditor videret Martinum cum ipſo met Patre contrahentem, & cum multis alijs perſonis, vt apparet ex pluribus inſtrumentis eundemque locantem expellentem Colonos omniaq; alia munia ob euntem, quæ Patres familias obeunt non vana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorantia cum ipſo nomen contrrahere, l. ſi quis, ff. ad S.C. Maced.

Idque tanto magis, quod poſſet dici interueniſſe conſenſum tacitum patris, quo caſu ceſſaret diſpoſitio Statutorum Vrbis ex depoſitionibus ſiquidem Teſtium productis, & examinatis ab ipſo met Martino

&

& præcipue tertij Teſtis dicto,conſtat pa-
trem de hoc mutuo certiorem factum ex
quo tacitus reſultat conſenſus niſi appa-
reat expreſſea contradictio, l. honoris,§.
vltimo de Decurio.l.ſecunda, ff.ad S. C.
Macedon. Ang. Aret. in §. penult. inſtut.
quod cum eo, Illuſtriſſimus Cardnalis
Mantica de tacit. & ambig. l. 8. titut. 7.
num. 19.

5 Vlterius deductum fuit per informan-
tes pro dicto Andrea aliquam partem pe
cuniarum mutuo datam a Creditore Mar
tino,dum in præſidijs ideſt Caſtris tan-
quam miles nomen militiæ dediſſet quo
caſu arcetur,a S.C.beneficio,l.vlt. C. ad
S.C.Macedon. nec facit inſtrumentum
Societatum officiorum celebratum fuiſſe
in Vrbe mutui enim tempus,non ſtipula-
tionis,in hoc caſu eſt attendendum,l.4.§.
ſi a filio famil.ad S.C.Macedon. alia non
contemnenda pars dicti mutui reperitur
data,& conſumpta in vſus dicti Martini
neceſſarios, ex quo ceſſat etiam S. C. re-
medium, l. in pupillo,in fin.ff.de ſolut.

Nec obſtat quod ex deciſione coram
Reuerendiſs. Archiepiſcopo Bononien.
facta in ſimili cauſa, quinta Iunij 1604.
obijcitur requiri cumulatiue, vt ſeorſum
à Patre filius habitet,& habeatur loco pa
tris familias ad effectum validandi con-
tractus huiuſmodi. Reſpondetur enim
Statuta vltra duas iſtas limitationes ex-
cludere omnes caſus a iure comprehen-
ſos, vt ſuperius dictum eſt, & quatenus
hæc duo ſimul requirerentur,tamen poſ-
ſent dici ea probata.

6 Quo ad primum licet conſtaret Romæ
ſemper Martinum in domo paterna habi-
taſſe,tamen cum aſſignata fuerint ſepara
tim alimenta,nec fuerit patris commenſa
lis,ſemper dicetur ſeorſum a patre vixiſſe
ex doctrina Baldi in l.prima,numero 10.
C.de leg. quem ſequitur Angel. & Imol.
in eadem lege,niſi ergo eadem cum Pa-
tre menſa vſus fuit,nõ dicetur ſimul cum
patre habitaſſe,Imol.in l.ſi quis ita, ff. de
condit.& demonſtr.

7 Quo ad ſecundum non dubitandum
eſt quin ipſe geſſerit ſe tanquam Patrem
familias,taliſque habitus,nam,& ab ipſo
Patre conſtitutus eſt in quaſi poſſeſſione
ſui iuris,dum ei proprium peculium aſſi-
gnauit,eique eius liberam adminiſtratio-
nem conceſſit,potuit illud itaq; inſcio pa-
tre ad inſtar ſerui obligare,l.4.in princ.ff.
de pecul.l.per ſeruum,§.primo,de acquir.
rer.domin.

8 Non obſtat etiam, quod ex doctrina
Alciat. in tractat. de præſumpt. regul. 2.
§.ſecundo aiunt requiri,vt per decennium
ſit habitus, vt pater familias hoc enim
procederet vbi ſimplex adeſſet præſum-
ptio,quia per hoc tempus ſufficiens indu-
ceretur probatio, ſed in hoc caſu vbi
adeſt ipſius patris reiterata confeſſio, qui
cum filio tamquam cum extraneo contra
xit,cuius exemplum alij Creduli Credito
res ſequuti ſunt fruſtra ad coniecturas re-
curritur cum clare adſint probationes.

Adde, & ſufficere ſimplicem habita-
tionem ſeorſum a Patre,& ſi non ſit con-
firmata a longo tempore,Vrſill.ad Afflic.
deciſione 300, numero 19. Gugl. de Be-
ned.loquens de Statuto Tholoſano in ca
pitulo 209. Rainutius in verbo matrem
inſuper. Cleram. numero 25. de teſtam.
quem refert, & ſequitur Caſſan. de con-
ſuetud.Burgun.rubr. 6. §, texto in verbo
emancipe,vbi ex multis doctrinis conclu
dit filium a patrę ad vnum actum emanci
patum cenſeri quo ad omnes actus ſolu-
tum patria poteſtate.

Nec obſtant Epiſtolę confeſſioq; credi-
toris, quia non eſt controuerſum, vtrum
Martinus fuerit tempore contractus filius
familias,ſed ſolummodo vtrum potuerit
Creditor cum illo attenta Statuti limita-
tione paciſci.

Nec facit quod latè deducitur ſtante
prohibitione a patre facta alienandi do-
mos, quarum penſiones filio erant aſſi-
gnatę non induci ſeparationem, reſponde
tur enim hodie non agi vtrum alienatio,
aut hipoteca ſit valida,ſed vtrum potue-
rit penſiones aſſignatas alteri obligare,&
an ei competat exceptio S.C. quæ non
poteſt obijci, cum pater rem peculiarem
permittit a filio adminiſtrari, l. item ſi fil.
famil.§,quamquam,ff. ad Macedon.

9 Nec obſtat denique quod dicitur ſal-
tem primam ſocietatem ſcutorum 400,fa
ctam antequam pater cum filio quidquã
egiſſet nullo iure poſſe ſubſiſtere, fructus-
que indebitos eſſe,quia tunc temporis Do
minus Martinus erat ſub patria poteſtate
ſufficit enim,quod poſtea Dominus Mar-

tinos

tinus ſui iuris effectus ratum habuerit, quod ſub poteſtate patris inutiliter promiſerat, l. ſed & ſi pater, ff. ad S. C. Macedo; l. Zenodorus, C. eod, obligatus, ſiquidem
10 erat naturaliter, l. quia naturalis, eodem titulo, & ideo illi ſi ſuluiſſet non competebat cond. tio indebiti, maxime cum fidem ſuam ſoluendo liberaſſet, l. naturaliter, l. fideicommiſſum, ff. de condit. indebit. Idemque eſt cum de nouo conſenſit ratione obligationis, naturalis per quam omnis error excluditur, arg. l. iudex, ff. eodem titulo, & in ſimili caſu datur deciſio Illuſtriſſimi Seraphini in Romana arrogationis.

Quæ vero adducuntur de ſocietatibus officiorum, ſimulatis vſuris prohibitis, contractibus illicitis expreſse damnatis in capitulo 153. lib. 1. ſtatut. quia in proceſsu nulla releuans reperitur probatio, non indigent reſponſione, cum enim inferant neceſsario dolum malum, & delictum dicti Andreæ Creditoris debuerat concludenter probari.

Ex his ſententiam iudicis Capitolini eſse iuſtam, fuit deciſum.

R. P. D. COCCINO.

ROMANA MENSAE NVMVLARIAE.
Mercurij 30. Iulij. 1614.

Cadit par. 1. fol. 808. ſub num. 87.

SVMMARIVM.

1 *Menſam publicam exercentes hodie, ſimiles ſunt officijs olim in Ciuitate exercetis ſolitis.*
2 *Officium publicum quando dicatur.*
3 *Mulieres publicæ menſæ incapaces ſunt.*
Ac etiam publicis officijs ibi.
Et exactionis gabellæ ibi.
4 *Feminæ excluſæ a publicis officijs ex quibus verbis, & præſumptionibus detegantur.*
5 *Verbum aliud repetit qualitatem, & ſimilitudinem in ſubſtantia.*
6 *Feminæ quando incapaces feudi ſint, & num xij*
7 *Feminæ ſub verbis de tuo corpore deſcendentibus veniunt per extenſionem.*
Non ex propria ſignificatione ibi, & numero decimo.
8 *Feminæ filiorum nomine in caſu differenti non veniunt & num. xviij.*
9 *Feminæ filiorum nomine in officij conceſſione non comprahenduntur.*
11 *Verbum heredibus abſque copula, intelligitur de maſculis.*
13 *Familiæ verbum interpetratur ſecundum ſubiectam materiam.*
14 *Beneficium Principis late interpetrandum, quomodo intelligatur.*
15 *Feminis excluſis, etiam eorum filij excluſi cenſentur, vti de altera familia.*
16 *Verba priuilegij declarant alterius priuilegij verba dubia.*
17 *Conceſſio motu proprio facto, vt iacet intelligi debet.*

LEo X. recol. mem. conceſſit Iacobo de Frangipanibus ius, & facultatem tenendi, & exercendi vnam menſam numulariam in foro Piſcium per hæc verba, tibi pro te, tuiſque filijs hæredibus, & ſucceſsoribus de tuo corpore recta linea deſcendentibus in perpetuum ius, & facultatem vnam menſam numolariam in foro Piſcium per te, & ſucceſsores tuos prædictos, ſeu alium virum integrum, & fidelem quem tu, & illi reſpectiuè ad hoc duxeritis pro tempore deputandum, tenendi, & exercendi conceſtimus. Cumque vltimo loco deceſserit Hieronymus vltimus maſculus, relicta Domina Laura filia nupta D. Ludouico de Mattheis; Dubitatum fuit in Camera coram Domino Vidono, An dicta Laura eſset compræhenſa in dicta conceſſione, & ſic An ſententia Illuſtriſſimi Cardinalis Protheſaurarij, eſſet confirmanda, & cum Domini Clerici non fuerint concordes, placuit Sanctiſſimo Domino Noſtro tranſmittere ad nos informationes, & reſponſiones pro vtraque parte datas, & expreſse iniungere, vt pro veritate ſententiam diceremus, & dubio per me propoſito in congregatione ſupra dicta die, matureque diſcuſso concordi voto fuit reſolutum feminas, & ſic Lauram non eſse compræhenſas in dicta conceſſione Leonis, & propterea ius alteri concedendi eſse deuolutum ad Cameram, & hoc, ſiue attendamus naturam rei ſiue mentem concedentis.

1 Nam quantum attinet ad Naturam, certum

certum eſt iſtud ius tenendi,& exercendi hanc publicam menſam eſſe ſimile officijs, quæ olim in Ciuitate exercebantur, de quibus in l.ſecunda,iuncta gl.fin. de nund.quæ ad inſtar Argentariæ eſſe dicit Budeus in l.ſi hominem,§.quoties,col. 5.verſ.horum nunc inſtar fere ſunt,ff. Depoſit. & per conſequens dicitur officium publicum,vt de communi contra gloſſ.in l.prætor.§.& ſi ſeruus. in verb. poteſt. & in l.Argentarius in verb.publicam, ff. de eden.teſtatur Plautius,in Rub.C.de eden cap.9.in princip. & capitulo 10. numero quarto,& in l.1.eodem titulo,capitulo 6. numero 3,& ſequen.libro 2. & de veriori opin.Ronchegall.in l.eandem, numero 144.verſ.arbitror tamen,ff. de duob.reis, & contrarijs reſpondt Alphan.in Rub.C. de eden. numero 24.& 25. & Fachin. cont.iur.libro 11.capitulo 86.

2 Quod præcipue eſt dicendum, tum quia illi de Frangipanibus officiales,& exercitores huius menſæ fuerunt electi ab ipſo Papa,quo caſu huiuſmodi officium dicitur publicum,Roffred.in tractat.ord. iud. parte tertia, rubr. de Action. in fact. ex edict.de eden.uumero ſecundo, verſiculo iura enim.Ronchegall.in dicta l. eandem numero 144.verſiculo arbitror tamen, ff. de duobur reis,& ſentit Aretin.in capitulo primo,numero 20.de probat.& Caſtr. in l. prætor. in princip. ff. de eden. Tum quia vt patet ex eadem conceſſione exigunt Gabellam,eamque Cameræ ſoluunt quod eſt officium,ſeu munus publicum, Caſtr.in conſilio 468.columna ante fine, verſiculo,& ideo præſupponto,ibi habete aliquod officium in gabellis, libro primo, Luc.de Penn.in l. vnica, columna prima, ante fin. verſiculo An ergo cognitus, C.de mulier.& in quo loc.libro 10.quem ſequitur, Dec.in l. feminæ, numero 23. verſiculo decimo, non poteſt, ff. de regul.iur.

3 Vnde ſequitur mulieres iſtius officij, ſeu menſæ eſſe omnino incapaces, vt eſt tex.in verbis in l. feminæ, ff. de reg. iur. Vbi quod feminæ remotæ ſunt ab omnibus officijs ciuilibus, & publicis, & not. Dec.ibid.numero ſecundo cum pluribus ſequent.Petr.Fabr.ibid.poſt princ. verſiculo deinde officia publica,Mainer.numero 19. & ſequen. Vbi idem dicit, nedum quando officium eſt publicum authoritate,ſed etiam quando eſt publicum authoritate,vtilitate tamen priuatum,& regulariter etiam,quando eſt priuatum authoritate,& vtilitate,ad idem eſt tex. in l prima in princ. Vbi quod ciuilia officia feminis adempta ſunt,& in l.ſecunda in princ. ff.ad Vellei.l.prima,§.ſexum,ff de poſtul. Caldaſ.de iur.emphit.libro tertio,capitulo 15.numero 21.in fi. Celſus Vgo conſilio 16.nnmero 19.Siluan.conſilio primo, numero 8.& 9.

Et præcipue propter dictam exactionem Gabellæ,quod mulieres ſint illius incapaces dicunt Luc. de Penn. & Dec.loc. præcit. Alberic.in l. adeo alias ideo, numero ſecundo,ff.pro ſoc. Vbi quod mulieres non ſuccedunt in conductione vectigalium,cum non ſint idoneæ ad tales conductiones,& quod ita fuit iudicatum Parmæ, cuius dictum ſequitur Martin.Lauden.de fiſco,quæſtione 190. Peregr. de iur.fiſc.libro ſexto,titul.5. numero 10 & bene ad propoſitum Ioann. Goeddeus conſilio 24.numero 94.inter conſilio Academiæ Malpurgi.

4 Quantum verò attinet ad mentem concedentis clara colligitur ex lectura ipſius conceſſionis,ex ea enim apparet Papam contemplatum fuiſſe Valerium exercuiſſe,& Iacobum tunc exercere,filioſque, & ſucceſſores eſſe exercituros in prohem. ibi tenueritis,& exercueritis, &c.& inferius tenen.& exercendi,& ibi prout tu tenes,& exerces,&c.nec non ibi,pro veſtris laboribus mercede,& inferius ibi, hæc cura nulli melius quã tibi,& etiam ibi hactenus probe,& aſſidue geſſiſtis, & inferius, tenendi,& exercen.ac etiam ibi, vt idem negotium exercere, & per conſequens cum contemplatus fuerit exercitium,tam in illis, qui iam antea retinuerant hanc menſam,quam in eis,quibus concedebatur,non cenſetur in hac conceſſione voluiſſe compræhendere feminas, quibus nec exercitium propter honeſtatem, nec habilitas propter immaturitatem iuditij conuenit.vt tradit Luc.de Penn. in l.vnica,ſub numero tertio,C.de mul.et in quo loc.libro 10.Dec.in dicta l.feminæ,numero 121.ff.de regul.iur. Caſtr. conſilio 166. numero ſecundo,verſiculo videtur etiam libro primo.

Quod

Quod multo magis dicẽdũ eſt propter dictam exactionem Gabellæ Cam. Apoſtolicæ debitam, quam non eſt aliquo modo ueriſimile, Summum Pontificem uoluiſſe fęminis cõcedere, cũ hoc ſit munus mere perſonale, ut inquit Luc. de Pẽ. ubi ſupra, uerſ. itẽ quia ſexus, & maxime, quia ſimilia officia, Rom. Curiæ ſpectantia ad Cameram fęminis concedi non ſolent, quod ad iſtum effectum multum attenditur, vt in ſimilibus officijs dicit Caſtr conſ. 166. nu. 2. verſ. videtur etiam lib. 1. Peregr. de iur. fiſc. l. 1. tit. 2. n. 102. in fin.

5 Idq; comprobatur ex aliis verbis ibi per te, & ſucceſsores prædictos, ſeu alium virũ, ponderando verbũ aliũ, quod cũ re petat qualitatẽ, & ſimilitudinem in ſubſtantia Felin. in c. ſede. n. 6. verſ. dictio alius de reſcript. Alex. conſ. 1. n. 10. lib. 4. Anchar. conſ. 361. nu. 5. & bene ad propoſitum. Soc. Sen. conſ. 300. col. 3. verſ. 3. principaliter, lib. 2. Honded. conſ. 7. nu. 31. & conſ. 8. nu. 52. poſt med. verſ. & dictio illa alij lib. 2. Surd. conſ. 21. nu. 13 & 14. lib. 1. dicendum eſt Papam intellexiſſe etiam principalem debere eſſe virũ, cuius appellatione non veniunt fæminæ. Iaſ. in l. ſi quis id quod. n. 20. ff. de iuriſd. omn. iud. Dec. in d. l. fæminæ. nu. 97. verſ. & idem. ff. de reg. iur. Silua. conſ. 1. n. 8. Vbi quod verbum vir eſt formaliter mulieris excluſiuum.

Pro quo etiam fuit conſideratum, quod Valerius execuerat, & Iacobus gẽtilis quodam munere probè, & aſſiduè gerebat iſtam menſam de tempore conceſſionis, vt in eadem conceſsione dicitur. ex quo colligitur Leonem; nihil aliud facere voluiſſe, quam mediante priuilegio continuare eandem menſam in eiſdem de Frangipanibus, & eorum ſucceſſoribus priuatiuè quoad alios, quę voluntas continuandi ſimiliter colligitur ex illis verbis, ibi, ipſius menſæ vſus firmus, & ſtabilis permanebit, & ex hoc contrahentium huiuſmodi commoditas conſeruabitur &c. Iſta aũt cõtinuatio debet cenſeri facta in eodem ſtatu, in quo exiſtebat de tempore conceſſionis l. ſed & ſi manente ff. de precar. l. labeo la 2. §. hæc aũt ff. de arbit. Bart. in l. 1. §. & poſt operis. n. 5. verſ. ſed ſi in bannum. ff. de nou. oper. nunc. & ſic pro maſculis tantũ, prout erãt Valerius, & Iacobus, qui eam tenuerant, & exercuerant.

Non obſtat, quod Leo in ipſa conceſſione dederit facultatem exercen. per alium, & per conſequens dicendum ſit fęminas eſſe capaces tituli, licet non ſint capaces exercitij, quod poſſunt per aliũ facere, vt in Argentaria tradunt Doct. in l. 1. C. de eden. quia quicquid ſit de veritate huius opinionis, vt patet ex trad. per Dec. ibid. n. 12. verſ. non obſtat quod ſeruus, cum alijs adductis pro Camera; obiectum in caſu iſto videtur ceſſare ex lectura ipſius conceſsionis, in qua Papa non concedit aliquem titulum diſtinctum ab exercitio ſed ius, & facultatem tenendi, & exercendi dictam menſam per ſe ipſos, vel per alium virum integrum, & fidelẽ, & ideo ſi fęminę nõ ſunt capaces tenen. & exercendi hanc menſam per ſe ipſas, vt ſupra dictum eſt, ſatis patet eas eſſe incapaces huius conceſsionis, cum in omnem euentum ſaltim habitu deberẽt habere poſsibilitatem illam exercendi dum Papa conſiderauit, quod actu poſſint. Bald. in prohem. ff. num. 6. verſ. circa hoc membrum.

Pro quo etiam faciunt illa verba conceſsionis ibi per te, ac filios, & ſucceſſores prædictos, ſeu alium virum &c. quem tu, & illi reſpectiue duxeritis deputandum &c. ex quibus patet, quod facultas inſeruien. per alium eſt conceſſa tantum illis. quibus ſupra conceſſa erat poſsibilitas exercen. per ſe ipſos, ponderan. verbum illi, quod tanquam relatiuum operatur ſpecialem relationem ad ſupra expreſſos. Bald. in l. fi. n. 4. C. de impub. & alijs ſub. quod etiã ſuadetur ex alijs verbis, ſeu alium virum &c. ſupra ponderatis, quæ oſtendunt etiam principalem, cui dicta facultas reperitur conceſſa debere eſſe virum, cuius appellatione non veniunt fęminę ex Iaſ. Dec. & alijs ſupra alleg.

Vlterius fuit conſideratum, quod maſculi licet exerceant per alium tamen miniſterio melius aſsiſtunt, etiam pro vtilitate publica, quam fęminę, pręſertim cum alius uir deputandus debeat eſſe integer, & fidelis, ut dicitur in ipſa conceſſione, pro qua electione, requiritur habilitas

bilitas etiam in ipſo eligente, unde tanto minus eſt dicendum Papam uoluiſſe con cedere dictam facultatem inſeruien. per alium feminis, in quibus aliqua habilitas non reperitur propter immaturitatem iuditij ex Deci. in dicta l. feminæ, numero 121. ff. de regul. iur. cum alijs ſupra allegatis.

6 Et ex bis patet reſponſio ad ſimile adductum de feudo, cuius feminę ſunt capaces, quando eſt data facultas inſeruiendū per alium, Card. Mant. de tac. & ambig. conuen. libro 23. titul. 15. numero 40. quia illa concluſio non habet locum, quando in conceſſione fuit electa induſtria perſonæ maſculi prout fuit electa in caſu iſto, ut ſupra probatum eſt, & ita declarat idē Mant. ibidem, & bene Ruin. conſilio 18. numero 17. & conſilio 24. numero ſeptimo, libro primo, & ceſſat difficultas, quia ex prædictis conſtat, quod dicta facultas inſeruien. per alium eſt conceſſa ipſis maſculis, qui poterant per ſe ipſos, & conſequenter ex iſta facultate deputandi non poſſunt iuuari feminæ, ex Ruin. ſupra allegat.

7 Nec in contrarium uiſum fuit obſtare uerba illa conceſſionis pro feminis ponderata, nempe filijs hæredibus, & ſucceſſoribus de tuo corpore deſcenden. quia quo ad uerbum filijs, licet eorum appellatione per extenſionem, non autem ex propria uerbi ſignificatione ueniant feminæ, ut dicunt Doctor. communiter relati, per Gabr. de uerb. ſign. concluſione ſexta, nu

8 mero 39. Tamen cum ex prædictis conſtet nos uerſari in materia differenti, tam ex natura rei, quam ex mente concedentis, ſub nomine filiorum non ueniunt feminæ Bar. in l. prima, numero primo, verſiculo aut de mente non conſtat, ff. de verb. ſignif. Baldus in l. ſeruus, verſiculo ſimile dicimus, C. communia, de ſucceſſ. & in l. in multis, numero ſecundo, ff. de ſtat. homic. Salic. in l. quicumque, numero primo verſiculo tamen latius, C. de ſeru. fug. Immo, in l. ſi ita ſit ſcriptum, nnmero ſecundo, ver. in glo. & ſequen. ff. de leg. 2. Cardin. in Clem. 1. numero ſeptimo poſt medium, verſiculo aliquando de mente non conſtat, de elect. Iaſ. in l. ſi quis id quod, numero 11. ff. de iuriſd. omn. iud. Corn. conſilio 224. numero quinto, verſiculo & ſimiliter maſculinum, libro ſecundo, Siluan. dicto conſilio primo, numero 12. & ſequen. & eſt communis, & indubitata concluſio, Tiraquell. de retract. lignag. §. pri-

9 mo, gloſ. 9. num. 197. & in ſpecie, quod in confeſſione officiorum ſub nomine filiorum non veniant feminæ, Bald. in capitulo ad audientiam, il primo, numero 12. ver ſiculo ſane in officijs, de reſcript. Dec. in dict. l. feminę, numero 121. ff. de regul. iur. Iaſ. in dicta l. ſi quis id quod numero 14. limit. 4. & in l. tres fratres, num. 14. limit. 8. ff. de pact. Tiraquell. de leg. connub. in l. 1. gloſ. 1. par. 1. num. 82. Gabr. de verb. ſignif. concl. 6. num. 61. verſic. 4. infertur. Caldaſ. de iur. emphit. lib. 3. cap. 15. num. 21. in fin. Celſus Vgo. conſil. 16. num. 19. Pereg. conſilio octauo, num. 16. lib. 5. Vltra quod ad huiuſmodi effectum non requiritur, quod feminæ ſint omnino incapaces, ſed ſufficit, quod materia magis conueniat maſculis, quam feminis, Guid. Pap. ſing. 522. Silu. dict. conſil. 1. num. 12. ad fin. ver. imo fortius, & ſeq. Gabriel. vbi ſupra nu. 56.

10 Quo vero ad alia verba hæredibus, & ſucceſſoribus de tuo corpore deſcendentibus. & ſi dicantur magis communia, tamen fuit reſponſum, quod in materia differenti, nec etiam ſub dictis nominibus veniunt feminæ, capitulo primo, §. & ſi clientulus, de alienat. feud. cap. 1. §. perfecto de leg. Corrad. cap. 1. §. hoc autem, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. filia, de feud. ſucceſſ. & dicunt Bald. in l. quoties, numero 3. C. de ſuis, & legit. hær. Aluarot. in capitulo 1. §. fin. num. 1. verſ. ibi hæredibus ſcilicet filijs maſculis, & num. ſequen. ſi de feud. fuer. controuer. Caſtr. in l. maritum, numero 7. verſiculo, & prædicta vera, ff. ſol. matr. Pariſ. conſil. 72. num. 6. & 7. & 33. uerſiculo adhuc etiam lib. 4. Rol. conſ. 71. nu. 39. libro 2. Zaſ. de feud. par. 8. num. 36. Gabr. d. concluſ. 6. num. 40. uerſ. limita, Surd. de cil. 95. num. 4. uerſ. hinc dicimus, Card. Mant. de tacit. & ambig. con. libro 23. tit. 14. in princ. & num. 12. & ſequen. qui Doctores, licet loquantur in feudo, tamen optime applicantur ad iſtam materiam differentem, cum non poſſit dari diuerſitatis ratio, Caſtr. conſ. 166. num. 2. uſque ad fin. lib. 1. & generaliter in qualibet materia differenti loquitur, Natta conſ. 676.

num.

num.9.lib.4.Celſus Vgo d.conſ.16.nu. 19.& 20.Vbi dicit hanc concluſionem eſſe marmoream.

11 Prætetea placuit Dominis alia reſponſio, quod verum hæredibus intelligatur coniunctiue cum verbo filijs etiam quod adeſſet copula, &, ſecundum cõmunem ſententiam de qua Couar. var. reſol.lib.2.c.18.n.3. Pariſ.conſ.48.n.10. lib.4.& dixit Rota in cauſa Ceruien. Bonorum 14.Februarij 1583.coram Card. Seraphino, quod maximè procedit cum verbo, hæredibus, ſit poſitum abſq;copula, quo caſu magis qualificatur ex verbo filijs, Itaut diſpoſitio abſq; dubio ſit intelligen.de filijs maſculis hæredibus. Pinell.in l.1.par.3.nu.90.verſ.inde etiam infertur.C.de bon.mater.fuit dictum coram me in cauſa Romana Emphiteuſis 28.Nouembris 1603.& propterea cum verbum commune hæredibus appoſitũ filijs intelligatur de maſculis, ita debet intelligi verbum ſucceſſoribus deſcendẽtibus ex quo vocantur cæteri, cum ſit appoſitum in eadem oratione.Bart.in l. ſeiæ.§.Caio.n.3.& 5.ff.de fund.inſtr.& in l.prætor.la 2.§.eritq;differentia,in princ. verſ.quandoq; lex.ff.vi bo. rapt.& hanc eſſe veriorem, & communem opinionem dicit Franc.Aret.conſ.1.n.12.maximè quia ſi aliter diceretur reſultaret abſurdum, quod deſcendentes fęminę ex filijs Iacobi eſſent melioris conditionis, quam propriæ filiæ, vt conſiderat Iaſ.in l. tres fratres.num.8.in fin.verſ. certe appellatione nepotum, vbi optime ad propoſitum.ff.de pact. Rimin.ſen.conſ.179.n.4. & ſeq.lib.1.cuius dictum in hac materia differenti abſq;dubio probari põt,dum tenet ſimpliciter, quod verbum, filijs, declarat verbum commune hæredibus, & ſucceſſoribus, prout idẽ voluerunt Curt. Iun.in conſ.319.alias 321.nu.24.& ſeq. Cephal.conſ.11.n.15.& 22.Hier. Magõ. deciſ.Luc.7.nu.26.cum ſeq. Capic. de inueſt.feudi in tit.feud.clauſulæ, col. 6. verſ. quod autem pag. mihi 95. Gabr. conſ.69.nu.9.& 10.lib.2.Menoch.conſ. 585.nu.1.& ſeq.lib.6.

12 Minus etiam facit,quod in emphiteuſi conceſſa pro filijs, & hæredibus veniant fæminæ ſaltim ſub nomine hæredum ex alleg.per Surd.conſ.140.num.22.& eſt deciſ.bon.me Iuſti, in cauſa Bononien. deuolutionis 14. Ianuarij 1602. Nam fuit reſponſum, quod iſti Doct. loquuntur retenta opinione Bartoli in l. gallus. §.& ſi parente ff. de lib.& poſth. quod dicta verba,pro filijs, & hæredibus,ſtent diſiunctiue, quæ opinio cum ſit communiter reprobata, vt ſupradictum eſt, viſum fuit eſſe admitten. contrariam opinionem,quod ſcilicet verbum hæredibus qualificetur ex verbo filijs,vt deciditur in allegata deciſione bo.me.Card.Seraphini in cauſa Ceruien.bonorum, in qua articulus fuit ex profeſſo examinatus,& ponderatur,quod aliqui ex ſupradictis doctoribus loquuntur in conceſſione facta pro ſe,& hæredibus,& ſic in diuerſis terminis & vtcumque ſit loquuntur in materia indifferenti,ſcilicet in emphiteuſi, cuius ſiue ſit Eccleſiæ,ſiue priuati mulieres capaces ſunt,vt eſt communis opinio de qua Berous in c.in præſentia, numero 401.& ſeq.de probat.Clar.in §.emphit.quæſtione 32.numero primo, & ſecundo, Surd. deciſ.95.nu.14.& quamuis Alex.conſil. 160.lib.2.Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.2.numero 102,& Surd.d.conſil. 140.loquantur in alijs conceſſionibus,tamen,vt patet ex eorum lectura fundantur in opinione aliorum ſupra allegatorum doct.Sed quicquid dicendum ſit in illis caſibus,non loquuntur in materia differenti, nec quando repugnat mens concedentis prout in caſu iſto,vt patet ex prædictis.

13 Nõ obſtant Verba Prohemij poſteris,familię,& perſonæ quia vltra quod in materia differenti ſub illis non cõpręhẽduntur feminæ.Tiraquell.de retract.lignag.§.primo, gloſſ.9. numero 242.& 243.nomen autem familiæ interpretandum eſt ſecundum ſubiectam materiam,Rebuff.in l.familiæ.196.columna ſecunda, verſ.verum,ff.de verb. ſignif. In diſpoſitiua.Leo declarauit de qua perſona, familia, & poſteris intellexerit,quæ eſt attendenda, Bart.in l.Aurelio.§.ſticho. ff. de lib. leg. Dec.conſ.28.n.3.& tenuit Rota in cauſa Pacten.penſionis 25.Octobris.1593.coram bo.me.Card.Pamphilio.

Quę omnia eo magis procedere debent,quia non agitur de benefitio vel alia conceſſione fauorabili, ſed de priuilegio, vt expreſsè legitur in ipſa conceſſione

ſione,ibi ſpeciali priuilegio,&c.Dec.con-
ſil.32.n.3.verſ.non obſtant ergo allegata
Natt.conſ.49.n.14.eoq;odioſo, & præiu
ditiali,ſaltem reſpectu aliorum, qui ſimi-
les menſas retinere potuiſſent, ac etiam
piſces vendentium, & ementium, quia ſi
adeſſent plures mēſæ inuenirētur,qui pro
viliori pretio præſtarent operas,& propte
rea ſtricta facienda eſt interpretatio, In-
noc.in capitulo quod dilecto.de conſan-
guin.& affin.& ibi cæteri ſcriben.præter-
tim.Alex.de Neuo.nu.5.verſ. ſecunda ſo
lutio.Din.in c.quæ a iure communi, n.3.
& 4.de reg.iur.in 6.Nam etſi iſte officia-
lis videatur ſimilis officialibus,de quibus
in l.1.ff.de nundin.& ſimilis argentarijs,
tamen ille tex.non eſt reſtrictus ad vnum
officialem,& Argentarij erant plures, vt
in l.qui tabernas,ff.de contrah. empt.gl.
in l.quædam,§.numularios,in ver. decur
ritur,ff.de eden.Ronchegall.in l.eandem
in princ.n.194.verſ.arbitror tamen,ff.de
duob.reis.

Ex quibus etiam reſpondetur ad illud,
14 quod beneficium ſit late interpretandū,
quia vltra quod non verſamur in benefi-
cio,vt dictum eſt,interpretatio debet eſſe
talis, quę non augeat conceſſionem, vt
compræhendat illos, qui in ea non ſunt
compræhenſi,& ſic, quod in iſta materia
differenti compræhendat fæminas.Dec.
conſ.223.in fin.vbi eleganter. Hinc vi-
demus, quod licet feudum ſit beneſi-
cium. Natt.conſ.159.nu.10. attamen in
eo ſub nomine filiorū hæredum,& ſucceſ
ſorum non veniunt fæminæ,vt ſupra pro
batum eſt,& quamuis in aliquibus caſi-
bus veniant,hic tamen non datur caſus,
vt fæminæ compræhendantur, vt pariter
abunde ſupra probatum eſt.

Et ita etiam ceſſat alia prætenſio,quod
15 ſaltim filij maſculi ex fæminis cenſeantur
in dicta conceſſione cōprehenſi, quia cū
ex prædictis conſtet fæminas eſſe omnino
excluſas,ita remanent excluſi earum filij,
l.ſi viua matre, cum ibi not. C. de bon.
mat.Ruin.conſ.18.n.5.li.3.Crem.ſing.21
& ibi add.Tiraq.qui innumeros citat.de
primog.q.12.n.16.& q.13.n.6.Quæ con
cluſio in præſenti caſu viſa fuit Dominis
abſq;dubio procedere, tū quia conceſſio
Leonis fuit facta intuitu,& fauore familię
de Frangipanibus,& ideo non poſſunt di
ci comprehenſi maſculi ex fæminis, qui
ſunt de aliena familia. Ruin. d. conſ. 18.
nu.5.ante med.verſ.vel vltra eum. lib. 3.
Mandel.conſ.86. ſub.n. 4.lib. 1. alias. n.
tranſiret ad plures familias.contra.volun
tatem concedentis, qui vni tantum fami-
liæ concedere voluit, vt legitur in pro-
hem.ibi ſi alicui certæ familiæ &c. quod
non eſt dicēdū ad tex.in l.4.§.toties,ff.de
damn.infect.& conſiderat,Grat conſ.120
n.16.verſ.5.conſidero li.2.Tū quia verſa
mur in priuilegio, in quo maſculus ex fæ-
mina appellatione deſcendentium,vel hæ
redum maſculorum non venit Atex.conſ.
56.n.5.in princ.lib.1. præſertim in priui-
legio odioſo,&tertio præiuditiali,Dec.cō
ſil.123.nu.4.ante med.verſ. Item fallit, &
probatur ex tex.in l. 1.ff.de iur. immun.
Berous conſ.96.n.13.lib.1.Io.de Imol.cōſ.
62.incipit poſt exhibitū,ſub n.5.ver.Item
fallit.& n.6.Vinc.de Franc.dec.207.n.6.

Et pró huiuſmodi interpretatione mul
tum faciunt Breuia Sixti V.& S. D. N.in
quibus non ſolum habetur,quod conceſ-
ſio Leonis eſt pro maſculis,ſed vlterius in
illo S.D.N.ipſi de Frangipanibus narra-
runt,quod per deficientiam eorum lineæ
maſculinę iſta menſa erat deuoluenda ad
Cameram Apoſtolicam,quod bene deſer
uire poteſt pro declaratione,etiā,vbi ver-
ba eſſent dubia,Dec. conſ.193.ſub nu. 6.
verſ.& hoc multum confirmatur,Par.cōſ.
23.n.24.in fi.li.1.Menoch.qui alios citat.
conſ.191.n.48.lib.2.& eſt Deci.Card Se
raph.193.n.5.& iſta Breuia fuerunt etiam
acceptata per illos de Frangipanibus,tum
per regiſtrationem in Camera pro eorum
parte facta,Felin.in c.cum venerabilis, n.
22.& Dec.nu.22.alias 90.de except.tum
per illorum vſum, iuxta tradita per Dec.
in l.ſemper qui non prohibet.n.8. & ſeq.
ff.de reg.iur.

Tandē non releuat litteras Leonis fuiſ
ſe cōceſſas Motu proprio,& propterea eſ-
ſe intelligendas prout iacent, vt poſt alios
dicit Surd.conſ.140.n.59. & ſeq. quia e-
tiamſi eſſent intelligendæ prout iacent, ni
hilominus ſub dicto verbo filijs iūctis alijs
verbis communibus non venirent fæminę,
nec deſcendentes ex eis, cum materia ſit
differens,vt dictum eſt,nam in iſtis conceſ
ſionibus ſemper eſt videndū, an materia
ſit differēs,vel indifferēs, vt dicit Tiraqu.

de retract.lignag.§.1.gloſ.9.n.237. Vbi quod hic eſt cardo totius iſtius materiæ prout etiam præcipue attenditur veriſimilis mens concedentis, Bart.in l.1.nu.1, verſ.aut ſub nomine appellatiuo, ff.de verb.ſig.Imol.in l.ſi ita ſit ſcriptum, n.3, poſt medium, alias ſub n.8.verſ. ſi autem conſtaret de mente, ff.de leg. 2. Card. in Clemen.1.n.7.circa med. verſ. ſi autem, de elect. Vnde cum ex prædictis appareat, tam ipſum Leonem concedentem; quam Pontifices ſucceſſores, & ipſos de Frangipanibus cenſuiſſe ſolum de Maſculis familiæ de Frangipanibus ceſſat omnis controuerſia, l.continuus, ff. de verb. obligat.cum vulga.

R. P. D. VBALDO.

ROMANA PARTICIPATIONIS.
Lunæ 30. Iunij 1614.

Cadit par.1.fol.720.ſub num. 280.

SVMMARIVM.

1 *Societas morte vnius ſocij finitur.*
2 *Locationis, & conductionis contractus ad heredes tranſit.*
3 *Subconductor in admiſſione requirit conſenſum Domini, vt talis fiat.*
4 *Promiſſio faciendi participem conueniunt ſocietati.*
5 *Societas contrahi poteſt ſuper habitu conductionis licet non participet ſocius de iure conductionis.*
6 *Præcedentia expreſſa, & determinata determinant ſubſequentia.*
7 *Verba dubia interpretantur contra eum qui in illis ſe fundat ad acquirendum.*
8 *Conductio quando ad heredes tranſeat.*
9 *Conductio vectigalium in ſocietate quando tranſeat ad heredes.*
10 *Societate finita per mortem, quæ littera in heredem tranſeant*
11 *Societas ad heredes, quando ſtante iuramento tranſeat*
12 *Verba dal principio fine alla fine in ſocietate quomodo intelligantur.*

CONduxerant bon. mem. Philippus Guicciardinus, & D. Septimius Olgiatus a Reuer. Camera Apoſtolica ad nouem annos finiendos die vltima Augusti 1612. Dohanas vrbis pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & perſonis ab illis nominandis, præcedentibus tamen inter ipſos conductores multis pactis, & conuentionibus, prout in duabus apochis deſuper confectis latius continetur. Poſt aliquot menſes Guicciardinus inſerto tenore dictarum duarum apocharum declarauit ſe facere participem pro vno ſolido ex duodecim, quæ ad eum ſpectabant Illuſtriſſimum, D.Io.Petrum Caffarellum, qui acceptauit, cum omnibus capitulis contentis in dictis apochis, & a principio vſque ad finem appaltus, ad omne bonum, & malum commodum, & incommodum pro rata dicti ſolidi: Mortuo Guicciardino ante finem affictus, D.Caffarellus prætendebat virtute dictæ participationis concurrere in omnibus lucris ſecutis vſque ad finem conductionis etiam poſt mortem Philippi, & introducta cauſa in Rota; dubitaui, An Mandatum eſſet exequendum, vel potius de nouo relaxandum, & pro qua ſumma; Et quo ad primam partem dubij D. Caffarellus ei ſponte cedebat. Quo ad ſecundam vero partem, An mandatum eſſet relaxandum, tota difficultas videbatur in eo conſiſtere, An ex conceſſione participationis vnius ſolidi fuerit contracta ſocietas inter Guicciardinũ, & Caffarellum in lucro prouentente tantum, vel etiam fuerit ſibi quæſitum ius in conductione Gabbellarum vrbis, facta a Guicciardi-
1 no & Olgiato, vt ſupra, cum ſi fuit contracta ſimplex ſocietas inter Guicciardinum, & Dominum Caffarellum, non 1
poſſet Caffarellus prætendere lucra poſt mortem Guicciardini obuenta, cum ſocietas per mortem vnius ex ſocijs finiatur, l. quarta, §. primo, l.Actione §. Morte, l.Adeo l. ſocium, l. ſi fratres, §. Idem reſpondit 1.ff.pro ſoc. vbi gloſſ.reddit rationem quam late poſt alios proſequitur Honded.conſilio 44. numero 82. & ſequent, libro ſecundo, Cardin. Mantic, de tac.& ambig.libro ſexto, titulo vigeſimo quarto, numero 15. & 16. ſi
2 vero fuit admiſſus in conductorem
Do-

Dohanæ,conductio vtique durauit vſq;
ad finem appaltus,tum propter pactu n
cum Camera initum , quod tranſiret ad
hæredes,tum ex natura contractus loca-
tionis,& conductionis,quæ eſt,vt ſit tran
ſitorius ad hæredes,l.viam,C.locat.§. ſi.
inſtit.eo.tit.& Domini ſentiebant.D.Caf
farellum fuiſse tantum admiſsum tan-
quam ſocium Guicciardini ad participa-
tionem illius ſolidi ſibi ceſſi,non autem
nominatum ad conductionem Dohanæ
3 mouebantur primo.Quia ad hoc,vt eſset
conductor,requirebatur, vt eſset admiſ-
ſus cum conſenſu,&participatione Came
ræ,vt in indiuiduo dicit Rota Ianuen.de-
ciſione 14.num.48.& § verſ.Nec obſtat
& numero 56.in fin. verſiculo niſi forte,
& numero 129. verſiculo nomina-
tio tanq;Ruin.conſ.90.nu.9.lib.1. facit
deciſio Pedem.76.n.8. & fuit conſidera-
tum in Rom. participationis 31. Ianuarij
1583.coram Bubalo.

Nec obſtat, quod conductores ſtipula
ti ſint pro ſe , & perſonis nominandis,
Quia nihilominus dicta nominatio de-
bebat fieri in Camera,ad effectum,vt no-
minatus acquireret ius conductoris , nec
ſufficiebat ſolius conductoris conſenſus,
vt dicitur in dicta deciſione coram Bu-
balo circa finem,verſ.nec dicitur vltra
quod tollitur obiectum ex alijs de qui-
bus infra.

4 Secundo mouebatur ex verbis appo-
ce inter Guicciardinum, & D. Caffarellū
quibus dixit eum facere participem, quę
verba conueniunt ſocietati,gloſ.in l.cum
in ſocietatis in verbo participaſſe, C. pro
ſoc.Iaſ.cōſ.33.lib.3.Rota Ianuen.dec.46.
n.1.& alias longe differunt,fieri participē
& coappaltatorem, Rota Ianuen. d.dec.
14.n.55.verſ.nec obſtat ſi dicatur,item
illa verba,A commodo,& incommodo,a
bene,& male,maxime conueniunt ſocie-
tati,l.ſi non fuerint,ff pro ſoc.§. illud.in-
ſtit.eo.tit.& dicta verba fuerunt in termi
nis conſiderata in dicta Romana Partici-
pationis 31.Ianuarij 1583.

Tertio Mouebantur, quia in capitulis 5
initis occaſione conductionis Dohanæ
videtur diſting ii ceſſio ſolidorū per viā
nominationis,ſeu conceſſionis participa-
tionis,& ceſſio iuris cōductionis,& de pri
ma agitur in c. 1. appocę primæ inite in-
ter Guiciardinū,&Olgiatū,in qua expreſ
ſe cauetur Che ſe da vno di detti Signori
apaltatori principali ſarà nominato alcu-
no in tutto,ò in part'alla ſua rata,ò ad al
cuno dato participatione.tal nominato,e
partecipe nō poſſa ingerirſi, nè hauere,
nè pretēdere voce attiua , nè paſſiua nel
negotio &c.De 2.verò tractatur in c. 11.
incipit, Volendo alcuno di detti cōpagni
cedere, & transferire in altri la ſua parte
di dette doane , in tal caſo ſia tenuto ri-
cercar l'altro cōpagno, acciò;che volēdo
lui tal participatione,ſia præferito,& vn-
de cū Guicciardinus in hac conceſſione
ſolidi facta D. Caffarello non requiſierit
D.Olgiatum, vt facere tenebatur , ſi vo-
luiſſet cedere pro illa rata ius cōductio-
nis,dicendum eſt , voluiſſe eum tantum
facere participem lucrorum , & ſic nos
verſari in terminis primi capituli,cùm vo
luntatem metiamur ex poteſtate, vulga-
tis iuribus , vltrà quod idem declarauit
obſeruentia ſubſecuta , Quia reuera D.
Caffarellus numquā ſe ingeſſit , nec ha-
buit in negotio vocem actiuam, & paſſi-
uā , neque à quoque fuit recognitus pro
conductore , vt conſiderat Rota Ianuen.
dicta deciſ.14.num.50.verſ.3.cum ſolus.

Ex quibus Domini concludebant D.
Caffarellum fuiſſe tamquā ſocium aſſum-
ptum ad participationem lucrorum pro
rata illius ſolidi, & conſequenter mortuo
Philippo ante finitam conductionē,fuiſſe
extinctam ſocietatem, & ideo non poſſe
relaxari Mandatum pro aliqua ſumma
pro lucris ſecutis poſt mortem Philippi.

Neque obſtare dixerunt,quod condu-
ctio fuerit facta pro Septimio, & Philip-
po,& perſonis nominandis ab eis, & ideo
D.Io.Petrus nominatus a Philippo vide-
batur Cōductor,vel Cōſors in conductio
ne,quia vltra ſupradicta obiectum ceſſat
ex diſtinctione ceſſionum de qua proxi-
me dictum eſt,Procederet enim ſi D.Caf
farellus fuiſſet nominatus ad ius Doha-
næ,non autem vbi fuit nominatus ad par
ticipationem lucri dohanæ,vt in hoc ca-
ſu videtur factum ex ſupra deductis , &
alias bene poteſt contrahi ſocietas ſuper
lucris conductionis licet ſocius lucrorum
non participet de iure conductionis; vt
declarat Dec.in l.ſi paſcenda n. 13. ver-
ſiculo Sed hæres principalis , C. de pact.

quem ſecuta eſt Rota in 2. deciſ. coram Bubalo in illa Romana participationis verſ. quinimmo 9. Maij 1583.

Nec ſocietati, vt ſupra firmatæ repugnare videbantur verba ceſſionis factæ D. Caffarello, Et per detto ſoldo entra in mio luogo, & gli cedo ogni ragione, &c. Quia fuit reſponſum, quod cum verba præcedentia diſpoſitiua, ibi, dichiaro, & ſo partecipe, importent tantum aſſumptionẽ in ſocium, non autem translationem iuris conductionis ex ſupra dictis, vtique verba ſubſequentia, quamuis generalia ſunt intelligenda, & reſtringenda ad concernẽ
6 tia participationem, cuius erat ſupra facta conceſſio, non autem poſſunt referri ad ius conductionis, in tali conceſſione non comprehenſum; præcedentia enim expreſſa, & terminata determinant ſequentia generalia, & obſcura, l. ſi cũ fundum, ff. de verb. ſign. cum alijs per Pariſ. conſ. 66. n. 45. lib. 3. facit regula, l. Si de certa, vbi Bart. & Doct. præſertim Iaſ. n. 2 & ſeqq. C. de tranſ. bene faciunt notata
7 per Pariſ. cõſ. 3. n. 40. & ſeq. lib. 3. Et quãdo dicta verba eſſent dubia, debent interpretari contra eum, qui in ijs ſe fundat ad acquirendum ſibi, l. ſtipulatio iſta §. in ſtipulationibus, ff. de verb. oblig. fuit dictum in dicta Romana participationis, verſ. quinimmo 6. Maij 1583.

8 Nec refragatur, quod in capitulis inter Philippum, & Olgiatum fuerit conuentum expreſſe, vt hæc communio tranſeat ad hæredes, & conceſſio participationis facta Domino Caffarello habeat expreſſam relationem ad dicta capitula, Quia quo ad principales conductores bene procedit illa conuentio, cum locatio ſit de ſui natura trãſitoria ad hæredes, vt ſupra dixi, & contractus ſocietatis ſit quoad ipſos implicatus cum conductione, ideo ſuſtinetur illud pactum inter ſocios, quamuis alias non valeret, l. Adeo in principio l. Nemo, ff. pro ſoc. & fuit dictum in cauſa Ferrarien. Pecuniaria 19. Ianuarij 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, Secus autem eſt, quoad D. Caffarellũ, qui ab initio non conduxit, ſed fuit ab vno ex conductoribus aſſumptus in ſocium, & participem, vt fuit conſideratum in dicta Romana participationis 9. Maij coram Bubalo, verſiculo non obſtat tex. &c. Ideoq; relatio non poteſt fieri reſpectu pacti, quod trã.eat ad hæredes, quod repugnat ſocietati, ſed potius ad oſtendendum ſuper quo erat contracta ſocietas, vcʒ, ſuper dohannis iam conductis, & vt declaretur, illam haberi pro contracta a die conductionis, vt in ſimili declarat Ruin. conſ. 90. nu. 10. verſ. nec obſtat, & verſ. præterea, lib. 1. Vltra quod in appaltu conductio aderant, & pacta concernentia caſum, in quo per aliquem ex conductoribus fuiſſet ceſſa ſola participatio, vt ſupra dictum eſt, vnde cum Guicciardinus, ceſſit iſtam participationem, cum pactis de quibus in capitulis appaltus, non inconuenit, quod intellexerit de pactis concernentibus ſolam participationem cui non conuenit illud pactum, vt tranſeat ad hæredes.

9 Non obſtat, quod in conductione vectigalium ſocietas tranſeat ad hæredes ex allegatis, Quia hoc poteſt procedere reſpectu Philippi, & Olgiati, qui ſimul conduxerunt, non autem reſpectu D. Caffarelli, qui poſtea fuit aſſumptus a ſolo Philippo in participem, & reſpectu aſſumptionis in ſocium poſt conductionem nõ adeſſe ſocietatem vectigalium, quæ tranſeat ad hæredes, tradit Ruin. dict. conſil. 90. n. 11. lib. 1. poſt gloſſ. in dicta l. Adeo ponentem inter alia requiſita, quod plures conducant, ſequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 24. n. 27. Moder. diſcept. forenſ. cap. 276. num. 29. & ſenſit Bald. in dicta l. Adeo in fi. ff. pro ſoc. & requiſita illius gloſſæ fuerunt canonizata in dicta cauſa Ferrarien. Pecunia coram D. meo Pirruano vbi de communi.

10 Non obſtat, quod licet ſit finita ſocietas, tamẽ tranſeunt in hæredes emolumẽta ex illa prouenićtia, & etiã poſt mortem ſocij l. Actione §. ſi in rem, l. verum §. in hæredem ff. pro ſoc. cum alijs allegatis, Quia fuit reſponſum Primo, hoc procedere reſpectu lucrorum prouenientium ex ante geſtis, vel acquiſitis. Ruin. d. conſ. 90. num. 11. verſ. non obſtat inſuper & conſ. 91. nu. 10. verſ. item non obſtat lib. 1. Mantic. dict. lib. 6. tit. 24. num. 33. vbi declarat duobus modis, quorum neuter aptatur ad hunc caſũ, in quo nec tractatur de lucris ante mortem Philippi, quæ nõ controuertuntur, nec de lucris

per-

perceptis ex rebus cōmunibus poſt mortē ſocij,cum ſimus in appaltu,ex quo percipiuntur fructus dietim ex rerum delatione ad vrbem,ut in puncto conſiderauit Rota in dicta Romana participationis 9.Maij 1583. coram Bubalo circa finem.

2 Fuit reſponſum procedere,quando plures ſimul conduxerunt, Quia licet ceſſet ſocietas, remanet tamen conductio, & emolumenta ex ea prouenientia, & tunc lucra,damna,& actiones tranſeunt ad hæredes,& in his terminis procedit dicta deciſio Ferrarien.coram D.meo Pirrouano, ut apparet ibi, quia Leo contraxit cum Vincentio, ut haberet quartam partem appaltus gabellarum, &c. & circa finem ibi,& Domino Leoni communicata quarta pars locationis,hic autem D.Caffarellus non fuit data participatio lucrorum, ut ſæpe dictum eſt.

13 Neque etiam obſtat,quod ſtante iuramento ſocietas tranſeat ad hæredes, iuxta opinionem Io.Fabri in §. Soluitur Inſtitut.de ſociet. Quia quicquid ſit de iſta opinione,cuius contraria forte eſt receptior ex adductis per Theſaur. deciſ. 242. n.3.Seraph.de princ.iuram. priuil. 57. in fin.ubi dicit, durum, & difficillimum eſſe in iudicando contra hanc opinionem obtinere, & de communiori teſtantur Modern.Tiburt.de iuram.p.4.effect.198.nu. 4.obiectum ceſſat ex quo non adeſt iuramentum in apocha admiſſionis D.Caffarelli, licet ad eſſet in apocha capitulorum inter Guicciardinum, & Olgiatum,unde forte proceſſit æquiuocatio informantiū pro D. Caffarello, & alias iuramentum non ſuppletur ex cōſuetudine,uel ex alia, niſi apdareat præſtitum partibus, Socc.in l.Gallus,§.Idem credendum n.4.ff.de lib. 1.Pariſ.conſ.45.num.40.& 42.lib.1.cum alijs per Cagnol.in l.ſi quis maior num. 74.C.de tranſact.

12 Demum non obſtant illa verba,dal principio ſin'al fine dell'appalto,&c.Quia intelliguntur dummodo ſocij ſuperuiuant, Ruin.d.conſ.90.n.11.verſ.nec obſtant illa verba lib.1.Alex.conſ.34.n.4.lib.2.quem citat,& ſequitur Dec.conſ.213.circa princip.incipit viſis.Et ita deciſum.

R. P. D. BVRRATTO.
BONONIENSI CENSVS
Extra Rotam.
Lunæ 16.Decembris 1613.

Cadit par.1.fol.813. ſub num.224

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio minoris xxv. & maioris xx. curatore carentis, valida eſt.*

2 *Statut Bononien. De contractus Minor declaratur.*

3 *Statutum ligat contrahentes extra territorium, quando perſonam inhabilitat.*

Declara vt hic.

4 *Statutum prohibens contrahere extra territorium non capit, ſi contrahatur extra territorium cum forenſe,ſtatutum neſciente.*

MAndatum executiuum contra D. Aurelium ab Armis,per hæredes Ioannis Leggię petitum,eſſe relaxandum viſum fuit Dominis; Quia perſonæ agentium,ſunt legitimatæ, & ex inſtrumento Cenſus a Virgilio Budriolo, ad fauorem dicti Ioannis impoſiti,conſtat de acceſſione D. Aurelij in forma Cameræ, ac principaliter,& inſolidum facta.

1 Neque obſtat exceptio nullitatis obligationis,tamquam factæ a minore 25. licet maiore 20.ann. Nam cum non conſtet,cum habuiſſe curatorē,fideiuſſio valet,l.3.C.de in inregr.reſt.l. 1.C.de filiofam.min. & ſine dubio ſtante iuramento Auth.ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem,& ibi Bal.n.13.Iaſ.in l.1. nu.6.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.Tiraq. de leg.connub.gloſſ.5.n.104.Surd.conſil. 46.nu.3.in princ.

2 Statutum vero Bonon.ſub Rubr.de Contrac.eum minor,&c.dato etiam,quod verba dirigeret in perſonam, vt videtur ibi: Quod nullus minor 25.annor.contrahere poſſit,&c.& ſic illam principaliter conſiderendo, inhabilitaret, Bart.in l.ſi quis pro eo,n.11.verſ.5.prohibetur,& verſiculo ſed ſi verba,& verſ.ſi vero prohibito,ff. de fideiuſſ.Caccialup.in repet. l. cunctos populos,n.101. verſ.& maxime,& n. 109. ver.quartus;quo caſu porrigir vires ad cōtractus extra territoriū,Bart.in d.l.cūctos

populos,num.13.cum allegatis per Tiraq. de legib.connub.glo.8.§.26.n.219.220. 223.& Lambertin.de Contract. mulier. gloſſ.14.num.6.Achill.deciſione ſecunda dicta conſtitut.quicquid aliud ſit,vbi ſtatutum reſpicit principaliter formam,& ſolemnitates contractus, ſecundario perſonas, Rot.diu dec.162.numero 3. part. 2.

2 Non tamen obſtare videtur in caſu iſto. Ommiſſo enim, quod non videtur abſolute perſonam minoris inhabilitare, ſed tantum quando contrahit in Ciuitate,vel territorio Bononiæ, vt ex lectura ſolemnitatum requiſitarum,quæ non n.ſi in territorio poſſunt adhiberi,inter quas decretum alicuius Doctoris Collegij iuris Ciuilis,vel Canonici Bononiæ,qui nõ poſſet vti forenſis illud extra territorium interponere,ſicut ſtatutum excludit iudices forenſes,etiam in ipſa Ciuitate; Præſentia agnati,vel cognati cum iuramento contractum non rendere in damnum minoris,& reſpectu minorum 18.annorũ in alienatione ſtabilium, decretum antianorum,& Trib.pleb.& in §.ſi autem pupilli, prouidetur de Viciuis, ſi non reperiatur agnatus,vel cognatus in Ciuitate,&clare in §.& quia in fraudem, vbi non poſſunt in aliquibus villis, terris,vel Caſtris,extra Ciuitatem Bononiæ,niſi per tres menſes in illis permanſerint,& tunc ad excludendam fraudem,& ita non videntur inhabilitati abſolute extra dictum territorium,ſed ſolum,quando ducerentur exaduerſo in fraudem ſtatuti,quod conſideraſſe videtur in hac materia, Bald. conſilio 60.numero primo,verſiculo item certum eſt, lib. 5. quæ ratio ceſſat in aduena, & ignaro ſtatuti.

3 Statutum ligaret contrahentes extra territorium,ſi ſimpliciter,&abſolute perſonam inhabilitaret,& in his terminis loquitur Bart. in dicta l. cunctos populos, quæſtione 6.num.32.verſiculo aut ſtatutum eſt prohibitorium in perſonam, quẽ Salyc.ibi numero 22.verſiculo ſi in perſonam Signorel.quæſt.6. num.19. Secus vero quando non ſimpliciter, ſed ita vt non poſſit ſine certis ſolemnitatibus, vt iſtud;tunc enim quamuis uerba in perſonam dirigantur, videtur principaliter inducta forma contractus, & potius eſt locus primę parti diſtinctionis Bart.in dicta quæſt.6.vt non procedat extra territoriũ Aret.conſilio 54.numero tertio,verſiculo tertia ratio principalis, & conſilio 73. numer.5.verſiculo his ergo,& numero 6. Soc.conſilio 239.numero 3.lib.2.& conſilio 131.numero 2.verſiculo eſt etiam, libro quarto,Crot.in repet.cap.vt animarum,§.primo,num.28.& 29. de Conſtit. in 6.& in l.omnes populi, num. 253. & 254.ff.de iuſt.& iur.Ruin.conſil. 53. numero 13.lib.2.& conſil.201.ſub num. 8. lib. 1. & Rota deciſione 103. num. 19. & ſeqq.par. 2.diu.Capra conſil. 144. nu. 13.Lambert.de contr.mulier.gloſſ.2. verſiculo mulierum;num.43.in fin. vbi de communiori in his terminis teſtatur, & numeris ſeqq. cum allegatis per Modernos Ferrarien. in tractat. clauſularum, clauſ.7.gloſſ. 19. num. 17. verſiculo contrarium tamen, qui ita ſe obtinuiſſe teſtantur,Petr.Ant.Anguiſ.conſil.38.num. 15.verſiculo quarto,lib.2.& hanc opinionem tenuit Rota in Valentina Mercedis ſecunda Iunij 1608. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano,& in terminis huius ſtatuti Petrus Caballus, conſilio ciuili deciſiuo.180.nu.44.

4 Et multi in contrarium allegati,loquuntur in ſtatuto prohibente ſimpliciter, & abſolute minorem,vel mulierem, contrahere,non autem quando ſine certa ſolemnitate,prout Roman.conſil.39.in principio,Soccin.conſilio 79.num.5.& in quarto,Curt.Iun.conſil.9.num.2.& alij,Bald. verſiculo qui in his terminis conſil. 60. lib.5.vltrà quod conſuluiſſet, id quod nõ firmauit in dicta l.cunctos populos, vt ibi notat Caccialup. num. 105. mouetur ex præſumpta fraude,vt aduertunt Modern. Ferrarien. vbi ſupra, verſiculo declara tamen.

5 Quæ opinio, ſic generaliter ſumpta, pati poſſet difficultatem, bene tamen procedit in caſu propoſito, quo D. Armius contractum iniijt in Vrbe, non ab eo ſolo pendentem, vt eſſet teſtamenti factio, ſed vltro, citroq; obligatorium cum Leggiæ Saxolen.& ſic cũ forenſe,nõn ſubdito ſtatuto Bononiæ,qui illius ignarus præſumitur,vt diſtinguebat Zeccar.Triuilan. quẽ profundæ ſcientiæ virum dicens, ſequitur Anchar.in repetit. capitulo canonum ſtatuta,numero 199. verſiculo hic cadit

quæ-

quæſtio de Conſtit.& numero 201.in fin. & Caccialup.in dicta l. cunctos Populos, numero 106. verſiculo limitauit tamen, ſubdens ſtatutum non debere afficere con trahentem exaduerſo territorium cum fo renſe,& neſciente ſtatutum; Alex.conſilio 141.numero 9.lib.5.& in add. ad Bart.dicta l.cunctos Populos,numero 32.verſicu lo vbicumq;bona Gabr.de ſtat.concl. 8. numero quarto,nec diſſentire videtur,Tiraq.de legib.connob.gl.8 n.222.& 223. licet,numero 224.ſequatur opinionem ſupra relatam pro nullitate contractus, non tamen loquitur eo caſu, quo Mulier contrahit cum forenſe ſtatuti ignaro Modern. Ferrarien.vbi ſupra verſiculo declaratur terminus,& verſic.declara ſecundo, quam ſequitur etiam,& late contra Ruin. defendit Rim.Iun.conſil. 52. numero 59. cum plur.ſeqq.

Non obſtant deciſiones in cauſa Bononien.cenſus 17.Maij 1608.coram Reuerendiſſimo Lugdunen.& decima quinta Februarij 1610.coram bonæ memoriæ Penia in quibus firmari videtur ſtatutum, de quo agitur, ligare ſubditos, etiam extra dict. territorium contrahentes, nam illa coram Reuerendiſſimo Lugdunen. hoc non firmat,ſed principale fundamentum facit in ſtatuto Vrbis, in quo ſolo perſiſtitur in alia deciſione 20. Februarij 1609. coram eodem,& vltra quæ mouentur, ex eo,quia a ſtatuto fides tollatur inſtrumentis aliter confectis, quæ fit ſolum in contractibus pupillorum. Ibi contractus erat initus a minore Bononienſe cum eius prętore,& regimine Bononien.vnde caſus ille non applicatur ad hos contractus initos cum forenſe ex prædictis.

Ex quibus vtraque parte informante fit concluſum.

R. P. D. BVRATTO.

BRVNDISINA PECVNIARIA.
Lunæ 21.Aprilis 1614.

Cadit par.1.fol.806.ſub num.183.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio filij pro patre valida eſt,& numero ij.*

2 *Statutum prohibens notarijs tantum ne recipiant obligationes filiorum familias niſi ſub certa forma, illa ſeruata non eſt nulla obligatio.*

4 *Conſtitutio laicorum annullans contractus, non capit contractus iuratos.*

PRopoſito dubio decimaquinta Nouembris præteriti,vna tantum parte informante reſoluto DD.in utraque eius parte ſteterunt in deciſis.

1 Et circa primam ualiditatis obligationē Lucæ Granafei in cenſu ab illius parte impoſito,moti ſunt, quia ualida eſt obligatio filij pro patre,l.filius fun.ubi gloſſ. & Doc.C.de fideiuſ.l. ſi dubitet la 2.§.filius fam.ff.eod.lib.i.C.de filijs fun.min.l.ſi ex alio C.qua debet.

2 Non obſtat Pragmatica Regni prohibens recipi obligationes filiusfam. ſine patris expreſſo conſenſu.

Quia non inhabilitat perſonas, neque annullat contractus aliter factos,ſed tantum dirigit uerba in notarios,ne ſub certis pęnis in eo contentis,recipiant obligationes filiusfam. ſine præſentia,& conſenſu patris, uel fuerint emancipati,& uiuant ſeorſim a patribus; Quod etiam patet ex ſubſequenti declaratione Pragmaticæ ad ſupplicationem quorumdam notariorum emanata,quod ſi interrogauerint partes, an ſint filij fam.emancipati,& habitantes ſeorſim a patribus, & illi mendacium dixerint,tunc non teneantur ad ſupradictas pœnas,facta de hoc nota in inſtrumentis ſed acta non teneat.

3 Licet ubi etiam annullaret contractus non compræhenderet obligationē de iure filio permiſſam pro patre, ex Carau. ſuper hac Pragm.de Senat.Maced. §. 11. num 11.& 16;& ex deductis in alia deciſione decimaquinta Nouembris coram me.

Et quamuis pater non poſſet in ſuimet fauorem conſentire,Soccin. conſilio 23. ſub numero 15. libro quarto, & fuit dictum in Bononien. Cenſus 29. Nouembris 1608. coram Reuerendiſſimo Atrebaten.& in terminis Pragmaticę Vrſillus ad Afflict. deciſione 308.numero 22. & 23. Hoc tamen procedit ubi conſenſus ad integrandum perſonam contrahentis requiritur, non autem ratione præiudicij conſentire debentis,Doct.communiter

ter in l.1.§.fuit quæſitum, ff. ad trebell. Lambert.de contract.mulier.gl.10.n,30. Franc.deciſ.14.n.2. quod non conſiderat Vrſillus. Hic autem requiri conſenſum ratione præiudicij late probat Carauit. d.Pragm.de Senat.Maced. §.1. a nu.15. ad finem, & Io. Franc. Scaglion. ibi in principio, & ſupra relato conſtitutionis tenore apparere pat.

4 Placuit etiam reſponſio data in alia deciſione 11. Aprilis 1611. coram Reuerendiſſimo Lugdunen.non compræhendi ſub Pragmatica hunc caſum obligationis iuratæ,cum neque directe de caſu iurato diſponat,quod non poſſet veluti conſtitutio Laicorum,Bart.in l.omnes populi,numero 25.ff.de iuſt.& iure, Alex.conſ. 27. num.7.lib.1.de veriori,& magis hic Soc. Iun.conſ.31.lib.3.cum alijs in illa deciſione cumulatis,neq;etiam indirecte,præſumendo fictionem,vel dolum ad Caſtr. conſil.314.n.7.lib.1.Verall.dec.200.p.3.

Quoad ſecundam partem, quod Granaſeus potiri non poſſit beneficio l.1.&2. ff.&C.quod cũ eo,cui renunciauit.Ratio fuit.quia renunciatio eſt valida, vt ex Alber.Pariſ.& Franch.deciſ.164.n. 7. & deciſ.181.in alijs deciſionib.alleg.firmat.Andre Molpheſ.conſ.4.n.4. poſt commune ad conſuetud. Neapolit. & multo magis accedente iuramento, vt in vtraq; deciſione firmatum fuit.

Non obſtat abſolutio a iuramento, per quod poſſe renunciantem gaudere beneficio dictarum legum tradit Vrſillus ad Afflict.deciſ.308.n. 21. referens ita in Magna Curia Vicariæ bis fuiſſe obſeruatum.

Nam eius dictum procedere non poteſt, niſi cum præſuppoſito inualiditatis renunciationis iuxta opinionem, in quã ipſe inclinabat,quę tamen vera eſt ex prędictis;Immo tempore ſuo fuiſſe dubitatum, an ſufficeret generalis renunciatio cum iuramento nec fuiſſe deciſum in cauſa cuiuſdam Tinti,refert Franc.d.dec.181. vbi nu. 9. Quod notarij cum peritiſſimorum aduocatorum conſilio ab annis 40. renunciationem in ſpecie apponunt, ad tollendam difficultatem,ſi itaq; valet renunciatio,ſublato iuramento illa non tollitur,ſed nec iuramentum,eiuſque robur, & efficacia ſublatum fuit in caſu iſto,quo obtenta ab ordinario abſolutio ad effectum agendi, & excipiendi, & ſic potius habilitatio ad comparendum in iudicio ſine metu periurij. Bal.in l.hæc ſcriptura, n.2.ff.de cond.Caſtr.conſ.259.col.3.poſt medium,verſ.ſed remanet dubium,lib.2. Aym.conſ.7.n.7.Couar.uar.reſol.lib. 1. capitulo quarto,numero ſexto.

Nec placuit ratio,quod huiuſmodi renunciatio de ſtilo notariorum appoſita cenſetur,& ſic non poſſit nocere Granaſeo ſine præcedenti certificatione Molpheſ.dicto conſilio quarto,numero quinto,nono,&decimo,Quicquid enim ſit de illius veritate,quando ſumus in maiore, prout in minore conſuluit,Molpheſ.nulla erat hic neceſſaria certioratio renunciantis,I.V.D.qui turpitudinem ſuam, & iuris ignorantiam allegare non poteſt, l. profeſſio,vbi gloſſ.& Doct. C. de muner. patr. l. decima cum allegatis in alia deciſinne.

Quod autem Granaſeus eſſet Clericus tempore obligationis,non probatur, quod ſi nunc doceret ſe talem,poſſet,probatis requiſitis, petere ſe admitti ad beneficium capitulo Odoardus de ſolut. quod eſt quis decretum a præſente diſputatione,&c.

R. P. D. LITTA.

BENEVENTANA DECIMARVM.
Ven.16.Maij 1597.

Cadit par.1.fol.674. ſub num.115.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidenti legitime competit actio agendi petitorio & poſſeſſoria.*

2 *Interdictum retinende competit rectori agenti pro eccleſia ad Decimas.*

3 *Ius eccleſia quare per mortem Prælati non extinguatur.*

DOmini tenuerunt R. D. Io. Antonio dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione exigẽdi mediam decimam vltimam de viginti duobus vnum ex omnibus fructibus à Colonis feudi Sancti Angeli de Rodiginoſa, moti ea ratione,quia ex deductis conſtat ipſum

ipſum fuiſſe à Sede Apoſtolicâ prouiſum
de Cappellania ſanctæ Mariæ, quæ etiam
ſancti Honufrij nuncupatur, feudi ſancti
Angeli de Radiginoſa Beneuentanę Dioœ
ceſis in forma dignum de anno 1588. in
illiusque poſseſſionem ex decretô Vica-
rij Beneuentani, cui litteræ erant directæ,
fuiſse immiſsum, vt ex proceſſu de parti-
1 bus fol. 130. & 131. & ibi quo fit, vt eo ip-
ſo dicatur eidem acquiſitum fuiſse ius ad
miniſtrandi, & agendi, tam petitorio, quã
poſseſsorio nòmine dictæ ſuæ Eccleſiæ,
Rot. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. in no. Vnde
ex Teſtibus, de quibus in ſummario, & in
proceſſu de partibus, fol. 80. 84. 86. 91.
2 93. & 94. Conſtet Rectores dictæ Cap-
pellæ vti Rectores illius fuiſse in poſseſ-
ſione exigendi dictam mediam deci-
mam à Colonis prædicti feudi, ſequitur
propterea de neceſſitate concludendo
huic moderno Rectori agenti interdicto
retinendæ non nòmine ſuo, ſed nomine
dictæ ſuæ Eccleſiæ, quæ nunquam mori-
tur, dandum omnino eſse mandatum de
manutenendo ad Tex. in §. retinendæ In-
ſtit. de interdict. Alex. conſil. 92. num. 5.
lib. 1. conſil. 136. num. 10. verſic. ſed ad
huc, eodem libro, & conſil. 88. num. ſecun
3 do lib. 5. Et ratio eſt, quia Eccleſiæ res, &
bona ab ipſa Eccleſia vere poſſideri di-
cuntur, & non à Prælato, vnde non mirũ
ſi per mortem Prelati non extinguitur,
vt bene declarat Bald. in l. 2. nu. 65. C. de
ſeruit & aq.

R. P. D. LITTA.

ROMANA PRAETENSARVM
Mercium.
Ven. 30. Maij 1597.

Cadit par. 1. fol. 32. ſub num. 15.

SVMMARIVM

1 *Proteſtatio nihil fieri niſi docto de legiti-
mo mandato, eo non oſtenſo, nulliter
iudex procedit.*
2 *Citatio ad ſentent. perſonalis requiritur
quando iudex etiam A.C. procedit vigo
re commiſſionis.*
3 *Aud. Cam. non vtitur ſuis facultatibus
in cauſis mercatorum &c. quando or-
dinarie procedit non quando vigore
commiſſionis.*

DOmini reſoluerunt ſententiam A
C. eſſe nullam, primo defectû man
dati illius, qui nomine Creditorum
comparendo eam obtinuit nam cum in
actis fuerit proteſtatum nihil fieri niſi
prius docto de illius legitimo mandato
non potuit Iudex valide ad vlteriora pro
cedere niſi in actis producto ipſo mãdato
quod minime factum fuit, Bald. in l. 1. in
2. lectu. n. 30. ff. de procur. & in conſ. 122.
num. 1. lib. 3. Alex. conſ. 146. cir. fin. lib.
5. Aym. conſ. 118. quæ cõcluſio procedit
etenim quod poſt ipſam ſententiam ap-
pareat illum verum Procuratorem tunc
fuiſse, ita Gabr. deciſ. 208. & tenuit Ro-
ta illa Romana Secretarius 20. Nouem-
bris 1592. coram R. P. D. Millino, & in
illa Romana de Nardonibus 10. Decem-
bris 1594. coram eodem.
2 Defectu citationis quia cum A.C. vigo
re ſpecialis commiſſionis proceſserit, de-
buit Magnapanus perſonaliter citari ad
ſententiam, & non domi dimiſſa copia,
prout factum fuit maxime cum prius
nunquam perſonaliter citatus fuerit, &
potuerit commode citari Abb. & alij in
c. cum cauſam de dol. & contumac. Rot.
deciſ. 1. eod. tit. in nou. Bart. Alex. & coi-
ter Doct. in l. 4. §. ait pretor ff. de damn.
infect. Deciſ. conſ. 461. nu. 25.
Defectû Iuramenti de calumnia quod
prius preſtari petitum fuit c. 1. de Iuram.
calum. in 6. Rot. deciſ. 2. eod. tit. in antiq.
3 Et ad illud, quod A C. inter mercato-
res poſſit procedere ſine figura Iudicij
&c. fuit reſponſum, quod non procedit
hoc in caſu vigore facultatum ſed tan-
quam Iudex Commiſsarius, quo casù
ſeruatis de iure ſeruandis procedere de-
buit.
Quantum vero ad iuſtitiam dictæ ſen-
tentiæ, Domini nihil firmarunt, ſed pro
veritate eruenda mandarunt exhiberi
libros D. magnapani, & Interim proba-
tionem Creditorem coadiuuari &c.

R. P. D. LITTA.

CONCHEN. ARCHIPRESBITERATVS.
Lunæ 19. Ianuarij 1598.

Cadit par. 1. fol. 1237. ſub num. 28.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lis finitur per ſententiam, & rem iudicatam non per mortem litigatis.*

2 *Ceſſio litis fieri ab ambobus litigantibus debet,vt valida ſit.*

3 *Calumnia litis ex qualibet probabili cauſa euitatur.*

1 DOmini reſoluerunt litem non fuiſſe extinctam viuente Palombares ita vt dici potuerit annalis pacificus poſſeſor ad effectum de quo agitur ea moti ratione, quia regulariter lis non finitur niſi per ſententiam, & rem iudicatam, Rot.deciſ.10.vt lit.penden.in nou. Mil.in repert. in verſ. lite penden. Sarnen. de triennali,q,61.n.5.& 17.

2 Nec per ſolam ceſſionem litis Alphonſi factam ad fauorem Palombaris poteſt dici extincta lis clementina prima, & ibi omnes,vt lit. pendent. Caſſad. deciſione prima de ſent.& re iudic.Put.deciſ. 498. lib.2.cum vtriuſq;litigantis ceſſio neceſſaria ſit gloſſ.in dicta Clementina prima ibi in verb.proſequatur,& in verbo mori vt lit.pendent.& hoc in caſu non conſtat de renunciatione ſeu ceſſione ſaltem litigioſe facta ex parte Palombares ſtante quod quæ exhibitur facta per fratrem nomine ipſius non ſubſiſtit defectu mandati,quod ſpeciale requiritur, Alex.conſilio 115.numero quarto,libro quinto,Roland.conſilio 11.nu.18. libro primo, Put. deciſione 100.numero primo,libro ſecundo. Nec ex eo, quod Palombares Alphonſi ceſſionem fere per quatuor annos tacuit poteſt argui ceſſio litis ex parte ſua Put. deciſione 15. vt lite pendent. Achil. 8.eodem tit.Lancellott. de attentatis parte ſecunda, capitulo quarto in præfat.numero 173. qui plures Rotæ deciſiones adhoc allegat.

Nec ex eo,quod dicta Alphonſi ceſſio teneat ad commodum Palombares, qui reus,& poſſeſſor erat poteſt prætendi ex tunc in totum extincta lis ad deciſ.Egid. 156.niſi ſimul concurrat aliqui actus poſitiui ex parte ipſius Palombares ex quibus argui poſſit ipſum quoque ceſſiſſe illi iudicio ita Achill.deciſione nona, de lite,qui in ſpecie declarat dicta Egid.deciſionem. Nec deciſio alias in hac cauſa facta ſub die 27.Februarij 1589. coram Illuſtriſſimo Platto, quicquam facit,ex quo ibi agebatur ad alium effectum, An ſcilicet poſt obitum Palombares adeſſet lis,quæ impediret ordinarij collationem Vnde bene pro negatiua fuit reſolutum ex quo ſtante ceſſione Alphonſi in obitu Palomberis poſſeſſoris, lis abſolute extincta erat, & hoc in caſu agitur an viuente Palombares fuerit extincta ad effectum, vt potuerit reputari annalis poſſeſſor pacificus, & propterea dicta deciſio non applicatur.

3 Nec deducta circa calumniam dictæ litis per informantes pro Alphonſo placuerunt Dominis,ea ratione, quia ad euitandam calumniam, quælibet cauſa probabilis litigandi ſufficit,Achil. deciſione ſeptima,vt lit.pendent.

R. P. D. LITTA.

OSCEN. INDVLTI.
Lunæ 1.Iunij 1598.

Cadit par.2.fol.414 ſub num.32.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ habent exequutionem paratam.*

2 *Clauſula ſublata vnita alijs, tollit obiectionem ſubreptionis.*
Ac tollit etiam iuſtificationem ibi numero tertio.

3 *Epiſcopus contra litteras Apoſtolicas cum clauſula ſublata aliquid gerens nulliter facit.*

1 DOmini tenuerunt ſententiam Rotę eſse confirmandam ea mota ratione, quia dum primo loco declarat breue Apoſtolicum executioni demandandum eſse,quod iuris eſt,facit habent namque 1
Litteræ Apoſtolicę executionem paratã Mohed.deciſione 13.vt lit.pend. Sarn. in tra.breuium numero quarto, Gig. de 2
penſ. quæſtione 85. numero ſecundo, quod maxime procedit ſtante clauſula ſublata,& alijs clauſulis de quibus in di- 3
ctu breui,quæ,& iudices, & partibus manus ligant ad aliter iudicandum, vel opponendum

ponendum Put.deciſ.50.n.5.l.1.& 377.
lib.3.Caputaq.deciſ.134.n.4.part.3.cū
hic per Informantes deductis.

Nec huic motiuo illud obſtare dixe-
runt Domini quod breue hoc videatur
ſubreptitium, & conſequenter nullum,
quia vltra, quod à tali retenſa ſubre-
ptione bene ſaluatur rationibus, de qui-
bus in deciſione in hac cauſa facta coram
R.P.D. Pampilio quas breuitatis gratia
non refero, tollitur omnis obiectio tam
reſpectū dictæ ſubreptionis, quam reſpe-
ctu non Iuſtificationis ipſius Indulti ex-
2 clauſulis in eo contentis clauſula enim
ſublata, iuncta clauſula quod nō poſſit da
ri de ſubreptione aut defectu Intentionis
operatur, vt nihil penitus contra indultū
opponi poſſit, vt fuit tentum in Calagu-
ritana Iuriſdictionis 30.Maij 1580. co-
ram bon.mem.de Rubeis in Aurien. bo-
norum 20.Maij 1598.coram R.P.D. Pe
nia, & in alijs pluribus cauſis quas bre-
uitatis cauſa non refero, & vlterius opera
3 tur vt nō ſit neceſſaria aliqua Iuſtificatio
vt fuit reſolutum in Sutrina monaſterij 9.
Decembris 1596.coram R.P.D.Orano,
nec dici poteſt, quod Capitulum obti
nendo committi cauſam R.P.D. Pamphi
lio videatur renūciaſſe clauſulis in dicto
breui contentis, ſi quidem, quia moti
uum hoc Intraret vbi cauſa fuiſſet com-
miſſa ad Inſtantiam Capituli ſuper vali-
ditate ipſius Indulti, nam in his termi-
nis procedunt deciſiones alias factæ in
cauſa Elnenſis mineriorum, & Pampi-
lonen.matrimonij coram R.P.D.Orano
quod minime factum fuit ſed fuit cōmiſ-
ſa ſuper executione Indulti, quo caſu non
Intelligitur renuntiatum clauſulis in eo
contentis quæ ſolent apponi pro maiori
firmitate, & faciliori executione per re-
gulam quod Inducta ad vnum finem, &
effectum contrarium eius operari nō de-
bent, & ita in ſimili fuit dictum in Pam-
pilonē. Archidiaconatus 19.Martij 1593
coram R.P.D.Pamphilio.

3 Et dum 2.loco annullet nominationē
factam per Epiſcopum de perſona Pauli
lenzani ad aſſertum officium penitentia-
riæ de anno 1590. per eumdem Epiſco-
pum erectum, & Inſtitutum bene etiam
facit, quia illa vti factam contra formā
traditam ſeu per Papam preſcriptam in
dicto breui ſuſtineri non poteſt de iure
l.cū hi §.ſi prætor.ff.de tranſ.l.1.in princ.
ff.de ſtipul.& l.traditionibus C. de pact.
quod maxime procedit ſtante decreto
irritanti in dicto breui cuius virtus ea
eſt, vt operetur nullitatem eorum quæ
quouis modo facta reperiuntur contra
diſpoſitionem in qua tale decretum con-
tinetur c.ſi poſtquam de elect.in 6. Sar-
nen.in reg.de annali q.4.n.30. Gabriel.
de clauſulis concluſ.3.n.56.11.effectu
Celſus Hugo conſ.46.n.15.Franc.marc.
deciſ.1254.n.1.part.1. Caſſad.deciſ. 12.
n.7.ſuper reg.& Put.deciſ.180.lib.3.

R. P. D. LITTA.

METEN. MONASTERII.
Lunæ 21.Februarij 1600.

Cadit par.2.fol.424 ſubnum.122.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans tenetur regulariter impetra-
ta iuſtificare & nu.iv.*
2 *Clauſula ſicut accepimus quādo vti nar-
ratiua ſit iuſtificanda & quando non.*
3 *Clauſula vt aſſeritur non refertur ad
narratiuam ſed ad prouiſionem.*
5 *Perinde valere deffectus de medio tollit.*

CVm in hac cauſa fuiſſet reſolutum
narratiuam gratiæ Barbaræ non eſ-
ſe iuſtificatam ſignanter in eo quod de
tempore datæ Maria non attingeret 21.
annum, & ſolum fuiſſet reſeruatum vi-
dere an talis iuſtificatio neceſſaria foret
Hinc Domini vtraq; parte Informante ſu
per dicta reſeruatione affirmatiuam ſen-
tentiam amplexi ſunt ea ratione, quia
trita eſt regula quod narrata ſemper ſunt
per Impetrantem Iuſtificanda Io.And.in
c.1.n.3.ver.in beneficialibus poſt med.
vbi Gemi.not.3.circa med.verſic. in lit-
teris vero beneficialibus, & Franc.n.17.
de lit.conteſtat.lib.6.Innoc.in c.ſuper lit
teris n.19 ver.in beneficialibus de reſcr.
Abb.in c.quo circa n.3.de Conſag.& af-
fin.Egid.deciſ.40.& 303.& 31. lib.4. &
in terminis male expreſſionis ætatis Mo
hed.deciſ.fin.de reſcript.nec non & nar-
ratiue gratiæ conceſſe certo modo proue
eſt

eſt iſta de qua agitur, Put. deciſione 300. libro primo.

2 Nec Barbara releuatur a iuſtificatione dictæ narratiue, ſub prætextu, quod illa verba ſicut accepimus operentur, vt narratiua prædicta Papæ, narratiua iudicari debeat, & non propria, Quia quod partis & non Papę narratiuam importent dicta verba appoſita in gratia ad ſupplicationem ſignata tenet in terminis, Guidob. deciſione 160. Secus vero vbi ſint appoſita in gratia Motu proprio conceſſa qualis non eſt gratia Barbaræ, & in his terminis procedunt, & loquuntur deciſ. Put. 101. libro tertio, Achil. vnic. de Motu prop. & aliorum hic allegatorum per informantes pro Barbara.

3 Nec ponderatio illius Verbi, vt aſſeritur quicquam facit, cum non referatur ad dictam narratiuam ætatis, ſed ad prouiſionem Marię, vt bene deduitur hic per informantes pro Catherina.

4 Nec eandem Barbaram iuuat, quod gratia Mariæ etiam, quod attingerit 21. annum ſit nulla, quia negari non poteſt, quin Papa facilius fuerit motus ad concedendum hanc gratiam ſic certo modo impetratam per Barbaram propter expreſſionem per eam factam, quod Maria non attingeret 21. annum, quam ſi eidem fuiſſet expreſſum dictam ætatem attingere, ſtante, quod hoc caſu Maria, contra quam fiebat impetratio, erat magis proxima ætati requiſitæ, Caputaq. deciſione 274. parte prima, & vbi Papa ex narratis facilius poſſit moueri ad concedendum gratiam non tenet cõceſſio niſi illis omnibus verificatis, Fab. deciſione 17. Put. 353 libro primo, vltra quod velle præſupponere, quod gratia Mariæ etiam, quod attigerit 21. annum ſit nulla pro ſuſtentatione gratiæ Barbaræ, continentis dictam falſam expreſſionem, eſt diuinare cum poſſibile ſit, quod ipſa habeat gratiam

5 perinde valere, vel aliam per quam de medio tollatur defectus dictæ ætatis, quã gratiam ipſa materia ſeu Catherina habens cauſam ab ea, vti rea conuenta, & quæ reperitur in poſſeſſione exhibere non tenetur donec poteſt obtinere per non ius Barbaræ Acticis, vt pluries fuit tentum, &c.

R. P. D. LITTA.

IANVEN. IVRIS Patronatus.
Lunæ 17. Martij 1603.

Cadit par. 2. fol. 383 ſub num. 74.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata a iudice legitima recuſato eſt nulla.*

2 *Iudex ſuſpectus recuſatus, ab vlteriori proceſſu ſe abſtinere debet.*

3 *Proteſtatio de non conſentiendo in iudicem, præſeruati recuſationem factam de illo.*

4 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in heredes.*

1 DOmini tenuerunt pro reuocatione ſententiæ de partibus, primo, quia eſt nulla, vti lata a iudice recuſato ſuſpecto, quæ recuſatio fuit facta cum omnibus requiſitis, ſcilicet cum iuramento, expreſſione cauſarum petitione arbitrorum, & appellatione ab vlteriori proceſſu Achil. deciſione tertia de except. Caputaq. deciſione 390. parte ſecunda, & hoc fuit ſepe tentum.

2 Nec obſtat, quod cauſa recuſationis nõ fuerit probata, quia ad effectum, vt ſic recuſatus ſe abſtinere debeat ab vlteriori proceſſu, ſufficit, quod cauſa recuſationis quæ proponitur ſit talis, quæ ſi probata eſſet foret legitima, Innoc. in capitulo cum ſpeciali, numero ſecundo, de appell. Cæſ. de Craſſ. deciſione quarta, de ſent. & re iud. qualis fuit cauſa hoc in caſu allegata, vltima ſumma amicitia, & familiaritas ipſius iudicis cum parte contraria, vt in ſimili fuit tentum, in vna Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus ſede vacante, ſexta Octobris 1574. coram bon. memor. Robuſterio, & facit quia, & leuis cauſa ſufficit ad repellendum iudicem capitulo cum Reuerendus Canonicus, de offic. delegat.

3 Nec illud in facto ſubſiſtit, quod ſcilicet Stephanus, & Innocentius de Iliſco, qui dictum iudicem, vti ſuſpectum recuſarunt a dicta recuſatione receſſerint per

actus

actus poſitiuos poſtea geſtos, quia immo de contrario conſtat ex proteſtatione pro parte illorum facta,& inherendo ſem per dictæ recuſationi repetita eadem met die, qua lata fuit ſententia de qua agitur, videlicet ſub die 3. Decembris 1601. vt ex actis videre eſt.

4 Secundo, quia conuincitur iniuſta ſignanter in eo, quod dicit Com. Franciſcum manutenendum eſſe in quaſi poſſesſione præſentandi, in qua illius progenitores fuerunt cum poſſeſſio progenitorum per mortem eorum expirauerit, Roland. conſilio quinquageſimo, numero primo, libro ſecundo, cum alijs per Andr. Gaill. practic. obſeruation. libro ſecundo, obſeruation. 129. numero quarto, & obſeruation. 152. numero decimo, & in ſpetie, quod quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſeat in deſcendentes heredes patronorum, ſed quo ad eos requiratur noua apprehenſio, quicquid ſentit Lambertin. hic allegatus per informantes pro Com. Ludouico, tenet Rot. vt per Acchill. deciſione quinta, de cauſ. poſſeſſion. & propr. & per Caputaq. deciſione 420. parte ſecunda.

Et ad ea,quę pro parte eiuſdem Com. Ludouici deducebantur circa validitatem ſuæ inſtitutionis ex clauſula omni mel. modo, &c. fuit reſponſum ex, iure deuoluto non poſſe ſuſtineri cum Vicarius Epiſcopi facultatem conferendi non habeat ex iure autem non deuoluto, ſed vti facta ad præſentationem veri patroni, vt ſuſtineatur neceſſe eſt, vt prius liqueat an ius præſentandi ad ſolum Co. Franciſcum, qui Com. Ludouicum præ ſentauit ſpectaret, quod quidem altiorem indaginem requirere, viſum fuit Dominis.

R. P. D. LITTA.

LEODIEN. FRVCTVVM. Lunę 31. Maij 1604.

Cadit par. 1. fol. 71. ſub num. 120.

SVMMARIVM.

1 *Medici fides infirmitatem probat. Maxime iunctis alijs ibi.*

2 *Infirmis non reſidentibus in eccleſia debentur diſtributiones.*

1 FVit reſolutum probari tale impedimentum, propter quod debuit q. Io. excuſari a reſidentia, nam licet in confeſſo ſit apud partes, quod Io. non reſederit ab anno 1596. citra conſtat tamen ex deductis per informantes pro legatariis de infirmitate illius, circa quam multi teſtes dantur, & in ſpecie medicus, qui eſt profeſſor ordinarius Vniuerſitatis Louanien. & bene percutit tempus anni 1596. & in ſpecie dicit, quod Io. laborabat ſumma debilitate ſtommaci, & tali vertigine capitis, quod Eccleſiam ſine vitę periculo
1 frequentare non poterat, vnde ſi medici atteſtatio infirmitatem ſecundum Anch. conſilio 388. numero tertio a fortiori hoc in caſu eam probabit cum ſimul cū ea concurrat depoſitio aliorum teſtium auth. multomagis, C. de ſacroſan. eccl. qui teſtes adduntpro corroboratione ſuæ de poſitionis, quod aliquando viderunt, Io. cecidiſſe in terram, & particulariter quan
2 do vna vice ad eccleſiam acceſſit, Accedit, quod Io. erat octuagennarius, & ſic Senio confectus, vt probant teſtes de quibus in ſummario legatariorum, quæ ſenectus ex ſe morbus eſt, vnde cum de iure infirmis non reſidentibus alias tamen ſolitis reſidere debeantur diſtributiones, ut tenet Io. Andr. Card. & Abb. in capitulo ad audientiam de cleric. non reſid. Felin. in capitulo apoſtolicę, numero duodecimo de except. Couarr. uar. reſolut. lib. 3. cap. 13. uerſiculo 6. item, & ſenio confectis, ut conſtat ex reſolutione Congregationis Illuſtriſſimorum interpretum Sacri Concilij Tridentini cuius copia datur ideo, &c.

Quibus non obſtant teſtes pro capitulo examinati, quia vltra, quod ſunt partes formales nihil probant, nam dum dicunt infirmitatem Io. Chriſtiani non fuiſſe talem, propter quam non potuerit reſidere deponunt de eorum iudicio,

& credulitate,& circa hoc præualet atteſtatio Medici maxime iuncta depoſitione teſtium de infirmitate deponentium, quod eo magis veriſimilis redditur ſtante maxima ſenectute eiuſdem Io. Chriſtiani & obitu inde ſubſecuto.

Et dum dicunt,quod Chriſtianus exibat de Domo,deambulabat,& ibat ad viridarium, fuit reſponſum hæc, & ſimilia ab eo fieri potuiſſe ac debuiſſe pro recuperanda Sanitate.

Et ad illud, quod morbus vertiginis non ſit perpetuus fuit reſponſum, quod vltra vertiginem,laborabat ſenio, & alijs infirmitatibus, vnde non debeat ſe ſubmittere tam imminenti periculo vitæ ſuæ ſed quantum in ſe erat ſtudere recuperationi ſanitatis.

Et dum pro capitulo dicebatur huiuſmodi infirmitatem non fuiſſe ſibi intimatam,fuit reſponſum, quod iure cautum non reperitur, quod talis intimatio debeat fieri per infirmos, & ſenio confectos alias ſolitos reſidere ad effectum conſequendi diſtributiones.

Et quoad prætenſum ſtatutum,fuit dictum,de eo legitime non conſtare illud in omnem caſum eſſe nullum, & inualidum vti factum per Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi, ſine quo Capitulum ſuper modo lucrandi diſtributiones Statuere non poteſt, vt fuit tentum in Lucana iuriſdictionis 9. Aprilis. 1601. coram R. P. D. Pamphilio.

Deducta etiam pro Capitulo circa conſumptionem dictarum diſtributionum bona fide factam non placuerunt Dominis cum minime probabiliter ignorare potuerit Capitulum infirmitatem, & maximam ſenectutem dict. Ioan. Chriſtiani quodque infirmo de iure debentur diſtributiones.

Neq. hic applicantur deducta ex Put. deciſione 417.lib.1. & alia citata per informantes pro Capitulo,quia procedunt in terminis induIti conceſſi alicui de Lucrandis diſtributionibus,quas alij non fuiſſent lucraturi de iure communi,cuius indulti conceſſio cum potuerit probabiliter ignorari a Capitulo non mirum ſi illius intimatio neceſſaria eſt ad effectum conſtituendi Capitulum in mala fide.

Ex quibus, & alijs hic latius deductis per informantes fuit concluſum, vt ſupra.

R. P. D. CORDVBA.

SALAMANTINA CENSVRARVM.
Ven.14.Ianuarij 1594.

Cadit par.3.fol.32 ſub num. 212.

SVMMARIVM.

1 *Cenſuræ A.C. inflictæ contra capitulum obligatum per procuratorem, ipſo non citato ſunt nullæ.*

2 *Declaratoria obtenta per procuratorem mandato carentem eſt nulla.*

3 *Declaratoria vltra ſummam non ſuſtinetur.*

4 *cap.Odoardus obtinens excommunicari neq.ab Aud.Cam.poteſt.*

5 *Declaratoria contra non perſonaliter citatum eſt nulla.*

DVbitaui an cenſuræ latę per A.C. contra D.Franciſcum Porras aſſertum debitorem ad inſtantiam D.Rocchi de Vergas fideiuſſoris, & ceſſionarij D. Hieronymi de Fonſeca principalis creditoris,ſint nullæ,& Domini tenuerunt affirmatiue fore reſoluendum ex multis.

1 Primo quia debitum,pro quo lata erat declaratoria,fuit contractum per Procuratorem, & non per ipſum principalem quare ante omnia eidem debuit intimari propter graue præiudiciū etiā ſi fuiſſet actum de neceſſitate hoc eſt pro releuatione indemnitatis.vt not. Caſſad. deciſ. 12.nu.2.de reſcript.& contra debitorem ceſſum non eſſe procedēdū niſi facta intimatione ceſſionis,tenet Bal.in l.per diuerſas,num.21.verſiculo primo aduerte, C. mandat.Boer.q.10.num.1.

2 Secundo,quia dicta declaratoria fuit obtenta per aſſertum Procuratorem de Vergas, de cuius mandato non conſtat nec ſufficit aſſertio Notarii dicentis Procuratorem habuiſſe mandatum,niſi exhibeatur in actis Rot.diuerſ.deciſ.1011.in fi. lib.3.parte3.Cagnol.in auth.ſi quis in aliquo, numero 86. C. de eden. Card. conſ.

conſ. 72.n.56.Gabr.conſ. 40.nu.2. & 3. lib. 1.Ang.in l.ſi donationes,C. de don. Alex.conſ.6.nu.8.libro 4.Achilles in ca pitulis prætorum,c.15.nu.13. Gundiſal. Suarez de Paz.in prax.in princ.4. adno tat.de procur.n.13.

Tertio,quia ceſſio,cuius vigore emanauit dicta declaratoria nihil tribuere poſuit, cum præceſſiſſet alia facta per eundem Hieronymum eidem Roccho per quam abdicatæ fuerunt ab eo omnes actiones vtiles, & remanſerunt ſolæ directæ inutiles , quæ propterea dicto Roccho non magis, quam ipſi cedenti viui eſſe non poterant, Aym. conſ. 191. numero 3. & conſ. 166.in fin. Ronchaga lus,qui de communi teſtatur in l. 3. nu. 66.de duob.Reis.

3 Quarto, quoniam fuit relaxata declaratoria pro ſcut.555.& prætenſum debitum erat tantum ſcut. 550. Ideo nec in minori quidem ſumma ſuſtinetur, Put. dec.323.lib.1.& Rot.diu.dec.221.2.p.& de cenſuris tradit Galeſ.de obl. in form. Cam.tit.de quæſt.poſt proceſſum,n. 36.

4 Quinto,etiã facit,quia D.Franciſcus admiſſus fuiſſet ad beneficium,c.Odoardus & c.peruenit per ſpeciale reſcriptum nec potuit excommunicari, Galeſ. de oblig. in form.Cam.tit.reliqua de proceſſu,nu. 24.quidem loquatur, quando agitur de obligatione Camerali tollit nobis occaſionem dubitandi an vigore ſicultatum, A.C.potuerit relaxari hęc declaratoria, nam ibi non intrant facultates illius, vt ipſe innuit , vbi ſupra, quia hoc caſu ceſſat contumacia cuius ratione perueni tur ad Cenſuras.

5 Sexto, & vltimo omnem tollit difficultatem cum declaratoria fuerit lata nulla præcedente citatione,nam D. Franciſcus fuit citatus per contradictas ad videndum ſe declarari die 30. Iunij 1591 & declaratoria reperitur lata ſub die 8. eiuſdem menſis, & anni clariſſimi iuris eſt non valere actum iudiciarium non citata parte,c.licet epiſcopus de præb. lib. 6.c.1.de cauſ.poſſ.l.ſi.C.de rei vend.Bar. in l.hoc autẽ,§.non defendi n.2.ex quib. cauſ.impoſſ.eat.Rol.qui alios refert conſ. 47.n.63.nec ſatisfacit conſtare de intimatione ex verbis enunciatiuis ipſius declaratoriæ,quia non probant in præiudi cium tertij,l.nundis,l.non epiſtolis,C.de prob.nec placuit,quod de errore Notarij dicebatur,cũ in dubio error Notarij non ſit præſumendus,l.ſi poſt diuiſionẽ,C.de iur.& fact.ignorant. Alciat de præſumpt. reg.3.præſumpt.21.in princ.

R. P. D. CORDVBA.

BENEVENTANA CENSVS. Lunæ 13.Iunij 1594.

Cadit par.2.fol.818.ſubnum. 264.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur heredi in exactione cenſus a defuncto exacto.*

1 DOmini reſoluerunt dandum eſſe mã datũ de manutenẽdo filijs, & hæredibus quando Conſtãtię deComitibus, quia conſtat illam per multos annos ante,& de tempore motæ litis fuiſſe in poſſeſsione exigẽdi redditus cẽſus dequibus agitur,& ſicut illi dandum eſſet ſi viueret,§.retinendæ,inſtit.de interdict. cum vulg.ita, & filijs, & hæredibus eius ad trad.per Menoch.de retinend. remed. 3. num.62.Non obſtat ſententia A. C. ſuper nullitate cenſus,cuius effectus ſuſpenſus eſt per appellationem.l.1.ad turpil. c. veniens de iur.iur.& fuit dictum coram R.P.D.Orano in vna Foroliuien. cenſus 13. Nouembris 1589. Præſertim,cum cenſus fuerit declaratus nullus, quia per teſtes fuit probatum non adfuiſſe pecunias numeratas vere ipſius emptoris, quæ probatio poteſt recipere probationem in contrarium,vna enim alteram non excludit.

Quod vero obijcitur de legitimatione perſonarum facile tollitur,quia vltra, quod Ioannes, & Petrus ſunt filij d.Conſtantiæ, & præſumuntur hæredes, pars aduerſa pro talibus acceptauit,ex quo contra eos vti filios, & hæredes Conſtantiæ citato Procuratore ab eis conſtituto proceſſit in cauſa,& obtinuit ſententiã ab A.C.facit etiã lite pẽdẽte,imo poſt inhibitionem Rotalem, & Breue pręſeruat inhibitiones emanatas,& exequutioni demandatas ante datam ipſius prout

erat iſta,& propterea non fuit locus exequutioni dicti Breuis, vt fuit dictum in vna Vallis Oletana Scholaſtriæ 5. Iulij 1599. coram Reuerendo Patre Domino Lancellotto. Nec releuat, quod dicitur tertium non atteſtare, Rot. deciſione ſecunda,vt lit.pendent.in ant. Achil. deciſione 28. de appellat. quia Comes Alexander habet cauſam,vt ipſe dicit a Cardinali,& tertius habens cauſam a parte attentat. Affiict. deciſione 354.numero 21.Ant.Aug.deciſione prima, libro primo,quia tamen de poſſeſſione Cardinalis in actis non conſtat, & quæ etiam de attentata poſſeſſione dicuntur videbantur aliquibus ex Dominis, habere difficultatem præſertim propter clauſulam ſine vitio attentatorum appoſitam in Breui, nihil fuit reſolutum ſuper conceſſione aut negatione mandati de manutenendo.

R. P. D. LVDOVISIO.

HISPALEN. MATRIMONII DE Alcalà.
Lunæ 23.Iunij 1608.

Cadit par.3.fol.32. ſub num.21

SVMMARIVM.

1 *Metus probatur per indicia, & coniecturas.*
2 *Coniectura ad probandum metum qualis futura.*
3 *Coniectura ſimul iuncta metũ probant.*
4 *Metus minor in muliere requiritur,quã in maſculo.*
5 *Metus in muliere non requiritur, qui cadit inconſtantem virum.*
6 *Metus reuerentialis in ſpecie probatus, iunctis alijs ſufficit.*
7 *Metus ad annullandum matrimonium, qualis requiratur,& ſufficiat.*
8 *l. interpoſitas,C de tranſac. declaratur.*
9 *Gloſſ in c.conſultationi, declaratur in verbo conſtantem.*
10 *Metus cruciatus corporis exponitur hic.*
11 *Mina arbitrio iudicis veniūt iudicãda.*
12 *Timor quomodo cognoſcatur.*
13 *Mina paterna difficilis ſunt probationis.*
14 *Mina probantur per teſtes ſingulares.*

Die 18. Iunij anni præteriti reſolutum fuit conſtare de metu D.Marchioniſſæ ab initio contracti matrimonij,ſed quia informantes pro parte D.Don Philippi, aut non acquieſcebant deciſioni,aut ſaltem eam tantum admittebant ad effectum, qui tunc agebatur cumulandi petitorium cum poſſeſſorio,iuxta arbitrium Rotæ traditum a Signatura Sanctiſſimi,non autem ad effectum infringendi matrimonium, placuit Dominis quod particulariter dubitarem an conſtaret de tali motu,qui ſufficiat ad annullandũ matrimoniũ,& parte vtraq.informante fuit vnanimi omnium voto affirmatiue concluſum Regula enim rationibus,& auctoritatibus in deciſione firmata, quod metus probetur per indicia, & coniecturas,procedit etiam, quando agitur de infirmando matrimonio, ea enim in his terminis paſſim vtuntur Docto.& ſignanter Barbat.late conſilio 45.in 2.dub. lib. 2.Alex.conſ.98.num.6.lib.3.& conſ.21. numero octauo, inter conſ.Matrim. Purpur.conſ. 579.num.12.Pariſ.conſilio 60. numero ſecundo,libro 4. Couar. in epit. de Sponſal.parte ſecunda,cap.3.§. 5.nu. 10.&viſa fuit Rotę in Nicien.matrimonij ſexta Martij 1588.coram Illuſtriſſimo Seraphino.

2 Nec turbabat DD. doctr. Salic. exaduerſo allegata in l.interpoſitas, nu. 3. C. de tranſact.dum ex illo text. not. non ſufficere,quaſdam veriſimilitudines, vel hominis coniecturas ad probandum metum,quia debet intelligi de coniecturis, & veriſimilitudinibus remotis, & diſtantibus non autem de propinquis, & immediatis, vt declarat, Bald. in d.l. numero ſexto, Paul. de Caſtr. numero quarto, Iaſ.numero primo in fi.alias Salic.ita ſimpliciter,& indiſtincte intellectus loqueretur non ſolum contra veram interpetrationem illius textus,ſed etiam contra receptiſſimam regulam in materia metus.

Coniecturæ autem propinquæ, & immediate hic plures concurrebant ſigillatim perpenſæ in deciſione tam ex præcedentibus, & ſequentibus, quam ex ipſo actu matrimonij.

Maximum autem inditium videbatur nimia auerſio animi Marchioniſſæ erga huiuſmodi nuptias, cuius apertiſſimum red-

reddebant teſtimonium non ſolum contradictio, quam ſæpius fecit, importunis ſollicitata precibus eorum, quorum nuptui alias obedire debuiſſet, ſed etiam continue lamentationes, & frequentes proteſtationes,quas vbique,& omni tempore emittebat, ſuſpiria, lacrime animi deliquium, & triſtitia; & alia ſigna, quod inuita trahebatur, ad dictas nuptias.

Ex circumſtantijs etiam facti præcedentibus matrimonium vehementia metus oriebantur inditia,& præſertim, quia Marchioniſſa fuit in perpetua cuſtodia poſita omni deſtituta libertate ram eundiq;loquendi niſi quo,& cum quibus placuiſſet Marchioni Patri.

Et illi erat, non ſolum interdicta omnis ſpes reuerſus ad ſuperiorem pro libertare conſequenda, ſed etiam patiebatur contrarium ſuperioris imperium, & vim.

Ex circumſtantijs inſuper in actu matrimonij multa ſe offerebant argumenta metus, vltimo nimia feſtinantia clauſura hoſtij, præſentia Virorum armatorum exteris introitum prohibentium abſentia propinquorum, & alia in deciſione deducta.

3 Quæ ſaltem inſimul iuncta metum ſufficientem probant præſertim ſtantibus proteſtationibus toties iteratis,quæ multum conferunt ad probationem metus, Ang.in l.metum,la tertia, ff. quod met. cauſ. Dec.in cap. fin. ſub num. 21. verſic. bene verum eſt,de appell. Purpurat. dict. conſ. 579.in fin.Rip.in capitulo cum, M. Ferrarien.ſub num.93.verſic.proteſtatio enim de conſtit.Natt. conſ. 50.num. 18. Couarr.in Epit.de Sponſal.part. 2.cap.3. §.quinto,num.12.& concurrentibus coniecturis, & inditijs eum plene probant, Bald.in cap.quæ cauſæ,n.4.in fin.de his, quæ vi met.cauſ.fin.Ang.in l.metum autem,la ſeconda in princip. verſiculo tunc qualiſcunquæ, ff.de eo, quod met. cauſ. Purpur.dicto conſ.num.4.ante med. Petde Barbob.conſ.24.num.14. inter conſil. matrim.

Conſiderarunt Domini qualitatem perſonæ tam inuetientis metum quam patientis iuxta conſil.Calder. 1.de his,quæ in metus ve cauſa fiunt. Agebatur enim cum Patre potente ſeuero, irato, & minante,ac ſolito minas exequi contra oppugnantes ſuam voluntatem, qui ad magis tenendum adhibuerat etiam ſuperioris, & Archiepiſcopi Imperium.

4 E contra aderat Marchioniſſa filia Puella, & virgo, quæ, vt dicunt teſtes Patrem ualde metuebat, & non eſt dubium minorem metum requiri in muliere,quam in maſculo,iuxta gloſſ. communiter recepti in capitulo cum locum in verb. metus de ſponſal.facilius enim in fragiliori ſenſu metus rolleratur,& præſumitur, Aret.conſilio vigeſimoquarto,& poſt numero ſeptimo,& in debiliori perſona minor metus ſufficit,Imol. in capitulo cum dilectus poſt num.8.de his quæ in metus cauſ.fiunt.

5 Neque eſt verum, quod in muliere requiratur metus, qui in virum conſtantem cadat, quia ſufficit ille,qui cadat in conſtantem mulierem, Ant. de Butr. in capitulo conſultationi in 4.not.&ibi Præpoſ.in vlt. not. Abb. numero quarto, de ſponſal. Aretin. conſilio 24. numero ſeptimo, Rom. ſingul. 229. Felin.conſilio 14. ſub numero ſeptimo, Dec. in capitulo cauſam matrimonij,ſub numero ſeptimo de offic. deleg. Boer. deciſione 100. numero ſecundo ad fin. & ad dictum capitulum conſultationi, quod requirit metum cadentem in conſtantem Virum bene reſpondent, Præpoſ. & Dec. vbi ſupra.

Et ſi verum eſſet,quod indiſtincte tam in fœmina, quam in maſculo requireretur metus,cadens in Virum conſtantem, inanis eſſet regula,quod metus probetur inſpecta qualitate perſonę, quam conſtituunt, Bald.in capitulo ſuper eo,in fin. de Teſt. Alber.in rubr. ff.ex quib.cauſ.maior numero primo, Purpur. dicto conſilio 579.numero quarto cum alijs adductis in deciſione.

6 Non obſtat, quod exaduerſo dicitur, non ſufficere probare metum in genere ſed debere probari in ſpecie,quia hic habemus metum in ſpecie probatum vltimum metum reuerentialem, qui licet ſolus,& nudus non ſufficiat,attamen ſecus eſt ſi cum eo concurrant aliæ metus indi tia,& adminicula,Bal.in l.ſi cogēte, ff.de rit.nup.Alcia.cōſ. 1.n.15.li.8.Molin.qui

alios congerit de primogenit. hiſpan. libro ſecundo, capit. 3. num. 9. & 10. qui dicit præcipue verum in muliere, & dixit Rota in Valentina profeſſionis 17. Aprilis 1570. coram Illuſtriſsimo Cardinali Lancellotto.

Iura autem, ac auctoritates, quæ ex aduerſo allegantur, vel loquuntur in metu reuerentiali nudo, & ſolo, & ita enim loquitur allegata, l. ſi cogente cum ſic eam intelligunt, Bald. ibi, & Abb. in cap. t. nu. 40. de ſponſ. impub. vel loquuntur de coactione non graui, ſed leui, quæ non ſufficit, gloſſ. in capitulo preſens in verb. Patrem in §. 20. q. 3. Abb. in capitulo cũ virum, num. 8. cir. med. de reg. Felin. in capitulo cauſam matrimonij, num. 3. ante fin. verſic. modo probatur, & ibi Dec. ſub nu. 7. de offic. deleg. Couar. de ſponſ. part. 2. cap. 3. §. 6. circa fin.

7 Non obſtat illud, in quo informantes pro D. Don. Philippo faciunt præcipuum fundamẽtum, quod ad annullandum matrimonium requirantur minæ mortis ac cruciatus corporis pro ſufficienti metu, quia fuerunt datæ plures reſponſiones.

Et primo hoc non eſſe verum, quia ad iſtum effectum ſufficit metus cadens in conſtantem virum relinquitur arbitrio iudicis Alex. conſ. 156. n. 5. in fi. lib. 5. Socc. Iun. conſ. 77. n. 45. libro primo plures cumulat, Thom. Sanchez. li. 4. diſputation. diſput. 5. nu. 1. qui rationem aſſignat eo, quia non poſſunt in particulari exprimi omnes caſus, & in diſcurſu dictæ diſputationis enumerat duodecim caſus metus cadentes in virum conſtantem non poſſet autem eſſe arbitrarium iudici ſi eſſet abſolute in iure diffinitum, quod requirerentur minæ mortis aut verbera, & non eſſet verum, quod reperiantur tot caſus in quibus uerificari poſſet metus Viri conſtantis.

8 Non obſtant, l. interpoſitas, C. de tranſact. nam quatenus requirit ſalutis periculum, uel corporis cruciatum, hoc habet locum, quo ad uerba edicti, & actionem directam ſecus autem, quoad utilẽ actionem, & mictum Prætoris, quia ſufficit minor metus, & aliunde proueniens, ut declarant ibi Doctor. & in ſpecie Angel. & Paul. de Caſtr. in princ. & propterea, Bald. ibi num. 8. Salic. nu. 5. & Curt. Iun. num. 7. dicunt ſufficere, ſi timeatur graue damnum in bonis.

9 Gloſſ. in dicto capitulo conſultationi in uerb. inconſtantem Virum intelligi debet, vt loquatur per modum exempli, quod metus mortis, aut cruciatus corporis ſint quidem metus cadens in conſtantem, ſed non ita, quod non poſſit aliter dari talis metus, hoc bene comprobat, Ang. in dicta l. interpoſitas in princip. dum dicit nota, quod metus debet eſſe talis, qui cadat in virum conſtantem puta mortis, vel corporis cruciatus facit etiam, quod trad. Calder. conſilio primo, circa princ. de his, quæ vi metusve cauſa fiunt vbi dicit metum iuſtum iudicari ex circumſtantijs, vt non ſolum, quæ continent cruciatum corporis, ſed etiam, quæ continent verba comminatoria, maxime mortis.

Alexand. conſil. 156. numero 20. lib. 5. refert ſe ad ſuperius per ipſum dicta ſupra ante numerum quintum, verſic. & etiam dixerat, quod poteſt varijs ex cauſis, & per minas, & aliter inferri iuſtus metus cadens in conſtantem virum.

10 Secundo principaliter reſpondetur, quod dicitur de metu cruciatus corporis aut mortis procedere in extraneo, non in eo, qui reuerentiam debet, Bart. in l. prima, §. quæ oneranda, numero quarto, ff. quar. rer. act. non det. clarum eſt enim propter reuerentiam debitam minorem metum ſufficere Franch. Marc. deciſione 1090. numero ſecundo, parte prima, Et fuit dictum in deciſione.

Accedit, quod Bart. in dicto §. qui onerandę in fin. & concord. adducti in eadem deciſione dum dicunt minas etiam metu reuerentiali ſufficere, loquuntur ſimpliciter de mini, ſnec ſe reſtringunt ad minas mortis, & Anton. Gomez. variar. reſolut. tomo ſecundo, capitulo 14. num. 27. verſiculo ſed his non obſtantibus ibi, præter quam ſi cum prędicto metu dicit, quod
11 qualis debeant eſſe iſtæ minæ, cum non reperiatur ex iure determinatum, pendet ab arbitrio iudicantis, & eſt de mente Abb. in capitulo cum Virum, numero 8. circa fin. verſic. Iudex ergo ex circumſtantijs de regul. & propterea dicit Abb. paulo ſuperius, quod reuerentia cum terribilitate perſonæ ſufficiant pro iuſto metu, etiam vult, Felin. in capitulo cauſam matrimonij

Digitized by Google

trimonij, ſub numero quarto, verſiculo, quod talis reuerentia de offic.deleg.

Tertio reſpondetur, quod vbi verum eſſet timorem debere eſſe mortis, aut cruciatus, ſed ſufficeret, quod Marchioniſſa probabiliter ſuſpicari potuerit de morte aut cruciatu, Alex.conſilio 98.num.5.& Alex.de Neuo, conſilio ſequ.num.6.&7. lib.3.idem Alex.conſil.21.ſub num.5.inter conſ.matrim.Rim.Iun.conſilio 361. num.73.

12 Timor enim iuſtus ex affectu metuentis dignoſcitur, Alber.in rubr.ff. ex quib. cauſ.maior, numero primo,& iuſta metus ſuſpitio ſufficit pro metu, Bald.in l.fin.numero 7.C.de iur.delib.Rim.Sen.conſ.15. num.26.Alban.conſ.77.num.11. Gram. deciſ.5.num.7.cum duob.ſeqq.Pariſ.conſil.60,num.13.libro quarto,& dicit Bald. conſil.165.ad fin.libro ſecundo, quod in matrimonio animus debet eſſe liber,non ſolum a compulſione ſed etiam a timore Compulſionis.

Marchioniſſa autem talem metum, & ſuſpitionem concepiſſe probat Dout. Sebaſtianus Martinez ſuper 6. qui deponit ſe ab ea rogatum fuiſſe,nec abhorret propter dubium, quod habebat ne Pater aliquid damni ſibi aſſerret melius etiam Donna Maria de Naruaz, quæ deponit Marchioniſſam ſibi dixiſſe, quod timebat,ne a ſuo Patre occideretur, ſed dixit nolle contrahere matrimonium cum Don Philippo,& quod iſta ſuſpitio non eſſet omnino vana,probat depoſitio materna,quæ bene informata de animo,natura,& ira ſui Viri dicit ſe pro certo habere,quod Marchio occidiſſet filiam ſi ſibi in hoc non obtemperaſſet.

Quarto præſuppoſito ad omne peius, quod requirerentur minæ mortis,aut verberum, reſpondetur minas huiuſmodi interueniſſe, illas enim probant Lupus de Naua,& Donna Hieronyma de Mendoza, quorum dicta coadiuuantur ex dicto Donnæ Franciſcæ,de Figuerra deponentis de audiru,& depoſitione Donnæ Hieronymæ de Mendoza, & Donnæ Franciſcæ Horriquez, quæ dantur in ſummario.

Nec obſtant obiectiones, quæ dantur contra perſonas,& eorum dicta, quia placuerunt Dominis reſponſiones datæ in vltima deciſione facta 28. Iun. præteriti

13 ſupponendum minas Paternas eſſe difficilis probationis,Bertrand.conſ.64.num. 5.parte prima in antiq. Alban. conſ. 77. num. 9. Boer. deciſione 101. numero primo ita vt propterea admittantur teſtes, qui alias non admitterentur, Alex. conſ. 156.num.15.lib.5.Honded.conſ. 29.nu. 24.libro primo.

14 Nec obſtat,quod dicitur teſtes eſſe ſingulares,& propterea non probare minas, quia magis placuit Dominis ſententiam Angel.Crot.& aliorum,volentium, quod in hoc admittantur Teſtes ſingulares, & Doctores in contrarium adducti,vel non dicunt id ad quod allegantur,vel procedunt quando ageretur de probandis minis ſolis, & propter ſe non autem pro eruendo metu,iuxta diſtinct. Anchar.conſilio 277. numero ſecundo circa med. quem ſequitur Silueſtr. Aldobrand.exaduerſo alleg.conſilio 71.numero 38.&39. qui facit pro opinione,Ang.& Crot.

Præterea Teſtes ſingulares probant concurrentibus adminiculis, Paul. de Caſtr.conſilio 281.numero 10.ad fin. verſiculo item non obſtat, quod teſtes ſunt ſingulares, libro primo, & conſilio 250. poſt num.3.lib.2.Aym.conſilio 128. nu. 8.Cephal.conſ.141.ſub n. 12. verſiculo, & propterea Gabr.de Teſt.codcluſ.3.in fin.Roland.conſil. 82. num. 47. libro ſecundo,Surd.conſilio 93.num.65. fuit dictum in vna Biſignanien.Penſionis, decima ſeptima Maij 1574. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto, & in vna Romana fideicommiſſi 20.Decembris 1582 coram Bubalo.

Adminicula autem ſunt ex depoſitionibus aliorum teſtium, & ex multis circumſtantijs ponderatis per Informantes, & adductis in prima deciſione huius cauſę.

Alia exaduerſo deduct,a vel ſunt ſublata in dicta deciſione, vel tolluntur ex deductis per informantes pro parte Marchioniſſæ.

R. P. D. LVDOVISIO.

ROMANA ARGENTORVM.

Lunæ 24.Martij 1608.

Ca-

Cadit par.2.fol.818.ſubnum. 264.

SVMMARIVM.

1 *Statuto in contractu mulierum, & ſimilium cauſa legitima deficiente contractum annullat.*

1 DOmini ſteterunt indeciſis rationibus de quibus in deciſione, quia obſtat defectus cauſæ a ſtatuto requiſitæ, quæ debet reſpicere commodum aut intereſſe ipſius mulieris non aliorum, pro quibus, vel cum quibus ipſa contrahet, vt in ea fuit dictum,& latius in cauſa Romana de Sancta Cruce,tertia Decembris 1607.coram R.P.D.meo Sacrato,& quia propter malum ſtatum in quo verſabatur maritus pro quo Marchioniſſa fideiuſſerat nō erat illi cōſulū pro ſua releuatione.

Non obſtat deciſio Interamnen. Mercium; coram Reuerendo Patre Domino meo Decano,quia illa loquitur in terminis iuris communis,tantum,quod ad validandum mulieris fideiuſſionem ſufficit iuramentum iuxta trad.per gloſſ. & Doctor.in capitulo ex reſcripto de iure iurando.

Rurſus in ea erat conſultum indemnitati mulieris, pro quo plures interceſſerant, quibus etiam Rota,non contenta, voluerit, quod ſuperſederetur in executione mandati,contra mulierem relaxati, vt clarius liqueret,an reliqua ſupereſſent bona,ſuper quibus,eius dotes tuta conſiſterent,alia ſunt ſublata per informantes.

R. P. D. BVRATTO.

ROMANA DIVISIONIS Domus.

Ven 9.Maij 1614.

Cadit par.1.fol.57.ſub num. 71.

SVMMARIVM.

1 *Nemo in communione permanere cogitur.*

Sed poſſe conſocium ad diuiſionem compellere ibi.

2 *Diuiſio in emphiteuticis eſt permiſſa Domino irrequiſito.*

3 *Ceſſante vno ex emphiteutis canonem rei diuiſe ſoluere, quando alter caducitatem incurrat.*

4 *Conceſſio emphiteuſis pluribus abſque clauſula inſolidum conceſſa,pro rata data cenſetur.*

1 AD inſtantiam illorum de Stanghellinis,fuere per ſententiā A.C.condemnati illi de Serenis,ad diuidendas domos, de quibus agitur, alias de anno 1548.Marino de Angelinis,& Lucę de Stanghellinis, eorum auctoribus, in perpetuam locationem conceſſis, pro cuius ſententiæ confirmatione, Domini reſoluerunt ex vulgari regula,neminem inuitum cogi in communione permanere, l.fin.vbi Doct.C.commun.diuid. ſed poſſe conſocium ad diuiſionem compellere, l.& ſi non omnes,8.vbi omnes,& l.antepen,in fin.ff.eodem,quæ procedit etiam in emphiteoticis. Alexand.conſilio 7.numero quinto,libro quinto, Roland. conſ. 80.numero 46.libro primo,& in feudalibus,Socc. conſ. 68. numero 45.in fin. & ſequenti,libro primo,cum alijs per Schrader.de Feud.par.8.capitulo ſecundo,numero 32.& ſequenti,qui de veris,& communi,& Roſſent.in eodem tractatu, cap. 9.concl.53.num.4.

2 Et in emphiteuticis eſt permiſſa diuiſio,etiam irrequiſito Domino, inter comprehenſos,vbi præſertim æqualiter fiat, Bart.in l.qui Romæ,§.duo fratres,numero 24.verſiculo ego dico,ff.de verb. obl. quem ibi omnes ſequuntur, & de mandatis communi teſtantur,Alex.nu. 60. Iaſ. num.75.Crot.numero 135.Rip. numero 86.Modern.Bonon.numero 281. idem Iaſ.in l.final.numero 114.C.de iur.emphiteut.Felin.in capitulo quæ in Eccleſiarū, numero 89.verſiculo ſimiliter dicitur,de Conſtitut.Clarus in §.Emphiteuſis,quæſtione 14.prout in feudo inferiori pluribus conceſſo habetur capitulo primo, §. præterea ducatus,de prohib.alien. per Feder.& tradunt,Iaſ.in dicta l. fin. numero 114.idem in dicto,§.duo fratres, numero 75.vbi Rip.num.86.Schrad. de feud. libro primo,part. 8.capitulo ſecundo, numero 31.idque ob eamdem rationem, quod diuiſio dicatur alienatio neceſſaria

Bar.

Bart. in l. & ideo in fin. vbi Bald. verſiculo inducit hunc textum, ff. de cond. furt. Iaſ. in dicta l. fin. numero 47. Alexand. dicto conſilio ſeptimo, numero quinto, libro quinto, Redoan. de reb. eccl. non alienan. quæſt. 11. verſiculo autem 50. n. 18. tit. 28. num. 49.

3 Nec impediri poteſt prætextu, quod vnus ex emphiteutis poſſet, ſi alter deficeret in ſolutione canonis, abſq. propria culpa caducitatem incurrere.

Nam vltra, quod conceſſio de qua agitur, vero potius cenſualis, vel locationis ad longum tempus, quam emphiteutica, in quibus ceſſante pacto, vt hic ceſſat caducitas, vt in cenſu, gloſ. pen. in capitulo conſtitutus, vbi Innoc. & alij de Relig. dom. Natta conſilio tertio, & in locatione ad longum tempus late probauit Rota in vna Romana Caſalium de Maximis 20. Febr. 1576. & 14. Martij eiuſdem anni coram bonæ memoriæ, Cardinali Seraphino relata parte prima diuerſ. dec. 139. & 174.

4 Cum ſimpliciter abſque clauſula in ſolidum fuerit prædictis, Marino, & Lucæ facta conceſſio, cenſetur cuilibet facta, pro rata, & quilibet pro virili tenetur, l. eum qui ita, 56. in principio, & l. ſi mihi, & Titio. 110. ff. de verb. obl. l. reus. 11. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, & in emphiteuti, Bar. in l. fraudati ad finem verſiculo, & ideo ſi ponerem, ff. de publican. Bald. conſilio 116. numero primo, libro primo, Crot. in dicto §. duo fratres, numero 145. Dec. conſilio 58. in fin. Gabr. conſilio 86. in principio, libro primo, Corbol. de cauſa priuationis, ob non ſolutum Canonem, limitat. 36. numero primo, ita vt ſolum pars ſoluere ceſſantis incidat in commiſſum, Bart. in dict. l. fraudati in fin. Bald. dicto conſilio 116. numero primo, Iaſ. in l. final. numero 57. verſiculo ſecundo limita poſt Alber. ibi in 9. quæſt. C. de iur. emphit. Ripa in l. 4. §. Cato, numero 44. verſiculo primo caſu ff. de verb. oblig. Roncag. in l. eamdem in principio, numero 137. ff. de duob. reis Corbolus dicta limitat. 36. numero ſecundo.

Et ex his pro ſententiæ confirmatione reſolutum.

R. P. D. PENIA.

BONONIENSIS DOTIS.
Ven. 27. Iunij 1603.

Cadit par. 3. fol. 251. ſub num. 203.

SVMMARIVM.

1 *Dos reſtitui debet in ea ſpecie, qua conſtituta fuit, & num 2.*

IN diuiſione in hac cauſa facta die 21. Februarij proximi præteriti, fuit dictũ quod particulariter videretur an dicta Pandora cogi poſſet accipere bona in ſolutum, cum ipſa in pecunia dotem dederit. Propoſito itaque dubio quanta, & in quibus bonis dos eſſet aſſicuranda. Rota reſpectu quantitatis particulariter videre voluit, reſpectu vero rerum, cenſuit 1 dotem fuiſſe in pecunia reſtituendam, per regulam, quod Dos aliter reſtitui, vel aſſignari, nõ debet, ac conſtituta fuit, l. res in dotem data, ff. de iur. dot. Rolan. conſ. 86. numero quarto, verſiculo verumtamen, eis non obſtantibus exaduerſo 7. in fin. lib. 4. Crau. conſ. 548. num. 6. verſ. 4. & fuit nuper reſolutum in cauſa Romana de Cincijs, coram Illuſtriſſimo Mellino.

2 Cur ergo in hoc caſu dos fuerit conſtituta Viro in pecunia numerata eodẽ modo reſtitui, ſeu in tuto collocari debuit, Bar. in l. ſi conſtante in 3. q. princip. n. 70. & 73. ff. ſolut. matr.

Conſideratum etiam fuit, quia ſi in pecunia numerata Dos reſtitueretur maiori cũ vtilitate poſſet in emptione, verbi gratia cenſum implicari vnde maius fænus vxor pro ſe, & familia alenda percipere poſſet, quam ex bonis immobilibus, quæ longe minus pro centenario præſtare ſolent.

Denique difficultas ceſſabat in hoc eaſu, quia in ea conſtituenda recipientes promiſerunt in omni caſu reſtitutionis, ſeu intuto collocandæ dotis, eam reſtituere.

R. P. D. BVRATTO.

MELITEN. PENSIONIS.
Mercurij 14. Maij 1614.

Ca-

Digitized by Google

Cadit par. 1. fol. 71. ſub num. 220.

SVMMARIVM.

1 *Penſio aſſignata ſuper fructibus commẽdæ patris filio naturali, tacita naturalitate, non valet.*

2 *Illegitimus penſionum capax eſt ſi circa clericatum ſit diſpenſatus, ſecus ſi nõ diſpenſatus ibi.*

3 *Clauſula meritorum tuorum vitæ, & morum honeſtas ex in penſione minori conceſſa non cadit in infanti.*

Nec penſionem a ſubſcriptionis, & nullitate liberat, ibi.

4 *Penſio Commendarum Militiæ quibus aſſignari poſſit.*

ASſignata per defunctum Commendatarium de Yeuenes in uim facultatis ſibi 19. Feb. 1603. à M. Magiſtro conceſſæ, annua penſione ducatorum 200. monetæ Caſtellæ Frãciſco de Quintela, ſupradicta eius Commenda, illaq; à Santiſſimo 18. Iul. 1606. & à M. Magiſtro 20. Nouẽbris anni ſequẽtis confirmata, & commiſſa, pro moderno Commendatario penſionem minime deberi prætendente, cauſa in Rota ſuper iactationibus, ac penſionis inualiditate in contumaciam partis aduerſæ dedi dubium, An penſio deberetur negatione reſolutam.

1 Primo aliqui ex DD. mouebantur ex eo, quia ex teſtibus, & alijs, per informantes ponderatis, ſatis conſtare credebant Franciſcum fuiſſe filium naturalem Commendatarij defuncti, & propterea, vel ſit incapax, Gig. de penſ. q. 16. vel ſaltem de hoc debuiſſet fieri mentio in litteris, Gãbar. de pot. lega. lib. 6. n. 284. vel probandus ſit ab ipſo clericatus cum diſpenſatione ad illum.

2 Sed alijs non placebat hæc ratio, quia illegitimus nõ eſt inhabilis ad obtinẽdã penſionem, niſi ratione clericatus, ſuper quo ſi ſit diſpenſatus, non indiget diſpenſatione, ſuper illegitimitate Sarnen. in reg. de ann. q. 21. ad fi. verſ. ſi vero nõ dantur, quam opinionem perpetuo ſeruat Rota, vt in Legionen. penſ. 10. Octobris 1577. corã Robuſterio inter impreſ. diu. 425. parte prima, in Veneta penſionis, decima Decembris 1572. coram eodem in Burgen. penſionis 19. Feb. 1596. corã bo. me. Card. Blanchetto & 16. Decembris 1596. coram. b. m. Penia in Cęſarauguſtana penſionis 19. Feb. 1595. coram Gypſio, & in Colimbrien. penſionũ 11. Feb. 1594. apud. b. me. Card. Seraph. d. 1264. n. 2. p. 2. Paleot. de not. ſpur fil. cap. 58. Vnde non credebant neceſſarium inueſtigare, an eſſet probatũ Franciſcum eſſe illegitimum, quia non videbatur ex hoc capite, abſolute firmari poſſe, penſionem non deberi, cum non ſit penſionarius, qui agat pro penſione, ſed titularis, qui ſuper inualiditate cauſam commiſit.

Niſi obſtaret diſpoſitio Sac. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de refor. prohibentis à filijs clericorum haberi penſiones, ſuper fructibus beneficiorũ, quæ parentes eorum obtinent, vel alijs obtinuerunt; quod cum deductum non fuerit, eſſet particulariter viden. an probetur talis filiatio Franciſci ex Priore defuncto, cui obſtet prædicta Concilij diſpoſitio.

3 Secundo, aliqui mouebantur ex eo, quod penſio fuit confirmata cum narratiua, ſub qua aſſignãtur maiori; videlicet vitæ, ac morum honeſtas, aliaq; laudabilia &c. quæ cum non cadat in infante, qualem probari prætendebatur Franciſcum tempore reſeruationis, reddit confirmationem nullam, & ſubreptitiam, Verall. dec. 138. p. 2. Guidob. dec. 138. alias 139. Pariſ. de reſign. ben. lib. 6. c. 2. n. 82. & fuit dictum in allegata Burgen. Penſionis 16. Decembris 1596. coram bo. me. Penia, licet alias non ſit neceſſaria expreſſio infantilis ætatis, cum illa non reddat incapacem penſionis vt fuit reſolutum in Veneta penſionis 10. Aprilis 1573. coram Robuſterio & in Catanien. penſionis, quarta Maij 1583. coram Domino Gypſio.

Sed vt alij aduertebant, minor ætas non recte concludebatur ex teſtibus, qui fuerunt de menſe Auguſti præteriti Melitæ examinati, & dicunt, quod tunc temporis eſſe poterat annor. 14. in circa imo octauus concludit fuiſſe maiorem ſeptennio, dicens de anno 1599. fuiſſe annorum trium.

Tertio itaq; in hoc, fere omnes conuenerunt, quod facultas aſſignandi pẽſionem

ſionem fuit reſtricta,vt poſſet illam concedere fratribus, & Religioni Prioratus Caſtellæ,&legionis,quid eſt etiã iuxta diſpoſitionem bullarum fel. rec. Pij V. & Gregorij 13.in Stabilimentis Religionis nouiter impreſſis, fol. 25. & 66. quod penſionis aſſignari non poſſit, niſi fratribus dicti ordinis, vel intra ſex menſes profeſſionem emittentibus.

4 Vnde licet Franciſcus 23. Septembris 1604.fuerit à M.Magiſtro in gradu Capellanorum dicti Prioratus, abſq; onere probationes faciendi, receptus, cum certum ſit Franciſcum, non fuiſſe eius ætatis, in qua potuerit ad profeſſionem recipi, iuxta formam Conc. Trid. Seſs. 25.d.reg.cap.15.ex hoc capite ſequebatur penſionem non deberi, vt fuit, ſolo Priore informante, reſolutum.

R. P. D. BVRATTO.

ROMANA DOMVS.
Ven.23.Maij 1614.

Cadit par.1.fol.1210 ſub num.16.

SVMMARIVM.

1 *Extimatio Tertij periti non citato, vel abſente principali eſt nulla.*

2 *Cognitio etiam extraiudicialis ſine partium præſentia non approbatur.*

3 *Tertij extimatio a duobus alijs primis diſcordans eſt nulla, & quare.*

4 *Peritis duobus concordibus ab illis diſcordante,an nulla ſit relatio adeo, quod tertius eligatur.*

1 AEſtimationem domus de qua agitur nõ eſſe ritè factã responderunt Domini, quia facta fuit à tertio perito abſq;citatione, vel preſentia Gregnæ, prout de iure requirebatur cũ potuiſſet illum trahere in diuerſam ſententiam iuxta doctr. Ber. communiter receptam in l.theopompus,num.9.verſ. quandoq; ſtatur eius declarationi ff.de dot.præl. & in l.qui bona §.fin.num.3. verſ. ſed ante ff. de dam.inf. aduertens id poni, debere in actis,ne alias proceſſus periclitetur Felin.in c.veniens il primo num. 20. verſ. adde etiam de teſt.Cagn.in l.2.nu. 260. verſ.2.nota C.de reſcid.vend. facit tex. in l.3.C.finium regundorum.

2 Quæ ex eadem ratione, & quia cognitio etiam extraiudicialis ſine partiũ præſentia haberi nequit l.fin.C.ſi per eũ vel alio modo,procedit etiã ſi periti extraiudicialiter à partibus electi ſint.Creſcun.Dec.2.de arb. Alex.conſ.33.nu. 9. lib.6. Aldobr.conſ. 59. num. 6. Couarr. var.reſol.lib.2.cap.13.num.5.in 9.cond. verſ.idem ipſi, ſunt n.loco arbitrorum, & ideo debent partes monere, & requirere, & ab eis informationem capere Salyc.in l.fin.nu.10.verſ. quid dican. C. de contr.empt.

3 Accedit quod extimatio tertij diſcordat ab alijs duabus præcedentibus, cum tamen alterutram ex illis appobare debuiſſet quo fit, vt nulli ſtetur ſed deueniendum ſit ad electionem aliorũ Salyc. in l.hac edictali §.his illud nu. 10. verſ. igitur C.de ſecud.nupt.Gabr.conſ.168. num.106.lib.1.Rim iun.conſ.335.nu.11. verſ.hæc ſunt lib.3.

4 Tandem conſtat de errore eiuſdem periti circa menſuram parietum in cãnis 200.ex quo ipſe retulit parietes eſſe cannarum 800.cum tamen alij duo concordent eſſe cannarum mille, & vltra quibus propterea magis creditur quã tertio diſcordant c.1.de arb.in 6.Soc.conſ. 54. num.1.lib.1.Cephal.conſ.540.num. 88. & conſequenter eius relatio, etiam tamquam erronea deberet retractari, ex Doctr.Bar.in l.2.numero 7.& 10.C.de iur.fiſc.l.10.

Et ita vna tantum parte informante reſolutum.

R. P. D. ATREBATEN.

PAPIEN. PRAEPOSITVRAE.
Lunæ 30. Maij 1611.

Cadit par.1.fol 324 num.102.

SVMMARIVM.

1 *Breui iuſtificato proceditur ad vlteriorem exequutionem.*

2 *Clauſula conſtito verificatio non requiritur alia narratiua iuſtificata petitorium concernentis.*

Sub-

3 *Subreptionis exceptio petitorium continens non attenditur in poſſeſſorio etiam ſi queritur impedire immiſſio non ex gratioſa ſubrogatione ibi.*

Reſeruantur in alio iudicio minus exequutiuo ibi.

1 QVando quidem in hac cauſa fuerũt reſolutum die 10. Decembris proxime præteriti, Breue eſſe iuſtificatum, dixerunt domini conſequens eſſe vt procedatur ad vlteriorem exequtionem c. ſi capitulo, & ibi gloſa in verbo exequatur, & c. ſeq. de conceſ præbend. in 6. Sarnen. in tractatu Breuium nu. 4. & ſeq. Mohe. dec. 13. vt lite pendente, & fuit ſępe in Rota reſolutũ vt in Vicen. beneficij 22. Iunij 1598. coram bon. me. Litta & Tiraſonen. Canonicatus de Alfano 24. Maij 1601. coram R.P.D. Coccino.

2 Non obſtant ea quæ opponuntur de ſubreptione gratiæ principalis eo quod non fuit narratum præpoſituram eſſe parochialem, ſed dignitatem in collegiata, Quia verificata clauſula conſtito nõ requiritur alia iuſtificatio narratiuæ nec eſt cognoſcendum de exceptionibus aliunde petitis vt traditur per Ancharan. conſ. 297. nu. 8. verſiculo & proxime ditta optime iuſtificantur, & verſiculo eo ergo ipſo & non viſo Ancharano ita cẽſuit Rota in Abulen. canonicatus & præbendæ coram bon. me. Rubeo 24. Nouẽbris 1575. & in Salamantina beneficij de duennas 31. Ian. 1596. corã Reuerendiſs. Pacen. & in hac eadẽ cauſa corã me deinde hæc ſubreptitio non reſpicit breue, in quo ſolum enuntiatur collatam fuiſſe Præpoſituram in collegiata prout in litteris, quæ poſtea expeditæ fuerunt, abſque illa commemoratione qualitatis collatæ, quę litteræ circa hoc attendi debent, & non ſuppoſitio, vel breue quod ſe refert ad litteras, & ſic non fixit pedes in ſtatu, & qualitate præpoſituræ, quod apparet eo ipſo quod in dicta clauſula conſtito nulla de eo fuit facta mentio ſed de aliis, vt in dicta Abulen. Canonicatus.

3 Accedit, quod huiuſmodi exceptio ſubreptionis reſpicit petitorium Put. deciſ. 895. nu. 2. Rota in Vlixbonen. coadiutoriæ 22. Martii 1596. coram bon. me.

4 D. Gipſio, & propterea non admittitur etiã ad impediendum immiſſionẽ vigore ſubrogationis gratioſæ vt Rota tenuit in vna Senen. Canonicatus 13. Maii 1588. coram bon. me. Rubalo, & in montis faliſci Cappella 30. Ianuarii 1606. coram R.D. meo Lancellotto vltra quod, in alio iudicio minus exequtiuo probari poterit, quod hæc præpoſitura ſit in collegiata, & habeat curam animarum vel, etiam quod non ſit parochialis, & in hanc ſententiam dñi eo facilius uenerunt quia Breue non eſt fundatum principaliter in reſeruatione regulæ 33. reſultante ex dignitate in collegiata ſed in reſeruatione ob familiaritatem Cardinalis quorum ſingulæ ſufficiunt pro effectu, & exequtione Breuis, & tenuit Rota in vna Corduben. Cantoriæ 17. Maii 1557. coram Quiroga, & ſequta eſt in Cartaginen. de Alnorabis 14. Aprilis 1559. coram bõ. me. Cardinali Paleotto ; quæ eſt deciſ. 5. 14. parte 3. lib. 3. diuerſoque,

R. P. D. COMITVLO.

ROM. OFFICII SCRIPTVRIÆ.
Ven. 21. Iunii. 591.

Cadit par. 2. fol. 140 ſub num. 85.

SVMMARIVM.

1 *Incola dicitur aduena, qui domicilium in aliqua regione contulerit*

2 *Incola dicitur ex ſola decennali habitatione abſque alia animi declaratione.*

3 *Incola loci, vbi maiorem partem fortunarum habet, dicitur.*

4 *Expeditores beneficialium gratiarum non ſunt incole.*

5 *Aduocatus curiam ſequentem incola non dicitur Macerate.*

6 *Officiales Rom Cur. ſeq. non ſubjunt Curia Capitolina.*

1 RReſolutum fuit Dominos Antonium, & Claudium eſſe Incolas Vrbis, ac in eis locum habere ſtatutum
1 cap. 178. lib. primo vt non liceat ſecundo procuratore. Nam Incolæ dicuntur qui
2 cum eſſent in aliqua regione domicilium contulerũt l. Pupillus §. Incola vbi Alciat. ff. de verb. ſignific & bene dixerũt Domini

Domini in vna Legionen, Capellaniæ 9.
Iunii 1591.coram bo.me.Lauretano, incolatum eſse nomen iuris, requirens factum habitationis, & animum ibidem perpetuo manendi.

Ergo iſti Antonius, & Claudius licet
origine,& natiuitate Galli cum vrbem
vltra decennium continuo habitauerint,
ſe ſuamq.familiam alendo, & negociando, & emendo poſseſsionem, & domos animo perpetuo permanendi in Vrbe ſatis declarauerunt iure inter incolas
cenſendi ſunt,quando quidem ex ſola de-
2 cennali habitatione, abſque alia animi
declaratione, ius interpræratur domicilium fuiſse acquiſitum niſi aliunde animus excludatur,dicta l.Ciues,Bald.conſ.
393.libro primo,Pariſ.conſ.12. num. 12.
& 20. libro tertio cum allegat. in cauſa
Rom. Societ. Aromatariæ 1. Iunij anni
præteriti coram me, vbi fuit dictum id
procedere etiam ſi eorum alter,vel vterq;
haberet maiorem partem fortunarum
3 ſuarum,Socc.in conſ.7 n.7.num.9. lib. 2.
ſed,& habemus ſigna,ex quibus Domini
colligunt animum permanendi in loco,vbi quis ſibi,& ſuis emit domos, & Vineam aut alia bona ſtabilia Soccin.in.ca.
vlt.ſub n.25.de for. compet.Abb.in cap.
vlt.ad fin.de Paroch.Ruin.conſ.18.n.2.li.
3.Rol.conſ.59.nu.53.lib.3.

4 Non obſtat, quod D. Antonius Romæ
ſollicitauerit expeditiones beneficiorum,
& ſit officialis,vt ex hoc videatur de eo
iudicãdũ tãquã de ſequẽtibus Rom. Curiã,qui non haberet animum Romæ contrahendi domicilium iuxta id quod de
5 Aduocato ſequendo Curiam Maceraten.
conſuluit,Pariſ.conſ.53.nu.89.lib.3.quia
non repugnat incolam eſse officialem, &
vacare negocijs Curiæ,vt patet in ijſdem
ſtatutis Vrbis,li.1.c.41.in caſu Pariſij deficiebant ſigna, & argumenta,ex quibus
colligebatur animus Aduocati in Ciuitate Maceraten.perpetuo permanendi,quæ
ſupperũt in caſu propoſito,præterq;quod
non fuerit abſonum conſiderare facilius
præſumi contractum domicilium,& incolatum Romæ quæ eſt communis Patria l.
Roma,ff.ad munic.quam in Ciuitatibus,
inferioribus.Minus obſtat quod officiales
Romanam Curiam ſequentes non ſint aſtricti Curiæ Capitolinæ prout Romani Ciues,ac incolæ laici,qui alibi,quam in dicta Curia conueniri non poſsunt propter ſtatutum Vrbis,li.1.de for.comp.c.41. & paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari,c.vt animarum de conſtit. lib.6. Bero. conſ.109.n.2.Nam retorqueretur argumentum,ſi quidem niſi exciperentur nominatim officiales Romanę Curię ſequentes ab obligatione fori Capitolini in eod. c. 41.& in liberis Iulij ſecundi ſuper diſtinctione iuriſdictionis, & tribunalium,proculdubio compræhenderentur in regula, quia omnis exceptio præſupponit compræhenſionem,l.1.§.ſed excipiuntur,ff.de fer.Item in c.1.n.5.qui ſucc. in feud.ergo prædicta exceptio ſtatutis in caſu limitationis ad obligationẽ fori, nõ eſt trahẽdũ ad ſtatutum diſponens circa apellationes, ſed vtrumq.cum ſuis exceptionibus ſeruandum eſt in ſuo caſu Gemin.c. 1. num. 14.de iur.iur.Dec.in l.parte nouiſſima, n. 5.C.de pact.

R. P. D. COCCINO.
VALLIS OLENTANA IVRIS NOMIN.
Merc.8.Iunij 1605.

Cadit par.1.fol.81.num.232.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua,quando in maiori parte verificata,ſufficiat.*
2 *Narratiua,quæ Papam non mouit,ſi non verificatur,non vitiat.*
3 *Aſſertioni,Papæ plena fides adhibenda venit.*

1 DVbitaui an gratia Apoſtolica eſſet iuſtificata,& Domini affirmatiue reſoluerunt,nam licet non iuſtificetur præciſe,quod Rodericus ingenti cum labore & forſan etiam expendendo, repererit, & detexerit ius nominandi puellas ſpectare ad dignitates,hoc non refert,quia ſubditur,& litigando deſuper in Camera maiori obtinuit ſententiam,& ideo cum verba illa ingenti cum labore, & forſan expenſis referatur ad totã orationẽ ſufficit, quod verificẽtur in lite,prout verificãtur ex depoſitione teſtium, ad trad. per gloſ. in l. ſi negotium, in verb. geſtor.de neg.

geſt. & per Anchar.conſil.80. numero ſecundo, verſiculo his non obſtantibus. Vltra, quod verba illa repererit, & detext. debent intelligi cum effectu, & ſit poſt quam negotium fuit poſitum in claro, ſcilicet poſt litem, vnde etiam ex iſto capitulo narratiua remaneret iuſtificata. Alia quoque narrata, quoad ordinem fundatoris probantur ex ipſius teſtamento, Bart. in l.1.numero 9. ff. de nou.oper.nunciat. prout non adimplementum executoris probatur ex teſtibus quorũ depoſitio bene adminiculatur ex teſtamento ipſius executoris, decretum vero, & ſententia obtenta iuſtificatur ex ipſomet decreto canonizante teſtamentum fundatoris.

2 Neque obſtat, quod non verificetur fundatorem reliquiſſe filios ipſiuſmet executoris poſt obitum eorum procuratoris, executoris, quia cum hæc narratiua non mouerit Papam, hoc non vitiat, Egid.deciſione quarta, & 280.Put. deciſione 69.libro ſecundo, & fuit pluries reſolutum; Et hac reſponſione tollitur, quod dicebatur nullam fuiſſe factam tranſactionem inter dignitates, & executores cum lis non præceſſiſſet, ſed fuiſſet potius, quandam recognitionem, quia neq; hoc potuit mouere Papam. Et ceſſat omnis difficultas, quia ſub nomine tranſactionis, poteſt venire omnis conuentio, l.cum hi, §. cauſæ, ff. de tranſact. capitulo ſciſcitata, de in integr. reſt. l. 1. §. final. ff. ad tertull.

Neque eſt verum, quod non fuerit data facultas Roderico nominandi duas puellas pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quia licet in concordia facta per procuratorem non legatur hæc facultas, tamen ei poſtea fuit expreſſe data per viam nouæ conceſſionis, in ratificatione facta per dignitates.

Denique non officit, quod non conſtet litteras fuiſſe impetratas per dignitates prout narratur, quia vltra quod hoc reſpicit potius validitatem, quam iuſtificationem gratiæ, capitulo nonnulli §.ſunt & alij de reſcr. cum hæc ſit aſſertio Papæ plena ei fides adhibetur, Clementina prima, vbi Doct. de præb. capitulo cum a nobis, vbi Butr. numero tertio, Abb. & & Felin. in princ. de teſt. Paril. conſilio decimoquinto, numero decimonono, libro quarto.

Alia non egent reſponſione, cum reſpiciant validitatem tranſactionis, de qua ſuo loco agetur.

EODEM.

TAVRINEN. DECIMARVM.

Lunę 4. Decembris 1606.

Cadit par. 3. fol. 75. ſub num. 43.

SVMMARIVM.

1 *Citare vnum ex duobus procuratoribus inſolidum conſtitutis, ſufficit.*

2 *Mandatum procura, ſtricti iuris eſt.*

3 *Clauſula ad prouocandum in mandato procura, quid operetur.*

4 *Clauſula releuans in mandato procura quid operetur.*

Ideo in omnibus inſtantijs conſtitutus procurator cum dictis clauſulis, agit ibi.

5 *Conſequens, qui vult etiam, & antecedens.*

6 *Citatione ad dicendum contra commiſſionem ommiſſa, non ſanatur ex citatione ad id facta in terminis ſubſtantialibus.*

Et quando ſufficiat citatio in terminis ſubſtantialibus ibi.

Quid ſi de nouo alia acta facta fuiſſent.

7 *Iniuſtitia ceſſat, quando quis pro ſe iurus diſpoſitionem habet.*

1 FVit reſolutum ſententiam Rotalem vltimo loco latam eſſe validam, quia cum fuiſſent conſtituti procuratores Io. Stephanus, & Cæſar, cum clauſula inſolidum, ita vt melior non ſit conditio occupantis ſufficit Cæſarem fuiſſe citatum, capitulo ſi duo de procur. in ſexto, Creſc. deciſione decimaſexta de proc. & fuit pluries reſol.

Neque

2 Neque officit, quod mandatum videatur reſtrictum ad cauſam appellationis introductam coram ſubrogato Reuerendiſſimi Pacen. & propterea non potuiſſe vlterius agi cum dicto procuratore, quia mandatũ eſt ſtricti iuris, c. qui ad agendũ de proc. li. 6. & in terminis eſt deciſ. Veral.
3 284. n. 2. p. 3. Quia per Dominos fuit reſponſum ſufficere, quod in mãdato adſint verba apta nata comprehendere ſequentes inſtantias, vt fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. canonicatus 28. Ianuarij 1575 coram bo. me. Epiſcopo Lauretano: in mandato autem, de quo agitur adeſt clauſula ad prouocandum, & alia clauſula Releuans, &c. quæ clauſula ad prouocandum ſecũdum opinionem Papez. ad dec. 9. n. 6. de proc. in no. operatur non ſolum vt procurator poſſit appellare, ſed appellationem proſequi; cuius opinio videtur
4 hic de plano procedere ſtante alia clauſula releuans, &c. quæ clauſula in mandato procuratoris appoſita habet vim fideiuſſionis de iudicatum ſoluendo, Spec. in titulo de ſatiſd. §. expedito, numero ſecundo, Vitalin. clem. 1. numero 48. & 49. de proc. & fuit dictum in cauſa Reatina Caſtri poſtæ. 5. Nouembris 1586. coram bo. me. Orano, & hæc ſatiſdatio, non tantũ intelligitur data in inſtantia pendente coram dicto ſubrogato Pacen. ſed etiam in alijs inſtantijs ſecundum opinionem; æquiorem. quam Rota ſeruat Caſtr. in l. cum apud. n. 1. verſ. ego habui iſtum caſum, ff. iudicatum ſolui, Egid. dec. 353. Verall. dec. 67. libro ſecundo in manuſc. Caſ. de Graff. dec. 2. numero ſeptimo, de locat. Corr. deciſ. 4. & hanc etiam ſententiam ſequitur Parlamentum Burdugalen. vt Boer. deciſ. 315. numero 1. & conſilium Neapolitanum, vt per Vincen. de Franc. dec. 320. parte ſecunda, & Senatus Pariſien. vt teſtatur Theſaur. deciſione 202. numero quinto, qui iuribus contrarijs re-
5 ſpondet. Vnde ſi ſatiſdedit pro procuratore in quacumque inſtantia per neceſſarium antecedens, voluit pariter ipſum in quacumque inſtantia eſſe procuratorem ex regula, quod qui vult conſequens per neceſſe vult etiam antecedens, l. illud. §. de acq. hæred. l. ad rem mobilem, ff. de procur. cum vulg. ſtante maxime dicta clauſula ad prouocandum, quæ magis, videtur declarare mentem conſtituentis; & per hoc motiuum Rota in dicta cauſa Reatina dixit, mandatum procuratoris Domini litis effecti, durare in quacumq; inſtantia, licet regulariter lata ſententia expiret, quia dicitur Dominus inſtantiæ Achill. deciſione decima tertia, de proc.

6 Alia nullitas deducta contra ſententiam minus etiam placuit Dominis, quia & ſi pars non fuerit citata ad dicendum contra commiſſionem, prout requiritur, ita vt, nec ſufficiat citato in terminis ſubſtantialibus, vt fuit reſolutum in cauſa Bracharen. de Ganſer. 27. Nouembris 1600. coram Reuerendo Patre Domino meo Sacrato tumen poſtea eadem deciſio 19. Nouembris 1603. in eadem cauſa coram eodem fuit declarata, vt ſufficiat citatio in terminis ſubſtantialibus, quando nihil fuit productum de nouo, & noua acta non fuerunt facta in cauſa appellationis, ſed antiqua tantum producta; quia eorum productio conualidatur per citatum in terminis ſubſtantialib; ad dicendum contra, prout fuit factum in caſu iſto. Et bene etiam applicatur alia limitatio, quatenus acta de nouo fuiſſent facta, quod licet non ſubſiſterentur non in-
7 de ſequeretur nullitas ſententiæ, ſed iniuſtitia, quia non iuſtificaretur ex actis, quæ iniuſtitia non poteſt conſiderari, quando quis habet diſpoſitionem iuris communis pro ſe, vt etiam in caſu iſto, quia parochus, qui agit ad decimas habet diſpoſitionem iuris ad ſui fauorem, c. cum contingat de decimis.

EODEM.

INTERAMNEN. PECVNIARIA.
Lunæ 23. Iunij 1603.

Cadit par. 1. fol. 1281. num. 99.

SVMMARIVM.

1 *Debito bis exacto oritur actio ciuilis in factum, & ſtellionatus, & criminaliter.*
2 *Stellionatus pœna in trata, quando a iure alia non reperitur expreſſa.*

Yy 2 Clau-

3 *Clauſula conſtito, formam inducit.*
4 *Criminalis, & ciuilis cauſa non poſſunt vnico cõtextu expediri ſi ex eodem fonte proueniunt, & numero ſeptimo.*
5 *Commiſsio appellationis non diuerſificat cauſam, ſed inſtantiam.*
6 *Debitum ſolutum ſcienter denuo exigens non committitur aliquod delictum nominatum.*
8 *Iudex ex officio inquirens cui ſit ſimilis.*
9 *Dicto ſerę diminutiua, non firmat in omnibus.*
10 *Officium Iudicis Mercenarij, & Iudicis nobilis, in quo differant.*
11. *Criminalis prius ciuili cognoſcitur quando factum, eſt diuerſum.*

1 PEndente huiuſmodi cauſa coram me,
Marcutius obtinuit reſcribi, vt conſti
to quod cauſa ciuilis eſſet præiudi-
cialis criminali, inhiberẽ, quare dubitaui,
an conſtaret de huiuſmodi præiudicio, &
Domini reſoluerunt affirmatiue; prætendi
tur enim bis idem fuiſſe exactum, ex quo
oritur actio ciuilis in factum, & criminalis
ex ſtellionatu, Bald. in l. prima, numero de
cimoquarto, C. de cond. ind. & in termi-
nis quod illæ, qui exegit debitum iam ſo
lutum teneatur crimine ſtellionatus eſt
tex. not. in l. ſi fideiuſſor, §. in omnibus, ff.
mand. vbi Bart. numero primo, & bene
Aret. in ſecundo not. Bald. in l. prima, nu
mero duodecimo, C. quando ciu. act. cri.
præiud. ciu. ſtellionatus actioni locus eſt,
quando non reperitur impoſitum ſpecia-
le nomen, l. 3. ff. de crim. ſtell. quare cum
ciuilis ſit præiudicialis criminali, reſoluto
enim ciuiliter, quod bis idem non fuerit
exactum, non poteſt agi criminaliter ex
3 ſtellionatu, ideo inhibendum ſtante clau-
ſula conſtito, quę inducit formam, quæ
debet ſeruari ad trad. per Bart. in l. diem
proferre, §. ſtari, numero tertio, ff. de re-
cept. arbitr. Dec. conſilio 436. numero
quarto.

4 Et eo magis cum cauſa ciuilis, & cri-
minalis non poſſit cognoſci vnico con
textu, quando oriuntur ex eodem facto,
ut in caſu iſto, ſed perempta una, ſi actio
criminalis, & ciuilis tendunt ad diuer
ſa, poteſt ad aliam rediri, licet ſecus ſit ſi
tendunt ad eumdem finem, l. ſecunda,
§. ex hoc edicto, & ibi not. Bart. in princip.
& numero primo, uerſiculo uidete Do-
mini, ff. de ui. bon. rapt. l. unica, ubi
Azo. numero tertio, C. quando ciu. act.
criminal. pręiudic. l. interdum, ff. de
publ. iudic. Boſſ. in prax. titulo de plu-
ribus uiolentijs, numero 113. Clar. in
prax. crimin. §. final. quæſtione ſecunda
uerſiculo ulterius quæro. Maranta in
prax. in quarta parte, princip. oper. in
prima diſtinctione iudic. numero nono,
folio quadrageſimo tertio, in fine cum
ſequentibus, Poſſet enim ſequi, quod
contrariæ ſententiæ pronunciarentur,
quod eſt euitandum, Innocent. in capitu
lo cum contingat, numero tertio, uerſi-
culo eſt ergo, de offic. delegat. Ancha-
ran. conſilio ſexageſimo ſecundo, nume-
ro tertio, uerſiculo item ratione, Surd.
conſilio centeſimo trigeſimo nono, nu-
mero primo, volumine primo.

Sed ſic eſt, quod fuit prius intentata
cauſa ciuilis, ideo prius de ea cogno-
ſci debet, Cin. in dicta l. vnica numero
quinto, verſiculo ſed breuiter dicen-
dum eſt, C. quando ciuil. act. criminal.
præiud. & ibidem Odofred. numero pri-
mo, & ſequentibus, & præſertim, nu-
mero duodecimo, verſiculo ſi autem
alicui, Bartol. ibidem, numero tertio, &
in dicta l. ſecunda, §. ex hoc edicto in
principio, verſiculo quando, & numero
primo, verſiculo videte Domini, ff. de
vi bon. rapt. & in dicta l. interdum in
princip. ff. de publicis iudic. Abb. in capi-
tulo tuæ, numero quinto, verſiculo nam
regula iuris de procur. Spec. titulo de act.
ſeu petit. §. requiritur, numero decimo-
quinto, Surd. dicto conſilio 139. nume-
ro primo, volumine primo, & ſuperſede-
re debent, qui intentauit prius iudicium
ciuile, donec illud ſit terminatum, l. da-
mus, C. de falſ. l. prima. C. de appell.
vbi etiam conceditur appellatio, ſi non
terminet iudicium primo loco intenta-
tum, Boſſ. loco alleg.

5 Et quamuis cauſa criminalis ſit
intentata, antequam committeretur
cauſa in Rota, tamen cum ſit in-
tentata poſt iudicium ciuile in par-
tibus

tibus hoc ſufficit, quia commiſſio cauſæ
appellationis non diuerſificat cauſam, ſed
inſtantiam, Salyc. in l. ita demum in fin. &
in l. inuitus, numero primo, C. de
procur.

6 Non obſtat, quod quando quis ſcien-
ter accipit indebitum ab alio committit
furtum, l. quoniam, & ibi Salyc. numero
tertio, & Caſtr. in fin. poſt Bart. ff. de con-
dit. furt. Alex. in l. in his, §. mulier, ff. ſolut.
matr. & ideo formata inquiſitione de fur-
to, non poteſt Dominus rei ſubtractæ im-
pedire iudicem criminaliter procedentẽ,
Clar. in §. furtum, columna ſexta, verſicu-
lo item excuſatur. Nam fuit reſponſum
quod quando quis ſcienter debitum iam
ſolutum exegit, non committit aliquod
delictum nominatum, ideoque propter
dolum tenetur ſolo crimine Stellionatus,
vt dictũ fuit, ſed qui ſcienter exigit pecu-
niam debitam, ſcilicet quod numquam
fuit debita, eſt auctor, & fabricator doli,
& totius figmenti, & eſt infamis, l. quarta
in fin. cum duab. ſeqq. ff. de his, qui not. in
famatis, qui bis exigit creditum, fuit ali-
quando verus creditor, & habet aliquem
primordium veritatis, & per conſequens
leuius peccat. Caſtr. in l. cum filius, §. hæ-
res, de leg. 2. vbi ait per illum tex. quod
non eſt falſi crimen illud, quod habent ali
quod primordium veritatis, vel aliquid
veritatis admixtum, & in conſilio 120.
numero quarto, volumine primo, Rimin.
Sen. conſilio quadrageſimotertio, nume-
ro ſexto. Cagn. in prohem. ff. in princip.
numero centeſimo ſecundo, & Stelliona-
tus non infamat, quando ciuilis actio
non infamaret, l. pen. ff. de crim. ſtell. Me-
noch. de arb. caſ. 381 in fine, quare in ca-
ſu crediti bis exacti ſatisfaciendo parti læ
ſæ impeditur iudicium criminale, non po
teſt iudex amplius inquirere, l. prima,
in fine, & ibi Salicet. numero tertio, ver-
ſiculo quibuſdam vero ex his, C. de crim.
ſtell. Azo. in l. vnica, numero tertio, C.
quando ciu. act. crim. prælud. Boſſ. titulo
de criminalitate ſtell. numero decimo
octauo.

Nec facit, quod hic præiudicium eſt
viciſſitudinarium; vna enim cauſa pro-
pter facti poſſibilitatem approbat aliam,
quare prius cognoſci debet de maiori;
qualis eſt criminalis, l. prima, C. qui ac-
cuſ. non. poſſ. Salic. quod dicit ita Azonẽ
legere textum, in dicta l. prima, & illam
lecturam eſſe communiter receptam in l.
fin. numero primo, verſiculo cauſa hæc,
C. de ordin. iudic. licet ſecus ſit, quando
præiudicium non eſt viciſſitudinarium,
quia impoſſibilitas facti non reſultat, ſed
ſolum impotentia iuris, vt in ſeruo, qui ac
cuſat Dominum, & quod ſit ſeruus eius
obijcitur, & pronunciari petitur, & tunc
de iſta præiudiciali prius cognoſcitur, &
ita procedunt tex. (in quibus terminis nos
verſamur) in l. per minorem, ff. de iudic.
capitulo tuam, de ord. cognit. l. quoniam
Alexandrum, C. de adult. l. preſes. C. ad
l. Flau. d. plag. & §. præiudiciales, inſtit. de
act. & alij, quos alleg. Hoſtien. in ſum. de
ord. cognit. circ. fin. & Natt. conſilio 138.
numero tertio, Et in his terminis proce-
dunt exempla adducta per Aym. conſilio
280. numero tertio, & ita diſtinguit Sa-
lic. in l. vltima, numero primo, C. de ord.
iudic. Reſpondetur enim, quod cauſa ciui
7 lis, & criminalis non poſſunt cognoſci vni
co contextu, quando oriuntur ex eodem
facto, ſed cum fuerit prius concepta cau-
ſa ciuilis prius debet terminari per ſupra-
dicta. Secundo fuit reſponſum, quod cum
fuerit reſcriptum cum clauſula conſtito,
quod cauſa ciuilis, ſit præiudicialis,
&c. quæ inducit formam, non eſt haben-
da ratio an maior, vel minor ſit cauſa ci-
uilis, ſed ſolum, An ſit præiudicialis cri-
minali, qualis eſt iſta, vt fuit oſtenſum.

8 Minus etiam ſufficit, quod cum hodie
ex officio iudex poteſt de quocumque cri-
mine inquirere, non admittitur reus, qui
contra quærelam ſiue accuſationem con-
tra ſe porrectam opponeret huiuſmodi
exceptiones ad euitandum iudicum cri-
minale, Clar. in §. final. quæſtione ſecun-
da in fine, & ibidem in quæſtione deci-
ma, verſiculo ſcias tamen: iudex enim
non repræſentat offenſum, vt dicatur eius
iniuriam proſequi, ſed publicam iniu-
riam, & iudex inquirens æquiparatur ei,
qui accuſat tamquam quilibet de popu-
lo; non autem ei, qui proſequitur priua-
tam iniuriam, & vindictam ſuam, ita
Bald. in l. cum mulier. ante numerum tri-
geſimum ſecundum, verſiculo item iu-
dex non repreſentat, ff. ſolut. matr. Bart.
in l. ſecunda, §. ſi publico, numero

16.ff.ad leg.Iul de adul. niſi quando offi cium ſuum eſt principaliter offenſum, vt in falſo teſte,calumniatorib. & ſimilibus Natt. conſilio 138.numero 15.volumine primo.

Ne c fuit reſponſum, quod iudex non poteſt ex officio inquirere, vbi ſeruatur ius commune,ſed vbi viget talis conſuetudo,Clar.in prax.dicta quæſtione decima, verſiculo ſcias tamen ibi verum eſtet quamuis,Clar.atteſtetur eſſe generalem cõſuet udinem,tamen dicit in omni-
9 bus fere caſib.quæ dictio fere cum ſit diminutiua,nõ firmat in omnibus caſib.l.in omni,ff.de adopt.l.intra vtile,§.vendenti bus,ff.de minor.Bald.in l. 3. ante numerum 42.C.de edict.diu. Adr.toll. & ideo ex hoc nihil poteſt concludi, cum data inſtantia corruat.§.pauonum inſtit. de re rum diuiſ. vltra quod Doctori atteſtanri de conſuetudine non creditur,Mohed.de ciſione ſecunda,& tertia,De conſ.& ideo erit probanda ab eo, qui in ea ſe fundat. Innoc.in capitulo ſuper his, ſub numero decimo,verſiculo ſed argumentum contra dictam conſtitutionem Bar.in l.in illa numero quinto,ff.de verb.oblig.

10 Et inſuper in hoc caſu non poteſt expediri huiuſmodi negotium, niſi officio iudicis mercenario,qnod actioni intenta tæ deſeruit,quod cum ſit ſublatum ex eo, quod prius fuit actum ciuiliter,impoſſibile eſt dari officium iudicis mercenarium: per ſe enim non ſubſiſtit tanquam accidens,nec iudex poteſt proſequi ex officio quod eſt male,& perperum inchoatum quicquid eſſet dicendum, quando negotiũ eſſet expediendũ officio iudicis nobili quod actioni non deſeruit,ſed deſeruit l co actionis deficientis,l.quod ſi minor, §. fin.ff.de minor.ita Bald.in dicta l.cum mu lier.numero 32.circa med.verſ.tamen, vt clarius,ff. ſol. matr. & differentiam inter officium mercenarium, & nobile, ponit Abb.in capitulo iudicis, numero tertio, de offic. iudic. Greg. Tholoſ. ſyntagn. iur.lib.47.cap.21, num. 21. numero decimo,& ſeqq.& tandem in omnem euentum ceſſantibus,etiam prædictis ſufficit, quod actio ciuilis ſit præiudicialis criminali,ad effectum,quod poſſit inhiberi ſtan te clauſula conſtituti , &c. vt dictum fuit.

11 Nec minus reſiſtit tex. in l. vlt. C. de ord.iudic.vbi quod prius cognoſcitur cau ſa criminalis,quam ciuilis, quia vt ex lectura textus apparet,& not.gloſſ. ibid. in verb.ſæpe cauſa criminalis,& ciuilis, in caſu illius textu non erant ſuper eodem facto,ſed ambæ quæſtiones erant principales, & diuerſæ, quod non eſt in caſu iſto.

Nec Put. deciſione 98. & 175. libro primo,& Lancell. de attent. parte ſecunda,capitulo quarto,limit. 13.aduerſantur prædictis, quia loquuntur, non quando agitur ſuper eodem facto, ſed ſuper quodam incidenti,quod tollit ius,vt de ſubor natione teſtium,falſitate inſtrumenti, & ſimil.

Denique non officit Bulla Pij Quarti in §.&ſic Auditor quia ibi habetur,quod tunc Auditor quieſcere debet,quando cri minalis eſt præiudicialis ciuili, ſed nos nõ verſamur in his terminis per ſupradicta.

EODEM.

PERVSINA LIQVIDATIONIS Fructum.
Lunæ 12.Ianuarij 1609.

Cadit par.1.fol.1243.ſub num.174.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum in ſpolio non violento nec attentato fit a die mota litis & non a die ſpolij,& fructuum, qui percipi potuerunt.*

2 *Fructus ſoliti percipi probantur ex teſtibus deponentibus de conſuetis. Declara,vt hic.*

3 *Proceſſus coram ſecundo Auditore tenet ſi coram eo ſit iuriſdictio perpetuata.*

1 Domini dixerunt cum non verſemur in ſpol.o violento,neque attentato, liquidationem fructuum eſſe faciendum a die motæ litis,& non a die ſpolij, & non ad fructus, qui percipi potuerunt, ſed ad fructus perceptos,vt late fuit deductum in cauſa Romana vineæ 14.Iunij 1577.coram bon.me.Epiſcopo Orioſen.quorum fructuum

fructuum quantitatem ſpectantē ad portionem dominicam reſpectu tritici, Vini, & Olei bene probant teſtes a conſuetis percipi, nempe tritici ſalmas tres cum dimidia, vini barilia 40. olei verò, vt dicunt mezzo mezzo lino, Nam licet Bald. in l. 1. numero 22. C. de fruct. & lit. expen. dicat, quod fructuum perceptio debet probari per teſtes, qui fuerunt præſentes perceptioni, tamen hoc dictum procedit, quando agitur de probanda perceptione ſi vero non dubitetur de perceptione, ſed ſolum de quantitate, prout in caſu iſto, quia bona, ſuper quibus fuerat commiſſum ſpolium, erant de ſui natura fructifera, vt declarat Neguſ. de pignor. ſecundo membr. tertię partis, numero 19. verſiculo ſed in hoc poſſet dubitari, tunc ſufficit probare a conſuetis, vt eſt deciſio Achill. 22. de reſt. ſpol. quia ita declarat dictum Baldi, nam illud præſumitur perceptum, quod communiter conſueuit percipi, Bald. conſ. 323. in fi. libro ſecundo, & in conſilio 53. pariter in fi. libro primo, Reſpectu vero valoris fructuum nihil firmarunt Domini ſed dixerunt attendendum eſſe calmeriū Ciuitatis Perusiæ, prout fuit ſeruatum in cauſa Imolen. tutelæ 27. Octobris 1595. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

3 Quod dicebatur vltimam ſententiam rotalem fuiſſe nullam, ex quo Auditor Rotæ, qui eam tulit, fuerat per tunc Dominum Decanum ſubrogatus in locum bonæ memoriæ Domino Littæ infirmi, qui ante probationem ſententię conualuerat, eſt merum ſomnium, tum quia veritas eſt, vt reperio notatum in meis diarijs, quod Domino Litta a die 14. Martij 1601. vſque ad diem vigeſimum tertium Iulij non fuit in Rota, & ſententia fuit lata die nona eiuſdem menſe Iulii, tum etiam quia, quando eſt perpetuata iuriſdictio parte non opponente poteſt procedi coram ſecundo Auditore deputato etiam re integra, Put. dec. 470. lib. 2. & ita practicatur.

De alijs vero nullitatibus, & obiectis erit particulariter agendum.

R. P. D. BVRATTO.

ROMANA DOMVS.

Ven. 4. Iulij 1614.

Cadit par. 1. fol. 1210 num. 116.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an neceſſaria ſit in declaratione arbitratoris extraiudicialiter procedentis Doctores diſcordant.*

Declara quando negatiua opinio procedat, numero tertio.

3 *Extimatio facta abſente, vel non citata parte nulla eſt.*

4 *Factum iudicis rite procedentis factum partis dicitur.*

5 *Manutentio non datur, eiecto a poſſeſſione authore Pretore.*

1 SIue ſequamur opinionem, Bart. in l. ſi quis arbitratu, ff. de verbor. obligat. quod neceſſaria ſit citatio ad declarationem arbitratoris extraiudicialiter procedentis, quam ſequuntur relati per Soccin. ibi numero 29. Iaſ. numero 21. Opizon. numero 55. Bologn. numero 190. dicens eſſe communem Canoniſtarum, & per Boer. deciſione 283. numero 34. ſiue contrariam (quæ receptior videtur) Guglielmi, quam congeſti a Soccin. eodem loco verſiculo ſed Guglielmus, Iaſ. verſiculo contrarium, Bologn. verſiculo contraria Socc. Iun. qui de veriori, & communiori num. 53. verſiculo in hoc.

2 Numquam æſtimatio domus de qua agitur, ſubſtineri poteſt, quia non ſolum declaratio facta fuit ſine præſentia, & citatione partis, ſed etiam æſtimatio, & menſuratio;

3 poſterior autem opinio negatiua procedit, ſi partes fuerint plene auditæ in diſcuſſione negotij, ſecus vbi non fuit præmiſſa matura negotii diſcuſſio, quæ ſine partium vocatione, vel pręſentia haberi nequit Florian. in l. prima, §. fin. numero 3. ff. ſi menſ. fall. mod. &c. vbi quod ita declarauit Florētiæ Roman. in d. l. ſi quis arbitratu num. 7. verſ. aut arbitratorem vbi Caſtr. num. 3. verſ. Bald. autem Alex. num. 11. verſ. Romanus hic Opinion. nu. 67. optimè Soc. Iun. num. 57. verſ. in hoc difficili referēs pro eadem opinione Bald. Cuman. Soc. & Iaſ. & ita ſentire omnes antiquos, & modernos dicit Barbat. cōſ. 18. num. 11. verſ. facit etiam lib. 1. benè Curt. Iun. conſ. 33. ſub. num. 10. Boer. d. dec.

Digitized by Google

dec. 283. nu. 35. & in ſpecie noſtra æſtimationis, tenent Salyc. in l. fin. num. 10. verſ. autem arbitrator C. de contra. empt. Aldobr. Alex. & Couarr. in alia deciſione citati Cagn. in l. 2. num. 260. & 261. C. de reſcind. vend. & ſecuta eſt Rota in alias allegata dec. 2. Creſcent. de Arb. quæ approbatur in illa Romana domus ad Paſquinum 26. Maij. 1602. eorũ b. m. Litta. Quo fit, vt vel non ſubſiſtat opinio Bald. conſ. 64. lib. 3. qui generaliter velle videtur, non eſſe neceſſariam citationem in electo ad pretium arbitrãdum, ea ratione, quia penitentia non traheret arbitratorem ad aliud, quam ſibi videatur, Iaſ. in dicta l. ſi quis arbitratu num. 22. in 2. limit. Bologn. nu. 196. in 4. limit. Gozad. conſ. 100. num. 17. quæ ratio militare poteſt in relatione, non in cognitione negocij, in qua trahi poteſt peritus ad declarationem maioris, vel minoris pretij ex informatione partis, vt per Salyc. Cagnol. & alios ſupra citatos.

Vel non procedat vbi declaratio pretij fit per acceſſum ad locum, & menſurationem, præſertim vbi periti ſunt plures, tunc n. moueri poſſunt ex informatione partium, & ſine illis non poſſunt plenè ſcire qualitates rei, quod apparet etiam ex euentu cum longe inter ſe diſcordauerint in menſuratione & numero Cannarum, quo caſu neceſſariam eſſe partis informationem, admittit Bald. d. conſ. 64. num. 1. verſ. quando generatio; & Bolog. d. lim. 4.

Nec faciunt decreta de menſe Iulij, & Auguſti 1610. citato Gregorio, quod periti referrent. Quia citatio pro die 14. Auguſti eſt expreſſe facta pro relatione duorum prius electorum, nec decreta poſſunt intelligi de tertio, cum primi duo non dum retuliſſent, ſed de Menſe Septembris, & ſic non veniſſet caſus diſcordiæ in quo tertius referre debebat.

Minus dici poteſt approbata æſtimatio ex citatione ad inſtantiam Gregorij 31. Iulij 1611. facta perito ad faciendã relationem magis diſtinctam, quia fuit facta impugnatiue, prout ſemper à Gregorio impugnata fuit. Et propterea Dñi quo ad nullitatem æſtimationis ſteterũt indeciſis Quo vero ad manutentionem in poſſeſſione domus Gregorio concedendam non eſſe dixerunt non obſtante æſtimationis nullitate, Nam licet venditio vti facta pro pretio arbitrando ſit cõditionalis, & conſequenter talis dici etiam poſſit traditio per clauſulam conſtituti.

Tamen cum poſt relationem tertij, Iudex in executionem præciſi reſcripti Signaturæ reſiduo pretij prius iuxta illius formã penes mõtem depoſitato proceſſerit ad relaxationem mandati immiſſiui, cuius vigore ſequuta fuit realis apprehenſio, videtur ammiſſa poſſeſſio.

4 Et tranſlata in Moniales, cum factum Iudicis rite procedentis dicatur factam partis l. 1. C. ſi in cau. iudic. cum ſimilibus, prout non obſtante pendentia cõditionis tranſferri potuit l. dotis fructus. §. fin. ff. de iur. dot. Rimin. Sen. conſ. 464. num. 22. lib. 3. Cæſ. de Graſs. dec. 44. nu. 4. Hondend. conſ. 86. num. 48. lib. 2. Secuti n. quando pretium principale eſt certum, & purum, licet augumentorũ ſit conditionale, agi poteſt ad rei traditionem Bald. in l. hęc venditio §. fin. in addit ff. de contr. empt. ita Signatura voluit certificando pretium ad traditionem poſſeſſionis deueniri, licet illud quatenus relatio non rite facta poſſet deinde augeri, vel minui ex alia relatione.

5 Præterea Gregorius de tempore venditionis non erat in naturali poſſeſſione, ſed cenſuarij immiſſi ex ſaluiano pro fructibus vt dicitur in inſtrumento venditionis, contra quos ſicuti non potuiſſent prætendere manutentionem tã quam authore Prætore eiectus, ita nec contra Moniales ab eis cauſã habentes, cum ius excipiendi tranſeat in ſingularem ſucceſſorem Bar. & alij in l. ait Prætor. ff. de Iur. iur. Surd. dec. 163. num. 7. maxime concurrente detentione ex parte Monialium Surd. deciſ. 264. nu. 25. & 26 Imo etiam ſi non habeant cauſam, poſſent excipere contra petentem manutentionem, non ipſum, ſed alium poſſidere, vt in his terminis deciſum fuit in Maceraten. hereditatis 27. Nouembris 1587. coram b. m. Cardinali Pamphilio. Ex quibus ita deciſum.

PR. D.

R. P. D. P E N I A.

IMOLENSIS AFFICTVS.
Ven. 30. Aprilis 1604.

Cadit par. 1. fol. 1209. ſub num. 174.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*

2 *Primus contractus tollitur per ſecundum poſt celebratum.*

3 *Concilium Tridentinum ſeſſione vigeſimaquarta, capitulo de transferendis integre omnibus actis non capit cauſas profanas.*

VNa tantum parte informante Rota cenſuit Decretum reuocationis mandati executiui ab A. C. emanatum tamquam iuſtum fuiſſe confirmandum, quia Domino Comiti Iacobo de Pepulis fuerat de affictibus, ſiue affictuum penſionibus integre ſatisfactum, & explorati
1 viris eſt, ſolutione eius, quod debetur tolli obligationem, l. ſolutionem, ff. de ſolutio, l. quarta, §. ſoluiſſe ff. de re iudic.

2 Nam ſi Dominus Comes prætendebat aliquid vigore primæ locationis factæ illis de Bolognettis anno 1582. ex ca. ſublocationis factæ Chiſſmo ab eiuſdem Bolognettis anno 1585. ex illa non poterat agere, cum fuiſſet per ſecundum factam de anno 1586. expreſſe reuocata, & ab ea receſſum per ſecundum inſtrumentũ locationis, Bald. in l. A via tua, nu. 78. C. de iur. Dot. idem conſ. 215. num. 4. lib. 2. Notanr. Faber. & Angelus in §. præterea per illum text. inſtit. quib. mod. toll. oblig.

Præterea dicta ſublocatio Anni 1585. fuerat ſub conditione facta quatenus impune fieri potuiſſet, eo quia Camera Apoſtolica iam confiſcauerat bona locata, & conſequenter enim cum Camera illa poſtea locaſſet cuidam Garellæ locatio hęc a Comitę non habente facultatem facta remanſit nulla, & inualida.

Minus potuit agere vigore ſecundæ locationis factæ Alexandro Chiſſimo, anno 1586. quia vigore illius ſibi integre fuerat ſatisfactum, vt apparebat etiam ex relatione vltimi calculatoris, cum etiam D. Comes Iacobus eſſet creditor ratione affictus pro ſeptem annis, & recollectis incipientibus a recollecta anni 1587. vſque ad recollectam anni 1593. & ſic incluſiue in libris originara, & ex calculis conſtaret, quod Chiſſimus ad computum dicti affictus ſoluerat illis de Scappis, lib. 22246. & alias 8000. libra, eidem Comiti Iacobo ad computum dicti affictus fuerunt ſolutæ libræ 30246. conſequenter reuocatio mandati fuit iuſtiſſima, quia ex calculis apparebat plus debito fuiſſe ſolutas libra 246.

Ad clamores informantium pro D. Comite Iacobo, quia Chiſſimus non tranſportauerat quędam acta, geſta coram A. C. fuit reſponſum, primo ex actis tranſportatis plene conſtare de iuſtitia & de reuocatione mandati.

3 Secundo, fuit reſponſum Decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 20. §. præterea de tranſportandis omnibus actis a iudice, a quo, ad iudicem ad quem, non cõpræhendere cauſas profanas per Appellationẽ iudici Eccleſiaſtico commiſſas, ſiue in prima, ſiue in ſecunda, ſicut congregatio Concilij interpres declarauit.

R. P. D. P E N I A.

MALAVITANA CAPPELLANIÆ.
Ven. 14. Iunij 1591.

Cadit par. 1. fol. 1234. ſub num. 83.

SVMMARIVM.

1 *Fundatio Cappellaniæ cum Pacto, quod ſi illam obtinens alio potiatur beneficio, vacet cappellania, tenet.*

2 *Termino ad docendum de cauſis, propter quas reſtitus in integrum debeat, & bono iure, ac nihil docto, ex quiſitioni rei iudicatæ locus eſt*

3 *Res iudicata in beneficialibus, ex duabus conformibus oriens exequitur.*

ORdinarius Malauitanus ad fauorem Cappellanorum contra Garziam de Vallaſco ſententiam tulit per quam declarauit a die quo impleti fuerint

tres

tres menſes poſtquam Garzias accepit poſſeſſionem dimidiæ portionis,iuxta for mam ſtatutorum in fundatione Capellaniarum conditorum, capellaniam de qua agitur vacare,& capellanos poſſe procedere ad illius prouiſionem tamquam ad Capellaniam vacantem in gradu appellationis. Garzias a Priore Sancti Iacobi ſententiam fauorabilem reſtitutoriam ſuæ priſtinæ poſſeſſionis reportauit,ſed poſtea pro parte Capellanorum cauſa commiſſa fuit in Rota cum clauſula: quã & quas, ſub die 15. Februarij 1591. per ſententiam Rotalem prima ſententia Ordinarij fuit confirmata cum declaratione vacationis prædictę Capellaniæ:& cum Garzia obtinuiſſet in integrum reſtitui ac de bono eius iure videre vellem ille prius audiri voluit ſuper eo,an ſententia Rotalis foret executioni demãdanda. Domini autem cum præſuppoſito,quod proceſſus ad Curiam tranſportatus eſſet integer, nam cæteras nullitates contempſerunt,

1 Conformiter cenſuerunt locum eſſe executioni ſententiæ Rotalis,quia ex lectura præfatorum ſtatutorum euidenter conſtabat de bono iure Capellanorũ; cum in Limine fundationis fundator inter alia ordinauerit,quod per aſſecutionem alterius Beneficij vacaret Capelania,nec dubium ſit,quin huiuſmodi pacta in fundatione poſita velut licita ſint ſeruanda,Zabarella,conſilio 48.Incipiens quidam nobilis, Pariſ.conſ.48.libro quaeto,Dec. conſilio 129.num.5.

2 Commiſſio reſtitutionis in integrum non poterat retardare executionem Garzias infra terminum ſibi præfixum nihil releuans deduxerit ad docendum ſe debuiſſe reſtitui,quo caſu reſtitutio non impedit executionem,Ant·Auguſtinus in Epitome tit.de reſtitut. in integr. §. 10. Put.deciſ. 456. lib.2. & licet quando adſunt tres ſententiæ conformes, non detur reſtitutio,niſi conſtito de bono iure

3 Rota dec. cap.de reſt. in integrum in nouis,& deciſio 5.eod.tit.in antiq.Neque hic adſint tres conformes, ſed ſolum duæ videlicet ſentẽtia ordinarij,& Rotalis eius confirmatoria;id ſufficit in Beneficialibus vbi non obſtante reſtitutione a maiore poſtulata,non impeditur rei iudicatæ executio,Verall.deciſ. 330. parte 1. quod eſt de mente Doctorum in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudic.quod Dominis hic maxime locum habere videbatur, cum non verſamur in ſententijs latis per contradictas,ſed in obtentis in iudicio contradictorio.

Nec ambigebatur Garziam propterea confugiſſe ad commemorandas nullitates, quia bonum ius Capellanorum clarum eſſe videbatur: videndum ergo an talia adſint in iſto Proceſſu, & propterea Rotalis ſententia nulla ſit cenſenda.

R. P. D. BVRATTO.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 2.Iunii 1614.

Cadit par.1.fol.1210.ſub num.116

SVMMARIVM.

1 *Periti duobus electis diſcordibus, tertius eligendus venit.*

2 *Socij ſi ex communi maſſa hinc inde pecunias habuerunt,non potes vnus ſolus ad habitus per ipſum reſtituendas condemnari.*

Nam ab omnibus ratio reddenda ibi.

3 *Socius,qui ſociales recipit pecunias,ad reſtitutionem condemnari nequit, niſi ſoluedatis rationibus.*

4 *Cauſa mercatorum de bono,& a quo terminanda veniunt.*

DIſſoluta de anno 1599. ſocietate ad quam D.Camillus Palagius fuerat ab olim D.Alexandro Dono de anno 1590.in ſocium aſſumptus,& anno 1596. cum maiori participatione confirmatus; prætendens D. Palagius ratam vtilium ad ipſum ſpectantem egit coram A. C. pro electione communium amicorum iuxta formam capitulorum anni 1596.ad effectum videndi computa ſocietatis prædictæ, & verſa vice DD. de Donis heredes Alexandri contra Palagium ad rationem adminiſtrationis reddendam, ac in primis reponendum in eorum banco plures pecuniarum ſummas ab ipſo habitas. Cumq; R. P. D. Ginettus in cauſa, & cauſis prædictis ab A. C. deputatus mandaſſet ſine præiudicio quorumcunq; iurium

Iurium partium eligi peritos, & illi in relatione longe diſcordaſſent: Dubitatum fuit, an eſſet locus electioni tertij. Et Rota affirmatiue reſpondit: quia firma & paſſim obſeruata eſt concluſio in diſcordia duorum, ad electionem tertij deueniendum eſſe, l. item ſi vnus. §. pen. ff. de recep. arbit. c. innotuit. cod. tit. & vtrobique Doctor.

Non obſtat prætenſio DD. de Donis, quod Palagius debeat ante omnia reſtituere pecunias ab ipſo extractas.

Quia pro reſponſione dicebant DD. etiam Donos pecunias habuiſſe ex negotio, ita vt facienda ſint computa, vt videatur, quis debeat refudere, Caſtr. conſ. 126. circa med. verſ. ſi tamen ad manus. lib. 2. & ab omnibus reddenda ſit ratio, nec interim poſſit vnus condemnari, Angel. conſ. 286. col. 2. ver. & inter dictos. Rimin. ſen. conſ. 24. n. 36. verſ. hic enim ſi vnus. lib. 1. Rota Ian. deciſ. 39. num. 3.

Et vlterius Palagium non poſſe ad certæ ſummæ reſtitutionem compelli, niſi computis ſolidatis, ex quibus poteſt etiam creditor remanere, vt ex l. de illo. ff. pro ſoc. Bald. in conſil. 463. num. 4. ver. quarta ratio. lib. 1. Anchar. conſil. 235. ſub num. 1. verſ. præterea. Alexand. conſ. 192. num. 2. & 3. lib. 7. Neguſ. de pignor. par. 5. mem. 1. num. 1. num. 37. Aym. conſ. 231. num. 16. verſic. vndecimo conſidero & conſ. 275. num. 13. verſic. tertio principaliter. Purpur. conſil. 339. num. 2. verſ. tamen. lib. 1. Ceph. conſil. 768. nu. 14. & conſil. ſeq. n. xj. lib. 5. Munnoz. de Eſcobar de ratiocin. cap. 21. à nu. 12. vbi alios refert. ad num. 22. vbi hanc opinionem dicit magis rationi & æquitati conſentaneam, multiſque fundamentis fulcitam, ac in Senatu Pintiano frequentiſſime obſeruatam, quam probauit Rota in illa Aſſiſien. pecuniaria coram Reuerendiſſ. Lugdunen. quod in pecunia admittit, licet contrarium velit quo ad bona per adminiſtratorem inuentariata, aliaque functionem in genere ſuo non recipientia, Surd. deciſ. 184. n. 2. & nu. 12. verſic. non reſiſtunt, vbi ita opiniones conciliare videtur.

Neque etiam obſtat, quod dicebatur Palagium debere ſaltem prius rationem reddere, cũ haberet negotij cõplementũ

Quia hac ratione dixerunt DD. tertium ſeu peritum eſſe eligendum, quo ad omnia hinc inde, ita vt videantur quęcunque computa adminiſtratorum, & geſtorum per quemlibet, necnon lucra & alia quæcunque neceſſaria, ex quibus nihil ſupererit pro ſufficienti redditione rationis, quam reſtitutio reliquatus, l. cum ſeruus. 81. verſic. nam non vtique. ff. de condit. & demonſt. Et quo ad omnes cum iſtud ſit vnicum negocium & rationes ſint connexæ Rimin. ſen. d. conſil. 300. num. 54. & faciunt tradita in Romana laudi 28. Iunij præteriti coram me.

Et eo facilius in hanc ſententiam uenerunt Domini, cum agatur cauſa inter mercatores, & coram Aud. Cam. habente facultatem procedendi inter illos ex bono, & æquo, & ſola facti ueritate inſpecta, quæ bene haberi poterit eligendo tertium ſeu peritum, etiam quo ad omnia hinc inde prętenſa, & quo ad omnes, prout ita reſolutum.

R. P. D. PENIA.

PERVSINA DOTIS.

Lunę 9. Aprilis 1607.

Cadit par. 3. fol. 66 ſub num. 62.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa appellabilis in ſpolio reſpectu vnius ex collitigantibus effecta etiam reſpectu alterius collitigantis erit appellabilis.*

2 *Sententia in ſpolio ſi fuerunt duæ latæ, niſi per alias ſententias reuocetur vltima ſententia nulla remanent.*

3 *Sententia in ſpolio alias ſententias ſimiles reuocans mixturam continet.*

CONtra Lucretiam Bartocciam fuerant latæ duæ ſententiæ conformes ad fauorem Domini de Gogis quibus fuerãt declaratum non fuiſse locum ſpolio per Lucretiam intentato, & ſententiæ tranſiuerant in rem iudicatam Lucretia in cauſa reſtitutionis in integrum obtinuit in Rota declarari fuiſse locum ſpolio ex quo ſubhaſtationes bonorum fuerat nulliter facta, & petebat ferri ſententiã in

ſpolio

ſpolio ad effectum euitandum appellationem. Rota tamen cenſuit non poteſt ferri, quia ſi cauſa ſuper iudicio ſpolii fuit effecta appellabilis reſpectu Lucretię appellabilis etiam remanſit reſpectu illorum de Gogis.

2 Dictum etiam fuit in hoc iudicio opus fuiſſe reuocare duas priores ſententias ne iſta ſubiaceret nullitati; illæ enim dicebāt adfuiſſe ſpoliumh, æc vero ſpolium negabat nam non reuocatis primis ſententiis ſententia, contra ſententias non reuocatas remaneret nulla, & ipſa quoque veniret reuocanda libr. 1. C. quando procur. non eſt neceſſ. Leos vbi not. Barr. & Alberic. C. de appell. Caſſad. deciſ. 1. num. 4. de ſequeſt. poſſ. & fruct.

3 Poſtremo ſi opus erat reuocare priores ſententias, hoc continebit mixturam cuius ratione admittatur appellatio Bald. conſ. 141. num. 7. lib. 1.

ILLVSTRISSIMO MELLINO.

ROMANA CAMBIORVM.
Ven. 26. Maii 1593.

Cadit Par. 3. fol. 30. ſub num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Socij mandatum habent ad faciendum vtilia in ſocietate.*

2 *Solutio in vno loco deſtinata, ſi in alio fiat eſt nulla.*

3 *Tutor, quando abſque ſolemnitatibus ſtatuti procuratorem conſtituere poſſit.*

DVbitaui an Ioannes Maria, & Vincentius habentes facultatem prout in inſtrumentis mandatorum potuerunt ſoluere, vel ordinare DD. de Bandinis, vt ſoluerent debita extra cauſam cenſus, ommiſſo debito ea cauſa cenſus: & Domini diſtinxerunt dubium propoſitū in tres difficultates. Prima fuit an poſſet ſoluere de iure communi circumſcriptis mandatis. Secunda an vigore mandati Ioannis Mariæ. Tertia an vigore mandati Vincentii.

Circa primam, Domini reſoluerunt Ioannem Mariam, & Vincentium non potuiſſe ſoluere, neque ordinare DD. de Bandinis quod in damnum ſocietatis ſoluerunt debita leuiora ommiſſo grauiori, quia ſocii habent ſolum mandatum ad

1 faciendum ea, quæ ſunt vtilia ſocietati gloſ. in l. nemo ex ſociis ff. pro ſocio, & in l. de pupillo §. ſi plurimum ff. de nou. ope. nunc. Rom. conſ. 498. numero primo Aim. quæſtione 129. numero primo & q. 632. numero 28. tanto magis cum in caſu iſto procederet conuentio, quod iſtæ pecuniæ conuerterentur in cauſam cenſus ideo non potuerunt aliqui ex ſociis ob Cambia, & recambia illas conuertere in alium vſum, & ordinare quod ſoluerentur extra cauſam cenſus.

2 Quantum vero ad ſecundam, Domini cenſuerunt Ioannem Mariam non habuiſſe ſufficiens mandatum ordinandi Dominis de Bandinis, vt ſoluerent debita extra cauſam cenſus, primo quia mandatum eſt reſtrictum ad ſtatum, & Ciuitatem Camerini, vbi fuit deputatus Theſaurarius, & ideo non potuit in Vrbe, vbi reſidebant alii ſocii ordinare Bandinis, quod pecunias ſoluerent extra cauſam cenſus. Ancharan. quæſtione 232. numero tertio, & quarto. Secundo, quia in inſtrumento Ioannes Maria ex pecunijs Camerini promiſit ſoluere Camerini, & in ſuo ſtatu pecunias in tabula Cameræ Apoſtolicæ deſcriptas, & reliquas tranſmittere ad vrbem conſignandas in Banco Dominorum de Bandinis, prout in inſtrumento cum Bandinis celebrato, continetur.

Vnde cum illa dictio, pro ut reſtringat mandatum ad tenorem inſtrumenti celebrati cum Bandinis, ad quod habet relationem l. edita, vt ibi Bart. numero vigeſimo octauo, & Dec. numero 85. C. de eden. & inſtrumentum celebrarum cum Bandinis contineat, quod reliquæ pecuniæ debeant tranſmitti ad Banchum Dominorum de Bandinis pro ſoluendo debito ex cauſa cenſus, non potuit Ioannes Maria vigore dicti mandati ſoluere, nec ordinare Bandinis, vt ex pecunijs tranſmiſſis ſoluerent debitum extra cauſam cenſus ommiſſo debito cenſus, Gugliel. manc. in l. ſi in duabus, num. 20. ff. de reg. iur.

Nam obſtat, quod deſtinatio fuit facta ad

ad fauorem Dominorum de Bandinis, vt ipſi eſſent magis cauti, quia non ſolum reſpicit fauorem DD. de Bandinis, ſed etiã commodum theſaurariorum quoniam pro cenſu ſoluendo Bandini poterant recipere pecunias ad cambia, & recambia, vt in inſtrumento fuit conuentum, ſed pro ſoluendis alijs debitis extra cauſam cenſus ipſi non poterant accipere pecunias ad cambium, vt fuit reſolutum, & ideo multum intererat theſaurariorum, quod ex pecunijs tranſmiſſis in primis ſolueretur debitum cenſus, & conſequenter cum deſtinatio concerneret etiam fauorem theſauriorum, non potuit Ioannesmaria ordinare, quod pecunię ſoluerentur in aliã cauſam, neq; Bandini debebant ſequi in hoc eius ordines cum nõ haberet ſufficientem facultatem, Anch. d. q. 234. n. 5. Non obſtat quod non omnes pecunia erant deſtinatæ ad ſolutionẽ cenſus, ſed quod tẽpore ſolutionis cẽſus fuiſſet repertæ in banco, vt colligitur ex illis verbis, tunc extantibus, & fuit reſolutum coram bo. me. D. Bubalo, quia ſi pecuniæ tranſmiſſæ ad Banchũ in primis erant deſtinatæ pro ſolutione cenſus a Bandinis, non debuerunt conuerti in aliam cauſam alioquin huiuſmodi deſtinatio redderetur inutilis, ſi Bandini poterant ſibi ex illis pecunijs tranſmiſſis ſatisfacere pro debitis ſolutis extra cauſam cenſus, & ſi pecuniæ tempore ſolutionis non extabant in Bancho, hoc euenit facto ipſorum, quia non debebant ſoluere in aliam cauſam. Quantum autem ad tertiam difficultatem, aliqui ex Dominis dubitabant, An mandatum Vincentij eſſet ſufficiens, quia eis videbatur reſtrictum ad Ciuitatem Camerini, & quia debet intelligi ſecundum naturã, & qualitatẽ negocij, & cõuentiones initas, ſed cæteri Domini contrarium exiſtimabant, quoniam datum eſt Vincentio pleniſſimum, & liberum inſtrumentum, & pleniſſima, & libera adminiſtratio, ideo non dubitabãt Vincentium potuiſſe ordinare Bandinis, vt ſoluerent extra cauſam cenſus. Sed placuit Dominis caput nullitatis mandati ex defectu ſolemnitatũ ſtatuti, quod habet locum vbicunq; directe, vel indirecte remittitur aliquod ius,
3 Creſc. deciſ. 199. Cotta 711. Non obſtat, quod cum D. Virginia eſſet tutrix teſtamentaria, & fuerit ei ſolemniter per iudicem decreta tutela, potuit non adhibita ſolemnitate ſtatuti conſtituere procuratorem ad faciendum contractum ſuper rebus minorum Feder. de Sen. conſ. 710. cũ alijs allegatis, quia Domini diſtinguebãt duos caſus, primus eſt, quãdo procurator fuit conſtitutos cum decreto iudicis ad faciendum certum actum, in quibus terminis loquuntur Feder. de Sen. & alij hic citati, & Domini admittebant abſq. aliqua ſolemnitate poſse illum actum facere. Tertius vero caſus eſt quando fuit conſtitutus procurator cum decreto non ad faciendum certum actum, ſed generaliter, vt in iſto caſu, & in hoc caſu in actibus ſubſequentibus requirũtur ſolemnitates, Iaſ. in l. 1. §. itẽ acquirimus. n. 13. & 18. ff. de acq. poſ. Tiraq. de leg. cõnubial. glo. 5. n. 198. Lambert. de contract. gloſſ. 20. nu. 4.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO. BVRGEN. CANONICATVS.

Lunæ 19. Ianuarij 1590.

Cadit Par. 1. fol. 335. ſub num. 188.

SVMMARIVM.

1 *Mãdatũ de prouidẽdo nõ dicitur prouiſio*

2 *Publicatio ante præſentationem Litterarum fieri poteſt.*

3 *Clauſula ſi preces veritati nitãtur etiam ex tacita conditione ineſt in gratia.*

4 *Poſſeſſio beneficij abſq. collatione capi nequit.*

5 *Poſſeſſio alio poſſidente adipiſci nequit, niſi gratia verificata petentis eam.*

6 *Verba vel, & ſeu ſunt alternatiua.*

CONcluſum fuit pro ſufficienti publicatione, quæ, vt patet ex publico inſtrumento fuit intra tempus prorogationis facta in Eccleſia Cathedrali intra miſſarum ſolemnia cum litteris Apoſtolicis, & cum affixione tranſumpti in valuis ipſius Eccleſiæ iuxta formam Conſtitutionis Gregorianæ.

1 Nec obſtare, quod fuerit facta cum ſolis litteris expeditis in forma dignum ante obtentam prouiſionem ab executore, quia Conſtitutio contentatur publicatione ſolius mãdati de prouidendo, quod

tamen non dicitur prouiſio. Caſſad. dec. 1.n.6.vt lit.pend.alternatiue enim loquitur de prouiſionibus, aut mandatis apoſtolicis ſub quacunq; forma, quorum alterum ſufficit eſſe verum capitulo in alternatiuis de reg.iur.in 6.

2 Quod etiam clarius colligitur ex §. is, quoque vbi vult eum in quem diſponi, vel ſub quacunq; forma mandari contingerit de beneficio litigioſo, vel a Cedente non poſſe teneri ad præſentandum litteras Apoſtolicas, cum earum publicatione iudici, vel executori, et pro earum executione inſtare, & poſſeſſionem petere, quod in neceſſarium antecedens oſtendit publicationem fieri potuiſse etiam ante præſentationem litterarum, & ſic ante prouiſionem executoris, qui ex præſentationem litterarum, iuriſdictionem acquirit, capitulo cum in iure de offic. delegat. Rota dec.21. de conceſſ. præben. in nou. Acchil. 2.de offic.deleg.

3 Nec placuit Dominis, quod dicebatur hoc poſſe verificari in gratia pura, quia adeſt eadem ratio, cum etiam pura, & ſimplex prouiſio habeat tacitam conditionē, ſi preces veritate nitantur, quæ eſt ſaltem ſummariē iuſtificandæ coram executore, & ſic ad effectum, vt legitimæ fieri poſſit publicatio, non eſt neceſsarium, vt conſtet de bono iure publicantis, & conſtitutio velit, vt etiam prouiſiones de beneficijs litigioſis publicentur, cum tamen expectandus ſit euentus litis, vt ſciatur, ad quem ſpectet beneficium.

4 Non obſtat deciſio facta in cauſa Iacen. Portionis, quia illa deciſio ſubſtinetur ex eo quod ibi obſtabat defectus appræhenſionis poſseſſionis, qui probabatur eo ipſo, quod collatio ſine qua poſseſſio capi non poterat erat facta extra tempus cōſtitutionis, vltra quod ibi litteræ erāt expeditę paulo ante lapſum nouem menſiū, ita quod earum publicatio in partibus fieri non potuerat in tēpore non obſtante prorogatione, qua non ſuffragatur, ſtante reſtrictiua, dummodo reſignās adhuc viuat, quod ſtante profeſſione in Religione non iuſtificabatur.

Non obſtat, quod vigore conſtitutionis vltra publicationem petenda etiam erat poſseſſio Canonicatus, quia cōſtat intra tempus præfixum fuiſſe præſentatas literas Apoſtolicas ordinario Burgen. illarū executori, corā quo a legitimo procuratore Franciſci conſtituto ad capiēdā poſseſſionē Canonicatus, & conſequenter etiā ad eam petendā, cum hoc iuris ordo exigat, fuit petita poſseſſio, quæ petitio in odium Ioannis de Oliua, qui ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum habuit recurſum ad iudices laicos, ſufficit, præſertim cū fuerit reiterata per duas vices, ita ut ſatis dici poſſit inſtāter facta Vital. in cle. quāuis, n. 21. de app. vltra quod in vltima petitione dicitur, q̃ iterū peti debitis cū veneratione, & reſpectu requirit ſemel bis; atq; iterū, & toties, quoties de iure pōt, & debet c. cum poſt petitam cum ibi notat. de elect. Neq. obſtat, quod dicitur petitionē poſseſſionis ante obtentā collationē nō ſuffragari ex deductis in deciſione Leodien. Canonicatus, quia in hoc caſu, vbi poſſeſſio nō erat vacua, ſed occupata ab Oliua, Frāciſcus eā aliter habere non poterat quā petēdo coram executore verificari ſuam recognitione, & ea verificata ſibi poſseſſionem tradi amouendo ab ea quemlibet detentiorem, quod intelligitur ſubordinata prout naturę res poſtulat. Neque obſtat deciſio Leodien. quia ibi pro petitione poſſeſsionis adducebatur quædam citatio impugata ab eo cuius nomine facta prætendebatur & quoddam mandatum de immittendo decretum in ipſa collatione ſeu purificatione gratiæ in forma dignum, quod non ſuffragabatur ad effectum conſtitutionis requirentis, quod prouiſus inſtat pro executione ſuæ gratiæ, & poſſeſsionem inſtanter petat, quod tamen factum fuit in hoc caſu vbi præſentis litteris Executori inſtatum fuit pro illarum executione & pro obtinenda poſſeſsione.

Neque aliquid facit, quod dicitur poſſeſſionem peti debuiſſe a Capitulo, ad q̃ pertinet illius traditio iuxta dec. Caſſad. 8. de reſtit. ſpol. quia conſtitutio loquitur de petitione facienda iudici, ſeu executori, vel alijs ad quos pertinet, & ſic alternatiue, vt denotant illæ dictiones, vel, & ſeu, de quarum natura eſt, vt ſufficiat alterum impleri, maxime cum poſſeſſio Canonicatus eſſet occupata ab oliua, qui coram

ram

Digitized by Google

ram ordinario Burgen. Executore comparuerat proteſtando de ſua poſſeſſione,& vti intruſus ab ipſo tantum executore,non autem a Capitulo expelli poterat.

EODEM.

BONONIEN. DE CARNALIBVS.

Veneris 11.Ianuarij 1602.

Cadit par. 1.fol.1013.ſub num.140.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio bonorum emphiteuticorum ex quibus præſumatur.*

2 *Manutentio datur heredibus peius poſſidentis cum quibus lis, & inſtantia continuant.*

Præſertim concurrente ſtatuto de continuanda in heredem poſſeſſione, ibi numero tertio.

4 *Recognitio in dominum poſſeſſione plena non ſufficit niſi colonus expellatur.*

Secus vacua poſſeſſione, & altero non poſſidente ibi.

5 *Pactum de poſſeſſione rei emphiteuticæ capienda propria authoritate, non habet locum niſi caducitas ſit clara.*

6 *Canonum ſolutio per tres annos facit prius ſolutionem præſumere, vt euitetur caducitas.*

7 *Ciuilem poſſeſſionem retinens interdicto retinendæ iuuatur.*

8 *Poſſeſſionem ciuilem retinens interdicto retinendæ iuuatur.*

9 *Priuilegia non excludunt manutentionem.*

10 *Poſſeſſorio & petitorio ſimul pendentibus, ſuper eo, de quo prius liquet pronunciatur.*

11 *Clauſula manu regia & ſola facti veritate non inſpecta, non impedit manutentionem.*

1 RESolutum fuit per Dominos dandum eſſe Carnalibus mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum de quibus agitur, quoniam de poſſeſſione Valerij eorum Patris in vim inueſtituræ factæ Iuliano, de anno 1518. cum clauſula conſtituti, & pacto præcarij, & poſtea renouatæ ipſi Valerio de anno 1593.conſtat ex locationibus iſtorum bonorum per ipſum facta cum perceptione affictus,præſertim concurrente ſolutione Canonum,Socc.conſ.187.ſub n.2.ver.ſecũdo principaliter,li.2. & hoc etiã fatentur Agentes pro Collegio, tam in præcepto facto Colonis Valerij, ne ei ſoluant affictus,quam etiam in commiſſione cauſæ, & in declaratione deuolutionis contra

2 eum,vti poſſeſſorem facta. Et cum Valerius viuens fuerit in ſua poſſeſſione turbatus a Collegio,& ſuper hac turbatione litẽ introduxerit,& mandatum de manutenendo pecierit poſſunt hodie poſt eius obitum ipſius filij,& hęredes cum quibus eadem lis,& inſtantia continuatur, l.hæres abſens,ff.de iudic.not. Doct. in capit. quia, eod. tit. proſequi hoc iudicium, & obtinere manutentionem, quæ ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis debita fuiſſet Valerio ſi vixiſſet iuxta Not. per Menoch. in 3.remed.retinen.n.62.quia alios citat.

3 Præſertim ſtante ſtatuto Bononien.continuante defuncti poſſeſſionem in hærede, de quo meminit Tiraqu. in tract. le mort ſaiſit le vif.in pręfat.in tertia declarat. nu. 5. cuius vigore competit interdictum retinendæ contra turbantem poſſeſſionem defuncti etiam abſq;alia actuali appręhenſione tradit idem Menoc. d. remed. 3. nu. 59. Et licet exaduerſo dicatur hanc continuationem non habere locum, quando poſſeſſio naturalis fuit medio tempore ab alio occupata,hoc tamèn non applicatur huic caſui, vbi prætenſa poſſeſſio Collegij fuit mera turbatio, nec priuauit Valerium ſua poſſeſſione qui neque in vita, neq; eius filij, poſt obitum vnquam ſe habuerunt pro ſpoliatis ad not. per Tiraq. in dict. tractat. in tertia declarat. 5. par. numero decimo quinto.

Et ita non obſtat, quod dicebatur de recognitione Colonorum,quia vbi poſſeſſio eſt plena, & Colonus alteri poſſidet prout in hoc caſu, non ſufficit recognitio, ſed eſt omnino neceſſaria totalis expulſio illorum cum ſua familia, etiam a conſpectu Rei, cum eorum facto non poſſint interuertere poſſeſſionem Domini, l. finali, C. de acquir.poſſ.l.peregre, §.quibus,& l. quamuis, §.ſi Conductor, & ibi Bart.ff.eod.titulo,Dec.conſil. 400. numero nono,Gozad.conſilio 86.nume-

Digitized by Google

ro decimo, Put.deciſione ſexta, de cauſ. poſſ. & propr. Quicquid dicendum ſit, quando poſſeſsio eſt vacans, & Colonũ alteri non poſſidet, vt latiſſime deductum fuit coram me in cauſa Maceraten. hæreditatis ſub die quarta Iunij 1590. & 18. Martij 1591.

5 Neque obſtare, quod dicebatur ex parte Collegij, ipſum tam iure communi, quam ex pacto inueſtituræ potuiſſe propria auctoritate ingredi poſſeſſionem ob Canonem non ſolutum, quia in hac quæſtione placuit Dominis diſtinctio. Specul. in titulo de emph.§.nunc aliqua quæſtione 48.numero 62.verſiculo tu dic, quam ſequuntur, Corn. conſilio 193. numero tertio verſiculo aut emphiteuta, libro tertio, Hieron. Gabr. conſilio 67. numero 18.libro ſecundo, cum aliis per Corbol. de cauſ.priuat.ob non ſolut. Canon.quæſtione duodecima, numero tertio, quod iſta facultas non habeat locum, quando Caducitas non eſt clara, ſed controuertitur ab ipſo emphiteuta, qui probabiliter poteſt aduerſus eam excipere, & illam excuſare, vel dubiam redere, quod etiam deciſum fuit in cauſa Cæſenaten. ſpolij, ſub die 22.Iunij 1592.coram Illuſtriſſimo Mantica, & facit etiam, quod regulariter pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate non poteſt exerceri abſque præcedenti liquidatione, Bart. dicta l. Creditoris numero decimo quarto, C.de pignor.act. Aret.conſilio 32.numero primo, Gozad.conſilio 95 num. 3. & habetur in dicta deciſione Cæſenaten. & ſæpius tenuit Rota in alijs cauſis.

6 In hoc autem caſu excluditur iſta caducitas ex ſolutionibus trium vltimorum annorum, ex quibus ad euitandum deuolutionem præſumitur ſolutio in præteritũ l. quicunque C.de apoch.public.libro decimo, quam etiam in ſolutione Canonis pro re emphiteotica locum ſibi vendicare, trad.Io.Andr.in addit.ad Specul. in titulo de emphit.§.primo, numero 38.verſiculo pro tribus annis, Iaſ.in l.ſecunda, numero 135.C.de iur.emphit.Rota deciſione tertia, de locat. in ſecundo, Gabr. concluſione vndecima de præſumpt. numero ſecundo, cum ſequenti, & fuit reſolutum in cauſa Papien.pecuniaria decimatertia Martij 1595. coram me, Præſertim concurrente inſtrumento reſeruationis factæ Valerio de anno 1593. in quo Agentes pro Collegio fatentur eis fuiſſe latisfactum de præteritis canonibus, & quietant dd.de Carnalibus, quod ſolum ſufficit etiam, quod aliunde de ſolutione non conſtaret, vt de nota ſolutionis Canonum referente ſe ad alias notas præcedentes, quæ non apparent, fuit dictum in Cauſa Rauennaten. domus 27. Martij 1576.coram bo.me.Cantuccio.

7 Non obſtat, quod Valerius adeundo Iudicem pro reuocatione tenutæ captæ per Collegium videatur ſe habuiſſe pro ſpoliato, quia ex ipſa comparitione conſtat de contrario, quod immo adiuit Iudicem pro defenſione, & manutentione ſuæ poſſeſſionis, & pro remouendis moleſtijs, & turbationibus ſibi de facto a Collegio illatis, quo fit, vt potius dicatur ſemper retinuiſſe Ciuilem poſſeſſionem, cuius vigore potuit interdicto retinēdæ agere pro recuperatione naturalis, Bart. in dicta l.prima, §. final.numero 17. ff. vti poſſid. Iaſ. in l. clam. poſſidere §. qui ad nundinas, numero 54.ff.de acquir. poſs. Put.deciſione 190.numero quarto, libro primo, & deciſione 419.in vna Paduana, libro ſecundo.

4 Neque obſtant facultates, & priuilegia Collegij, quia non excludunt manutentionem, etiam quod velint cauſas ſimul, & ſemel cognoſci in poſſeſsorio, & petitorio ſemper enim ſuper eo, de quo prius liquet pronunciandum eſt, Egid. deciſione 506.Soccin. conſilio 262. ſub numero tertio, libro ſecundo, Staff.de litter. iuſt.§.in primis igitur, numero 59. & §. ſi
10 pars innodata, num.3.Et clauſula manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta non impediunt, quominus, vita durante DD. de Carnalibus ſummariſſimo remedio in ſua poſſeſſione manuteneantur.

Et ita concluſum, ommiſſis alijs, quæ petitorium reſpiciunt.

EODEM.

OSCEN. CANONICATVS SEV OFFICII Pœnitentiariæ.

Mercurij 5.Nouembris 1597.

Ca-

Digitized by Google

Cadit par.2.fol.416 ſub num. 32.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula quod de ſubreptione vel obreptione dici nequeat tollit litterarum verificatione.*

2 *Clauſula ſublata, niſi os aperiatur, tollit audientiam.*

3 *Taciturnitas eorum, quæ Principem ſi expreſſa forent a gratia non, remouiſſent, non vitiat.*

4 *Subreptio non doloſa non vitiat.*

1 PRo Informante nempe Paſchaſio ob-
ſtare Indultum fœl.rec. Sixti Quin-
ti, quod Iniunxit officium, & onus pœ-
nitentiarij prębendæ theologali tunc poſ-
ſeſſæ per Ioannem de Lungares cum an-
nullatione omnium, & quarumcumque
conceſſionum,& diſpoſitionũ aliter facta-
rum cum clauſula, quod non poſſit dari
de ſubreptione, quæ releuat impetrantē
ab onere iuſtificandi indultum cum pa-
ria ſint narrata eſſe vera, vel de eorum fal
ſitate dici non poſſe ad not.per gloſ. in l.
qui habebat §.primo ff.de manumiſſ. te-
ſtam.Dec.conſ.557.num.13.maxime cō-
currente decreto irritanti,& clauſula ſub-
lata, per quam adimitur parti, & iu-
dicij facultas aliter interpretandi, &
iudicandi non obtenta oris aperitione
Bart.in l.finali circa fin.C. de canon. fru-
ment. Vrb.Roman. lib. 11. Card. Imol. in
c.quia diligenti nu.6.de elect.Pariſ.conſ.
primo numero 38. lib.4. Put. deciſ. 50.
num.5.libro primo, & deciſ.377. lib. 3.
& tanto magis, quod ſubreptio alias cō-
ſiderata coram R. P. D. meo Seraphino
ob non factam mentionem præcedentis
erectionis officij pœnitentiariæ factæ ab
3 Epiſcopo ex his, quæ modo deducun-
tur non eſt tales, quæ veriſimiliter con-
cedentem retraxiſſet, ex quo non erat ef
fectuata, nec ex eo erat alicui aliquod
ius quæſitum, cum de tempore littera-
rum Sixti nondum vacauiſſet aliqua præ-
benda, nec aliquis eſſet nominatus in
pœnitentiarium, cui poſſet dici in aliquo
præiudicatum, & vulgatis eſt regula,
quod taciturnitas eorum, quorum expreſ-
ſio non remouiſſet Principem nec cum
difficiliorum ad concedendum reddidiſſet
gratiam, non vitiat Innoc. in cap. cum
noſtris de Conceſſ.præben.Calder. conſ.
14.num.3.de reſcript. Egid. deciſione
quarta Fœlin.poſt.alios in cap.ſuper lit-
teris numero octauo de reſer.Quod etiam
ſuadetur ex eo, quod in eodem indulto
fuit narrata alia ſimilis erectio officij pœ-
nitentiatii facta ab Epiſcopo, de anno
1569.quæ reſpectu ipſius erectionis officij
non erat minoris efficaciæ, quam aliæ
facta de anno 1590.& ea non obſtante
Sixtus conceſſit Indultum, idem conceſ-
ſurus ſi altera etiam narrata fuiſſet cum
eodem modo dicatur facta, vt prima, &
fuerit ſolum verbalis abſq; aliqua ex effe-
ctuatione perſona ipſius pœnitentiarij, &
ambæ ſint factæ contra diſpoſitionē mot.
prop.Fel.rec.Pii V. volentis pro ipſius Ec-
cleſię commodo, & minori præiudicio
Capituli, quod vna probenda inſeruiret
pro pœnitentiario, & theologo, cuius
Pii voluntatus ſecutus fuit Sixtus, & ceſ-
ſat difficultas, quia non poteſt Imputari
4 dolus, vel culpa capituli in non expri-
mendo erectionem factā de anno 1590.
qua ignorabatur, & non fuerat per Epiſ
copum publicata ita vt potuiſſet in indul
to exprimi a Capitulo de ea notitia non
habente, quod facit, vt ſubreptio, tam-
quam non doloſa non vitiat Egid. deci-
ſione quarta, Lapus alleg. 89. nu-
mero ſecundo, in fin. cum ſequentibus
Verall.deciſione 60.libro ſecundo in ma-
nuſcript. &c.

EODEM.

MEDIOLANEN. BONORVM

Mercurii 4.I unii 1597.

Cadit par.3.fol.203.ſub num.120.

SVMMARIVM.

1 *Petita in ſupplicatione illa ſignata omnia conceſſa cenſentur.*

2 *Relaxatio iuramenti, facit vt non obſtante pacto de illa non obti nendo nec obtenta vtendo facit vt etiam ea, non obſtante*

obtinens audiatur aduerſus tranſactionem.

3 *Relaxatio iuramenti vltima tranſactionis, quæ impugnantur ſat erit.*

Etiam ſi alia præceſſerunt, quæ non impugnentur

4 *Iuramenta tranſactionum procedentia remiſſa cenſentur per vltimam tranſactionem illis derogantem, & quare.*

5 *Succeſſor non indiget abſolutione iuramenti anteceſſoris.*

1 PRo informante nempe conſtare de ſufficienti abſolutione iuramenti in caſu, de quo agitur, quia Vicarius Mediolanen. ſignando ſupplicationem, videtur conceſſiſſe omnia petita, Felin. in capitulo ſuper litteris, numero nono in quarta regula de reſcr. & conſequenter facul-
2 tatem agendi, & excipiendi cum abſolutione, & relaxatione iuramenti tranſactionis, quæ in effectu dicit contineri, quod Moniales habebant ratam tranſactionem illi non contrauenient, abſolutionem a Iuramento non patent, impetrata non vtantur Iuxta Doctr. Bald. in l. 2. ff. de Iur. Iuran. Roman. conſ. 326. Felyn. in cap. conſtitutus num. 14. de reſcr. Pariſ. conſ. 43. numero 15. vol. 3. Roland. conſ. 34. num. 6. cum ſeq. vol. 1.

3 Neque obſtant alia Iuramenta poſita in præcedentibus tranſactionibus, quia ſufficit, quod petatur abſolutio reſpectu huius vltimæ tranſactionis, quæ hodie impugnatur Roman. ſing. 499. nu. 2. cum ibi add. & tenuit Rota in pluribus cauſis.

4 Vltra quod abilis fuit receſſum per vltimam tranſactionem, quod facit, vt cenſeantur etiam remiſſa vincula piorum Iuramentorum, quæ conſenſum partium dictas tranſactiones nouantium remitti poſſunt. Alex. conſ. 59. num. 2. lib. 1. & ſic non dicuntur plura Iuramenta ſed vnicū tantum transfuſum in vltimum, vt declarat Caputaq; deciſ. 393. incip. abſolutio in fine lib. 1. in manuſcript.

Et tanto magis Domini venerunt in hanc ſententiam, quia non ſolum pro parte opponente de periurio non probatur, quod moderna Abbatiſſa, & Moniales, quæ hodie agunt ad reſciſſionem tranſactionis ſint illæmet, quæ iurarunt, vt requiritur ex deductis coram D. Robuſterio in Cauſa Tiraſonen. decimarum
5 ſub die 9. Octobris 1576. quod immo ex earum nominatione facta in mādato procuræ ad hanc cauſam conſtat illas eſſe diuerſas a nominatis in tranſactione, quo fit vt tanquam ſucceſſores Iurantium non egeant abſolutione, cum Iuramentum ſit perſonale, & non tranſeat ad ſucceſſores, quo ad vinculum periurij Innoc. in cap. veritatis de Iur. Iuran. Bald. in l. etiam in fin. ff. eod. titulo Corn. conſ. 27. ſub. num. 11. lib. 4. Dec. conſ. 203. prope fin. Pariſ. conſ. 75. num. 23. lib. 3. Aym. conſ. 142. in fin. & fuit reſolutum in cauſa Amerina domus die 4. Maij 1579. coram bo. me. Cantuccio.

EODEM.

ROMANA DONATIONIS
De Cuppis.
Mercurii 5. Iunii 1602.

Cadit par. 3. fol. 222. ſub num. 109.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſe maiorem curans excluditur a beneficio reſtitutionis in integrum.*

Sed non impeditur de nullitate dare ibi, numero ſecundo, ob non ſeruatas, numero ſecundo

3 *Minor ſe maiorem faciens iurans ſi aderit iuramentum promiſſorium ſublatus erit defectus nullitatis iuuatur remedio reſtitutionis in integrum, & quare.*

4 *Minor factus maior tacens per plures annos non ratificat contractum.*

5 *Donatio facta pro futuro matrimonio, quando excludatur a ſtatuto, & quare.*

6 *Donatio reciproca ſapit naturam potius remunerationis, & permutationis, quam donationis.*

7 *Donatio ob honorem familiæ non dicitur ob cauſam.*

1 FVit per Dominos reſolutum minorem ætatem ſuffragari Septimio quā uis enim ex eo, quod iurauit ſe maiorem videantur excluſus a beneficio reſtitutio-

tutionis in integrum ratione minoris æta tis iuxta,l.ſi alterius cum ibi notat. C. ſi
2 minor ſe maior dixit,non tamen Ideo impeditur,quo minus poſſit dare de nullitate donationis ob non ſeruatas requiſitas ſolemnitates in contractibus minorum ex ſtatut. Vrbis,libro primo,capitulo 151. non obſtante poteſt iuramento,Io. Andr. in addit.ad Specul.in titulo de ſent. §. vt autem in addit.quæ incipit ad hæc,& ea, &c. Alber.in dict.l.ſi alterius,Caſtr.conſ. 53.numero tertio,libro ſecundo,Roman. conſ.12.numero quinto,vbi addit Curt. Iun.conſ.118.numero nono,& conſ. 119. ſub numero primo, & numero ſexto, & ſequen.cum aliis per Modern.Peruſ. de reſtit.in integr.qui de communi teſtantur quæſtione 24.articulo quarto, num. 26. verſiculo in contrarium.

3 Nec huic concluſioni obſtat, quod hic adſit duplex iuramentum, ex Pariſ.conſ. 97.numero 60,libro primo, Bero. quæſtione 43,numero tertio,cum aliis allegatis,quia illud poſſet procedere, quando per iuramentum promiſſorium tollitur defectus nullitatis,& confirmatur contractus,quo caſu minori excluſo a remedio nullitatis,opus eſſet beneficio reſtitutionis in integrum a quo cecidit ex eo,quod iurauit ſe maiorem,ſecus vero in hoc caſu,vbi contractus adhuc remanet nullus, ex quo iuramentum promiſſorium, tam quam dolo extortum ex ſtatuto nihil operatur,& ſic non impeditur minor,quo minus poſſit dare de nullitate,non obſtante iuramento aſſertorio ex ſupra allegatis. Maxime, quod ſtatutum Vrbis videtur annullare vtrumque iuramentum, cum minor eodem dolo , & facilitate inducatur ad præſtandum vnum iuramentum ſicut,& aliud, & alias de facili fieret fraus ſtatuto,vt late per Curt.Iun.in dict. conſ. 108,ſub numero 9.verſiculo ſed quid fortius,& in conſilio 119. numero ſexto , & ſequenti.

4 Non obſtat,quod Septimius factus maior per plures annos tacuerit, quia cum ſtatutum præſumat dolum, ceſſat omnis ratificatio,quæ alias ex lapſu temporis in duci potuiſſet iuxta l. final. C. ſi maior fact.quæ non habet locum, vbi adeſt dolus,Roman.conſil. 54.in fine, Curt. Iuni. conſil50.num.o.Rui.conſil.170. ſub n. 29.libro primo,& fuit reſolutum, ſub die 25,Iunii 1557.coram bon.memor. Oradino,de quo etiam,per Capuraq.deciſione prima, parte tertia in impreſſis.

5 Nõ obſtat,quod huiuſmodi donatio ſit facta contemplatione matrimonii, ac vti donatio ob cauſam non videatur compræhenſa ſub ſtatuto, quia iſta donatio non poteſt dici ob cauſam, cum nullam habeat in ſe neceſſitatem ex quo Septimius donare non tenebatur Dec. in l. vt liberis num.26. C. de collat. Aym. conſ. 136.num.2. contineat aliquod commodum donantis , quod liberalitatem excludat Angel.in l.ſed hoc ille ff.de re Iudic.cum aliis per Tiraq.in l.ſi vnquam in verb.donatione largitus num.145. C. de reuoc.donat. & in terminis donationis ex cauſa matrimonii, quod dicatur ſimplex quando non habet in ſe neceſſitatẽ, vel continet commodum donantis,trad. Oldr.conſ. ſi Socc. conſ. 13. ſub num. 2. verſ.optime etiam lib. 1. Dec. conſ. 216. num.5.verſ. nec obſtant alia, Aym. conſ. 85.num.2.& conſ. 114. num. 17. & conſ. 136.num.2.Tiraq.dicto verbo donatione largitus num.140.Boer. qui loquitur in parte donante deciſ. 159. num. 1. & 11. quicquid dicendum eſſet in donatione facta a Patre, vel alio qui teneretur ad dotem ratione neceſſitatis, & commodi , quod donans ſentit, vt diſtinguit Iaſ. in conſ.171.col.4.ver.confirmatur & 5.li. 4.

6 Neque obſtant Doctores in contrarium allegari, nempe Natta conſ. 109. num.8.qui loquitur in donatione reciproca continente grauamẽtum vtriuſq; qua magis ſapit naturam remunerationis, & permutationis, quam donationis vt ipſemet teſtatur, & ita etiam loquitur Hier. Gabr.conſ.6.num.10.lib.2.qui agit de donatione propter nuptias, quæ eſt reciproca. & concernit etiam commodum donãns propter lucrum reciprocum. Nõ obſtat Rolan.conſ.44.num.9. lib. 4. quia quamuis conetur defendere cauſam matrimonij in donatione eſſe finalem, fatetur tamen hanc opinionem eſſe valde controuerſam, & ſub numero 20. non ſe firmat, ſed confugit ad aliam reſponſionem magis iuridicam , quod in caſu ſuo donatio reſpiciat etiam commodum donantis propter fructus dotis , quos

pater

pater Curabatur, vt per Aret.in conſ.17. num.9.ver.aut dicis donationẽ Menoch. conſ.261.num.2.& ex his colligitur reſponſio ad omnes alios in contrarium allegatos.

7 Non obſtãt cauſæ honoris familiæ, & aliç ab informantibus ponderatæ, quia non ſunt ſufficientes ad effectum, vt donatio dicatur ob cauſam, cum non ſint proportionatæ tollitur vt conſtituant cauſam æquiualentem donationi prout eſſe deber, & videntur potius appoſitæ ad colorandã donationem vt dicit Oldr. d.conſ.5. cum alijs ſupra allegatis, prout nec etiam eſt illa quod conſtantia alias non fuiſſet matrimonium contractura, quia non reſpicit commodum Septimij donantis Iuxta l. ſi fortè vbi Bart. ff. de Caſtr.pecul.&c.

EODEM.

MEDIOLANEN. FRVCTVVM.

Veneris 7.Iunij 1596.

Cadit par.3.fol.39.ſub.num.79.

SVMMARIVM.

1 *Cap. Odoardus beneficium non datur ſpoliatorij condemnato dolo concurrente.*

Dolus quomodo dicatur in hoc ibi numero ſecundo.

3 *Creditores poſteriores non poſſunt conditionem creditorum anteriorum facere deteriorem.*

1 FVit dictũ Spiraphigio aduerſus Cribellum non competere beneficium cap.Odoardus, quod ſpoliatori condemnato, non datur ſi dolus concurrat Rot. dec.22.de reſt.ſpol.in ant.Mohe.dec.117. alias prima de ſolut Io:Paul.86. Put. 56. libro primo;quiquid alias dicendum ſit, ſi dolus abſit, & adſit iuſta Cauſa litigandi, vt loquitur deciſio facta in cauſa Madiolanen.coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto,cum alijs in conitrariũ allegatis.

2 Dolus autem In caſu propoſitio ſatis colligitur, ex eo quod Spiraphigiu non obſtante clara fructuũ reſeruatione abſq; aliqua iuſta cauſa ſpoliauit Cribellum negando debitum plruibus vijs, & ſubterfugijs Bald.in l.prima ſub numero primo C.qui bon.ceder.poſſ. Ang. Iaſ. & alij in §.finali Inſtit. de act.Mohed.d.deciſ. 117. num. 1.licet enim Spiraphigius in partibus obtinuitur ſententiam pro ſe, eius tamen iniuſtitia fuit detecta in cauſa appellationis per deciſiones Rotales quibus licet, tunc videatur acquieuiſſe, obtinẽdo à Cribello per viam tranſactionis remiſſionem expenſarum litis, & partis fructuum, & dilationem duorum annorum ad ſoluendum reſiduum l.ad ſolutionem C.de re iudic.tamen poſtea non deſtitit moleſtare Cribellum ſubreptitiæ, obtinendo motum proprium cum extinctione litis, ac caſſatione reſeruationis fructuum, & detecta illius ſubreptione ſuſtinendo litem vſq; ad ſententiam, à qua licet ſtante clauſula omni & quacunque appellatione remota non potuiſſet appellare,nihilominus appellauit, & poſtea fuit proſequutores litẽ ſuper liquidatione fructuum per duas inſtantias, ex quibus conſtar Spiraphigium in hoc negocio nõ caruiſſe dolo, & conſequenter non poſſe iuuari beneficio cap.Odoardus, præſertim cũ pro fructibus fuerint iam relaxatæ executoriales, & facta executio in certis bonis ſtabilibus, quo caſu dictum remedium non cõpetit Mohed.d.deciſ. 117. ſub num.2.

3 Hæc tamen Domini dicebant abſq; difficultate procedere inter Cribellum, & Spiraphigium, amplius tamen eſſe deliberandum reſpectualiorum Credirorum, de quorum cõſenſu Spiraphigius iam ſeruatis ſeruandis fuerat admiſſus ad hoc remedium, an ipſi, vti priores, & potiores Creditores ob eorum intereſſe poſſint impedire declaratoriam ferendã contra Spiraphigium, ne facto Cribelli poſteriores creditoris fiat deterior cõditio anteriorum in portione fructuum beneficiorum eis aſſignata, quam non haberent,ſi Spiraphigius excommunicaretur cap. paſtoralis §.verum cum ibi notat.de appell. Rota deciſ. 8. de ſent. excom. in antiq. Thom.de Tan.deciſ.26.cũ vulg. Et ideo ſuper hæc particulariter agetur.

Eodem.

EODEM.

ROMANA ALIMENTORVM.
Lunæ 13. Martij 1600.

Cadir Par. 1. fol. 1154. ſub num. 59.

SVMMARIVM.

1 *Legarum alimentorum an cenſeatur, ex verbis quod heres tali familiæ debeat prouidere.*

2 *Verbum prouidere familiæ tali prolatum a teſtatore qui alere non tenebatur quod importet.*

3 *Verbum commendo in ſpecie prolatum reſpectu alicuius rei reſpicit cauſam neceſſitatis, vel paupertatis.*

4 *Verbum heres ſtudeat prouidere tali familiæ remittitur ad conſcientiam heredis.*

1 FVit dictum ex verbis teſtamenti, ꝙ
hæredes curent prouidere illis de
familia letitiæ non cenſeri inductum le-
gatum alimentorum, licet enim ver-
bum prouidere, aliquando importet ali
menta Iuxta text. in cap. cum ſecundum
ibi, vel ſucceſſores effectum prouideri
volumus, & ibi tam diù vitæ neceſſariæ
congrua ſubminiſtres cum not. per gloſ.
in verb. Succeſſores, Hoſt. & alios de præ
ben. illud tamen non eſt, tum ex verbi
proprietate, quod eſt generale ad om-
nes prouiſiones, quam ex ſubiecta mate
ria paupertatis, & neceſſitatis Clerici cui
ab ordinatore ſunt ſubminiſtrandæ uitæ
neceſſaria, ne indedecus ordinis men-
dicare cogatur cap. diaconi 93. diſtinct.
2 In hoc autem caſu viſum fuit Domi-
nis verbum prouidere prolatũ a Teſtato
re, qui nullo iure tenebatur dare familiæ
Letitiæ potius importare quãdã ipſius fa
miliȩ protectionẽ, & cõmẽdationẽ, quȩ ſi
ne expreſſione alicuius ſpeciei nõ extẽdi
tur ad alimenta Bal. in l. fideicommiſſa §.
ſi ita quis ff. de leg. 3. & non operatur le-
gatum ſeu fideicommiſſum, vt probat
tex. in d. §. ſi ita quis adeo, vt neque etiã
libertas cenſeatur data Seuio, quamuis
eius fauore reperiantur multa ſpecialia
introducta l. ex verbo C. de fideicom. li-
bert. latè Mantic. lib. 8. de cõiect. vltim.
volunt. titulo primo numero 8. quicquid
dicendum ſit, vbi verbum Commendo
profertur in ſpecie reſpectu alicuius rei
3 iuxta diſt. Alex. in conſ. 158. num. 5.
lib. 7. qui etiam declarat iſta procedere
ſolum in caſu paupertatis, vel neceſſita-
tis, de quibus hic non conſtat.
4 Et tanto magis, quia, vt dicit Man-
tic. d. tit. primo ſub n. 10, verſ. neq; obſtat
ad hunc effectum potiſſimum attenditur
voluntas qui in iſtis verbis non
intellexiſse de alimentis pro tota familia
letitiæ in perpetuum ſatis conſtat ex eo,
quod paulo ante in eodem teſtamento cõ
firmauit contractum matrimonij, in quo
duabus tãtum ex filiabus Letitiȩ prouide
rat de alimentis ad certum tempus.

Et hoc etiam eſt veriſimle, quia dixit,
ꝙ hæredes curent prouidere illis de fami
lia Letitiæ, prout eis bene viſum fuit, re
mittens ſe in hoc ad eorum conſcientias,
quȩ verba potius ſonant, quo ad Curam,
ſeu tuitionem, vel protectionem familiȩ,
habeant, & etiam in caſu neceſſitatis eis
ſubueniant in aliquo; quam quod eis ab
ſolute alimenta præſtent, maxime ne dica
mus Teſtatorem voluiſse grauare hȩre
dem onere alendi Letitiam cum quinque
filijs nulla cogente iuris ratione ad l.
apud Iulianum, §. ſcio, ff. de leg. primo.

Non obſtat, quod illa verba, prout eis
viſũ fuerit importent arbitriũ boni viri,
cui remiſsus ſit tantum modus præſtandi
alimenta, non autem ſubſtantia ip-
ſius legati, quia ex prædictis conſtat
non fuiſse legata, ſed tantum quandam
commendationem, ſeu protectionem, &
etiam ſubuentionem in neceſſitatibus,
quæ erit præſtanda arbitrio boni viri,
& non negatur ab hæredibus teſta-
toris,

R. P. D. BVBALO.

BOSSONEN. CANONICATVS
Veneris 23. Februarij 1590.

Cadit par. 3. fol. 75. ſub num. 43

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio attentate capta reuocatur appellatione pendente per Rotam.*

2 *Habens ſe pro ſpoliato, & petens reintegrari, non dicitur continuare ſuam poſſeſſionem.*

1 FVit reſolutum poſseſsionē captā per D.Hieronymū Arolā fuiſſe attētatā & conſequenter ſequeſtrandam, quia cū Vicarius Boſſonen. In eius ſententia de clarauerit Hieronymum eſſe reſtituendū ad poſſeſſionem ſui Canonicatus non potuit pendēte appellatione procedi ad executionem dictæ ſententiæ, quia de Iure Canonico a ſententia lata in poſſeſſorio præmiſſa eſt appellatio ex allegatis per Contard.in l.vnica limit.3. numero primo, & ſeq. C.ſi de moment.poſſeſſ.

Ex quo ſequitur, quod poſſeſſio capta per Hieronymum appellatione pendente fuit attentata.

2 Hec dici poteſt Hieronymum ſemper continuaſſe ſuam poſſeſsionem etiam poſt poſſeſsionem inſtrumentalem captā a D.Saluatore Carcaſſono, quia contrarium apparet ex actis, quæ ipſe Hieronymus habuit ſe pro ſpoliato, & petiit reintegrari ad ſuam poſſeſsionem, prout per ſententiam reintegratus fuit, a qua ſententia, vt dictum eſt, dabatur appellatio, & ideo non potuit iudex pendente appellatione immittere Hieronimum in poſſeſsionem dicti Canonicatus abſq; vitio attentatorem, dicebat enim Hieronymus perſeuerare in ſua poſſeſsione, & non petere reintegrationem, nec in executione ſententiæ capere de nouo poſseſsionem quoniam ex his actibus clariſsime apparet, quod habuiſſet ſe pro ſpoliato, & conſequenter eius poſſeſſio fuit attentata, & venit ſequeſtranda.

Et ita Domini Concluſerunt.&c.

R. P. D. BVRATTO.

FERETRANA BONORVM EXTRA Rotam.
Lunæ 3.Iunii 1613.

Cadit par.3.fol.73 ſub num.130.

SVMMARIVM.

1 *Statutum factū a Ciuitate vel loco ſubdicto ſancta Romana Eccleſiæ non confirmatum a Papa eſt nullum.*

2 *Confirmatio Apoſtolica non præſumitur ſpatio triginta annorum.*

3 *Vicarius perpetuus ſtatuere nequit.*

4 *Retractus conſtitutio, eſt contra ius cōmune, & æquitatem.*

REſolutum fuit ſtandum eſſe indeciſis coram bonæ memoriæ Penia ſub die decimo Ianuarii 1611.non conſtare ſcilicet de bono Chriſtofori iure, ex aliis tamen fundamentis.

1 Primum fuit, quia cum ſtatutum terræ Plani Mileti ſuper quo illi fundat iudicium retractus non reperiatur confirmatur à Sūmo Pontifice, nō valet tāquā loci ſedi Apoſtolicę ſubiecti Bald.in l.omnes populi numero.14. verſiculo & hæc opinio ff.de iuſt. & iure dicens tenacitet ſeruari in terris Eccleſiæ refert, & ſequitur ibi Caccialup. numero 10. verſiculo dicit etiam idem Bald.conſ.407.præſupponen in princ.libro ſecundo Corn.conſ. 163.numero 15.libro primo Rota diuerſ. dec.536.numero primo parte prima, & fuit reſolutum in Montis Faliſci hereditatis 19.Mart.1584.cor. Paleotto relata inter nouiſs. diuerſor. deciſionibus 780. parte prima.

Tanto magis ſtante Conſtitutione Egidiana libro ſecundo capitulo 36.declarante ipſo iure nulla ſtatuta, quæ per Rectorem Prouinciæ approbata publico Inſtrumento non apparent, & quod ſtatutum eſt iuri communi contrarium vt infra vt confideratur dicta deciſione 780. numero quarto in qua dicitur prius reſolutum in Auximana Molendini coram Robuſterio.

3 Neque dicatur confirmationem præſumi ex curſu triginta & vltra annorum.

Tum quia non probatur obſeruantia cum ſcientia Papę ſine qua ceſsat præſum-

ſumptio confirmationis Alex. conſilio octauo numero nono libro tertio Afflict. dec. 107. numero octauo Menoch. de præſ. libro tertio præſ. 132. numero 70. & 71.

Tum quia repugnat decretum irritans adiectum in Egidiana, & confirmatione Pauli Tertii Doct. in capitulo cum de beneficio de præb. in ſexto Felin. in capitulo cum acceſſiſſent numero 30. verſiculo quarto limita de conſt. Gabr. de clauſ. concl. 3. numero 40.& 44.

Tandem, quia illa præſumeretur tantum in forma communi, poſt Rip. libro primo reſpon. capitulo vigeſimoſecundo, numero octauo Rota deciſione 788, ſub numero quinto parte prima diu, quæ non comprehendit ſtatutum contra ius, commune tanquam iniuſtum, Paris conſilio decimonono numero decimoquarto, libro primo, late in d. dec. 785. à numero ſexto ad finem, & dec. 103. numero decimoſecundo, parte ſecunda.

Non obſtat, quod cum ſtatutum iſtud fuerit confirmatum, ſeu conditum à Pandulpho Malateſta, tunc domino, & Vicario perpetuo illarum partium valeat, Roman. qui de ſtatuto Pandulphi loquitur conſ. 56. numero 3.

3 Quia imo verius eſt prædictor Vicarios perpetuos ſtatuere non poſſe contra ius, ſicuti non poteſt præfectus prætorio libro ſecundo C. de off. præf. præt. Orien. cui æquiparantur ita de eod. Malateſta trad. Caſtr. conſilio vigeſimo ſub numero quarto, col. 2. verſiculo conſtat autem libro ſecundo in perpetuo Imolæ Vicario Imol. conſilio 54. numero ſecundo, Socin. conſ. 272. ſub numero quinto verſiculo quarto principaliter, & numero ſeptimo libro ſecundo & quod iſti Domini perpetui recognoſcentes tamen ſuperiorem non poſſint ſtatuta concedere contra ius commune dicit communem Alex in lege prima numero octauo, vbi Dec. numero vigeſimo, ff. quod quis iur. id. Alex. in l. nemo poteſt numero quarto, de leg. primo, Ruin. conſilio 209. numero tertio libro primo & conſilio 109. numero decimo, in quarto Natta conſilio 179. præſertim numero tertio, & conſilio 185. numero octauo Roland. conſilio quarto, numero decimo, & 31. vbi de communi lege tertia, Surd. conſilio 210. numero 37. libro ſecundo Aym. de antiq. temp. parte quarta, in fine circa præmiſſa numero quarto & alias quoque tenuit Rota in Aſſiſien. hæreditatis 14. Decembris 1607. coram Reuerendiſſimo A. trebaten.

Neque Roman. loquitur, quando diſponit contra ius, imo prius firmat diſpoſitionem illam fuiſſe de iure licitam, & iuſtam, ſubdens potuiſſe illi addi penam à Pandulpho vti habente merum & mixtum Imperium, tale autem Imperium non operatur, vt poſſit contra ius diſponere Boſſ. de Principe numero 287. Natt. & Roland. ſupra citat.

Et hoc de plano procedit, vbi recognoſcunt ſuperiorem Eccleſiaſticum quicquid aliqui contradicant, vbi ſæcularem Fel. in cap. ſicut Romana, numero ſecundo, verſiculo ſecundo declara de reſcrip. Boſſ. titulo de penis numero vigeſimo ſexto.

4 Altera erat, quia ſtatutum hoc retractus tanquam auferens liberam rerum ſuarum diſpoſitionem eſt contra ius commune argumento, L. in re mandata C. mandat. text. in l. dudum vbi Alber. n. 9. tat. in principio C. de contr. empt. Abb. in cap. conſtitutus numero quinto not. 7. de in integ. reſt. Caſtr. conſ. 74. col. pen. ver. viden. eſt eſt. ergo libro ſecundo Tiraqu. plures congerens de retr. in pref. numero 60. & 61. imo etiam contra naturalem rationem, Socc. dicto conſil. 272. numero ſexto, & ſeptimo, libro ſecundo, & ſeq. Rota dec. 64. numero quarto parte ſecunda diu & conſequenter odioſum, proprie & ſtrictè interpetrandum & reſtringendum Ang. d. l. dudum dicens iniquum eſſe Corn. conſilio vigeſimonono, à numero primo ad 6. libro tertio Tiraque. vbi ſupra numero 60. dicẽs hanc opinionem tenentes eſſe numero, & authoritate ſuperiores & numero 62. Cum itaque ſtatutum nihil diſponat ad fauorem vicini, ſi fiat venditio illo non requiſitio, ſed tunc applicet rem venditam non vicino ſed fiſco, nulla poteſt ſeuero tanquam vicino com-

competere ex ſtatuto actio Bar. & alij in l. 4. §. toties, ff. de damn. inf. Socc. conſ. 23. numero 4. volum. 4. neq; poteſt fieri extentio ex prædictis maxime, quia ſtatutum videtur repugnare concedendo rem fiſco.

Placuit etiam aliquibus ex Dominis fundamentum de quo in alia deciſione quod cum venditor partem fundi vendiderit non contiguam Chriſtoforo alia ſibi reſeruata, non poterat Chriſtoforus non habens ſtatuti qualitates ex illo agere iur. vulg.

Neque obſtare dicebant duos textes nunc examinatus ad probandam fraudem reſeruationis, quo caſu intrare retractum dixit Corn. conſilio vigeſimonono, numero decimoſeptimo, & ſequenti, libro tertio.

Quia dum dicunt reſeruationem fuiſſe factam ne vicini poſſent emptorem moleſtare iſta non eſt fraus, vt appellatur a ſecundo teſte ſed prudens conſilium, & cautela a iure permiſſa, vt in his terminis fuiſſe conſultum in Ciuitate Peruſina pro excluſione ſtatuti Florentini teſtatur idem Corn. vbi ſupra numero nono, & Gerar. de Petra Sancta ſing. 26. numero tertio, & quarto fuiſſe conſilia pro, & contra referens, ſed pro hac opinione concluſum quia cenſetur facta principaliter pro ſuo cómodo non ad excluſionem vicini, ſed in conſequentiam Tiraq. de præfat. numero 72. & 77. eamdem cautelam dicunt ſe a ruſtico didiciſſe Moder. ad ſtat. Mediol. capitulo 433. numero quinquageſimo ſecundo.

Et vbi ſit permutatio ad excludendum vicinum Decian. reſponſ. 23. numero decimonono, & vigeſimo, libro ſecundo, & fuit reſolutum in Maceraten. retractus, quarta Iulij 1612. coram Reuerendo Patre Domino Vbaldo, & in Tarentina retractus vigeſima ſecunda Aprilis præteriti coram Reuerendo Patre Domino Manzanedo.

Dum vero idem ſecundus deponit partem reſeruatam eſſe inutilem venditori, & ideo in fraudem ad Corn. vbi ſupra. Tanquam vnicus, & ſingularis nihil probat capitulo licet vniuerſis, & capitulo in omni negocio cum ſimil. de teſt. l. iuris iurandi, C. eodem.

Neque fraudem probari ex menſura facta coram iudice loci totius fundi, qui non aſcendit ad numerum centum, & ſex tabularum venditarum.

Quia non conſtat partem fuiſſe citatam ad eligendum agrimenſorem, neq; advidendum menſurari, minus fuiſſe tunc præſentem quia non ſtatur agrimenſori id atteſtanti.

Et ex his fuit dictum non conſtare de bono iure Chriſtophori.

R. P. D. MANZANEDO.

ROMANA VINEÆ.

Lunæ 1. Iulii 1613.

Cadit par. 1. fol. 164. ſub nu. 162.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio facta poſt Rotalem inhibitionem eſt attentata.*

2 *Clauſula ſine præiudicio obligationis Cameralis præſeruat iuriſdictionem iudicis a quo.*

Reſtringe, quo ad litigantes tamen ibi.

1 DOmini cenſuere conſtare de attentatis reuocandis, quia executio fuit facta ſuper vinea poſt inhibitionem Rotalem, ideo tamquam attentata venit reuocanda, cap. non ſolum §. illa vero, de appellat. Rota deciſione vigeſimaſexta in fin. de appellat. in antiq. Verall. deciſione 93. libro ſecundo, Lancellot. de attentat. poſt inhibit. ſecunda parte, capitulo 120. ampliat. vndecima, numero primo, & tertio.

2 Nec obſtat claoſula in commiſſione appoſita ſine præiudicio obligationum Cameralium, & earum legitimę executionis, quæ præſeruat iuriſdictionem iudici a quo, vt ſæpe fuit in Rota reſolutum; illud enim intelligitur inter perſonas litigantes, non autem contra tertium, qualis eſt Eliſabetta, quæ nulla obligatione Camerali eſt adſtricta ad fauorem

cre-

creditorum ſui mariti, ſed ſolum tanquam poſſeditrix iſtius vineæ, comiſit in Rota cauſam iactationis, & moleſtationum contra illos, & alios quoſcumque, ſi autem maritus Eliſabettæ obtinuiſſet talem commiſſionem, non poſſet impediri executio ſuæ obligationis Cameralis ad fauorem D. Sebaſtiani.

Minus obſtat, quod opponebatur Eliſabettam non poſſidere vineam iſtam, & ex eo reſcriptum eſſe ſubreptitium, cum appareat ex teſtibus, & publico inſtrumento ipſam accepiſſe, vel continuaſſe poſſeſſionem dictæ vineæ. Et vtcumque ſit, executio non debuit fieri poſt inhibitionem, ſed potius timeri, ſtante facili recurſu ad Principem, Put. deciſ. 395. lib. 2. Achil. deciſ. 29. per totum, de appellation. Rota deciſ. 74. parte tertia, libro ſecundo, inter impreſſas diuerſ. &c.

R. P. D. VEROSPIO.

VERONEN. PENSIONIS.

Lunæ 14. Ianuarjs 1613.

Cadit par. 1. fol. 506. ſub nu. 176.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio penſionis facta ſeruata forma litterarum Apoſtolicarum eſt valida.*

2 *Penſionis alterius in beneficio exiſtentis, non eſt in tranſlatione penſionis facienda mentio.*

3 *Penſio tranſlata, non dicitur noua penſiones, vel nouum onus, ſed obligationis mutatio.*

4 *Ommiſſio eorum, quæ de iure non ſunt exprimenda ſubreptionem non facit.*

5 *Penſio excurſu 30. annorum cum obſeruantia dicitur iuſtificata.*

1 DOmini reſponderunt pro validitate tranſlationis penſionis factæ, per Leandrum Seniorem in fauorem Leandri Iunioris, eius pronepotis. Quia cum illa emanauerit vigore ſpecialis facultatis à Summo Pontifice conceſſæ, & ſeruata fuerit forma in litteris dictæ facultatis præſcripta, non videtur de illius facultate poſſe dubitari, Pariſ. de reſignation. lib. 6. quæſtio. 1. part. 4. num. 46.

2 Non obſtat gratiam tranſlationis fuiſſe ſubreptitiam, non expreſſo, quod ſuper eadem parrochiali adeſſet alia penſio, prout de prima facienda eſt mentio in reſeruatione ſecundæ penſionis, Caſſador. deciſ. 3. de penſionib. Verall. deciſ. 303. par. 2. Gigas de penſionib. quæſt. 29. Quia reſpondetur, in huiuſmodi facultate transferendi non eſſe faciendam mentionem de alia penſione, qua beneficium eſt grauatum, Antonius Auguſt. in eptimome titul. de tranſlation. penſionis, num. 1. Pariſ. de reſignationib. lib. 6. quæſtion. 4. num. 43. Caſſador. deciſ. 1. num. 2. & 3. de

3 reb. Eccleſiaſt. non alien. Nam penſio tranſlata, non dicitur noua penſio, nec nouum onus, licet obligationis mutatio fiat de perſona in perſonam, ſed in effectu, & ſubſtantia eſt eadem cum antiqua, Pariſ. conſ. 5. num. 86. lib. 4. Vitalin. in Clement. prima, §. eadem num. 3. de ſup. negligent. prælat. Pariſ. de reſignat. lib. 6. quæſt. 4. num. 4. & 6. Et fuit deciſum in cauſa Carpentoratenſis penſionis 19. Maij, 1601. Coram Illuſtriſſimo Lancellotto, & in vna Terulenſ. penſionis 15. Decembris 1600. Coram Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno. Vnde, quamuis per tranſlationem prorogetur beneficij ſeruitus, conſiſtens in onere penſionis Sarnenſis in regul. de infirm. quæſtio. 16. Caputaq. deciſ. 305. numero decimo, part. 2. Pariſ. de reſignation. vbi ſupra num. 6.

Non tamen grauatur nouo onere benefitium, ſicut quando noua in eo penſio conſtituitur, tunc enim eſt neceſſe aliam præcedentem exprimere, quod non eſt in tranſlatione, cum ſufficiat ſemel voluiſſe Summum Pontificem duplici onere benefitium prægrauare, & ſic in caſu noſtro tantummodò ſeruitus antiqua, de perſoua Leandri Senioris, in perſonam Iunioris fuit prorogata. Vnde ceſſat ſubreptio, quæ ſolum inducitur ex illarum qualitatum ommiſſione, quæ de iure, vel conſuetudine veniunt exprimendæ, Mohed-

deciſ.7.de reſcripta, Caputaq. deciſ.47. par. 2.

4 Non obſtat pariter alia exceptio ſubreptionis ex eo, quod non fuerit expreſſum decretum ab ordinario factum in viſitatione, vt videlicet ceſſantibus penſionibus ob populi multitudinem, alius in dicta Parochiali Cappellanus eligeretur. Huius enim ommiſſio decreti non inducit ſubreptionem, cum non ſit de qualitatibus de iure exprimendis, ſtante præſertim, quod translatio de ſui natura non eſt adeo Eccleſiæ damnoſa, cum poſſit caſus euenire, vt translatarius transferenti præmoriatur. Et licet iſte transferens fuerit ſeptuagenarius, & translatarius valde iuuenis, id tamen fuit per accidens, ac propterea non videtur habendum in conſideratione l. verum la 2. ff. de furt.

Nec releuat in dicta facultate transferendi Leandrum Seniorem fuiſſe vocatum Sacerdotem, cum idem in translatione nominatus fuerit Diaconus, quia reſpondetur ad obtinendum huiuſmodi facultatem non fuiſſe magis neceſſarium Sacerdotium, quàm Diaconatum, & ſic per talem expreſſionem, vti ſuperfluam, non vitiari dictam facultatem, Rota de reſcript. deciſio decima in nou. & ſeptuageſima in antiq. Egid. deciſio.4. & fuit deciſum in vna Conchenſis benefitij de Valdeiudeos 11. Maij 1604. Coram Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno.

5 Quod obijcitur penſionem ipſius transferentis non eſſe iuſtificatam, dictum non obſtare, cum ex curſu triginta annorum cum obſeruantia, ſatis illa præſumatur iuſtificata, vt fuit dictum in cauſa Brixienſis penſionis 23. Maij 1594. Coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino, & in Papienns penſionis 11. Decembris 1608. Coram Reuerendiſſimo Artrebaten.

Deniquè non obſtat regreſſus ad parochialem appoſitus in facultate transferendi, quaſi per illum penſio transferri non potuerit Leandro Iuniori, qui ratione ætatis inhabilis erat ad parochialem.

Nam reſpondetur, cenſeri conceſſum regreſſum quatenus translatarium contingeret illius eſſe capacem, & vt poſſet releuari, ſi titularis ipſe penſionem non ſolueret, & ſic apponi dicitur acceſſoriè, & in pœnam non ſoluentis penſionem, Put. deciſ. 293. lib. 1. Dicitur præterea locum eſſe regreſſui, ſi ille, in cuius fauorem fuit appoſitus, eo vti voluerit, Mohed. deciſ. 13. num. 4. & deciſ. 36. verſic. nec obſtat, de renunciatione, Put. eeciſ. 34. circa fin. verſ. tamen aliquando, libro ſecundo, ſicut videmus in emphiteota irrequiſito Domino alienāte, quia iure ſuo non cadit, niſi Dominus voluerit, & ſe velle declarauerit, Caſſador. deciſ. 2. num. 1. de locat. & couduct. Mohed. deciſ. 36. de renunciat. Dec. conſil. 159. numero tertio. Vnde inducta in fauorem translatarij contratium effectum operari nō debent, l. quod fauore, & ibi Doct. C. de legib.

R. P. D. MANZANEDO.

RAVVENNATEN.

Cenſuum.

Mercurij 10. Maij 1606.

Cadit par. 1. fol. 790. ſub nu. 33.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus, & proprietas fundi per inundationem ammittuntur, & nu. 4.*

2 *Cenſus fundo ſuper quo impoſitus eſt peremptos, perimitur.*

Ratio vt hic.

3 *Cenſus ſuper bonis fructiferis, quare imponendus alias illicitus.*

5 *Cenſus fundo perempto, perit etiam ſors principalis.*

6 *Fructus dicuntur deductis expenſis culturæ.*

DIxerunt domini, ſententiam Audit. Camer. eſſe confirmandam, cum ex teſtium depoſitinnibus, ſatis conſtet, bona ruris alphonſinæ, huic cenſui ſuppoſita per eruptiones aquarum de anno 1593. de Menſe Aprilis, & per mutationem curſus, & aluei fluminis

ſeni

ſenis, & concurrentiam aliarum aqua-
rum, fuiſſe inundata, & conuerſa in
valles, & paludes, & reddita in fru-
ctuoſa, quin, & omnino perempta.
Vnde tàm vſusfructus, quàm proprie-
tas fundi per ſimilem inundationem
amittitur, ex text. expreſſo, in l. ſi a-
ger cuius, ff. quib. mod. vſusfructus
amittatur, & ſic intrat diſpoſitio con-
ſtitutionis felic. recordationis Pij Quin-
2 ti incipientis cum onus, verſiculo po-
ſtremo cenſus omnes; quia diſponitur
quod bonis cenſui obnoxijs in totum,
vel in parte peremtis, aut infructuoſis
redditis, etiam, & cenſus ad rationem
pereat, & extinguatur; cuius diſpoſi-
tionis ea eſt potiſsima ratione, quia
alias emptor cenſus nullum ſubiret rei
emptæ periculum, & ſemper eſſet in tu-
to, contra regulam textus, in §. cum
autem inſt. de empt. & vend. & textus,
in l. 1. C. de peric. & com. rei vend. &
ſic non eſſet contractus emptionis, &
3 venditionis, Vlterius, quia ad validi-
tatem, & iuſtitiam huius contractus
cenſualis neceſſariò illius redditus ſunt
conſtituendi ſuper certis fundis, & re-
bus fructiferis, alioquin illicita, uſurã-
que ſapiens cenſetur conſtitutio cen-
ſus aliter facta, iuxta extrauagantes
Martini Quinti, & Caliſti Tertij, inci-
pientes, Regimini titulo de empt. &
vend. iſtis autem fundamentis peren-
tis, aut redditis infructuoſis, reſtat
contractus abſque fundamento, quo
nitebatur neceſſario ad ipſius iuſtitiam,
& validitatem. Ergo deficiente iſto
fundamento, corruit contractus. Ex
4 quibus intrat prædicta concluſio, quod,
bonis cenſui ſuppoſitis peremtis, aut
infructuoſis redditis, perit, & extin-
guitur cenſus, Quam firmant, & ſe-
cuntur Ioannes de Lignano in capitulo
in Ciuitate de vſur. & alij relati à Co-
uarr. in cap. 7. num. 5. lib. 3. variar. &
vltra illos eandem firmat, Rom. conſ.
417. num. 6. Gregor. Lup. in l. 28. gloſ-
ſa 9. circa fin. titul. 8. part. 5. Et Sar-
mient. ſelectar. lib. 7. cap. 1. num. 29.
& Nauarr. tractat. de vſur. num. 74. &
95. & Sarania in inſtructione mercato-
rum, capitulo quinto, Felycian. de ſo-
lis de cenſib. lib. 1. cap. 4. num. 3. ver-
ſiculo tum præterea, & cap. 9. num. 8.
verſiculo nona conditio, Rodoan. de
reb. Ecclеſ. non alien. in rubrica de con-
ſtitutione annuicenſ. §. incipienti, Con-
ditiones, quibus annui cenſus, num. 5.
Gutier. qui teſtatur de communi pract.
quæſtion. lib. 2. quæſt. 177. numer. 7.
Rota deciſ. 757. num. 2. par. 1. diuerſ.
5 Ex qua concluſione ſic firmata, ſequi-
tur etiam, quod non ſolum capitale
cenſus pereat, ſed quod illo peremto, eſ-
ſet etiam illius penſio percipienda, cum,
velle penſionem percipere ſine iure
percipiendi, eſſet, non iure, ſed iniuria
aliena percipere.
6 Non obſtat, quod aliqua pars huius
terreni, modo colatur, & ex ea fru-
ctus colligantur, prout ijdem teſtes de-
ponunt, quia, vt ex eorumdem de po-
ſitionibus deprehenditur, expenſæ ſu-
perant fructus, quo caſu, non poteſt
dici iſta pars fructifera reſpectu dicto-
rum fructuum, cum non dicantur fru-
ctus, niſi deductis expenſis ex text. in
l. diuortio, §. impendia, ff. ſolut. ma-
trimon. l. ſi à domino, vel à patre, §.
vltimo, ff. de petit. hæreditat. Quem
textum adhoc dicit ſingularem, & vul-
cum Roman. ſingular. 334. ad idem eſt
textus in l. fundus, qui dotis, ff. famil.
erciſun. quem adhoc comendat, An-
gel. in l. ait prætor. §. per hanc. ff. de
his, quæ in fraudem cred. l. quod in
fructus, ff. de vſur. his verbis. Quod
in fructus redigendos impenſum eſt,
non ambigitur, ipſos fructus dimmi-
nuere debere, gloſſ. Bart. & Ang. in l.
in fundo, ff. de reiuendicat. tradit, Ti-
raquell. pluribus relatis de retract. lig.
§. 14. gloſſ. 1. num. 1. & 2.

An autem ceſſante inundatione,
& terris redditis fructiferis reuiuiſcat
iſte cenſus, alterius erit inſpectionis,
vid. Abiles in capitulo Prætorum, cap.
22. num. 19.

R. P. D. BVRATTO.

ROMANA PENSIONIS extra Rotam.

Veneris 21.Iunij 1613.

Cadit par.1.fol.505.ſub nu.166.

SVMMARIVM.

1 *Translatarius in locum transferentis penſionem ſubrogatur reſpectu ſubſtantiæ penſionis.*

2 *Facultas transferendi penſiones declaratur.*

3 *Clauſula nunc, & pro tempore, futura capitur.*

4 *Priuilegium conceſſum ratione officij, vel dignitatis expirat finito officio, vel dignitate.*

Secus ſi ratione perſonæ, ibi.

Et quando perſonæ conceſſum dicatur, ibi.

5 *Clauſula, & alias omni meliori modo, capit etiam modos non expreſſis.*

6 *Exequutor Iudex lato vocabulo dici poteſt.*

7 *Translatio penſionis, pro ſumma exceſſiua reducitur ad ſummam permiſſam.*

DOminus Abbas Almericus de Galeſſis 10. Nouembris 1612. vigore facultatis ſibi per felic. recordationis Clementem Octauum 5. Ianuarij 1605. conceſſæ, tranſtulit in Dominum Antonium eius fratrem tunc Vicarium Ceſenatenſem, qui etiam Canonicus, & Prothonienſis exiſtebat, inter cæteras penſionem annuum 120. ducatorum auri de Camera, ſibi in reſignatione beneficiatus Sancti Petri facta 6. Martij 1605. D. Bernardo de Vrſis ſuper eiuſdem fructibus, ac diſtributionibus reſeruatam.

Vnde orta controuerſia inter Galeſſium translatarium, & Vrſium titularem ſuper eo, an penſio translatario deberetur, factoq. in me compromiſſo, cum voto Rotæ, Rota hodie conſulta penſionem deberi cenſuit.

1 Nam ſicuti non controuertitur validitas reſeruationis, & ſic quin transferenti deberetur, ita debetur translatario, qui ſtante facultate transferendi, & ſua habilitate ſucceſſit in locum trāsferendis, ex vulgatis, adeo, vt ad hunc effectum reſpectu ſcilicet ſubſtantiæ pēſionis, penſio translata non dicatur noua, ſed antiqua, vt fuit reſponſum in Carpentoratenſis penſionis 29. Maij 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lācellotto.

2 Non obſtant deducta contra facultatem transferendi, & primo, quod ſit reſtricta ad penſiones ante illius conceſſionem reſeruatas ex participio præteriti temporis, emolumenta aſſignata, & reſeruata, ideo trahi non poſſit ad poſtea reſeruandas, cum ſit odioſa, reſtrictè intelligenda, Sarnen. reg. de infir. reſign. quæſtione decimaſexto, numero ſecundo, verſiculo cum igitur, Verall. deciſ. 303. pare ſecunda, & deciſ. 160. parte tertia, Gig. conſilio 121. numero octauo.

Quia cum participium illud regatur à verbis ceſſare, extinguere, ac poſtquam, videlicet, reſeruare, conſtituere, & aſſignare, vtique habet relationē ad tempus eorūdem verborum, ita vt ſufficiat penſiones, tunc temporis eſſe reſeruatas, l. titius, vbi Bart. & Bald. in princip. Ang. in fin. ff. de mil. teſt. l. in delictis, §. ſi extraneus, vbi Alber. ff. de noxal. in ſimili participio, quod ſecundum tempus verbi, cui adijcitur intelligatur, Alexandr. conſil. 143. num. 1. lib. 6. Et cum determinet actum diſponendi, ſufficit penſiones eſſe reſeruatus tempore actus, ex quo ſit ipſa translatio, Bart. in l. ex facto ſub numero primo, in primo caſu, ff. de vulg. & pup. vbi in addite, Alber. mox allegatus, Alexand. conſilio nonogeſimoprimo, numero quarto, verſiculo confirmantur, lib. 7.

Immo cum tenor conſtructionis ſit, vt perſona eligenda poſſit caſſare, & reſeruare penſiones, tunc, & pro tempore reſeruatas, verba concipi non poterant ſub participio futuri temporis, vt patet.

3 Accidit adiectio clauſulæ, nunc, & pro tempore, quæ futura comprehendit,

dit, Bald. in capitulo cum inter, num. 7. ex illo text. de re iudic. & exponitur, quæ nunc ſunt, & tunc temporis fuerint reſeruatæ, & ſic, quando ſit translatio, Rebuff. in concor. Franc. titul. de regia ad prelat. nomin. §. 1. verſ. pro tempore.

Et quod facultas transferendi ita concepta comprehendat omnes penſiones ante translationem, quamuis poſt facultatem reſeruatas, fuit etiam reſpõſum in Laudenſi penſionis 29. Ianuarij 1601. coram bon. mem. Penia.

Minus obſtat ſecundo, quod ſaltem facultas reſtringenda ſit ad reſeruatas durante familiaritate Almerici, ſicuti conceſſa Theſaurario reſtringitur, ad reſeruatas durante illius officio, vt in voto bon. mem. Cardinalis Pamphilij in cauſa Taurinenſis, & Auguſtana penſionis 18. Maij 1601. Coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Mellino, & faciunt tradita in deciſ. 70. par. 1. diu vbi priuilegium conceſſum ſcriptoribus Apoſtolicis, vt ſint Prothonotarij ceſſare dicitur dimiſſa ſcriptoria.

4 Quia fuit dictum prædicta procedere, quando priuilegium non conceditur ratione perſonæ, ſed ratione officij, vel dignitatis principaliter, vel ipſi officio, & dignitati. In caſu enim deciſ. 79. hoc erat manifeſtum, vt ibi num. 4. & conſtabat priuilegium Prothonotariatus qualificari à qualitate ſcriptoriæ, & de mente, quod qualitas deberet eſſe permanens, & ſucceſſiua, vt num. 2. 3. & 14. In caſu Taurinenſis, vt dum facultas non erat conceſſa perſonæ intuitu, ſed offitij contemplatione, ſed cantabat de reſeruatis, & reſeruandis Theſaurario pro tempore exiſtenti, quæ bene exponuntur pro tempore, & quatenus foret Theſaurarius, vt in verſiculo facultas, & verſiculo non obſtat.

Hic vero facultas non fuit conceſſa offitio, vel dignitati, ſed perſonæ Almerici, vt in diſpoſitiua ibi, tibi, & infra per ſe, & ſæpius, ad text. in capit. quoniam, Abbas vbi not. Panorm. numer. 4. verſicul. item nota, quod diſpoſitio, de offic. deleg. Iaſ. in l. more, num. 65. de iuriſdict. omnium iudicum. Vnde licet in principio dicatur Almerico presbytero Ce.enatenſi nominato, & familiari noſtro, cum Papa primo perſonam expreſſerit, quam notam habebat, illa, non offitium videtur contemplata, & illi gratia demonſtrationis alium expreſsionis additum cenſentur argumento, l. qui habebat, ff. de reb. dub. & l. ſi cõmunis ſeruus 37. circa fi. ff. de ſtipul. ſeru. tradit, Anan. dicto capitulo quoniam, Abbas in fin. poſt Butr. ſub num. 21. ſub verſicul. 3. videtur Cardin. circa fin. verſicul. ſi autem ex coniecturis, ſtrictius. Henr. Boich. colum. 3. ſub verſ. ego non credo, Bellam. num. 13. vbi, quod audiuit ab illis de Cancellaria, quod alias non darentur litteræ expreſſo nomine proprio, niſi Papa perſonam principaliter conſideraſſet, Dec. num. 33. 36. 45. & ſeq. Bero. num. 91. & 92. de off. deleg.

Quod apertius demonſtratur, ex verbis illis in principio diſpoſitiuæ, quatuæ, qui etiam cubicularius, &c. ex quibus patet perſonæ principaliter familiatitatem ampli atiuè conſiderari.

Et licet Papa ad concedendam hanc facultatem perſonæ motus fuiſſet ob familiaritatis obſequia, quæ impendit, & impendebat, cum verba facultatis comprehenderet omnes penſiones ante translationem reſeruatas, vt ſupra, & cauſa familiaritatis expreſſa non reſpiceret tempus futurum, ſed præteritum, & præſens, ſufficiebat, tunc adfuiſſe, neque illa non durante ceſſat facultas. Bald. in l. generaliter, ſub num. 6. verſ. dico igitur, & num. 7. verſ. ſed ego dico, C. de epiſ. & cler. Dec. in cap. cum ceſſante, num. 10. de appell. & conſ. 24. num. 1. & per tot. Ripa l. ex facto num. 17. quia, inquit eſt cauſa inductiua, non conſeruatiua, ff. de vulg. & pup. Tiraq. plura ponens exempla, in tractat. ceſſ. cauſa lim. 4.

Vltra quod cum plures cauſæ expreſſæ mouerint Papam, ceſſatio vnius non remouebat conceſſionem, quaſi non eſſent finales, l. ſi non, l. ælia vbi Bald. ff. de her. inſt. Dec. d. cap. cum ceſſante, num. 12. de appell. Tiraquell. eodem tract. lim. 22.

Nec refragantur deducta cõtra translationẽ, & primo, qa perſona electa proceſſerit vti Iudex nõ citatis titularibus.

5 Quia vltra,quod proceſſit vigore facultatis, ac cùm clauſula, & alias omni meliori modo,quę comprehendit etiam modos non expreſſos, Verall.deciſ.124. lib.1.Creſcen. deciſ.11.in fin. de dolo, contumac.Caſ.de Graſſ.deciſ.1.num.3. & 4.de elect. Rot.deciſ.467.num.7.lib. 3.par.3.diuerſ.

6 Potuit executor lato vocabulo Iudex appellari,neq.citandi erant,qui contradicere, & impedire non poterunt. Oldr. conſ.95.in fin.cum alijs per Gabriel. de citat.concl.1.lim.16.nu.332.

Non ſecundo,quod exceſſerit declarando titulares teneri ad ſoluēdū termi nos decurſos, ideo tota translatio corruat, vt fuit dictum in Cæſaraugustana penſionis 26 Iunij 1566. coram Grato.

7 Quicquid enim ſit, an translatio pro ſumma exceſſiua ſuſtineatur pro permiſſa,in quo etiam cōtrarium deciſum fuit in Vicentina penſionis 28. Iunij 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mantica, & an termini decurſi debeantur,dequo non agitur;penſio ipſa, & ſic ius illud vtēdi fruendi cum vſufructui comparatur, transfertur pro ſumma conceſſa, abſq.aliquo exceſſu, eſt omnino ſeparabile, ac diuerſū à fructibus,ſeu terminis. Ideo reſolutum pēſionem deberi,&c.

R. P. D. MANZVNEDO.

ELBOREN. IVRISCONFERENDI.

Veneris 24.Ianuarij 1614.

Cadit par.3.fol.14.ſub nu.87.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prima nulla ex defectu citationis,ſi confirmata in ſecunda inſtantia, parte non opponente valet.*

2 *Cauſa appellationis deſerta, non deſeritur cauſa nullitatis.*

Contra duas ſententias de partibus ad fauorem Religionis de Auis latas, plures opponebātur nullitates,quarum aliquas ſub die 8. Februarij 1599. corā bo.me. Corduba Rota cenſuit non obſtare, & circa alias,ſuper quibus in dicta deciſione, iam fuit adita Signatura Sanctiſſimi pro illarum ſanatione, & commiſſa mihi arbitrio Rotæ. Et propoſito dubio, an intraret arbitrium fuit affirmatiuæ reſolutum, vt in deciſione coram me ſub die 18. Martij 1613. Cui licet partes acquieuerint,D. ramen Archiepiſcopus impugnare non deſinit primam deciſionem,coram bon.memor. Corduba factam, vnde ad illius inſtantiā repropoſita hodie cauſa, ſuper eadem deciſione, vtraque partem infirmante Domini ab illa recedendū dixerunt,reſtringendo diſputationem ad nullitatem primæ ſententiæ,contra quam, quamuis diuerſæ nullitates opponerentur. mttamen Domini illam potiſſimè fuerunt amplexi, quæ procedit ex defectu citationis ad ſententiam,de qua clare apparebat,quamq.etiam admiſit Rota in controuerſam deciſionē,corā Corduba, ſed quia in eadem deciſione iſta nullitas excuſabatur ex eo,quod nō potuit amplius ſententia prima dici nul-
1 la,poſtquam parte non opponentem deducta nullitates fuerit per ſecundā cōfirmata iuxta, Parif. conſ. 109. num. 1.lib.4. Rot deciſ.7.de ſent.& re iud.in antiq. Acchill.deciſ.5.num.1.eod.titul. Lancell. de attent. cap.19. de purgat. attent. num.67. cum ſeq. Quod tamen non poteſt ita ſimpliciter ſuſtineri, niſi quando ſecunda inſtantia confirmans primam tranſiuit in iudicatum ad trad. per Alexa.conſ.355.n.3.verſ.nam fallit lib.5.conſ.49.n.1. & 2. vbi de cōmuni, lib.1. Vant. de nullit.tit.qualit.& quib. mod.ſent.& proceſſ. num.25. & fuit late reſolutum, in illa Forolivien. Emphiteuſis 1. Iulij 1613. Coram R.P.D.meo Decano.Et ad docendū in noſtro caſu, quod ſecunda ſententia non fecerit trāſitum in iudicatum plura opponebantur circa quæ Domini diuerſæ ſentiebant, Ideo illis miſſis,pro non tranſitu in iudicatum concluſerunt ex vno præcipuo fundamēto,nempe,quod ſemel fuit ab ipſa appellatum,& licet tranſierit biennium competēs ad proſequēdū, & quadrienniū datum pro reſtitutione obtinēda.
2 Nihilominus quia æque principaliter cauſa appellationis, & nullitatis fuit cōmiſſa,deſerta cauſa appellationis, nō cenſetur deſerta cauſa nullitatis, quæ durat per 30.annos, Dec.in d.cap.dilecto,num.7.de appellat.Acchil.deciſ.15.

de

Google

de reſcript.Couar.pract.qq.c.24.in fin.
Soccin.conſ.10.num.12.lib.4.Vant.tit.
quoties, & infra quod tempus, num.8.
verſ.ſi vero nullitas.

Et ſic fuit concluſum, &c.

R. P. D. MANZANEDO.

PERVSINA PECVNIARIA.

Mercurij 28. Nouembris 1602.

Cadit par.1.fol.699.ſub nu.77.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiue Notarij de productione inrium, non creditur.*

2 *Via exequutiua ceſſat ſeruatis terminis ſubſtantialibus via ordinaria.*

3 *Falſi ſuſpicio, pro falſitate habetur in cauſa.*

DOmini dixerunt mandatum A.C.
non eſſe exequen.tã ratione nul-
litatis illius quam iniuſtitiæ nullitatis
quidem, quia de obligatione Camera-
li, cuius vigore fuit actum, non cõſtabat
niſi ex copia apocæ, quæ nullã merteba-
tur executio nõ pducta, nec recognitio
originali ſtãte præſertim proteſtatione
partis quod recognoſceretur, Old. conſ.
1 1.nu.3.Pariſ.conſ.115.nu.5.lib.4. Rota
deciſ.11.n.15.in fin.lib.3.par.3.diuerſ.
quæ recognitio non probatur enuncia-
tione notarij facto in prædita produ-
ctione, quia in hoc illi non creditur,
cum de dicta recognitione non fuerit
rogatus Gozadin. conſ.11.nu.5. Surd.
deciſ.123.1.n.2.& ſequen.

Prætерea apoca non fuit producta
in Archiuio Villæ Manſionis infra 15.
dies ideo remanebat nulla, & inualida
iuxta literas fel.re.Sixti V.& licet poſt
dictos 15. dies fuerit præſentata, &
concordatum cum Archiuiſta tantum,
non propterea dicta nullius fuit ſanata,
quia vt eadem cauſa declarat, huiuſmo
di concordia ſuffragatur in inſtrumen-
tis publicis, non autem ſuſcripcias pri-
uatis, vltra quod Archiuium expreſſæ
reſeruauit præiudicium partis, vnde de-
cretum dans executionẽ tali ſcripturæ,
annullatæ ob dictum defectum, videtur
etiam nullum.

2 Vlterius, ex quo fuerat cæptum agi
via ordinaria & ſeruato termini ſub-
ſtantiales non poterat amplius procedi
executiua Rota deciſ.551. nu.5. lib.2.
n.3. par.3. Borgn.deciſ.1.nu.16.par.1.
Marant. in ſpecul.6.par.artic.8.nu.14.

Quod vero ad iniuſtitiam, conſidera-
bant Domini contra dictam apocam
vrgere vehementem ſuſpicionem falſi-
tatis, quæ ſola ſuſpicio ſufficit in ciuili
ad effectum vt ſcriptura non mereatur
fidem, & conſequenrer non debeat mã-
3 dari executioni Aym. conſ. 829. nu.5.
Abb.conſ.99.n.8. Menoch.conſ.199.n.
5.Namq; in ciuilibus ſola ſuſpicio falſi-
tatis, habetur pro falſitate Curt.Iun.cõſ.
64.n.5.& conſ.632.n.10.Dec.cõſ.189
poſt princ.verſ.nam in cõtrarium Surd.
teſtans de comm.conſ.6.n.4.& ad illam
probandam admittuntur coniecturæ
Caputaquen.deciſ.207.in fin. & deciſ.
4.par.1.Aym.conſ.146. nu.7.in fin. &
conſ.143. n.12. quæ coniecturæ plures,
& vrgentes in caſu noſtro adeſſe vide-
bantur quurum prima oritur ex multi-
plicitate apocarum, & ex illarum confir
matione non neceſſaria, ſi aliæ prioris
fuiſſent vere Menoch.de præſumpt.lib.
5.præſumpr.12.nu.24. Ceſal.conſ.198.
n.21.maxime, quia Ludouicus requiri-
tus ad declaran. an illis vellet vti pro
bonis ſemper hoc recuſauit Cap. alle-
gat.119.n.1.Menoch.ibid.nu.22.

Accedat inueri ſimilitudo, quod Flo-
rentius voluerit ſcu.850.donare Ludo-
uico tũc Infãti, & illa cõmunicaret filijs
ſororis pauperis & pauperes filios ha-
bentis vt ea conſetuaret pro nepote ſi
ne aliculus ſcripturæ, confeſſione quam
potius ea donari Perſiano patri Ludo-
uici tũc viuẽti, quia actus ſit per inter-
poſitã perſonam, qui ex geſtis arguit ſu
ſpicionẽ l.pupil.§. Item ipſa ff. de auct.
tutor.l.1.& ibi Bero.n.1.C.de natural.
liber. Aym.conſ.156. nu. 11.

Præterira in libris Perſiani patris Lu-
douici, in quibus deſignãtur omnes ſum
mæ etiam minimæ ad Ludouicũ ſpectã-
tes, quæ erant poſitæ in communi cum
Fabio non reperitur adnota iſtam ſum-
ma adeo notabilis ſcu.850. quæ tamen
in apocis dicebãtur, quod in communi
poſita erant cum dicto Fabritio, vnde
oritur ſuſpicio, quod talis ſumma non
debeatur, nec eſſet vera Bart.in l.fin.C.
de reb.credit.Bal.in l.iuſtum eſt, n. 2.C.
de eden.Herc.de negat.n.171.

Vlti-

Vlterius pacta inſolita in tertia apoca augebāt d.ſuſpicionem Bal.conſ.75.n.2.lib.2.Pariſ.conſ.54.n.39.lib.1.Cur.Iun.conſ,178.nu.12. Irem modus inſolitus, iſque reireratus quod Ludouicus confeſſus fuit huiuſmodi apocas habuiſſe, nēpe duabus vicibus huius modi iacentes in aperiendo hoſtium domus,facit etiam ad huiuſmodi ſuſpicionem eliciendam,quod teſtes qui in vlrima apoca dicuntut adhibiti neſciebant ſcribere & ſunt mottui ante illam exhibita hæc enim facta præſumatur,ne falſiras commiſſa detegeretur Aym. conſ.28. nn.7. Pariſ.conſ. 27.lib.2. Ceſal. conſ.99.nu.33.deciſ. Pedem.117. nu. 10. Menoch. de præſumpt.22. nu.13.

Tandē vrgens oriebatur ſuſpicio iterata,& affectata obligatione obſeruatione adhibita ammiſsionis tā priorū apocarū,quam teitiæ confirmatoriæ priorū præſertim cum dictæ apocæ per illarum productionē factam in partibus , eſſent effectæ communes , Ludouicus qui recuperauit originalia tenetur probare illas caſu,& ſine culpa fuiſſe ammiſſas Alex. conſ.54.n.5.lib.1.Caſtr.conſ.301.n.1.lib.1.Oadad.conſ.19.n.17.& 18.lib.1. quod tamen in caſu noſtro nullatenus fuit factum.

Non obſtat vt iudicata, quia mandatum ex tes dictis fuit nulliter, & iniuſtæ relaxatum non potuit in iudicatum transſire Caputaq. deciſ.114.nu.2.par.3.Afflict.deciſ.28.nu.6.

Minus obſtat confeſsio procuratoris Fabritij facta in iudicio criminali de exiſtentia apocæ, quia illam acceptare deberet cū ſua qualitate falſitatis, Boer. deciſ.243.n.25. Menoc. conſ.703. n.3. lib.3.Vetal.deciſ.191.n.2.par.1.

Et fuit ad effectum detegendi falſitatem,& ideo non opetatur ad alium effectum Surd.conſ.371.nu.6.lib.3.

Ex quibus ita fuit reſolurum.

R. P. D. BVRATTO.

ANCONITANA PECVNIARIA.
Ven.27.Iunij 1614.

Cadit par.1. fol.785.ſub nu.1.

SVMMARIVM.

Promiſsio quod N. confirmabit transactionem, vel cōcordiam,& illam obſeruabit.

Reſoluitur in promiſsionem facti proprij & nu.4.

Omnem adhibendo diligentiam, ſatisfacit ſuæ obligationi, ibi nu.2.

Nec tenetur ad pœnam , factū alterius promittendo, ibi nu.3.

Maxime ſi non adeſt obligatio facto non ſuccedente, ibi nu.6.

7 *Promiſsio de faciendo conſentire, quando ſit condictionalis.*

8 *Mora in promiſsionibus pœnæ, vel intereſſe, excuſatur ex facti difficultate.*

9 *Procurator renocari poteſt iuramento non obſtante.*

10 *Principalis cōcordiam damnoſam a procuratore initam, ſeruare non tenetur*

11 *Concordia læſui vt reducitur ad non concordiam, tanquam ſine cauſa.*

MAndatum A. C. ad fauorem Mineruæ & litis conſortium contra
Equ. Scalamontem exequendum non
1 eſſe,DD.dixerunt.Illius enim promiſsio
in apoca concordiæ inirā cum Equ.Racano,quod nepotes illam confirmabunt & per inſtrumenrum obſeruanriam capitulorū promitterent,reſoluitur in promiſſionem facti ptoprij adhibendi , ſcilicet,diligentiam , & curam pro confirmatione,& promiſſione obtinēda,iuxta gl. communiter receptam in c.ex lireris il ſecondo in verſ. tam paires vbi Abb. nu.1. & 6. Alex. de Neuo nu.12.& 13, & in cap.ſicut in verſ.iurantis,vbi Butr. n.9.verſ.vnde dicit gloſ.de ſponſal. cum alijs per Couarr. qui de communi in relect. c.quamuis, de pact.par.2.§.5.n,1. & dixit Rota in Peruſina dotis 5. Decemb. 1607. coram Reuerendiſs. Atre-
2 baten. Et ideo omnem adhibendo diligentiam,ſatisfecit ſuæ obligationi , nec
3 tenetur ad pœnam, vel intereſſe , ſi factum alterius non ſequatur , quamuis iuramentum promiſsioni acceſſerit Butri. in d. cap.ex lireris n. 9.verſ. ideo dicunt,ibi quæ Anchar.n.4. idem Butr. in cap.gemma nu.8.ad fin.verſ.ſed eſt dubium vbi Abb. num. 9. verſ. ad vnum & verſiculo , Et nota hoc,de ſponſ. Felyn. in capitulo ex reſcripio , num. 18. verſiculo , Et nota,quod promittens de iure

Digitized by Google

iure iurando, Barr. conſilio 236. in quo caſu alij antiqui conſuluerunt inter cõſilia, Fœderic. de Sen. conſil. 122. Crot. in l. 4. §. cato, in prima lect. num. 97. ff. de verbor. obligation. & ibi de communi teſtantur, idem Crot. in ſecunda lect. numer. 50. Alciar. num. 151. & 152. Galiaul. num. 76. Hornanoct. numer. 375. Bolog. num. 343. dicens iuxta hanc ſententiam in Neapolitano Conc. determinari vidiſſe, Dec. conſil. 313. per tot. de communi, & ſequenda in practica, Pariſ. conſil. 110. num. 25. & 26. in 1. Decian. reſp. 59. num. 2. 3. 4. & 5. volum. 4. fuſe, Couarr. vbi ſupra num. 4. verſicul. 2. 3. 4. & 5. de communi, Cardinalis Mantica de ta-
4 cit. lib. 14. titul. 34. num. 11. Quæ opinio procedit etiam, vbi directe factum alienum promittitur, illa eadem ratione, quod promiſſio reſoluitur in promiſſionem facti proprij, & in his terminis loquuntur canoniſtæ, præſertim, Abb. dicto capitulo gemma, & Felyn. dicto capitulo ex reſcripto, Galiaul. in dicto §. cato, num. 76. Couarr. proxime relatus, verſiculo tertio, & verſiculo quarto, vbi de communi, Gabr. conſil. 131. numero quinto, in ſecundo, vbi quod eſt ſeruanda in Terris Eccleſiæ Cardinalis Mantica, vbi ſupra in fine.
6 Et in propoſito facilius eſt recipienda, cum verſemur in ſimplici promiſſione, abſque clauſula aliqua oſtendente mentem ſe obligandi, vbi factum non ſequeretur non obſtante difficultate, & diligentia adhibita, Dec. Pariſ. & Gabr. in conſilijs proxime citatis, Gomeſ. in §. in perſonam, numero vigeſimoſeptimo verſiculo non obſtat inſtitut. de action. Cardinalis Mantica dicto lib. 14. titul. 35. num. 1. & num. 29. Et probauit Rota, ſi benè conſideretur in dict. Peruſina dotis, coram Reuerendiſſimo Atrebaten. neque enim legitur clauſula, ita quod faciendo poſsibilia, non excuſetur, vel æquipollens, minus clauſula cum effectu, in qua tamen magna eſt controuerſia, an ſola ſufficiat, quæ in obligatione Camerali, cuius natura eſt confirmare, non augerè, non continentur, ſed à promittentium vo-
7 luntate dependent. Et vbi de mente repugnante non conſtat promiſſio pœnæ, vel intereſſe intelligitur conditionalis, ſi fuerit in mora, Bart. in l. ſi duo, §. hæc autem verba, ff. de conſt. pecun. Pariſ. dicto conſilio 110. numero vigeſimoquinto, Gabr. dicto conſilio 131. numero quinto, à qua mora,
8 & conſequenter pœna, vel intereſſe in promiſſionibus facti, etiam iuratis difficultas excuſat, Bart. in l. continuus, §. illud, numero ſexto, & ſeptimo, ff. de verborum obligatione, & in l. quod te, numero decimoquarto, ff. ſi cert. pet. vbi præ cæteris, Alexan. numero nono, Soccin. numero trigeſimo, Butigell. numer. 54. & numer. 55. Dec. num. 51. & num. 52. Sadolet. numer. 100. de communi, Curt. Iun. numer. 36. Ripa. num. 39. & numer. 40. Couarr. vbi ſupra numero quarto, verſiculo deinde. De diligentijs autem per dictum Equ. Scalamontem adhibitis, viſum fuit DD. ſufficienter cõſtare ex epiſtolis reſponſiuis eidem directis nepoti, quem ad ratificandam concordiam diuerſimode rogauerat & ſuaſerat, & amicorum, quorum opera ad hoc vſus fuerat, & ex interpellatione iudiciali Anconæ eiſdem nepotibus facta, & eorundem reſponſionibus; De quorum etiam enixa voluntate non acceptandæ concordiæ conſtare videtur ex ſolemni reuocatione mandati procuræ in Equitem Scalamontem antea facti ad tranſigendum, & ex iudicio per eos proſecuto coram Congregatione ſuper bono Regimine, à qua obtinuerunt eligi peritos ſuper computis inter partes faciendis, & deinde electum pro ipſorum parte referre in contumaciam aduerſariorum non curantium referri à ſuo, qui retulit ipſos de Scalamontibus eſſe creditores, non debitores; ex quibus infertur diligentias non fuiſſe colluſiuas, ſed bona fide factas, quod etiam præſumitur, Dec. dicto conſ. 313. numero quinto, Pariſ. dicto conſilio 110. numero tertio, Mant. d. titul. 35. num. 25.
9 Non obſtat, quod Eques haberet à nepotibus mandatum irreuocabile, & iuratum ad tranſigendum, ideoque

potuiſ-

potuiſſet illos cogere ad acceptationem concordiæ actione mandati; Nam vltra, quod non conſtat illum acceptaſſe mandatum, neque habuiſſe de eo notitiam, fuit reuocatum (vt dictum eſt) & reuocari potuit, non obſtante iuramento, gloſſ. in capitulo final. de procurat. in 6. Angel. in l. & in perpetuum, ff. de procurat. Imol. in capitulo cum contingat, num. 35. verſicul. facit, quod not. de iure iurand. Alexan. conſil. 29. num. 18. lib. 5. Soccin. conſ. 58. numer. 6. lib. 3. Curt. Iun. in auth. ſacramenta puberum, num. 181. C. ſi aduerſ. vend. Felyn. in capitulo ſi diligenti, numero trigeſimoſecundo, ad fmal. verſicul. amplia, etiam de foro compet. Couarr. in Epith. ad quartum librum, Decret. parte ſecunda, capitulo quarto, numero decimo verſic. procedit vero, & in dicto capit. quamuis, par. 2. §. 2. num. 3.

10 Præterea excuſandus erat Eques à promiſſione, & præſtatione intereſſe, ex quo nepotes, ex capite ænormiſſimæ læſionis renuerunt conſentire, Gramat. deciſ. 107. num. 105. & 106. Cephal. conſil. 115. num. 3. & 4. in 1. Gabr. qui de communi, concluſ. 2. de pacto in principio, & in fine, & ſicuti illi non tenebantur acceptare concordiam, nec illi ſtare, ita nec ipſe ex promiſſione ſua, ſed eiſdem exceptionibus, uti poterat iuxta, Anchar. conſil. 330. num. 11. verſicul. ex quibus, Soccin. conſil. 215. num. 7. in 2. Iaſ. in l. ſi pacto, quo pœnam in fin. C. de pactis, & conſil. 233. num. 17. verſicul. poſtremo cum ſeq. lib. 4. bene, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 295. numer. 3. Gabr. conſil. 131. num. 9. & 15. in 2. Eugen. conſil. 12. num. 104. Et ſufficere iuſtam cauſam contrauenjendi à nepotibus allegatam fuiſſe ad effectum, ne Eques teneatur, Chaſſen. in conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 5. num. 51. verſicul. ſed quæro fol. mihi 566. Vrſill. vbi ſu-
11 pra verſiculi idem etiam. Immo dicta promiſſio ſubſiſtente prædicta læſione eſſet fundata in erronea cauſa, vel reduceretur ad non cauſam, nec eſſet obligatoria, vt per Ancharan. vbi ſupra, & alios eum ſequentes. Et etiam ceſſaret creditum Mineruæ, & litis conſortium, de quo non docetur aliunde, quam ex apoca, de qua agitur, & conſequenter prætenſum intereſſe ob non ratificationem, quod tamen, cum non ſit appoſita certa pœna, probari debet ab actore, S. non ſolum, vbi Aretin. in princip. inſtitut. de verbor. obligation. l. final. ff. de præter. ſtipulat. & de quo clare conſtabat in allegata Peruſina dotis, coram Reuerendiſſimo Atrebaten. immo conſtaret de contrario ex dicta relatione contra quam, nihil releuans deducebatur, & conſequenter abſque liquidatione crediti, & intereſſe non potuit relaxari mandatum.

Et ex his præcipue reſolutum fuit mandatum non eſſe exequendum.

R. P. D. GYPSIO.

VLCIXBON. COADIVTORIA.

Veneris 22. Martij 1596.

Cadit par. 2. fol. 172. ſub nu. 34.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus coadiutoria beneficij duobus extremis probatis reſtituitur.*
2 *Litteræ Apoſtolicæ in Beneficialibus loco tituli colorati habentur.*
3 *Gratia ſubreptitia, dat titulum coloratum.*
4 *Cadere à poſſeſſione, quando quis non dicatur.*

1 DOmini reſoluerunt Hieronymam de Grana eſſe reſtituendam ad poſſeſſionem Coadiutoriæ Beneficij de qua agitur, quoniam de vtroque extremo, ac titulo colorato ſatis docet iuxta deciſio. Rotæ 7. de reſtitution. ſpoliat. in nou. Egid. deciſ. 17. & 49. nam primum extremum probatur ex inſtrumento captæ poſſeſſionis vigore litterarum Apoſtolicarum ſeruatis ſeruandis. Bart. in l. prædia. num. 1. de acqu. poſſeſſ. Caſſador. deciſ. 20. in fine, de præben. Achil. deciſio. 6. de reſtitut. ſpoliat. cum alijs citatis per Dominum Ale-

Alexandrum Cuccinum, præſertim quia fuit continuata ferè per tres annos.

Secundum extremum hoc caſu dicitur probatum ex litis ſubſtentatione l. qui ſe liti de petit. Herd. l. is qui ſe obtulit de re iudicat. Caputaq. deciſio. 369.par.2. maxime concurrentibus adminiculis bene per informantes in facto ponderatis, & apud me dictum fuit in vna Gienenſis Confraternitatis 14. Iunij 1591.

2 De titulo colorato, qui in beneficialibus requiritur gloſſ. final. in Clemen. 1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, Egid. dict. deciſ 49. Caputaq. deciſ. 306.par.3.dubitari non poteſt, ſtantibus litteris prouiſionis Apoſtolicis d. Hieronymi, quæ in beneficialibus loco tituli habentur, Rot. deciſ. 20. numero quinto, verſic. inde dicunt, Doct. de conceſſ. præben. in nou. Egid. deciſ. 110. num. 9.

3 Nec ad rem pertinet, quod dicitur huiuſmodi litteras eſſe ſubreptitias, quia præter id, quod talis obiectio erit diſcutienda in petitorio, ſat eſt quod gratia etiam ſubreptitia præſtet titulum coloratum, Put. deciſ. 80. lib. 1. quam ſequuta eſt Rota coram me in vna Valentina Beneficij 18. Decembris 1589. & gratia perinde valere ſuperueniens, dat titulum coloratum, Put. deciſ. 7. de præben. Achil. deciſ. 2. de reſtitut. ſpoliat.

4 Non obſtat, quod Hieronymus facto proprio ceciderit à ſua poſſeſſione, cum acquieuerit eiectioni de ſe facta per Archiepiſcopum, quoniam non apparet aliquos actus poſitiuos feciſſe, ex quibus colligatur eius conſenſus, quamuis tacuerit, proprerea ſibi non præiudicauit, maxime quia impediri non poterat. Dih. in Reg. Qui tacet in princ. de reg. vir. in 6.

MARQVEMONTIO.

VALENTINA SALARII.

21. Februarij 1612.

Cadit par. 1. fol. 1193. ſub nu. 35.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum, an procuratori debeatur, in iure controuertitur.*

2 *Procuratori ſalarium recipere ſolito, ſalarium debetur.*

3 *Salarium Iudicis arbitrio laboribus correſpectiuum eſt etiam vltra ſcuta centum decernendum.*

Iſto caſu ad ſcuta centum anno quolibet Rota fuit arbitrata, ibi.

4 *Procuratori pro tempore, quo non ſeruiuit, ſalarium non debetur.*

1 Licet in iure ſit controuerſum, an ſine conuentione debeatur ſalarium Procuratori ad lites, quia in hoc articulo videntur eſſe gloſſæ contrariæ in l. 1. ff. de aduocatis, §. de var. & extraord. cognit. & in l. ſalarium, ff. mand. & opinionem negatiuam tenuerunt, Bart. in dict. §. Aduocatos, numer. 2. Bald. & Fulgoſ. in dict. l. ſalarium, idem Bart. & Bald. in dict. l. 1. C. mand. Alexan. conſ. 109. num. 3. lib. 6. Natt. conſil. 376. num. 78. Gabr. de procur. concluſ. 1.

2 num. 1. Tamen in hoc caſu domini non dubitarunt, quin. R. P. D. Ioannes Baptiſtæ Viues debetur ſalarium, quia lis fuit agitata in Curia, in qua Procuratoribus ſalaria ſolent præſtari, & conſtat eſſe de particulari ſoliti R. P. D. Viues in recipiendo, & Regni Valentiæ in ſoluendo ſalarium, ideoque intrant deciſiones in cauſa Ouetenſis Mercedis 22. Decembris 1605. coram R. P. D. meo Coccino, & in Oſcenenſis Salarij 21. Maij 1600. coram R. P. D. meo Lancellotto, & ſæpe in alijs cauſis.

3 Quo vero ad quantitatem illius ſalarij quamuis etiam in iure diſpoſitum ſit, vt non excedat aureos centum in ſingulis cauſis, vt per gloſſ. in dict. l. ſalarium in fin. & Bald. in l. 1. num. 9. C. mand.

Quæ ſumma quantum importet reducta ad hodiernas monetas varie tractatum eſt apud. Alciat. lib. 3. diſputat. cap. 9. Budeum de Aſſe libr. 5. Cuiac. lib. 19. obſeruat. cap. 31. tamen receptum eſt id pendere ex iudicis arbitrio, qui ſalarium correſpectiuum ad laborem

rem debentur taxare, Specul. lib. 2. de depoſit. quæſt. 7. num. 32. Soccin. Seni. conſil. 196. in fine, lib. 2. Siluan. conſil. 26. num. 2. & ſeqq. Mandellus. conſil. 174. num. 30. in fin. & quod ſalarium debetur pro modo laborum, fuit dictum in Romana Salarij 17. Nouēbris 1568. coram bon. memor. Cardinali Seraphino, & quod inſpiciatur tēpus, quod iam durauit, fuit dictum in cauſa Toletana Mercedis 14. Maij 1568. coram Sanctæ memor. Clemente Octauo, tunc Rotæ Auditore, & nuper in cauſa Leodien. Salarij 19. Decembris proxime præteriti coram R. P. D. Pirouano.

In propoſito itaque, cum dictæ vineæ laborem ſuum exhibuerit, defenſioni vnius dumtaxat cauſæ, in qua duo tantum dubia dicuntur fuiſſe diſputata, viſum fuit dominis taxari poſſe ſalarium ad rationem ſcutorum centum pro quolibet anno, & conſi derarunt quod non fuit tranſmiſſum de partibus ad procurationem illius cauſæ, ſed quando fuit conſtitutus Procurator, iam reſidebat in Curia, vbi ſuam induſtriam multam cum ſua laude in aliorum tractationem negociorum collocabat, vt pote primarij, & optimi nominis curialis, non dum tamen Prælatus, & illam ſanationē poſſe fieri pro triennio, videlicet, vſq. ad illud tempus in quo contra intentionem Regni Valantiæ, cuius cauſam dictus Dom. Viues defendebat fuit conceſſum prætenſum mandatum de manutenendo, ab illo enim tempore cum nihil in cauſa geſtum fuerat, & Dominus Viues nullam impenderat operam, nullum habetur ſalarium, Bart. in l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Fœder. de Sen. conſil. 218. num. 1. & num. 2. bene Surd. conſil. 42. num. 9. & num. 10. libro primo, Soccin. vbi ſupra, & alij paſſim.

Non obſtat proteſtatio Domini Viues, quod intēdebat conſequi annuum ſalarium ſcutornm ſexcentorum, nam vltra quod illa proteſtatio fuit ſolummodo intimata Sindicis, qui non habebant facultatem conſtituendi ſalarium, cum id ſpectaret ad regni deputatos, vt ijdem Sindici ad aliam intimationem aliarum litterarum cambij eiuſdem Dom. Viues directarum reſponderunt, adhuc dicta proteſtatio clarum eſt, quod pro tempore præterito non potuit ſuffragari, non potuit etiam ſuffragari pro tempore futuro, quia regnum non acceptauit dictam proteſtationem, neque illi conſenſit, ſed ſimpliciter fuit reſponſum per dictos Sindicos, quod facerent id, quod deberent. Ideoque non debet regnum compelli, niſi ad ſolutionem illius ſummæ, quæ de iure poteſt eſſe debita.

Itaque fuit concluſum deberi ſalarium in ſcutis trecentis in totum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

TVDERTINA, SEV ROMANA nullitatis obligationum.

Veneris 4. Iulij 1614.

Cadit par. 1. fol. 105. ſub nu. 111.

SVMMARIVM.

1 *Fides baptiſmi ætatem probat.*

2 *Minor pro ſe habet caſum, quando ſe obligauit etiam pro patre, quod ſit reſtituendus.*
Etiam ſi ſe principaliter, & inſolidum obligauerit, num. 3.
Etiam ſine aliqua læſionis probatione ibi. num. 4.

5 *Aut. ſacramenta puberum C. ſi adu. vend. ceſſat ex enormi læſione minoris.*
Et quare, & declaratur num. 13.

6 *Iuramentum ſtante læſione enormiſſima, non attenditur per Rotam.*

7 *Fideiuſſio in minoris apertam perniciem reſultare non debet.*

8 *Iuramentum minoris, licet maiorem illum repreſentet, tamen non facit illum maiorem, ſi adeſt læſio enormiſſima, & releuatione careat.*

9 *Filius minor pro patre, ſi non poteſt indemnis releuari non tute, fideiubet.*

10 *Minor reſtituitur aduerſus contractum, quando ille pro quo intereſſit non eſt ſoluendo.*

11 *Filius minor pro patre ſe obligando præſumitur ex reuerentia, & metu paterno facere.*

Iura-

13 *Iuramenta ac cætera acceſſoria contractui, eodem vitijs, quibus contractus laborant.*

14 *Forenſis in vrbe contrahens non ligatur ſtatutis vrbis, quo ad contractus.*

15 *Habitatio decennalis, non probato animo perpetuo manendi, non releuat in incolatu.*

16 *Incolatus per enunciationem non probatur.*

DOmini prætermittentes nullitatem obligationum, & ſecundam dubij partem amplectentes, Domino Antimo aduerſus obligationes pro patre contractas reſtitutionem in integrum competere cenſuerunt.

2 Fundamentum fuit, quia cum certum ſit tempore, quo ſe obligauit, fuiſſe minorem ex fide baptiſmali, quæ pro-
2 bat ætatem, Vetall. deciſione 314. parte prima, habet pro ſe caſum, quod reſtituendus ſit, l. prima, C. de filiofam. min. vbi omnes, cum allegatis per Odd. qui de communi teſtatur de reſt. in int. quæſtione quinquageſima quarta, articulo quarto, & in minore concordant. text. in l. ſi Titius quadrageſimanona, ff. de fideiuſſion. in l. de die octaua, §. primo, vbi gloſſ. in verſiculo probandi, ff. qui ſatis. cog. & in l. ait prætor. ſeptima, §. non ſolum, ff. de minor. gloſſ. prima, in principio, in dicta l. prima, C. de filiofamil. min. Soccin. Iun. conſilio quadrageſimo ſeptimo, numero ſeptimo, libro quarto Surd. conſilio 87. numero ſecundo, & tertio, & conſilio centeſimo decimo
3 quarto, numero quarto, Cuius l. primæ diſpoſitio locum habet etiam ſi ſe principaliter, & inſolidũ ſe obligaſſet, vt ibi
4 notat Azo. numero ſecundo, Bart. in fine, Salyc. numero ſecundo, Surd. dicto conſilio 87. numero tertio, & etiam ſine aliqua probatione læſionis Odofred. ibi in principio, & in verſiculo idem, dicens ſufficere fideiuſſionem eſſe poſſe damnoſam, Caſtr. & Iacobin. numero ſecundo tertio, & ſexto, glo. in dict. l. ait prætor §. non ſolum in verſiculo doceat vbi Bald. ff. de minor. Caſtr. in l. fin. numero quarto, verſiculo ſed pone, C. in quibus cauſ. reſt. Soccin. Iun. dicto conſilio quadrageſimoſeptimo, numero ſeptimo, & octauo, Bero. qu. fam. 115. numero ſecundo, & in capitulo primo, numero ſexto, de reſtitut. in integr. Surd. conſilio quadrageſimoſexto, numero quarto, & dicto conſilio octuageſimo ſeptimo, numero quarto, de communi, Odd. dicta quæſtione qninquageſimaquarta, articulo tertio, numero ſeptimo, & quæſtione trigeſimaſexta, articulo ſecundo, numero trigeſimo, & dixit Rota in Anconitana dotis vigeſima ſeptima Nouembris 1598. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Bononien. cenſus vigeſima Februarii 1609. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Lugdunen.

5 Non obſtant renunciationes, & iuramenta ex quibus minor non poteſt ſuas obligationes impugnare iuxta auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. quæ procedit etiam in fideiuſſione, Odofr. ibi nu. 22. Cyn. nu. 14. Surd. conſ. 46. nu. 3. & ſeq. & conſ. 114. n. 10. & ſeq. de communi, Odd. d. qu. 54. art. 8. n. 32. & in his terminis tenuit Rota in Bononien. pecuniaria nona Iunii 1603. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Bononien.

Quia non procedit authenticæ prædictæ diſpoſitio interueniente enormiſſima læſione, tunc enim minor non obſtantibus renunciationibus, & iuramẽto reſtituitur, quia præſumitur dolus, qui cum re ipſa contingit vero æquiparatur, Dec. conſ. 180. nu. 6. & 7. cum relatis per Cæphal. conſ. 207. n. 74. in ſecundo & per Guttierez. in rep. eiuſdem auth. ſacramenta puberum, numero 92. vbi in fine dicit receptiſſimam, & tenendam quam vti æquiorem ſeruat Rota, quæ numquam attendit iuramentum ſtante enormiſſima læſione ad Caſſad. deciſione vnica de empt. & vend. vt teſtantur Cagnol. in l. ſecunda, numero 98. & 109. C. de reſcind. vend. & Eugen. conſilio vigeſimo nono, numero 52. & 53. & conſilio duodecimo, numero 73. & deciſum fuit in Amerina domus quarta Maii 1579. coram Cantuccio relata inter impr. diuerſ. deciſ. 102. vſque ad

Bbb numerum

numerum quintum, parte ſecunda, & in terminis fideiuſſionis, Afflict. deciſione 322. numero ſeptimo, Soccin. Iun. dicto conſilio 47. numero ſeptimo, & octauo, libro quarto, Ancharan. conſilio 83. numero tertio, verſiculo idem eſt ſi dicamus, Bero conſilio 117. in fine, volumine tertio, Odd. dicta quæſtione 54. articulo octauo, numero 33. & 34. vbi de communi, & pro ea ſe couſuluiſſe, & obtinuiſſe, & hanc opinionem iuxta conſilium Soccin. Iun. ſecuta eſt Rota in illa Romana fideiuſſionis, quinta Iulij 1593. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Arigonio in Romana Argentorum vigeſima-ſeptima Iunij 1607. coram Reuerendo

7 Patre Domino Bononien. ad finem, vbi dictum fuit permittendum non eſſe, vt fideiuſſio reſultet in apertam perniciem minoris fideiubentis in Bononien. cenſus decima ſeptima Martij 1608. coram Reuerendo Patre Domino Lugdunen. ad finem, vbi etiam quod in ſupra citata Bononien. pecuniaria coram Reuerēdiſſimo Bononien. poſtea Rota cenſuit in eundem ſenſum minorem audiendum eſſe ſuper enormiſſima læſione, & in dicta Anconitana dotis, vigeſima ſeptima Nouembris 1598. coram Illuſtriſſimo Lancellotto, ex quibus paret hanc opinionem approbari a Rota licet Aym. conſilio 613. numero 28. Surd. conſilio 87. numero 13. & conſi lio 114. numero vndecimo, & ſequenti, & Card. Mantic. de tacit. libro 16. titulo quarto, numero quarto, voluerint, quod ſicuti læſio non conſideratur in fideiuſſione maioris, ita nec in fideiuſsione iurata minoris, qui ex iuramēto repræſentatur maior; quorū illatio neq; etiam ſubſiſtere videtur, cum iuramentum minoris in contractu ex quo enormiſſime læditur nihil operetur, & conſequenter non faciat illum maiorem, nec negari poſſit, quin in fideiuſſione adeſſe poſſit enormiſſima læſio, quamuis non conſideretur a lege in fideiuſſione maioris, cui non ſubuenit, quando ſuum diſſipare vult, prout minori, cui ex ſola fideiuſſione reſtitutionem concedit ex præ allegatis.

9 In propoſito autem obtenta eſt ad cautelam abſolutio ad effectum agendi enormiſſima læſio negari non poteſt, non ſolum ex eo, quod pater, pro quo fideiuſsit facultatibus habebatur, ita vt ſperare non poſſet releuationem, iuxta notata per Socc. Iun. dicto conſilio 47. numero nono, verſiculo etenim fecit, libro quarto, Surd. dict. conſ. 46. numero decimo ſeptimo, & dicto conſilio 87. num. 12. Odd. dict. quæſt. 54. artic. 54. numero 33. & læſionem in minore fideiubente ita conſiderat, Rota in præcitatis Romana argentorum, & Bononien. cenſus; ſicuti minor res alterius admi-

10 niſtrans tunc dicitur læſus, & reſtituitur aduerſus contractum, quando ille contra quem haberet regreſſum non eſt ſoluendo, l. cum mandato, & ibi gl. Odofred. numero primo, Alber. cir. med. & in fin. Bart. & Bald. in fin. ff. de minor. Bero. dicto conſilio 117. in fin. volumine tertio, Odd. vbi proxime, numero 33. Sed etiam, quia Antimus adeo imprudenter, & prodigaliter ſe geſſit, vt ſummæ pro quibus ſe obligauit excedant non ſolum patrimonium paternum, ſed etiam proprium conſiſtens in medietate dotis maternæ cum haberet alium fratrem ad Socin. conſilio 266. numero vigeſimoquinto in ſecundo, Achill. deciſione ſexta de in integr. reſtit. in donatione, Odd. articulo ſecundo, numero decimonono & vigeſimo quarto, quæſtione quinquageſima octaua, Rota deciſione 428. numero tertio, parte prima diuerſ. & in his terminis læſionem in fideiuſſione admittit ipſe, Surdus dicto conſilio quadrageſimo ſexto, numero decimoſeptimo.

11 Ex quo etiam ſequitur, vt ſtante ænormiſſima læſione de qua ſupra, & quod illa interuenerit in contractibus ad fauorem patris celebratis, cui debetur reuerentia, præſumantur obligationes metu contractæ abſque alia probatione, Baldus conſilio centeſimo quadrageſimo octauo, numero quarto, libro primo, Caſtr. conſilio centeſimo ſeptuageſimo quarto, præſertim numero ſecundo in principio, Curt. Iuni. in l. interpoſitas, numero decimo

ter-

tertio referens. Ancharan. idem tenentem, C. de tranſact. & conſilio centeſimo vigeſimo ſexto, numero quinto in fine libro ſecundo, Deci. in capitulo cauſam matrimonij numero vigeſimo ſecundo de offic. delegat. de communi Mandell. conſilio ſeptuageſimo ſeptimo, numero vigeſimo primo, & conſilio centeſimo, numero quarto, Ruin. conſilio ſexageſimo, numero decimo octauo, libro tertio, vbi ita conſultum uidiſſe refert per Doctores Senen. & Peruſinos cum alijs per Couarr. de ſponſ. parte ſecunda, capitulo tertio, §. ſexto, numero quarto, verſiculo hoc enim, & in relect. capitul. quamuis parte tertia, §. quarto, numero ſeptimo Menoch. libro tertio, præſ. centeſima vigeſima ſeptima, numero decimoquarto, Surd. conſilio trecenteſimo nonageſimo quinto, numero vigeſimono, in tertio, late per Honded. conſilio vigeſimonono, numero quadrageſimo ſecundo, & quadrageſimo tertio, libro primo, & Eugen. dicto conſilio vigeſimono no, numero ſeptuageſimo quinto, & tenuit Rota in dicta Amerina Domus, deciſione centeſima ſecunda, numero quinto, parte ſecunda diuerſ.

12 Et hoc non obſtante iuramento, & renunciationibus beneficiorum, quæ tanquam acceſſoria eodem vitio laborant ac in his terminis loquitur Caſtr. ſupra citatus quem omnes ſequuntur, Ruinus conſilio nonageſimo octauo, numero vigeſimo quinto, & conſilio centeſimo ſeptuageſimo, numero decimo ſeptimo, libro primo, Oſaſc. deciſione Pedemon. centeſima ſeptuageſima nona, numero quinto, & ſexto, Cæphal. conſilio 502. numero decimo ſexto, in quarto, præſertim cum obtenta ſit habilitatio a iuramento, vt ſupra, quæ requirebatur de iure canonico licet aliud eſſet de iure ciuili in iuramento metu extorto ex traditis per Sanchez de iuramen. libro tertio, capitulo duodecimo, numero quadrageſimonono.

Et conſequenter ceſſat auth. ſacramenta puberum, nec iuramentum aliquid operatur, nec minorem maiorem facere poteſt, vt patet ex ipſa auth. ibi vel per iuſtum metum, & ibi notant poſt alios, Ang. ad fin. Salyc. numero tertio, Iacobin. numero octauo, Iaſ. numero ſexageſimo, Sichard. numero quadrageſimo ſecundo, & quinquageſimo, Corn. numero centeſimo trigeſimo, Curt. Iun. numero trigeſimo, capitulo cum contingat, vbi Abb. in tertio, not. de iureiurando, Ruin. conſilio ſexageſimo, numero decimo octauo, in tertio, conſilio nonageſimo octauo, numero vigeſimo quinto, & conſilio centeſimo ſeptuageſimo, numero decimo octauo, vbi de communi in primo, & conſilio centeſimo quadrageſimo ad fin. in quarto, vbi vidiſſe conſultum dicit per Excellentiſſimos, Iuris Conſultos.

Nec dici poſſe videbatur Antimum fuiſſe maiorem viginti, & ſic habendum pro maiore ex diſpoſitione, ſtat. Vrbis, libro primo, capitulo centeſimo quadrageſimo ſeptimo.

14 Nam cum ex fide baptiſmatis conſtet illum natum eſſe Corneti, & ex depoſitione teſtium patrem eſſe origine Tudertinum ipſamque Ciuitatem Tudertinam eſſe extra diſtrictum Vrbis, certum ſit tanquam forenſis dici non poteſt per ſtatutum habilitatus, quamuis in Vrbe contraxerit, Bartol. in l. prima, numero octauo, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & in l. cunctos populos, numero vigeſimoſexto, vbi Bald. numero quadrageſimo primo, & quinquageſimo octauo, Salyc. numero decimo, Iaſ. in prima lect. numero quadrageſimoſecundo, in ſecunda, numero 86. Caccial. numero octuageſimo nono, C. de Summ. trin. Ancharan. in capitulo primo, numero ſeptuageſimo octauo de conſtit. late Roland. conſilio vigeſimo quarto, numero duodecimo, & ſequenti & conſilio nonageſimo primo, numero ſexto, & ſequenti, volumine tertio, Rota, diuerſ. deciſione centeſima tertia, numero decimo tertio, parte ſecunda, & deciſione 580. numero primo parte prima de magis communi, Surd. deciſione centeſima nonageſima ſeptima, numero ſexto, & in ſtatuto Mediolani ſimili ſtatuto Vrbis, Iaſ. conſilio quinquageſimonono, columna ſecunda in fine, verſiculo nec habet obſtare, libro tertio.

15 Cum præſertim non probetur habitatio decennalis in Vrbe eiuſdem Antimi, nec probata releuaret, cum non conſtet eam fuiſſe animo perpetuo permanendi & nunquam recedendi, qualis requiritur ad contrahendum incolatum, l. ciues, vbi Bart. notat, C. de incol. libro decimo, gloſſ. in l. prima in verſiculo incolam, C. de municip. eodem libro, Alciat. in l. pupillus, §. incola in principio, ff. de verbor. ſignific. Rota deciſione centeſima quinquageſima prima, numero tertio, parte ſecunda diuerſ. & reſolutum fuit in Ciuitatis Caſtelli hæreditatis, die Veneris prima Decembris 1606. coram Reuerendo Patre Domino meo Bononien.

16 Nec facere viſæ ſunt enunciatiuæ, quorumdam inſtrumentorum in quibus vocatur domicellus Romanus non ſolum, quia cum de enunciato nunc principaliter dubitetur non probant, Felin. in capitulo per tuas, numero duodecimo, verſiculo ſecundo reſtringitur de prubation. Alexand. conſilio 131. numero vndecimo, libro primo, Ruin. conſilio 167. numero vigeſimoquinto, libro primo, ſed etiam quia fecerent ſolam præſumptionem, Dec. conſilio 283. numero octauo, verſiculo, & hac confirmatur, quæ cedere debent veritati, de qua conſtat per teſtes de origine ac domicilio Tuderti bonis ibidem poſſeſſis, & animo ſæpius declarato originis non deferendæ depoſientes.

Ceſſat denique ex facto fundamentum lapſi quadriennij poſt maiorem ætatem ad petendam reſtitutionem in integrum conceſſi ad l. finali, vbi omnes C. de tempore in integram reſtitutione cum monitorium coram Auditore Cameræ ſuper nullitate ac reſciſſione obligationum executum fuerit, de menſe Ianuarij 1611. & natiuitas ſit de menſe Martij 1582.

Ex quibus deciſum fuit competere reſtitutionem Antimo reſpectu obligationum pro patre contractarum.

R. P. D. VBALDO.

ANCONITANA CENSVVM.

Veneris 24. Maij 1613.

Cadit par. 1. fol 797 ſub num. 79.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum ad effectum retractandi ſententiam, etiam ſi tranſierit in iudicatum retractatur ex quali iniuſtitia etiam non notoria.*

2 *Notario aſſerenti citationem, non creditur niſi conſtet de ipſius relatione.*

3 *Citatione probata, non probatur tenor citationis.*

4 *Procurator ad lites conſtitutus a Tutrice, ſolutiones nequit acceptare.*

9 *Clauſula, & pro extendenda cum illis, quæ de natura actus non ſunt.*

9 *Tutore ad lites pupillo datus inſtante Matre, non poteſt dari Curator.*

7 *Intimatione poſt decretum cum intimatione non ſequuta actum annullat.*

8 *Depoſito pecuniarum cenſus, nullo exiſtente, non afficit Domminos cenſus.*

6 *Actus a principio nullus, ratificari nequit.*

10 *Alienatio bonorum minoris ſine ſolemnitatibus, & decreto Iudicis, nulla remane.*

FVit lata ſententia a bonæ memoriæ Iuſto, per quam fuit declaratum, Cenſus de quibus agitur fuiſſe extinctos, præuia deciſione ab eodem extenſa ſub die vigeſima ſexta Februarij 1604. A qua ſententia licet filij, & hæredes Petri de Leonibus appellaſſent, tamen appellationem non fue-

fueruit proſequuti, vnde obtinuerũt com
mitti in Rota cauſam reſtirutionis in
integrum, ſuper qua propoſito dubio de
cimoquarto Ianuarij præteriti, quia pro
parte Dominorum de Triumphis non fue
rat informatũ ſuper iniuſtitia, ſentẽtiæ ex
qua aduerſarij deducebãt cauſas reſtitu-
tionis in integrum, Domini reſolutionem
diſtulerunt, ſed hodie eodem dubio ite-
rum propoſito vtraque parte informante
Rota cenſuit conſtare de cauſis reſtitu-
tionis in integrum, cum ad eam obtinen
dam ad effectum retractandi ſententiam,
etiam quę tranſiuit in iudicatum ſufficiat
qualiſcumque iniuſtitia, etiam non noto
ria, vt fuit reſolutum in vna Auximana
Dotis decimaquarta Martij 1578. coram
Seraphino, Cæſar de Graſſis, deciſione
decima, numero duodecimo, de re iudic.
relata inter impreſſ. deciſione 351. nume-
ro quinto, parte prima diuerſ. Caput. de-
ciſione nonageſima quarta, parte
tertia.

Iniuſtitia vero deducebatur ex pluri-
bus defectibus, quos videbatur pati ex-
tinctio cenſuum exaduerſo prætenſa.

Primo ratione diſdictæ Cenſus, quæ
prætenditur bis facta, & circa prædictam
non videtur dubium, quin euanuerint,
nam fuit executa die vndecima Aprilis
1591. Oblatio vero fuit facta die vigeſima
ſecunda Iunij eiuſdem anni, & ſic poſt duo
decima dies poſt lapſum bimeſtris, & ideo
iuxta Bullam felice recordatione Pij
Quinti, ſuper cenſibus, Leonij poterant
intra annum agere, ſed non cogi a Trium
phis ad retrouendendum cenſum niſi præ
cedente noua diſdicta, vt in dicta Bulla, §.
Cum vero.

2 Secunda vero videbatur Dominis pa-
ti multas difficultates, tum quia de rela-
tione citationis executæ in perſonam Io.
Ferrantini clare non conſtabat, nec No-
tario aſſerenti videbatur credendum, niſi
conſtet de relata executione, cum depone
ret de actu a ſe non geſto, nec a ſe rogato
Aymon. conſilio 273. numero ſexto,
Bald. in l. vltima, numero decimoſeptimo
C. de re iud.

Vltra quod Notarius aſſeruit nuntium
ſibi retuliſſe ſe citaſſe prout in cedula
quam exhibuit, & tamen dicta cedula
non reperitur in actis, nec fuit a Notario
3 integraliter regiſtrata, vnde quatenus
probaretur citatio, non tamen probatur
tenor citationis, Felin. in capitulo quo-
niam contra, ſub numero 51. verſiculo
hanc tamen concluſionem de probat.
quem ſecuta eſt Rota deciſione 55. parte
prima vbi, quod ſi de tenore non conſtat
impoſſibile eſt dicere, quod citatio ſit le-
4 gitima ad effectum de quo agebatur, cum
eſſet conſtitutus Procurator ad lites a Do
mina Lauinia Matre, & tutrice, quo caſu
ſicut talis procurator ſolutionem recipe-
re non potuiſſet, l. ſi procurator, ff. de con-
dit. indeb. l. Hoc iure, ff. de ſolut. ita nec
oblatio, nec interpellatio ad recipiendum
illi fieri poterat, Tiraq. de retract. lignag.
§. primo, gloſſa decimatertia, numero tri-
geſimotertio.

5 Non obſtat clauſula, Et cętera, in man
dato appoſita, quia in eius extẽſione poſ
ſunt venire ea, quæ ſunt de natura actus
non autem alia Doct. in l. Gallus, §. idem
credendum, vbi Iaſ. numero ſeptimo, ff.
de lib. & poſth. vel ea quæ ſunt cæpta ex-
primi, non autem ea quorum ſaltem prin-
cipium non eſt expreſſum, Caſtr. conſilio
decimo, numero quinto, libro primo.
Vnde in propoſito potuit operari quoad
omnia neceſſaria in mandato ad lites, nõ
autem pro oblatione, vel pretio cenſus re
cipiendo; Vltra, quod Lauinia Mater die
6 vigeſimaſeptima Aprilis 1591. reaſſum-
pſit tutellam, & conſtituit Dominum
Ferrantinum actorem ad lites, quod non
videtur potuiſſe facere cum viueret ad-
huc Franciſcus Alleus ad petitionẽ eiuſ-
dem Matris datus tutor propter litem,
quam Mater cum pupillis habet pro repe
titione ſuæ dotis, quod impedimentum
litis adhuc durabat, vt conſtat ex actis po
ſtea per eandem Matrem, factis mediante
perſona Ciamburlani, vti eius Procurato
ris, pro conſecutione dicti depoſiti, & ſic
manifeſte videtur conuinci inualiditas
mandati Ferrantini, cum eſſet conſtitu-
tus a perſona minus legitima, nempe
a Matre de tempore, quo non poterat eſ-
ſe tutrix propter impedimentum litis,
quæ adhuc durabat, & ſuperuiuentiam
alterius tutoris, qui ob dictam cauſam
datus fuerat.

Accedit, quod talis interpellatio fuit
facta ab aſſerto procuratore illorum de

Triumphis, de cuius tamen mnadato
non conſtat in actis cum tamen videretur
omnino eſſe negocium ad conſtituendũ
in mora mirores de Leonibus, Bar. in l.
Inter ſtipulantem §.primo ff.de verb. ob-
lig.Surd.conſ.160. numero 28. libro 2.
7 Accedit vltimo, quia decretum ema-
natum vigore dictæ interpellationis de
deponendo, fuit factum cum intimatio-
ne, qua tamen intimatio non fuit facta,
niſi poſt depoſitum, ex qua videtur relul
tare inualiditas dicti decreti, Put. deciſ.
178.libro primo, Ex quibus reſultat ſe-
cũdus defectus principalis videlicet depo
ſit. quod tanquam nullum ob defe-
ctum diſdictæ, interpellationis non po-
tuit afficere pupillos de Leonibus, tanto
magis quia contra dictum depoſitum a-
liæ etiam dabantur exceptiones per infor
mantes vt quod non fuerit integrum, &
ideo nullum l. obſignatione C. de ſolut.
ad eo vt ſufficiat defectus in minima par-
te, Alex.conſ.75. numero octauo libro
ſeptimo, Tiraq. de retract. conuent. §.4.
gloſ.4.numero primo, & gloſ.6.numero
23.& ſeq.Menoch.de arbitr.caſ.232.nu-
mero 28.& 29.in addit.& debet fieri de-
poſitum non ſolum ſortis, ſedet fructuum
l.Tutor.§.lucius ff.de vſur. l. vſuras C.
eod, Couarr.var.reſol. libro primo cap.
15.num.10.hoc autem depoſitum neque
fuit integrum quoad ſortem, quæret v-
triuſq; cenſus dicuntur 751. & fuerunt
depoſita dicta 331. & de extinctione
alterius partis in ſumma ducatorum 800.
dicitur conſtare ex publico Inſtrumento,
vt in ſupradicta deciſio coram bo.me. Iu-
ſto, adeo vt ad huc deficiant dicta 20.
neque fuit integrum quoad fructus cum
non dicantur ſoluti, nec depoſiti pro illo
ſemeſtre pro quo fuit facta prima diſdi-
cta.

Quæ fore omnia ſenſerunt Domini,
etiam in dicta deciſ.coram Iuſto, & licet
reſponderint, vt ibi habetur, tamen puta
runt ceſſare difficultatem ex ratificatio-
ne Lauiniæ Matris, & tutricis pupillorũ,
ſed hodie contrarium Dominis viſum
fuia videlicet ꝙ dicta ratificatio non ſuf-
fragetur Dominis de Triumphis, ex mul
tis reſponſionibus datis per Informantes
ad dictam ratificationem, ex quibus illa
magis placebat, quod ſcilicet hic non ad
ſit aliqua expreſſa ratificatio, ſed illam
eliciant Triumphi ex inſtantia facta per
procuratorẽ Lauiniæ pro conſignatione
dictarum pecuniarum pro ſua dote, quæ
tamen inſtantia non fuit facta tanquam a
tutrice, ſed tanquam a creditrice cum
ipſa repręſentaret duplicem perſonam,
vnde petens ſatisfieri ſuper depoſitio,
tanquam creditrix non cenſetur ratifica-
re cenſus extinctionem, vti tutrix, cum
hæc ſint diſtincta, & ſeperata, Surd. de-
ciſ.153.numero 16.præſertim cum in
hoc actu ageretur de proprio commodo
lauiniæ, in quo non poterat ſibi ipſi au-
thorari l.prima ff.de auct.tut. Abb. conſ.
80.in fin.lib.2.& licet in neceſſarium an
tecedens videatur dicendum, Lauiniam
præſuppoſuiſſe cenſum fuiſſe extinctum
cum alias non potuiſſet pecunia preten-
dere, vt dicitur in dicta deciſione coram
bo.mem.Iuſto, tamen potuit credere cen
ſum tunc fuiſſe legitime extinctum, vn-
de ex hac petitione, non videtur potuiſ-
9 ſe induci ratificatio extinctionis, quæ
non aderat, ſaltem valida ex prædictis
& alias actus a principio nullo, ratifi-
cari non poteſt Natt. conſ. 262. numero
decimo vltra quod in ratificante neceſ-
ſe eſt vt concurrat ſcientia omnium qua-
litatum actus ratificati, quæ hic non pro
batur Ruin.conſ.8.num.8.verſ. ſi autem
lib.4. cum alijs per Gabr. in titulo de iu-
dic.concl.3.num.18.& fuit reſolutum in
cauſa Romana Pecuniaria 3. Decembris
1610.coram Reuerendiſſimo Atrebaten.
vbi in ſpecie dicitur, quod ratificans præ
ſupponit actum fuiſſe validum quo præ-
ſuppoſitio ceſſante ceſſat ratificatio.

Quibus accedit quod ſtante nullitate
diſdictæ cenſus lauinia neque etiam tam
quam tutrix poterar eam ratificare, cum
fuiſſet alienatio rerum ſtabilium prædi-
ctorum Minorum volunraria, quæ ſine
decreto Iudicis, & cauſæ cognitione fie-
ri non poteſt l.lex quæ tutores C. de
adm.tut. Surd.conſ.191.num.17.lib.2.&
alias certum eſt conſenſus perpetuos enu
mereri inter ſtabilia Tiraq. de tetract. li-
gnag.§.primo gloſ.6.numero 8.Honded.
conſ.61.numero 35.libro primo.

Ex quibus, & alijs cumulatis per in-
formantes Domini cenſuerunt conſtare
de cauſis reſtitutionis in integrum.

R.P.D.

R. P. D. GYPSIO.

VRGELLI ARCHIDIACONATVS.
Veneris 24. Nouembris 1581.

Cadit par. 2. fol. 46. ſub num. 47.

SVMMARIVM.

1 *Attentato poſſeſſio dicitur, capta appellatione extraiudiciali pendente.*
2 *Poſſeſſio capta poſt proteſtationem nihil fieri, appellatione pendente eſt attentata.*
3 *Attentata Tertio non capiunt.*

DVbium. An conſtet de Attentatis, quæ in primis & ante omnia veniant reuocanda.

1 Concluſum fuit poſſeſſio Gaſparis apprehenſam poſt interpoſitam appellationem extraiudicialem, eſſe attentatam. Innoc. in c. cum nobis numero. 2. de elec. Socc. conſ. 45. numero quinto vol. primo Ideo ex officio iudicis ſequeſtrandam iuxta ſtilum Rotæ Caſſan. deciſione tertia numero ſeptimo de teſtit. ſpol. Rota deciſione decima, numero quarto, vt lite pendente, & fuit reſolutum coram Reuerendo Patre Domino Cæſare de Graſſis in vna Legion. Capellaniæ, nona Martij
2 1575. maxime; quia pro parte Capituli, qui appellatione a prouiſione facta per Epiſcopum proteſtatus fuit nihil innouari appellatione pendente, ne interim traderetur poſſeſſio Michaeli ab Epiſcopo prouiſio propter capitulum tradendam poſſeſſione Gaſpari ab ipſo prouiſo dicitur attentatum. Achil. de appell. deciſione decimaoctaua, quoniam inter appellationem, & appellatum æqualitas eſt ſeruanda, l. final. C. de fruct. & lit. expenſ.

Nec dicatur Capitulo licuiſse ſuam quaſi poſseſſionem aptandi has dignitates continuare, & conſequenter in illius operationem poſseſſionem Archidiacon. dicti Gaſpari tradere ad not. in capitulo conſtitutus, il terzo per illum text. de appellat. & qui continuat, non appellat, gloſs. magna in fine, in capitulo non ſolum de appellatione in ſexto, Rota de appellat. in nou. deciſionib. 44. numero ſecundo, Pariſ. conſilio vltimo, numero nono cum multis ſequent. lib. 4. quoniam in actis non conſtat capitulum eſſe in quaſi poſseſſione optandi d. Archidiaconatum maiorem, & ſi conſtaret non propterea ceſsarent attentata ſi quidem hac quare poſseſsio non competeret Capitulo de iure communi, ſed de iure ſpeciali vigore ſtatuti, vt in terminis appellationis extraiudicialis demonſtrant, Paul. de Caſt. conſ. 403. numero vigeſimo libro primo Bob. ad lo. Menoch. in capitulo primo vt lite penden. in ſexto & adducta in dicto capitulo Conſtitutus non tollunt attentata ſiue fuimus in appellatione iudiciali, ſiue extraiudiciali vt dicit Dec. in capitulo bonæ in vndecimo different. numero 33. de appell. præter id quod DD. dixerunt nos verſari in appellatione iudiciali propterea non obſtat Clem. cauſam de elect. præſertim quia pars fuetit ex huiuſmodi appellatione legitime certiorata.

3 Non obſtat quod Gaſpar Tertius poſſeſſorem capere potuerit, cum remedium attentatorum non habeat locum contra tertium, Socci. in c. Romana, & in alium de appell. in ſexto Afflic. deciſ. 354. numero vigeſimo quoniam ipſe non eſt tertius ſed vnus de capitulo & ab eo cauſam habet, quo caſu non procedunt deducta in d. c. Romana §. in alium Franciſcus in dicto capitulo bonæ numero vndecimo, Afflic. vbi proxime numero vigeſimo primo Pereg. deciſ. 96. libro primo & ſi aliter diceretur, aperiretur via fraudibus & daretur materia malignandi vt dicit Biſignet. deciſ. 4. numero quinto de appellat.

Quo vero ad attentata pro parte Epiſcopi dixerunt Domini Capitulum ad prę fatis cenſuris, quamuis nulliter illatis, abſoluendum eſse, nec ſufficere partis renunciationem, ſed requiri ſententiam abſolutoriam Ant. Auguſt. deciſ. 707. lib. 3. ſaltem ad cautelam Put. deciſ. 96. libro ſecundo &c.

R.P.D.

R. P. D. SCOTTO.

SEGVNTINA FRVCTVVM.
25. Iunij 1607.

Cadit par.1.fol.1206.ſub num.16.

SVMMARIVM.

1 *A ſequeſtro non eſt incipiendum.*
2 *Sequeſtrum ſtante metu dilapidationis bonorum conceditur decurſus.*
3 *Sententia contra anteceſſorem lata non demandata exequutionem non nocuit ſucceſſor.*

PRouiſio D.Petro Michaeli à Sede Apoſtolica de Archipresbitteratu Eccleſiæ Cathedralis Seguntina præcedente Capitulo vigore indulti Leonis X. ſibi deberi fructus à die vacationis,& medietatem eorumdem fructuum pro primo Anno emanauit ſequeſtrum ad fauorem Capituli pro dictis fructibus, & media annata, cuius occaſione introducto Iudicio in Rota dubitaui, an eſſet tollendum ſequeſtrum, & fructus reſtituendi D.Petro.

1 Et Domini vtraque parte informante partem affirmatiuam ſunt amplexi ea pręcipue ratione, quia à ſequeſtro non eſt incipiendum, & omnis ſequeſtro eſt prohibita, niſi in caſibus à iure expreſſis, vel concurrente aliqua legitima cauſa l.1.C.de prohib.ſequeſt. capitulo primo vt lite pendente, clem.prima de acquir. poſſeſſ. Put.deciſ.166.lib.2.

Nec pro cauſa poſſe iuſeruire Indultum Leonis decimi dixerunt Domini, vt prætendebatur pro parte Capituli, quia cum fuiſſet reſolutum in Seguntina Media Annata 7.Maij præteriti coram Reuerendo Patre Domino Manzanedo d. Indultum non comprehendere dignitates conſiſtendum in dicta Eccleſia etiam ſi Capitulum negaret hãc dignitatem comprehendi ſub dicta limitatione, & exceptione indulti ſaltem ex hoc reddebatur turbidum dicti indultum & conſequenter cauſa ex eo deducta, quod n.vere comprehenderetur, vel non, Domini voluerũt particulariter videre,& tamen Doctores pro Capitulo allegati præſupponunt
2 cauſam propinquam ſit recedendum a neg. Sequeſtri prohibitione eſſe certam & indubitatam, & vlterius requiritur dilapidatio bonorum mobilium, ſeu dilapidationis timor, de quo hic non conſtabat,& fuit firmatum in Siracuſana quartę 5. Iulij 1593.coram bonę memoriæ Gipſio pro Capitulo allegata.

3 Minus etiam obſtare dixerunt dictam ſententiam alias ſuper hoc latam ad fauorem Capituli contra anteceſſorem dicti Petri, quia vltra quod non conſtabat an fuiſſet exequutioni demandata, erat res inter alios acta,quæ dicto Petro non nocebat c.pen.de re iudi.l. prima & toto ti ulo C.res inter alios acta, & cum careret proceſſu ex quo poſſet videri, an eſſet iuſta, vel iniuſta, non poterat Rota ex ea moueri, ne per indirectum videretur illam exequi contra inueteratum morem huius tribunalis, quia non guſtata prius eius iuſtitia Mohed.deciſ.11.de re iudic.& fuit dictum in Salaman. cenſurarum 28. Nouembris 1594. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

R. P. D. PLATO.

ROMANA HÆREDITATIS.
Seu Cenſus.
Merc.8.Iunij 1588.

Cadit par.2.fol.140.ſub num.85.

SVMMARIVM.

1 *Incola Vrbis ex quibus quis dicatur.*
2 *Clericus in habitu & tonſuram non incedens clericali non gaudet priuilegio.*
Confeſſio pro parte quando acceptari poſſit.
3 *Incola et curialis ſimul quis eſſe poteſt.*

1 FVit reſolutum Statutum Vrbis cap. 178.libro primo in nouis diſponens quod duæ ſententiæ conformes faciant rem iudicatam inter Ciues incolas, & diſtrictuales habere locum contra Vincentium Rentium,cum enim conſtet eum per 30.& vltra annos in Vrbe cum familia habitaſſe bonaq; ibidem acquiſiuiſſe, Vxorem

Vxorem duxiſſe, ſatis dici poteſt Vrbis
Incola, vt probat tex. in l. pupillus verſ.
incola de verb. ſignif. & ibi Alcia. nume-
ro vndecimo, & tex. in l. in lege vbi Al-
ciat. numero quinto eod. titulo, Rimin.
iun. conſ. 363. numero 23. libro quarto,
& conſ. 436. num. 42. & cons. 479. nume-
ro ſexto Vac. h. queſt. ff. cap. 61. numero
1 20 cum allegatis per informantes non
obſtat quod D. Rentius ſit Clericus, quia
vltra quod non geſſit ſe pro clerico du-
cendo vxorem, nec apparet quod inceſ-
ſerit in habitu, & tonſura, vt gaudere
poſſit priuilegio capituli primi de cler.
coniug. in ſexto Dictum etiam fuit ſtatu-
tum huiuſmodi ligare clericos iuxta
alias reſoluta coram Illuſtriſſimo Aldo-
brandino in cauſa Romana de Comiti-
bus ſecunda Iunij 1575. non obſtat quod
3 D. Rentius reſpondendo poſitionibus di-
xerint ſe habitaſſe in Vrbe tanquam Cu
rialem quia cum contra hanc qualitatem
ſit iuris præſumptio poteſt confeſſio acce
ptari, reiecta huiuſmodi qualitate, ma-
xime cum non ſit qualitas quæ annullet,
& perimat ipſam confeſſionem Bart. in l.
Aurelius §. idem quæſiuit ff. de lib. leg.
cum late cumulatis per Clar. in §. fin. q.
55. verſ. poſſet quoque reus præterquam
quod habitatio diutina D. Rentij in Vr-
be eſt notaria, & ſic aliunde probatur,
quam ex eius confeſſione, & ideo non
nocet qualitas adiecta per eum, ſed reici
poteſt, idem Bart. in d. l. Aurelius ſufficit
autem id probari per Notorium Rimi.
Iun. conſ. 429. numero quinto accedit quia
poteſt ſimul ſtare quod quis ſit curialis,
& ſit etiam incola, & hoc ipſum ex diu-
turna habitatione iunctis alijs ſupra de-
ductis dignoſcitur vt de ſcolari dicimus
2 qui ſi vltra decennium in loco Studij cō
moratur dicitur niſi de contrario conſtet
ibi domicilium contraxiſſe, Rim. Iun. cōſ.
436. numero 46. late Menoch. de arbit.
caſu 86. numero 22. & de Præfecto Areis,
qui tranſtulerat bona in locum vbi præ-
fecturam exercebat, & ibi vxorem du-
xerat, idem Menoch. vbi ſupra numero
28. & 29. dicens in his maximæ verſari
Iudicis arbitrium, at in caſu noſtro, vt
arbitremur quod Rentius voluerit Romę
domicilium conſtituere ea omnia ſuadent
quæ ſuper enumerata ſunt etiam ſi con-
cedatur eundem etiam Curialem fuiſse,
quia ipſa reſidendi neceſsitatis pro exer-
cendis officijs quæ in Curia obtinebat fa
cit ipſum Incolam Bertran. conſ. 101. libro
3. parte prima.

Addebant etiam DD. Rentium etiam
ſi non eſſet incola, non poſſe appellare
ex quo tanquam tertius venit ad cauſam
quæ agitabatur contra Lapanum Incolā
qui appellare non poteſt. Pur. deciſ. 71. lib.
tertio.

Non obſtant ea quæ dicta ſunt circa
perſonam lapani quoniam ob id per con
demnationem ad triremes deſierit eſſe
Vrbis Incola quia de hoc non eſt diſpu-
tare, cum quo ad lapanum præciſa ſit
commiſſio vt procedam ſine præiudicio
executionis.

Qua ratione tollitur etiam illud, quod
dicebatur de defectu circa perſonam eiuſ
dem lapani, nam cum de eo non agatur,
ſed de Rentio cuius reſpectu dicebant
Domini nullam adeſſe nullitatem.

R. P. D. PIROVANO.

ROMANA OBLIGATIONIS.
Lun. 18. Aprilis 1611.

Cadit par. 1. fol. 818. ſub num. 165.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quare proximiores & alias ſo-
lemnitates ſeruari in contractibus
mulierum & minorum mandaue-
rit.*

2 *Vſura ceſſat dum non poteſt magis exe-
gi capo tale quam vſura.*

3 *Alimentorum promiſſio voluntaria non
facit contractum vſurarium.*

Domina Iſabella Celia vigore decre
ti ven. fabricæ Santi Petri ſe obli-
gauit ſoluere Catherinæ Horten-
ſię ſcuta quingenta, quando Monialis ef-
ficeretur, & profeſſionem feciſſet, & do-
nec ſoluerit, ſeu depoſuerit ſcuta quin-
gent promiſit eidē pręſtare alimēta, quę
huc vſque præſtita fuerunt Verum pœ-
nituit eam in huiuſmodi obligationem
excidiſſe cauſa appellationis introducta
dubitaui an obligatio ſit inualida.

1 Et

1 Et quo ad alimẽta cenſuerunt DD.eſſe validam, quia illa fuit facta cum omnibus ſolemnitatibus Iuxta formam ſtatuti Vrbis, cum interuentu proximorum, & decreto Iudicis, adeo quod omnis ſuſpitio fraudis, & circumuentionis ceſſare videtur, quæ fuit optima ratio ſtatuentium, vt conſiderat Rebuff.in l.licet inter geſta §.patronos verſ.decimo octauo ff.de verb.ſignific.& de ſtatuto Vrbis, Granut.Theorem. num.1.

Non obſtat, quod obligatio de ſoluendis alimentis Catherinæ donec D.Iſabella ſoluerit, vel depoſuerit dicta ſcuta 500. dicatur illicita, & non teneat de Iure, cum videatur promiſſa ob dilatam ſolutionem ſecundum opinionem Anchar. in conſ.150.numero quarto in fin.Alex.cõſ. 27.num.9.lib.4. & aliorum quos refert Surd.in tract.de aliment.tit.primo quæſtione 45.num.15.Nam placuerunt DD. reſponſiones datæ per Informantes pro Catherina.

2 Primo vſuraro nõ poſſe cõſiderari, quia ex pacto D.Iſabellæ non fuit in facultate Catherinę alterutrum exigere capitale ſcilicet, vel alimenta promiſſa, Vnde cum ceſſet voluntaria dilatio indicatiua mutui ficti, dum legatarius non poteſt magis exigere penſionem, quam capitale, ceſſat conſequenter vſura, quæ à voluntate dependet, Cagnol.in l. curabit num.14.verſ. ſecundus caſus C. de act. empt.Soccin.in l.ſecunda num.7.ff.de iis quæ pot. nom.Didac.var.reſol.li.3.capitulo 1.ad fi.Lup.in l.curabit com.1. §. 4. num.73.Menoch.cõſ.441.num.25.Surd. tract.de alim.tit.8.priuil. 29. num. 6. & ſeq.& conſ.23.num.8. omnes reprobantes conſiliũ Arentini 152.incip. viſo Themate ea ratione quia non poteſt imputari legatario, quare quantitatem legatam non petiit, & exegit quod propriæ contigit Catherina, quæ ex forma legati R. P.D.Laurentij Celſi nihil petere poterat ante nuptias, neque ex obligatione D. Iſabellæ, quæ erat conditionalis ad nuptias ſpirituales competebat aliqua actio.

3 Secundo Vſuram non eſſe conſiderabilem quia promiſſio alimentorum non fuit correſpectiua ad legatum, cuius vigore nihil debebatur ante nuptias, ſed fuit merè voluntaria, ex quo ſe obligauit ſoluere huiuſmodi alimenta etiam à die obitus fratris longè antè Inſtrumentum promiſſionis, quo caſu tenet obligatio Bald.in l.prima quęſtione decima, ff. pro Soc.& latiſſimè Surd. comprobauit dicto priuilegio 29.in fin.& conſ.23.nu. 11.vol.primo ex quibus bene patet reſponſio ad conſ.Anchar.180. & aliorum, qui in diuerſis terminis loquuntur, nempe quando ſoluto matrimonio dos ab hæredibus viri eſt ſoluenda penſio donec dos reſtituatur in fraudem vſurarum, quia dos poteſt peti, & penſio habet relationem ad collationem, & ſic non deficit voluntas in pacto.

Atque ita Domini dixerunt reſeruando vt de reliquis videatur.&c.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO NARNIENSIS PECVNIARIA.

Lunæ 28.Ianuarij 1585.

Cadit par.1.fol.213.ſub num.169.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio duo facta diuerſa continens, diuidi poteſt.*

2 *Confeſſio actum nullum non reddens cum ſuis qualitatibus eſt acceptanda.*

Dubitaui an ſententia in fauorem Aſcanij lata eſſet confirmanda, quod pendebat ab eo an Confeſſio prudentij quod habuerat ab Aſcanio ſcuta ſeptingenta, & triginta quæ aſſeruit de ordine ipſius expoſuiſſe in emptionem tot bonorum ſtabilium potuerit diuidi ita quod Prudentius qui non Probauit ordinem Aſcanij iuſte fuerit condemnatus ad reſtitutionem harum pecuniarum.

1 Et fuit concluſum potuiſſe quia continet duo facta diuerſa & ſeperata quod ſcilicet habuerit pecunias, & quod ex ordine Aſcanij ex illis emerit tot. bonæ Bar.in l.Aurelius,§.idem quæſiuit de liberat.leg.Bal.in l.ſiquidem n.2. C.de tranſact. late Boer.deciſ.43.num.3.

2 Præſertim cum iſta qualitas non reddat nullum actum cui adiicitur Tunc enim confeſſio eſſet acceptanda cum ſua qualitate, vt alias fuit reſolutum coram

bon.

bo.me.Illuſtriſs. Card.Ioanne Aldobrandino in vna Iſpalen.profeſſionis, & in alia Aſtoricen. Archidiacon.27.Aprilis 1577 coram eodē Illuſtriſs. Aldobrandino ſiue enim iſtæ pecuniæ fuerint de ordine Aſcanij Conuerſæ in emptionē bonorum ſiue non ſemper verum eſt prudentium pecunias habuiſſe,& his concluſum pro confirmatione ſententiæ.

R. P. D. COCCINO.

NAZARENA PENSIONIS.
Lunæ 15.Ianuarij 1607.

Cadit par.1.fol.578.ſub num.1.& 2.

SVMMARIVM.

1 *Penſio in duobus terminis ſoluenda conſtituitur ob commodiorem ſolutionum.*

2 *Penſio ſoluitur a Camera pro illa rata, qua fructus percepit reſiduum a ſucceſſore.*

3 *Penſio ſoluitur pro rata fructuum non temporis.*

4 *Succeſſor,qui non habuit fructus non tenetur ad penſionem niſi factis diligentijs contra anteceſſorem.*

5 *Heres recipiens a Camera certam quantitatem ex Leonis Clerici defuncti non tenetur ad penſiones decurſus Clerico viuente.*

1 DVbitaui, quis teneretur ad ſolutionem termini penſionis Natiuitatis Domini 1604. & cum penſio antiquitus fuerit reſeruata die 13. Iunij ſoluenda in die Natiuitatis,& Sancti Ioannis, clarum
1 eſt, quod annus terminatur in alio menſe Iunij ſequentis licet gratia commodioris ſolutionis penſio ſit diſtributa in duobus terminis, Put.deciſione 189.in fine, libro ſecundo,& fuit dictum in cauſa Romana penſionis 27. Iunij 1589. coram R.P. D. Decano, & in cauſa Neritonen. penſionis 20. Nouembris præteriti corā
2 R.P.D.Sacrato, Vnde cum Archiepiſcopus obierit de menſe Octobris, & poſtmodum fuit prouiſus Illuſtriſſimus Cardinalis Barbarinus,clarum eſt,quod ſolutio dicti termini ſpectat ad Cameram,& ad Illuſtriſſimum Cardinalem pro rata fructuū quos percepit a die ſuæ prouiſionis, vſq; ad diem 13.Iunij, quo annus completur, vt in ſimili fuit conſideratum in dicta
3 cauſa Neritanen. Penſio enim debet ſolui, pro rata fructuum, & non pro rata temporis,ſecundum opinionem, quam Rota ſeruat.Gabriel conſilio 191.numero 13.& ſeq. vol.2.& fuit dictum in cauſa Faren.penſionis 19. Iunij 1573. coram ſanctæ memoriæ Clemente viij.& in cauſa Cæſarauguſtana penſionis 13. Aprilis 1592. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Pamphilio.

Sed difficultas hodie conſiſtit in eo, quod iam Illuſtriſſimus Cardinalis ſoluit dictum terminum,ſed vult retinere in manibus ſequentes terminos, quod non poſſe fieri,cenſuerunt Domini, quia licet
4 Rota numquam voluit admittere illam concluſionem, quod ſucceſſor,qui non habuit fructus,teneatur ad integram penſionem,vt per Caſſad. deciſione quarta, numero tertio, de locat.Creſcen.deciſione 3.de ſolut.Put.deciſ.189.n.2.lib.2.niſi prius factis diligentijs contra illum, qui fructus percepit,vt in cauſa Hiſpalen. penſionis 16.Decembris 1577.& 22. Ianuarij 1578.coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in cauſa Barbaſtren.penſionis 19. Aprilis 1602.coram Illuſtriſſimo Lancellotto tamen ſtilus Rotæ procedit ex quadam æquitate,quæ ceſſat,ex quo Illuſtriſſimus Cardinalis iam ſoluit.

5 Neque eſt verum, quod Penſionarius debeat agere etiam contra hæredem Archiepiſcopi inſtitutum in re certa vigore facultatum Archiepiſcopo conceſſarum a ſummis Pontificibus, quia cum hæres receperit certam ſummam a Camera mediante facultate teſtandi conceſſa a Principe non poteſt ſuper iſta ſumma moleſtari, Vital.in Clem.2.nu.46.de decim.Creſcent.dict.dec.3.n.4. de ſolut. maxime cum hoc eſſet ex libertate Principis l. omnes,& l.bene a zenone, C.de quadrien. præſcript.licet verum ſit, quod ſi id quod remanſit Cameræ, & quod percepit Illuſtriſſimus Cardinalis in dicto anno non ſufficeret pro ſatisfactione penſionis poſſit agere etiam contra heredem, quia gratia Principis eſſet intelligenda ſine præiudicio tertij,gloſſ. capit. olim, & ibi Abb.

nu.

numero ſeptimo, de verb. ſignif. Iaſo. in l. beneficium, numero vigeſimo, ff. de Conſt. Princ. & in terminis l. bene a Zenone dicit Peregrin. de iure fiſci libro ſexto, titulo quarto, numero decimo octauo, & ſeq. & fuit dictum in cauſa Neritonen. penſionis prima Iulij 1605. & 6. Ianuarij 1606. coram Reuerendo Patre Domino Decano.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO

OSCEN. ET BARBASTREN. Penſionis.

Lunæ 14. Ianuarij 1602.

Cadit par. 1. fol. 578. ſub num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula poſtquam Clericali caractere fuerit inſignatus non facit penſionem conditionalem.*

2 *Iuſtificatio Litterarum Apoſtolicarum non requiritur ſtante lapſu temporis cum obſeruantia ſubſequuta.*

3 *Solutio penſionis facta metu cenſurarum, & cum proteſtatione non interrumpit obſeruantiam, & poſſeſſionem.*

4 *Clauſula contrahendi matrimonium cum muliere ſibi bene viſa capit etiam matrimonium cum vidua*

1 DIxerunt Domini Penſiones deberi Dionyſio Octauiano Sadę tanquã auctoritate Summi Pontificis reſeruata, de cuius poteſtate non eſt dubitandum reſeruationem autem non eſſe conditionalem, ſed puram, non obſtante clauſula poſtquam Clericali caractere fuerit inſignitus, quę appoſita eſt exactioni, non reſeruationi, vt fuit dictum in cauſa Burgen. Penſionis duodecima Octobris 1580 coram Cantuccio, & in cauſa Salamantina penſionis decima ſexta Februarij 1582. coram Bubalo.

2 Nec obſtat, quod litteræ reſeruationis non ſint iuſtificatæ, quia iuſtificatio non eſt neceſſaria ſtante lapſu temporis cum obſeruantia ſubſecuta ex deductis in cauſa Lucana Decanatus vigeſima prima Maii 1578. & fuit pluries reſolutum, quæ obſeruantia deducitur ex ſolutionibus factis ſpatio triginta annorum, & vltra.

3 Quarum licet aliquæ factæ fuerint metu cenſurarum, & præuiis proteſtationibus, tamen non interrumpunt obſeruantiam, & poſſeſsionem cum non eſſet commiſſa cauſa ſuper nullitate penſionis, quæ non controuertebatur, ſed ſolum ſolutio denegabatur occaſione reſeruationis ſubſidij, & aliorum onerum, tanto magis, tum quia non agebatur de acquirenda quaſi poſſeſſione, tũ etiã quia ad effectum præſumendi ſolemnitates, ſiue iuſtificationem tituli, non eſt deducendum tempus controuerſiæ, & fuit allegata deciſio in cauſa Romana Caſalis Longezzæ, de menſe Maij anni 1593. coram Reuerendo Patre Domino, meo Decano.

4 Neque etiam obſtare, quod penſio per contractum matrimonium cum Vidua fuerit extincta, ſtante ampliſſimis priuilegijs conceſſis militibus pijs, quæ quamuis fuerit reuocata, tamen Dionyſius habet gratiam reualidatoriam in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ea, quo ad ipſum reuocata non eſſent, quę ei conceſſa fuit vti Militi Pio, in quorum numero erat, & continet clauſulam quorum tenores dandi facultatem contrahendi, cum aliqua muliere ſibi bene viſa, quæ verba ſunt apta compræhendere, etiam Viduam.

Quantum ad Clericatum, de eo conſtat ex literis patentibus Epiſcopi Oſcen. & Iacen. in quibus enunciatur diſpenſatio Apoſtolica.

Nec obſtat, quod fuerit collatus a non ſuo Epiſcopo, quia tollitur omnis difficultas ex gratioſa diſpenſatione, quæ modo exhibetur, vt poſſit ordinari a quocumque maluerit Catholico Antiſtite.

Et ita concluſum.

R.P.D.

R. P. D. BVRATTO.
ROMANA ANNVI LEGATI.
Veneris, 4. Iulij, 1614.
Cadit par. 1. ſub nu. 11. fol. 1163.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius quando fructis non percepit, teneatur legata relicta à teſtatore ſoluere.*
Declara quatenus fructus extent. ibi, num. 2.
Et relictum ex fructibus. ibi.
3 *Bona teſtatoris pro legato alimentorum ſoluendo, non ſufficientibus redditibus, an vendenda.*
Et quando reſtringãtur ad quantitatẽ redditnum. ibi, num. 4.
5 *In claris non eſt locus coniecturis.*
6 *Vſufructuarius tenetur ad legatum annuum alimentorum, licet fructus hæreditatis nõ percipiat, quando hæreditas vtilis eſt futura.*
7 *Præſcriptio decennalis Statuto Vrb. lib. 1. cap. 159. non capit alimenta.*

1 PRætendente Ven. Societ. Sanctiſs. Annunciatæ hærede teſtamentaria q. Tarquinij Vberti, non teneri ad ſolutionẽ annui legati Iacobo relicti his verbis, Iacobo eius germano fratri legauit annua ſcut. 48. monetæ, ſingulis mẽſibus ſcuta quatuor, & de menſe, in menſem ſoluenda, ipſius Iacobi vita durãte, à die mortis teſtatoris, 4. Septemb. 1585. vſq; ad menſem Maij 1592. prætextu quod dicto tpe, nullos ex hæreditate fructus percepiſſet, fuit me proponente dubita-
1 tũ, An legatum pro dicto tẽpore deberetur, ita vt ſententia extra Rotã lata, eſſet confirmanda, & DD. affirmatiuè reſponderunt. Nã, licet regula ſit, annuum legatum deberi ex fructibus bonorum. l. liberto. 21. §. 1. ff. de leg. præſt. l. firmio. §. pater. ff. quan. dies leg. ced. cum alijs per Surd. dec. 76. nu. 2. qua ratione ad illud tenetur vſufructuarius vniuerſalis tãquã fructus percipiens, & nõ hæres. l. fi. §. ſin autem legata. C. de bon. quæ lib. quem textũ in patre vſufructuario loquentẽ, ad omnes alios extendunt ibi communiter Doct. & Matheſ. not. 5. Iaſ. in l. 1. nu. 16. ff. ad Trebell. late Couar. var. lib. 2. cap. 2. nu. 7. verſ. tertio cõſiderandũ, & Surd. deciſ. 193. de materia cõi, And. Gayll. pract. obſer. lib. 2. obſer. 146. nu. 8. Tamẽ
2 id procedit, quatenus extent fructus, nõ autẽ ita, quin illis nũ ſufficientibus, vendi debeant bona pro ſatisfactione, tex. eſt in d. l. fin. §. ſin autem æs alienũ. vbi præſertim Fulgoſ. & Caſtr. C. de bonis, quæ lib. Niſi tamen eſſet relictũ ex fructibus, vel redditibus certorum bonorum, taxatiuè, non demonſtratiuè, tunc enim verũ eſt ceſſantibus fructibus nõ deberi, & in his terminis loquuntur textus in d. l. liberto, & in d. l. firmio.

3 Non obſtat, quod in legato annuo alimentorũ, ſi fructus nõ ſufficiunt, nõ poſſit cogi hæres ad alienãda bona, iuxta opinionem Bart. in l. penul. ff. de alim. & cib. leg. sm̃ quã ita ſe Arimini cũ Baldo fratre, conſuluiſſe dicit Ang. in l. 1. nu. 5. C. de leg. idẽ Bart. Ang. Caſtr. & Alex. in l. Imperator. ff. ad Trebell. Surd. de alim. tit. 4. q. 9. nu. 1. 6. & 7. Quia data iſta opinione pro vera, quã impugnat Picus in l. Titia. §. Titia. nu. 157. ff. de leg. 3. ea ratione, quia non minor, ſed maior videtur ratio vendendi bona in annuo legato alimentorũ, quã iu alijs, in quibus tñ poſſunt diſtrahi bona, iux. d. l. fin. Natt. cõſ. 48. nu. 6. verſ. præterea illud. Barboſ. in l. maritũ, nu. 20. verſ. denique infertur, & 21. ff. ſol. matr. Et admiſſo etiã nos verſari in legato alimentorũ, ex eo, quod in hanc cauſam intelligendũ ſit tanquã factũ pauperi (quod tñ non probatur) l. ſtichus. §. Titia. ff. de alim. leg. l. Titia, in princ. & gloſ. in l. codicillis, in princ. vbi Bart. in 2. oppoſit. ff. de ann. leg. & cõgeſti pSurd. de alim. tit. 2. q. 12. nu. 1. & ſeqq. Illa tñ procedit in legato annuo alimentorũ ſimplici, & indeterminato, quod liquidatione eget, tunc enim ex coniecturata teſtatoris voluntate, ſecundũ quantitatem reddituũ reſtringitur, prout ita expſsè loquitur text. in d. l. pen. in princ. ff. quãdo dies leg. ced. & DD. pro ea citati, qui adducunt tex. in l. ius alimentorũ. ff. vbi pup. educ. deb. in l. 1. §. mulier. ff. de vẽtr. in poſſ. mitt. & in l. Imperator. ff. ad Trebell. loquẽtes in alimentis ex iuris diſpoſitione debitis, & à Iudice taxãdis.
Secus verò eſt, qñ ipſe teſtator taxauit
5 certã annuam ſummã relinquendo, quia in claris nõ eſt locus coniecturis, tex. eſt in d. l. fi. §. ſin autẽ æs, & in terminis Bertrand. cõſ. 268. vol. 2. par. 1. Surd. d. q. 9.

nu.28. & 34. ibi etiã ſi hæres confecerit inuentariũ, illud enim facit, ne teneatur de proprio, non autẽ quin ex bonis hæreditarijs,& Coler.de alim.lib.2.c.2.nu. 38.Et præſertim cũ nõ reliquerit certam ſummã ex certa re præſtandã, ita vt non poſſit applicari materia prædictarũ ll. liberto,& firmio.Præterea nõ procedit,qũ hęreditas eſt de futuro vtilitatẽ allatura, vt ex l.filiusfamilias. n.8.§.apud Marcellum.ff.de leg.1.Caſtr.cõſ.405. in 2.dub. verſ.nã illud eſſet,lib.1.Surd.d.tit.9.nu. 35.& faciunt in fortioribus text. in l.legatũ.17.§.i. ff.de ann.leg. & in l.ex eo. 13. ff.de trit.vino, & ol.leg. hanc autem fuiſſe talẽ,ſatis videbatur DD. apparere ex inuentario bonorum hęreditariorum, in quo etiam non ſunt deſcripta bona fundacalia maximi valoris, & ex alijs deductis per informantes.

7 Oppoſita vero præſcriptio decennalis vigore ſtatuti lib.1.c.159. applicari non poteſt,quia illud eſt reſtrictũ ad præſcriptionẽ penſionũ,canonum,& cenſuũ cõtra dñm rei, vel cenſus, vt ex verbis rubri,& nigri apparet, & fundatur in præſumpta ſatisfactione, contra quã vigent libri eiuſdẽ ſocietatis,in quibus adnotari ſolent omnes ſolutiones,& adnotatę reperiuntur factæ in cauſã huius legati,ex quibus apparet nõ fuiſſe pro dicto tempore ſolutũ.Bart.in l.fi.nu.3.C.de rebus cred.& in l.Titiæ textores, n.2.ff.de leg. 1.Bald.in l.iuſtũ,nu.2.C.de eden.Natta conſ.627.n.4.lib.3. Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

R. P. D. SACRATO.

ABVLEN. PENSIONIS.

Lunæ, 11.Maij, 1607.

Cadit par.1.fol.253.ſub nu.59. & fol.133. ſub nu.322.

SVMMARIVM.

1 *Iudex litteris originalibus delegationis non viſis,nulliter procedit.*

2 *Penſio Clerico ſolũ reſeruatur,& ſi poſt reſeruationẽ clericatũ ſumat,pẽſio eſt nulla.*

3 *Stylus Curiæ ius facit.*

4 *Narratiua in Gratia Motuproprio,cum clauſula, vt accepimus, non eſt iuſtificanda.*

1 DEpo tantum informante,fuit con
cluſum ſententiã eſſe reuocandã.
Primo quia Iudex proceſſit minimè viſis
litteris originalibus ſuę delegationis,quo
caſu nõ erat certus de ſua iuriſdictione,
& inde inſurgit nullitas ſententiæ ex de-
fectu iuriſdictionis, vt latè fuit dictum in
cauſa Tudeñ. beneficij 12.Decẽb.1594.
& 10.Maij 1595. corã R.P.D.Penia per
Rot. deciſ.20.de cõceſſ.pręb.in nou. & 4.
de offic.deleg.in antiq.Aegid.deciſ.110.
Creſcen. deciſ.5.num.4. de fid.inſtrum.
Achil.deciſ.2. de offic.deleg.
2 Secundo,quia penſio,de qua in ſentẽ-
tia,fuit reſeruata Frãciſco, qui de tẽpore
reſeruationis,vel etiam exactionis primi
termini, minimè erat clericus, vt patet
ex teſtibus deponẽtibus illum valde poſt
ſuſcepiſſe primã tonſurã,vnde reſeruatio
fuit nulla,tũ quia de ſtylo Curiæ,q facit
3 ius,pẽſio nõ reſeruatur niſi clerico. Gig.
de penſionib.q.22.n.14. & ob id eſſe nul
lã,fuit tentũ in cauſa Zamoreñ.pẽſionis
29.Octob.1601.corã R.P.D.Ortẽbergo,
tũ quia cõſtat de mẽte Papæ,quod intel-
lexerit reſeruare vti clerico,qui defectus
nõ ſanatur per clauſulã motu ꝓprio,quia
licet illa clauſula tollat vitiũ ſubreptio-
nis,Gabr.de clauſ.concl.2.ſub n.1.nõ tñ
ſupplet defectũ intẽtionis.Gab.ibi.n.20.
Circa aliud fundamentũ,qđ nõ ſit iu-
ſtificatũ penſionẽ minimè excedere ter-
tiam partẽ fructuũ,Dñi habuerunt diffi-
4 cultatẽ,quia cũ gratia ſit motu proprio,
illa verba,vt accepimus,nõ referũtur ad
partẽ,& propterea illa narratiua non eſt
iuſtificãda, vt fuit tentũ in cauſa Lama-
ceñ adminiſtrationis,12.Ianu.1597.corã
Illuſtriſſ.Seraphino,vnde ex duobus pri-
mis tñ fundamẽtis fuit capta reſolutio.

R. P. D. MANZANEDO.

ELBOREN. IVRIS CONFEREN.

Lunæ,18. Maij, 1613.

Cadit par.1. fol.1306. ſub nu.129.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium Rotæ in ſanatione nullitatum intrat,quando nullitates ſunt turbidæ.*

2 *Iudex declarando ſe cõpetentem,& mandando procedi ad vlteriora, ſi non prouocetur, tranſit in iudicatum.*

3 *Mandatum procuræ probatur coniecturis, & præſumptionibus.*

Lata

LAta ſententia in prima inſtantia
ad fauorem Religionis Militaris D'
Auis, fuit pro parte Archiepiſcõpi Elbo-
reñ. ab ea appellatum, & obtentum Bre-
ue à fel. rec. Gregorio XIII. directum tri-
bus Iudicibus, cum clauſula, vt omnes,
vel duo, vel vnus ex illis cauſam cogno-
ſceret, & illud prẹſẽtauit Didaeo Vaſcõ-
cellos, qui ad aliquos actus in cauſa pro-
ceſſit; ſed poſtea fuit pro parte Religio-
nis recuſatus ſuſpectus, & vti talis ab Ar
bitris declaratus, indeq; Procurator Re-
ligionis dictũ Breue præſentauit Franci-
ſco Rebello, à quo ſecundam ſententiam
fauorabilem reportauit. Verũ quia cau-
ſa ad Rotam deuoluta, contra prædictas
ſententias plures opponebantur nullita-
tes, ideo ſuper illis fuit cauſa propoſita
per bo. me. Cordubam, die 8. Februarij
1599. & reſolutum eas non obſtare, vt
in deciſ. tunc facta, reſeruato tamen, vt
videretur an duę nullitates oppoſitę cõ-
tra ſecundam ſententiam obſtarent, vna
nempe, quod non conſtaret de ſpeciali
mandato Procuratoris Religionis ad re-
cuſandum ſuſpectum Didacum Vaſcon-
cellos. Altera verò de defectu mandati
eius, qui in dicta cauſa cõparuit pro Ar-
chiepõ. Pro quibus ſanandis, cũ pro par-
te Religionis fuiſſet habitus recurſus ad
Signaturã, fuit reſcriptum arbitrio Ro-
tæ, vnde dedi dubiũ, an illud intraret pro
1 ſanatione dictarũ nullitatum; quo hodie
propoſito, Domini affirmatiuè reſpondẽ-
tes, eſſe cenſuerunt; quia quoties nullita-
tes ſunt turbidæ, intrat arbitriũ pro illis
ſanandis, Lancell. de attent. par. 3. cap.
24. quæſt. 19. num. 5. Rot. diuerſ. Deciſ.
120. in principio, par. 1. & fuit dictum
in vna Vicentina Parrochialis 10. De-
cembris, 1608. coram me, & in caſu no-
ſtro ſatis turbidæ reddi videntur.

Nam quo ad primam de defectu mã-
dati ſpecialis ad recuſandum ſuſpectum,
fuit dictum illam tolli, ex eo, quod Reli-
gio dictam recuſationem ratificauit, ex
quo fuit proſequuta iudicium coram
dicto Rebello, & ab eo ſententiam fa-
uorabilem obtinuit, ad notat. per In-
nocen. in cap. ex parte Decani num. 2.
& 3. de reſcript. Pariſ. conſ. 48. num. 6.
lib. 1. Rota deciſ. 38. in princip. de pro-
cur. in nou. Gabr. de iud. concl. 3. nu. 16.
quod ſufficit ad iſtum effectum. gloſſ. in
cap. per tuas, in verb. ratum haberi, de
arbitr. Imol. in l. per procuratorem, nu. 4.
verſ. nõ obſtat, de acquir. hæred. Borgn.
deciſ. 31. nu. 261. cum ſequen. par. 2.

Secundo, cum huiuſmodi nullitas de-
ducatur ad infirmandam iuriſdictionem
ſecundi Iudicis, qui ſententiam tulit, vi-
ſum fuit Dominis illã ceſſare, quia pro-
curator Archiepiſcopi conſenſit in iuriſ-
dictionem dicti ſecundi Iudicis, petendo
per eũ reuocari ſententiam latam ad fa-
uorẽ Religionis, & alios actus poſitiuos
coram illo faciẽdo, per quos videtur ad-
hæſiſſe dictæ recuſationi, & eius iuriſdi-
ctionem approbaſſe cap. inter monaſte-
rium, vbi gloſ. in verb. ſubeundo iudiciũ,
verſ. ſuper hoc dicunt quidam, de re iud.
& ibi Abb. num. 8. & 9. Rota deciſ. 563.
n. 4. par. 1. diuerſ. maximè, quia dicta re-
cuſatio erat iuſta, cũ recuſatus eſſet Ca-
nonicus Elborenſis, qui non poterat eſſe
Iudex in cauſa ſui Epiſcopi, Franc. marc.
deciſ. 445. nu. 5. par. 2. & fuit dictum in
ſupradicta deciſ. in hac cauſa facta, & il-
la fuit approbata ab arbitris, à quorum
ſententia appellatum non extitit.

2 Præterea, cum ſecundus Iudex decla-
rauerit ſe competentem, & mandauerit
ad vlteriora procedi, & ꝑ parte Archie-
piſcopi non fuerit appellatum, dicta in-
terlocutoria tranſiuit in iudicatum, &
ipſius iuriſdictionem firmauit DD. in c.
ſuper literis, vbi Felin. nu. 4. de reſcript.
Gabr. de except. concl. 1. num. 5.

3 Quo verò ad ſecundam nullitatem ex
defectu mandati eius, qui interuenit in
cauſa pro Archiepiſcopo, multo magis
viſum fuit intrare arbitrium, cum enim
mandatum probetur ex coniecturis, &
præſumptionibus. Gozad. conſ. 11. nu. 13.
Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. nu. 5. de rebus Ec-
cleſ. non alienan. Rot. diuerſ. deciſ. 187.
nu. 1. par. 1. & deciſ. 32. nu. 2. par. 2. Illu-
ſtriſſ. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit.
6. num. 1. & fuit dictũ in vna Bononienſi
fideiuſſioni de Mauris, 16. Ianuar. 1609.
coram Illuſtriſſimo Lancellotto, multæ
in caſu noſtro concurrere videntur, ex
quibus redditur veriſimile, Franciſcum
Mendez habuiſſe mandatum.

Fuit namque primo enunciatus pro-
curator à notario, aſſerentem eum fuiſſe

ſubſtitutũ à procuratore Archiepiſcopi, quæ aſsertio Notarij multũ facit ad pręſumendum mãdatum. Put. deciſ. 342. lib. 3. Gabr. de procur. concl. 1. nu. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 33. nu. 25. Caſsad. deciſ. 3. nu. 4. de procurat.

Secundo dictus Franciſcus à ſententia ſecundi Iudicis appellauit, & inhibitionem Rotalem obtinuit, quã Iudici intimari curauit, ac alios actus relatos per informantes pro Religione in huiuſmodi cauſa fecit, quos veriſimiliter non feciſſet, niſi fuiſſet procurator, cũ nemo præſumatur ſollicitus in alienis litibus, item impenſas in hac cauſa fecit, ſportulas aſcendendo ad ſcuta decem deponendo, vnde oritur non leuis præſumptio mandati, l. cum de indebito, de probat. Rot. deciſ. 2. de cauſ. poſſ. & propriet. in antiq. Socin. conſ. 86. num. 3. lib. 3. Gabr. vbi ſupra, num. 6. Mantic. ibid. num. 3. & 4. & fuit dictum in Cæſarauguſtana penſionis, 4. Iulij 1608. coram me, quæ impenſa ſcutorum decem ad hunc effectum, videtur notabilis, cum impenſa etiã vnius ducati in priuato, dicatur notabilis. Put. deciſ. 339. lib. 2. & fuit dictum in vna Burgeñ. Abbatiæ de Salas, 12. Maij, 1612. coram Domino meo Vbaldo.

Tertio, cum D. Franciſcus habuerit in manibus ſcripturas Archiepiſcopi, easq; produxerit in actis, præſumitur habuiſſe mandatum. Bart. in l. vulgo, in fin. ff. de admin. tut. Caſſad. d. deciſ. 3. ſub num. 5. verſ. & ſi apud aliquem, Caputaq. deciſ. 185. nu. 3. par. 2. & fuit dictum in Pampiloneñ. parrochialis de Arzol, 20. Iunij 1612. coram eodem Dño meo Vbaldo.

Quæ facilius procedere videntur in caſu noſtro, ſtante clauſula arbitrio Rotæ, quæ remittit iuris rigorem, Creſcent. deciſ. 4. num. 3. de teſtibus.

Alias autem nullitates adductas contra dictas ſententias, Domini non habuerunt in conſideratione, cum optimè fuerint ſublatæ in prædicta deciſ. bo. me. Cordubæ, in qua ſolummodo duæ ſupra relatæ fuerant reſeruatæ, pro quibus tãtum ſanatoria fuit obtenta Commiſſio arbitrio Rotæ, quod ex ſupradictis intrare fuit reſolutum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

SENEN. BONORVM.

Veneris, 4. Iulij, 1614.

Cadit par. 3. fol. 165. ſub nu. 28.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio, & obreptio non annullant reſcriptum ipſo iure, ſed ope exceptionis.*

2 *Poſſeſsio capta vigore Breuis ſtante litis pendentia, eſt nulla.*

FVit dictum conſtare de attentatis commiſſis per Venturam, in capienda poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, vigore ſententiarum ad eius fauorẽ latarum, pendente appellatione Monialium, deinde in Rota commiſſa, atque inhibitione ab hoc tribunali expedita, & in partibus in præſentia eiuſdẽ Venturæ præſentata, quæ propterea veniunt in primis, & ante omnia, reuocanda, ad regulas vulgares, & ex facultate in vltimo reſcripto à Vẽtura impetrato, attributa.

Non obſtat poſſeſsionem fuiſſe captã in vim mãdati Archiepiſcopi Florentini delegati Apoſtolici, pro executione ſententiarum ad fauorem Venturæ latarũ, ſuper ſucceſſione ab inteſtato ſororis Domitillę, excluſo Monaſterio, ex quo reſcripto Apoſtolico, tributa fuit iuriſdictio, cũ
1 nõ fuerit coram eo Iudice oppoſitum de obreptione, & litis pendentia in Rota. Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. in fin. de Conſtit. & reſcriptum ſubreptitium non ſit ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum, cap. cæterum, cap. ad audientiã, il ſecondo, cum ibi not. de reſcr. late Pariſ. conſ. 134. nu. 17. & ſeq. lib. 4. Nã id poſse forſan procedere DD. dixerunt, niſi reſcriptum fuiſſet auocatorium cauſæ à Rota, quia tunc eſt ipſo iure nullũ. Biſig. dec. 13. de reſcr. Caſſad. dec. 1. eod. tit. & dec. 2. nu. 6. de Appell. Veſtr. in prax. lib. 3. cap. 9. nu. 3. Mandoſ. Cõmiſ. 7. in princ. Rota apud bo. me. Card. Seraphinũ dec. 763. nu. 6. & in Vrgellen. Archidiaconatus de Andorra, 13. Apr. 1592. corã bo. me. Penia, in qua fuit di-
2 ctum, poſseſsionem captã vigore breuis obtenti, non facta mentione litis in Rota pendentis, eſſe prorſus nullam.

Mouit etiã DD. quod cõmiſsio pro executione ſẽtẽtiarũ fuit clã extorta, poſtquam

quã reiecta fuerat ſimilis Commiſsio in Signatura, Monialibus etiam tunc informantibus, propoſita, &c.

Et ita concluſum.

R. P. D. IVSTO.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII. 13. Ianuarij, 1600.

Cadit par. 1. fol. 299. ſub nũ. 32.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ, cum libera, non dat facultatem vltra negotia Domini.*

2 *Clauſulæ generales reſtringuntur, quo ad expreſſa.*

3 *Clauſula cum libera, non dat facultatem procuratori obligandi Dominum.*

4 *Mandatum ſpeciale, vel ſaltim per verba habentia ſpecificam mentionem, requiritur procuratori pro Domino obligando.*

1 MAndatum cum libera vallatum, qui buſcumque facultatibus, regulariter non cenſetur dare facultatem procuratori, vt extra negotia Domini in alterius fauorem fideiubeat, l. ſeruus inſcio, vbi not. Bart. & alij Doct. ff. de fideiuſſ. Caſtren. in l. contra Iuris, in princip. & ibi Iaſ. in §. qui pecuniam, num. 2. ff. eod. tit. Dec. conſil. 98. num. 1. in fin. Anchar. conſ. 332. Alex. conſ. 139. lib. 5. Lup. qui alios allegat, in cap. periurans. §. 18. ſub nu. 9. car. mihi 204. de donat. inter vir. & vxor. quia clauſulæ generales reſtringuntur circa expreſſa, id eſt, circa negotium, & vrilitatem Domini, ad quam reſtringitur officium procuratoris, Bald. & alij Doct. in l. ſi procurator. C. de procur. His tamen non obſtantibus, Domini cenſuerunt fideiuſſionem, de qua agitur, factã à procuratore nomine principalis, fuiſſe validam, propter verba clara mandati, quæ non poſſunt aliud importare, cum expreſſa detur facultas accedendũ in inſtrumentis faciendis per quaſuis perſonas, ad fauorem quarumcumque perſonarum. Vnde hoc modo Domi-
3 nus non poterat alio modo obligari, quam per viam fideiuſſionis, & verba omnino repugnant, vt mandatum intelligatur ſolum in concernendo negotia Domini, quæ vult, quod procurator poſſit accedere in contractibus faciendis, per quaſcunque perſonas, & ſic fideiuſſiſſe: quod eſt, quando alienæ obligationi quis accedit, l. Græca. §. illud commune. ff. de fideiuſsion. & ad fauorem quorumcumque, & ita non ſolum pro ſe ipſo, & etiam vti principalis, principaliter, & in ſolidum, quæ verba ſolum conueniunt fideiuſsioni, non contractui inito nomine conſtituentis, quibus facultatibus ita clarè, & ſpecificè expreſsis in mandato, non relinquitur locus coniecturis, & interpretationi ſecundum regulam iuris, l. continuus. §. cum ita. ff.
4 de leg. quinimo videtur darum ſpeciale mandatum, quia hoc eſt nominatim conceſſum, vel ſaltem per verba habentia vim ſpecificæ expreſsionis, l. non ſolum. §. fin. l. Pomponius. ff. de procur. l. illud. §. ſi talis, ff. de minorib. Gemin. Anchar. Franch. & alij, in cap. quod ad agendum. §. ſed ſi aliquis, de procurat. in 6. & ita deciſum.

R. P. D. LVDOVISIO.

NERITON. PENSIONIS, Veneris, 24. Maij, 1602.

Cadit par. 1. fol. 591. ſub nu. 94.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ penſionis contra eum, qui penſionem ſoluit, non ſunt iuſtificandæ.*

2 *Clauſula, dummodo remaneant mille, ante omnia eſt verificanda.*

3 *Poſſeſſio trãsferentis, ſi non fuerit triginta annorum non prodeſt translatario.*

4 *Ordinarius de diſpenſationibus cognoſcit.*

1 DOmini dixerunt, ſententiam Rotalem ex capite iuſtitiæ eſſe confirmandam, quia de nullirate reſeruarũt particulariter videre. Iuſtitia enim eſt clara, nam cum Epiſcopus non conſenſerit reſeruationi penſionis, nec eam aliquando ſoluerit, erant omnino litteræ

penſionis contra ipſum iuſtificādæ. Caſſad. decil. 10.nu.8.de reſcrip. Ant.Aug. in Epit. tit. de ſolutionib. penſio.nu.24. & deciſ. 196.lib.3. Et fuit dictum in vna Burgen.penſio. 15.Decēbris 1596. coram R. P. D. meo Penia,præſertim quia
2 habent conditionem, quatenus remaneant mille, quæ proculdubio in primis & ante omnia debuit verificari, vt fuit ſæpius deciſum, & ſignanter in vna Sarzaneñ.penſionis coram R.P.D.meo Decano, 15.Februarij 1593. & coram bo. mem.Gypſio, 26.Martij eiuſdē anni, in vna Salamant.Penſio. & fuit latè deductum in Mileuitana penſionis, 28. Nouembris 1597. coram R.P.D. Litta, & coram eodem firmatum in hac cauſa, 5. Nouembris prox. præter. Poſſeſſio au-
3 tem transferentis cum eius morte fuerit extincta. l. 1. §.Sceuola. ff. ſi quis teſta. lib.eſſe iuſſus facere non potuit in tranſlatarium tranſire, vt in Brixien.& Calaguritan.penſio. relatis, & confirmatis in dicta deciſ. in hac cauſa facta, in qua etiam fuit firmatum pro iuſtificatione præſumenda non ſufficere quaſi poſſeſſionem transferentis, quamuis excedat viginti annos, poſtquam nō aſcendit ad triginta, quod prius fuerat reſolutum in Brixieñ. penſio. 28. Nouembris, 1594. coram R. P. D. meo Mellino in præallegata Burgeñ. & in Laodiceñ. penſio. 29. Martij, 1599. coram R. P. D. meo Penia. Ex generali enim obſeruantia, vbi agitur de præſumenda iuſtificatione gratiæ,ex tempore,Rota requirit triginta annos, vt fuit dictum in illa Lucana Decanatus coram Sanctiſsimo, canonizata in pluribus deciſionibus,relatis in ſupradicta Burgeñ. penſio.à qua noluerunt Domini recedere. Non obſtant
tradita per Abbat. & alios in d. cap.vbi 5
Archiepiſcopus agebat contra Archidiaconum, & Archidiaconus ſe defendebat ex lōga poſſeſſione, & titulo præſumpto ex confeſſione ipſius Archiepiſcopi, nil mirum ſi Archiepiſcopus tenetur, (vt ibi dicitur) probare defectum tituli,in his terminis procedit etiam deciſio in cauſa Gerundeñ. coram R. P.D. meo Sacrato. Quæ dicunt de decennali ex allegatione Lapi reducta ad triennium,non applicatur, quia fundatur in tollerantia Epiſcopi, qui cum viſitando inquirat de titulis, non eſſe veriſimile, quod permittat aliquem poſsidere ſine canonico titulo, vt in dicta allegatione Lapi. Et per Caſſad.deciſ.2.de cau.poſſeſſ. & propriet. & deciſ. 8.ſuper regulis. Eodem modo reſpōdetur ad conſil.Anchar.& Dec.Achil. dum dicunt præſumi diſpenſationem ex cauſa decem annorum, quia hoc etiam videtur fundari ſuper tollerantia Ordinarij, ad cuius offi-
4 cium ſpectat cognoſcere de huiuſmodi diſpenſatione, vt Felyn.in cap.illud,nume.9. de præſump. vltra quod loquitur, quando cum tempore cōcurrit communis reputatio. Non obſtant deciſ.in cauſa Romana fructuum coram Sāctiſſimo, quia ibi poſſeſſio decennalis deſeruiebat pro adminiculo. Adminicula autem, quæ adducuntur,viſa ſunt ſatis leuia; ad illud enim,quod pro præcipuo allegatur, quod Sanctiſſimus ſuper eadem Eccleſia de anno 1596. appoſuit aliam penſionem ſcutorum mille, cum clauſula,quod ſit ſalua penſio antiqua, ex quo videtur apparere, quod Eccleſia eſſet talis, quæ poterat vtrumque onus ferre,quia quādo iſta reſeruatio faceret aliquam præſumptionem de tempore,quo emanauit, tum nihil infert ad tempus anni 1577. de quo fuit reſeruata penſio,de qua agitur,& quod conſiderari debet, vt in terminis fuit dictum in illa Mileuitana penſionis.

R. P. D. LVDOVISIO.

ANCONITANA ATTENTATORVM.

Veneris, 27.Nouemb. 1609.

Cadit par.2.fol.21. ſub nu.30.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur facta poſt Rotæ inhibitionem.*
2 *Attentata cauſantur etiam in mandato exequutiuo legitimè obtento.*
3 *Inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda.*
4 *Subreptio non allegatur in Rom. Curia, & quare.*

Atten-

1 ATtentata ſunt clara, quia facta poſt inhibitionem Rotæ, cap. non ſolũ, in fin. & cap. Romana. §. quod ſi obijciatur, de appell. in 6. relaxatum enim mãdatum fuit die 19. Maij præteriti, & die 2. præſentata fuit inhibitio in Curia vni ex aduerſarijs, quæ afficiebat etiam contra alios, cum eſſet eorum procurator. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 156. num. 3. de cauſis poſſ. & prop. & die 20. fuit Mercurij, quo ſcribuntur litteræ, quæ tranſmittuntur ad Ciuitatem Anconæ, vt ex fide docetur: die 24. fuerunt iuxta ſolitũ diſtributæ, & conſignatæ litteræ in dicta Ciuitate, & nihilominus die 25. fuit in vim dicti mandati carceratus vnus ex iſtis Tudinis, contra quos erat directum, & die 26. fuit facta exequutio ſuper animalibus, & alijs bonis, quæ animalia 4. Iulij, aduerſarij conduci fecerunt ad hoſpitium, & poni ſubhaſta. Adeſt etiam aſportatio grani, & alia, de quibus per informantes pro Tudinis, non ſolum in ſpretium inhibitionis, ſed etiam contra decretum prouiſionale.

2 Non obſtat, quod contra exequutionem obijcitur de iuſtitia mandati, & iniuſtitia inhibitionis, quia quo ad iuſtitiam mandati, quando illud fuiſſet legitime obtentum, non facit ceſſare attentata, vt latè per Lancell. de attent. poſt inhibitionem ampl. 6. & reuocanda eſt exequutio, quamuis de nouo propter iuſtitiam decreti eſſet facienda. Caputaq. deciſ. 131. licet vbi tenet lib. 1. in manuſcript. plene Lancell. vbi ſupra, ampliat. 17.

3 De iniuſtitia inhibitionis non eſt agẽdum, cum inhibitio, præſertim Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper ſit timenda, & ſeruanda. Put. deciſ. 395. lib. 2. Caputaquen. deciſ. 93. par. 2. Cæſar de Graſſ. dicta deciſ. 6. num. 2. Minus etiam

4 facit, quod dicatur de ſubreptione commiſſionis, quia illa non attenditur in Curia. Cott. deciſ. 113. poterant enim, & debebant adire Signaturam pro reformatione, quando fuiſſet ſubreptitia, & interim abſtinere ab exequutione propter inhibitionem. Lancell. dicta ampl. 6. numero 2.

R. P. D. BONONIEN.

PERVSINA RATIFICATIONIS.
Lunæ, 6. Martij, 1606.

Cadit par. 1. fol. 785. ſub nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Promittens facere ratificare, ratificatione non ſequuta, tenetur ad intereſſe.*
Maximè adhibita omni diligentia. ibi, num. 2.

MAndatum A.C. reuocandum eſſe Domini dixerunt, quia fuit relaxatum contra Comitem Iulium Cæſarem, ad ipſum carcerandum, & in carceribus detinendum, donec faceret, quod D. Gentilis ratificet tranſactionem eius nomine factam, vt promiſerat Comes Iulius Cæſar, & tamen ad id precisè cogi non poterat, ſicut nec ipſe prçciſe poterat ſe ad id obligare, l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verb. oblig. ad intereſſe ex dicta promiſſione de rato tenebatur. Ruin. conſ. 132. num. 1. lib. 1.

1 Regula eſt enim, quod præcisè ad factum etiam proprium quis non teneatur, ſed præſtando intereſſe liberatur, l. ſi quis ab alio, in fin. ff. de re iud. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 502. ſub num. 6. & ſeq. præſertim quia Comes Iulius Cçſar promiſit D. Gentilem ratum habiturum, alias voluit de proprio teneri, quo caſu probato intereſſe, ſuccedit loco facti, nõ ſolum ex diſpoſitione Iuris, ſed etiam ex forma contractus, vt per Dec. conſ. 2. nu. 7. in fin. & ſeq. Purpur. in dicto conſ. 561. poſt numerum 2. verſ. ex quo, & prædicta cenſetur in hac cauſa promiſſum intereſſe in euentum non ſecutæ ratihabitionis. Rip. qui alios allegat in l. quod ſi, num. 46. in fin. ff. ſi cert. pet.

2 Et hæc tanto magis procedunt, quia Comes Iulius Cæſar omnẽ adhibuit diligentiã, vt dictus Gentilis ratificet tranſactionem, & propterea ad nihil aliud teneri poteſt, quam ad præſtandum id, quod D. Seueri intereſt propter non ſequutam ratificationem, vt fuit dictum in vna Aſculana dotis, 23. Febr. 1579. coram

ram Robuſterio, & in vna Romana Pa-
latij, 7. Maij 1590. coram Bubalo, &
diebus præteritis in Anconitana dotis,
coram Pamphilo.

Quod intereſſe debebat prius liqui-
dari, antequam deueniretur ad aliquam
executionem. l. hæc autem. §. 1. ff. ex qui-
bus cauſis in poſſ. eat. Bald. conſ. 165.
lib. 4. Aym. conſ. 164. num. 2. Nauar.
conſ. 27. num. 4.

R. P. D. LITTA.

ABVLENSIS BENEFICII.

Mercurij, 26. Iunij, 1596.

Cadit par. 1. fol. 366. ſub nu. 40.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſimplicia beneficia obtinere po-
teſt.*
2 *Valor beneficij quomodo probetur.*
3 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
4 *Mandatum de prouidendo in forma
dignum, non eſt collatio, ſeu prouiſio.*
5 *Potentia non infert ad actum.*

1 DOmini reſolucrunt gratiam Alua-
ri eſſe iuſtificatam, nam de Cleri-
catu conſtat ex depoſitione Septimi te-
ſtis ſuper quarto, dum dicit, quod de
tempore reſignationis erat Clericus, &
Presbyter, & ſic per conſequens non po-
teſt dubitari de eius idoneitate, quo ad
effectum obtinendi beneficium ſimplex,
quale eſt, de quo agitur, ad gloſſ. in ver-
bo reputamus in cap. primo, de conceſſ.
præben. & not. per Doctores in cap. cũ
in cunctis. §. inferiora, de electione, ma-
ximè cum ex depoſitione primi ſuper
vndecimo conſtet, quod de eo tempore
Aluarus erat lector, & fuerat approba-
tus ad curam animarum.

2 Quod autem beneficium, de quo agi-
tur non requirat reſidentiam, vltra quod
iuſtificari non debet, ſtante Aegidij de-
ciſ. 675. & Rot. diuerſ. 17. parte 1. con-
cludenter probatur ex confeſſione, de
qua in precibus Ferdinandi, l. cum te. C.
de tranſact. Rot. deciſ. 44. de teſtib. in
antiq.

Valor ipſius Beneficij expreſſus, iuſti-
ficatur ex deciſionibus factis ad fauorẽ
Ferdinandi, & ex depoſitione primi te-
ſtis ſuper quinto, qui optimam rationem
ſuæ depoſitionis reddit, & vlterius de-
ponit de publica voce, & fama, maximè
cum pro iuſtificatione gratiæ ſufficiat
ſemiplena probatio. Mohedanus deci-
ſione vigeſimaprima, num. 3. de renunc.
Verall. deciſ. 733. par. 1. fuit dictum in
illa Mediolanẽſis Beneficij, 11. Decemb.
de anno præterito, coram R. P. D. meo
Orano, & in pluribus alijs cauſis.

Quod autem Carolo reſignanti, vna
cum penſione eidem reſeruata centum
viginti ducatorum remanſerit, vnde cõ-
modè viuere poſſit, ſatis ex eo probari
exiſtimarunt Domini, quod iuncta de-
poſitione primi teſtis, iuxta vndecimũ,
& ſuper tertio articulo ſexti teſtis iuxta
decimum, & ſuper ſeptimo articulo, &
ſeptimus teſtis iuxta ſecundum, & ſuper
tertio articulo, cum mandato Procuræ
per eum dato ad reſignandum, conſtat
eidem remanſiſſe redditus ſcutorum ter-
centorũ vltra redditus patrimonij, qui-
bus mediantibus non eſt dubium, quod
quis commodè viuere poſſit, vt ipſi te-
3 ſtes dicunt, & experientia docet, quæ
rerum magiſtra eſt, l. 2. vt in poſſeſſ. le-
gat. & cap. quem ſit, de elect. in 6.

Illud ſolum mihi difficultatem facit,
& non modicam, quod non exhibetur
prouiſio ipſius Aluari, de cuius iuſtifi-
catione agitur, ſed ſolum mandatum
4 de prouidendo in forma dignum, quod
non eſt collatio, ſeu prouiſio. Caſſado-
rus deciſ. 5. nu. 6. vt lite pendente, & te-
nuit Rota in illa Salamantina portionis,
23. Iunij 1586. coram bonæ memoriæ
5 Bubalo. Vnde, quemadmodum de po-
tentia ad actum inferri non poteſt, ita
nec à mandato prædicto ad exequutio-
nem ipſius mandati, quæ vti in facto cõ-
ſiſtens, non præſumitur, niſi probetur ſi-
cuti & factum, l. in bello. §. factæ. ff. de
captiuis, & poſtliminio reuerſis, l. aſſer-
uatio. C. de non numerata pecunia,
cap. cum in iure, de officio delegati, &
licet Domini dixerint, quod ex quo Al-
uarus ab exequutore fuit inductus in
poſſeſſionem dicti Beneficij, fruſtra quæ-
ritur de collatione, cum talis inductio
propriè vim collationis habeat, vt poſt
Ioan-

Ioannem Andræam Compoſtell. & alios in cap. tranſmiſſa, de elect. tradit Rota decif. 16. de conceſſ. præb. in nouiſſ. quæ etiam præſumitur facta ſeruatis ſeruandis, ſtante quod agatur de executione gratiæ abſque contradictione. Put. deciſ. 144. attamen animus meus non acquieſcit, ex quo primus teſtis, qui ſolus deponit de poſſeſſione Aluari, non dicit eum fuiſſe in ea immiſſum ab exequutore dicti mandati de prouidendo, quo caſu intraret reſponſio Dominorum, ſed ſolum dicit, quod vidit de menſe Auguſti 1590. publicare reſignationem, & accipere poſſeſſotium. Vnde cum potuerit dictam poſſeſsionem propria auctoritate, vt ex parte Ferdinandi prætenditur, vel de manu alterius, quam executoris deputati in dicto mandato de prouidendo, accipere non poteſt: propterea concludi in ea Aluarum fuiſſe immiſſum ab ipſo exequutore deputato, ad effectum, de quo agitur, ad textum in cap. in præſentia, de probat. & in l. non hoc. C. vnde cognati, eum vulgatis, & ideo bonum eſſe exiſtimo ſuperſedere in expeditione huius cauſæ, & interim partes ſuper hoc audire, cum melius ſit peccare in tempore, quam in iure.

ILLVSTRISS. LANCELLOTTO.

ILDESIMEN. EXEQVVTIONIS piæ voluntatis.

Mercurij, 5. Iunij, 1602.

Cadit par. 1. fol. 67. ſub nu. 188.

SVMMARIVM.

1 *Termino ad tranſportandum acta dato lapſo, moderatur per Rotam inhibitio.*

2 *Signatura Iuſtitiæ, dum declarando, & non aduerſatur reſcriptui Sanctiſsimi, reſcribere poteſt, & ſi dubitetur ad Signaturam Sanctitatis ſua remittit.*

1 Cum lapſus fuerit terminus præfixus ad tranſportanda acta, neque fuerint tranſportata, Domini dixerunt moderandam eſſe Inhibitionem, iuxta reſcriptum Signaturæ.

Neque obſtare clauſulam arbitrio, quia vltra quod illa non adeſt in corpore Commiſſionis cum vigore illius fuerit præfixus terminus ad tranſportanda acta, hodie non eſt amplius locus arbitrio, nam præfigendo terminum, fuit declaratum eſſe locum præfixioni, ita vt non remaneat amplius in arbitrio, quod clauſula arbitrio Rota intelligatur provt de iure, & tam de iure, quam de ſtylo Rotæ omittant portantes acta, incumbat ei, qui vult cauſam proſequi, non applicatur in his terminis, quia quando appellans eſt negligens, aditur Signatura, à qua obtinetur ſimilis Commiſſio ad effectum grauandi partem huiuſmodi actorum tranſportatione.

2 Neque etiam obſtare, quod Signatura Iuſtitiæ manus apponere non potuerit, ſtante priori Commiſſione manu Sãctiſſimi ſignata, quia reſcripto Signaturæ Iuſtitiæ, non eſt contrarium reſcripto Sanctiſſimi, ſed illius declaratorium, nec de eius facultate diſcutiendum eſt; ſed ad illam partes recurrere debent, quatenus ſentiant ſe grauatas, &c.

R. P. D. PENIA.

RECANATEN. ATTENTATORVM.

21. Iunij, 1591.

Cadit par. 1. fol. 693. ſub nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia geſta poſt inhibitionem Rotalem.*

2 *Auditor Cameræ non poteſt reaſſumere cauſas vigore facultatum, ſi obligatio Cameralis dependet à cauſa corã alio iudice pendente.*

3 *Dependens, & emergens cauſa dicitur, quando ſententia in vna cauſa lata, aliam iuuat, & parit rei iudicatæ exceptionem.*

4 *Commiſsio in manu Referendarij exiſtẽs, non inducit auocationem cauſæ.*

1 Domini dixerunt conſtare de Attentatis: quia cum à ſententia A. C. eſſet appellatio interpoſita, & poſt commiſſam cauſam in Rota inhibitum, quicquid poſtea factum fuit, attentatum cenſe-

cenſetur. Accorambonus deciſ. 53. lib. 1. Achilleſ. deciſ. 7. de attentatis. Put. deciſ. 395. lib. 2.

2 Neque excuſant attentata facultates A. C. reaſſumendi cauſas dependentes ab obligatione Camerali, nam præterquam quod in inſtrumento cenſus, vigore Corradi egerunt contra Barbanum, nulla videbatur adeſſe obligatio Cameralis, vnde intrabat diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. Aim. conſ. 205. num. 17. dicebatur, quod licet talis obligatio expreſſa fuiſſet, adhuc non purgabat attentata, quia facultates A. C. habent in ventre reſtrictionem, ſiue exceptionem, dummodo non dependeant à cauſis coram alijs Iudicibus pro tempore introductis: quare cum cauſa quæ coram A.C. pendebat inter Corrados, & Barbarum, antea per viam appellationis per Barbarum introducta, eſſet in Rota; & cauſa, quæ vltimo loco poſt inhibitionem Rotalem fuit tractata coram A. C. contra Marmilium ad inſtantiam Barbani, & Romani eſſet dependens à cauſa quæ pendebat in Rota inter Corrados, & Barbanum, ſine controuerſia videbatur intrare exceptio facultatum Aud. Cam.

3 Dependentia ſatis videbatur clara, quia ſi Barbanus contra Corradum obtinuiſſet, vel domũ occupaſſet, nõ cõtra Marmilium, vltra agere potuiſſet, quaſi ſibi domus fuiſſet legitimè iuſta: nam ſententia ad fauorem Barbani lata, conſecutiuẽ Marmilium iuuaſſet: cum tunc cauſæ dependentes, & connexæ dicantur, quando ſententia lata in vna, aliam iuuat, & poteſt parere exceptionem rei iudicatæ. Decius conſ. 33. num. 4. Aym. conſ. 181. num. 5. Capiccius deciſ. 122. num. 9.

4 Quod ad effugiendum dubij propoſitionem in Rota pro parte Marmilij dicebatur, in manibus Referendarij extare Commiſſionem ad effectum remittendi cauſam ad Auditorem Cameræ, nihil operabatur, quia neque de iure, neque de ſtylo tranſmiſſio commiſſionis ad Referendarium inducit auocationem cauſæ, aut manus appoſitionem.

R. P. D. ORTEMBERGO.

PERVSINA DOTIS.
5. Decembris, 1607.

Cadit par. 1. fol. 819. ſub num. 272.

SVMMARIVM.

1 *Factum alienum promittens, ſi non adimplet, tenetur ad intereſſe.*
2 *Impoſsibilitas, & difficultas excuſat in facto proprio, multo magis in alieno.*
Limita præmiſſa, vt num. 3.
3 *Factum alienum promittens, quando mãdatum patiatur exequutionem.*
4 *Intereſſe non liquidato, intrat ſors principalis eius loco.*
5 *Verba de faciendo conſentire in mandato exequutiuo poſita, quomodo intelligantur.*

PRoximè in hac cauſa fuerat deciſum, mandatum executiuum ab A. C. relaxatum ad inſtantiam Lutij Bololelli, contra Fuluium de Periglis ad illũ carcerandum, donec dictum Lutium indemnem conſeruaret, & conſentire fa-
1 ceret Hieronymum, &c. eſſe nullum, quia non poterat illud promittere, ſed loco obligationis ad factum, ſuccedit obligatio ad intereſſe, quæ quidem concluſiones Iuris communis ſubſiſtunt. Verum cauſa iterum propoſita, Domini attento ſtylo A. C. pro validitate mandati concludendum cenſuerunt, quia in illo Tribunali paſſim huiuſmodi mandata ad factum alienum relaxantur, & hic ſtylus in iure canonico fundatus videtur, quia promiſſio facti alieni, reſoluitur in promiſſionem diligentiæ, & curæ; ita vt promiſſor teneatur agere, & curare, quod alius faciat, gloſſ. in cap. Eleutherius 91. diſt. & not. in cap. ex litteris, il ſecondo, de ſponſ. vbi But. num. 9. Abb. num. 6. Anchar. num. 4. Felyn. in cap. ex reſcripto, num. 58. de iur. iur. Alex. in l. ſtipulatio iſta, num. 5. & ibi Iaſ. num. 4. ff. de verb. oblig. Conar. in cap. quamuis pactum, 2. par. §. 5. num. 1. & 4. Gabr. conſ. 131. num. 3. cum ſeq. lib. 2.

2 Et conſequenter reſoluitur in factum proprium, l. quoties quis. ff. de verb. oblig.

lib. Alex. & alij in locis ſupra cit. Marāt. diſput. 7. num. 6. in quo facto proprio, ſicuti difficultas, & impoſſibilitas excuſat, multo magis in facto alieno, ſi promiſſor fecit, quod potuit, gloſſ. fin. in d. cap. ex reſcripto, de iur. iur. & ibi Fely. dicto num. 50. in fine. Rot. in dicto cap. ex litteris, il ſecondo, num. 9. & ibi Anchar. num. 4. Abb. in cap. gemma, num. 9. de ſponſ. Dec. conſ. 312. num. 5. Feder. de Sen. conſ. 122. incip. Martinus promiſit. Gabr. d. conſ. 131. & Ruin. conſ. 132. nu. 1. lib. 1. & conſ. 67. in fine, lib. 4. Iaſ. qui de communi teſtatur, in dicta l. ſtipulatio iſta, in princ. Gram. deciſ. 102. num. 110. Afflict. deciſ. 295. & fuit reſolutum in Romana Palatij, 7. Maij, 1580. coram Robuſterio, quia difficultas excuſat in obligarionibus facti, l. ſi vehenda. §. idē iuris. ff. ad l. Rhod. de iact. lib. 2. §. 1. ff. ſi quis caut.

3 Ex hoc obtinet, niſi inter contrahentes aliud ſit actū, conuentumque, vt deberetur pœna, vel intereſſe in euentum, quo factum alienum promiſſum quocūque modo non adimpleretur. Dec. dicto conſ. 313. num. 6. Pariſ. conſ. 110. nu. 6. & 63. lib. 1. & Gabr. dicto conſ. 131. nu. 6. Marant. vbi ſupra, num. 23.

Ex quibus receptus videtur in Tribunali A. C. ſtylus, de quo aliqui ex DD. teſtabantur, vt ſi obligatus ad factum alienum opponat ſe non poſſe adimplere, tunc citetur ad faciendas diligētias, quibus adhibitis ſi appareat de impoſſibilitate, vel difficultate non decernitur, neque relaxatur mandatum ad factum, vt fuit obſeruatum in dicta Romana Palatij, & in Aſculana Dotis, 23. Februarij 1579. coram bo. mem. Orioleñ. & in Perufina ratificationis, 6. Maij 1606. coram R. P. D. meo Ludouiſio, in qua dicitur, quod adhibita erat omnis diligentia ad facien. conſentire.

Vbi verò per obligationem ad factum alienum non fuit oppoſitum ſe non poſſe adimplere, nec fuit oblatum intereſſe, tunc præuia citatione ad adimplendum, & adimpleuiſſe docendum omnia, & ſingula promiſſa, relaxari mādatum ad factum ipſum. Bart. in d. l. ſtipulationes nō diuiduntur, num. 40. verſ. aut ab initio. Caſtren. in eadem l. §. Celſus, nu. 4. verſ. poterat eſſe. Corn. conſ. 256. num. 10. in fin. lib. 4. Galleſ. de oblig. Cam. de vi Inſtrument. num. 10. quod ſi factum deprehenditur impoſſibile, executio fit in eo, quod eſt poſſibile, videlicet in æſtimatione, vel intereſſe in caſibus, in quibus ex conuentione, vel iuris diſpoſitione debetur. Ang. Aret. conſ. 136. nu. 17. & duobus ſeqq. & fuit dictum in ſupradicta Aſculana dotis coram Robuſterio, & in Peruſina ratificationis coram R. P. D. Ludouiſio, & hæc eo magis procedūt in hac facti ſpecie, quia regula, quod ad factum alienum quis præcisè cogi non poſſit, non habet locum in cauſa dotis, l. fin. C. ad Vell. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 33. verſ. 2. Bal. nou. de dot. par. 7. priuil. 4.

4 Non obſtat, qđ intereſſe nō fuit liquidatum, quia quando intereſſe eſt clarum, intrat ſors principalis loco damnorum, & intereſſe, vt in ſimili, qñ in contractu cenſus non adimplentur promiſſa, ſors ipſa petitur loco intereſſe, vt fuit dictum in vna Romana Dotis, 11. Febr. 1585. quæ eſt diuer. 742. num. 1. in fine, par. 1. in mandato autem expreſsum eſt intereſſe quatuor millium in inſtrumēto dotis promiſſorum, & ſic in actis erat liquidatum.

Deinde viſum etiam fuit mandatum A. C. confirmandum, quia non ſolum fuit decretum, & relaxatum ad factum alienum, verum etiam ad proprium vigore obligationis Cameralis, qua fuit promiſſum prædium dotale, illudq; & Lutium, ipſiuſq; hæredes ſemper, & omni tempore ab omni damno conſeruare, quæ verba importent releuationem indemnitatis, & ſic factum proprium.

5 Non obſtant verba mandati de faciendo conſentire, & releuandum, quia illa nō ſunt intelligenda copulatiuè, iuxta tex. in l. ſæpe ita. ff. de verb. ſign. Bald. in l. traditio, num. 4. ff. de act. empt. maximè quando veriſimilis oneris diſponentis id ſuadet, vt non requiratur conſenſus copulatorum. Corn. conſ. 205. nu. 7. lib. 4. vel cum verba in vnum conſonent, vt genus, & ſpecies. Bart. in l. 3. nu. 2. ff. de iuſt. & iur. alias fallentias allegat Alciat. in d. l. ſæpè, quibus caſibus debitor, vnum ex duobus faciendo liberetur.

retur. Put. deciſ.86. libro primo.

Quamuis autem condemnatio facta ſit ad ipſum factum, tamen eius loco potuit ſolui intereſſe, quia id cenſetur iuris interpretatione. Bart. in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur, nu.4. ad fin. verſ. præterea ſi patitur factum, & ibi Alex. num.31. ante fin. Caſt. in §. Celſus, num. 4. verſ. breuiter, & tradit Bald. in d. c. ſi traditæ, nu.1. C. de act. empt.

R. P. D. DVNOZET.

FERRARIENSIS AFFICTVS.

Lunæ, 17. Iulij, 1613.

Cadit par.3. fol.74. ſub nu.141.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes examinati forma remiſſoriè non ſeruata, nulliter ſunt examinati.*
2 *Citatio non facta ad valuas Eccleſiæ, ſed Palatij, eſt nulla.*
3 *Legitimandæ ante omnia ſunt comparentium perſonæ.*
4 *Citatio copiæ cum inſertione totius tenoris, non exequuta eſt nulla.*

CVm dubitatum eſſet in cauſa pendente inter Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Cardinalem Eſtenſem, & Communitatem Bagnacaualli, vtrum teſtes examinati vigore remiſſoriæ Rotalis ad inſtantiam dictæ Communitatis eſſent rectè, & ritè examinati propoſito dubio Domini nemine diſcrepante, dixerunt teſtes nulliter fuiſſe examinatos, & ex multis nullitatibus adductis per informantes, pro dicto Illuſtriſſimo Cardinali, duas potiſſimum nullitates inducere iudicarunt.

1 Harum prima, quia forma remiſſoria non fuit obſeruata, quæ ad vnguem obſeruari debuit, & præteriri non potuit, cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. l. aut qui aliter, in princ. & ibi Bart. ff. quod vi, aut clam, aliter neceſſario nullitas inducitur. Verall. deciſ.111. par.1. Rot. deciſ.80. de dolo, & contumac. in nouiſſ. Achill. deciſ. 14. eod. tit.

2 Et inter multa, quæ deducuntur in ſpecie, hoc videtur releuans circa modum citandi, nam iuxta formam remiſſoriæ debebat citari dictus Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis ad valuas maioris Eccleſiæ, & tamen citatus fuit ad valuas Palatij, quia locus præſcriptus in eadem remiſſoriali ſuccedebat loco domicilij, & ideo abſens ibi debuit citari, clemen. cauſa. §. quod ſi forſan, de elect. gloſ. in clement. 1. de iudicijs. Vnde non potuit mutari locus deſtinatus. Caſtr. num.22. num.3. l.1. Boccat. de litteris remiſſ. c.6. num.10. & cap.8. num.4.

Addi etiã poterit ideo forte locũ fuiſſe à Rota præfixum, quia maior veriſimiliter concurſus eſt populi in Eccleſia maiori, quam in Palatio. Achil. deciſ. 19. de dolo, & contumac.

3 Secunda nullitas clara viſa fuit Dominis ex defectu legitimi mandati, tam pro parte eius, quam pro Communitate, petijt executionem remiſſoriæ, quam pro parte dicti Illuſtriſſimi Cardinalis, quia de neutro ſaltem legitimo mandato conſtat in proceſſu, nam ante omnia legitimandæ erant perſonæ comparentium. Iaſon in l. 2. num.4. C. de Edict. diu. Adrian. tollen. Alex. conſil. 59. nu. 2. lib. 2.

Nec obſtat, quod dieitur eum, qui pro parte Communitatis comparuit, fuiſſe Sindicum, & Antianum, ſed hoc non iuſtificatur, & licet id non fuerit oppoſitũ à dicto Cardinali, conſiderandum eſt nullum tunc temporis comparuiſſe, qui hoc obicere poſſet, deinde idem prætenſus Sindicus, in examine vltimi teſtis, comparuit cum legitimo mãdato, quod prius facere potuerat.

Nec etiam obſtat, quod adducitur, comparuiſſe quemdam ſubſtitutũ à Procuratore habente ſufficiens mandatum à dicto Cardinali, vt atteſtatur Notarius, non placuit Dominis fidem in hoc caſu adhiberi aſſertioni Notarij, nam ex ea ſufficiens non inducitur probatio. Dec. conſ. 512. num.3.

4 Ponderata eſt etiam ab vno de Dominis alia nullitas, ex eo quod non fuit relicta copia citationis, cum inſertione totius tenoris. Puteus deciſ.27. lib. 2. in nouiter impreſſ. Guidobo. deciſ. 1. tit. de citat.

Ex

Ex quibus,& alijs deductis fuſiſſime per informantes pro parte Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Eſtenſis ita fuit deciſum.

R. P. D. ORANO.

ROMANA PECVNIARVM
de Finellis.
Mercurij 8. Aprilis 1598.

Cadit par 1.fol.720.ſub num.250.

SVMMARIVM.

1 *Subbaſtatio,& deliberatio facta pro maiori ſumma debita eſt nulla.*

2 *Mandatum A C. relaxatum ſeruatis duobus terminis conculcate, quando in obligatione non eſt ſuſceptum mandatum eſt nullum, & reuocari debet.*

EX deductis pro parte DD.de Pinellis vti Ceſſionariorum DD. de Troncijs Rota tenuit non eſſe recedendum a reſolutis, quia conſtabat deuenrũ fuiſſe ad ſubhaſtationem,& deliberationẽ bonornm Roſati de Rubels vigore mandatorum ad inſtantiam DD. de Pinellis nulliter,vt fuit reſolutum relaxatorum, & inſimul alterius de Troncijs.

1 Cum autem non poſſet dignoſci occaſione,quorum bonorom,illa, & hoc fuiſſet relaxatum ratione incertitudinis exequutio a nullitate non poterat excuſari nõ ſecus ac ſi ad inſtantiam vnius fuiſſent relaxata plura mandata, nulla,vt fuit dictum in hac cauſa,& in vna Aſſitien.ſubhaſtationis me Ponente Addebat vnus ex omnis, quod etiam ſi mandatum ad inſtantiam DD. de Troncijs fuiſſet validum, quod nihilominus ex quo fuerat exequutum pro maiori ſumma, quam eſſet prætenſum eius creditum non poterat pro parte veri crediti ſuſtineri, vt per Dec. conſ.413.nu.17.Pedem.deciſ.170.nu.1.& omnem difficultatem tollebat, quod in inſtrumento obligationis non fuerat per Roſatum debitorem ſuſceptum mandatum,quo caſu ex ſtilo Tribunalis A.C.debuit relaxatio mandari fieri præmiſſo decreto in citatione ad ſoluendum niſi infra tres,& poſtmodum citari debitor ad videndum relaxari mandatum,alias decretum, & eo pacto per Iudicem interponi decretum niſi ad primam, quia hoc alias non obſeruato A.C. reuocare ſolet mandata tanquam nulla condemnando Actorem in expenſis.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.
CESARAVGVSTANA PENSIONIS.
Veneris 18.Iunij 1610.

Cadit par.1.fol.601.ſub num. 157.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio contrahendi matrimonium cum quacumq. muliere capit etiam viduam.*

Etiam ad penſionem obtinendam,ibi n.ij.

3 *Verba in diſpenſatione apoſtolica ſuperflua eſſe non debent.*

4 *Clauſula nullo tibi iure probibita in diſpenſatione poſita,intellectus.*

5 *Clericatus per bigamiam non perditur.*

Sed Clericorum priuilegijs remanet priuatus ibi.

6 *Clericus licet priuilegium Clericale ſe amiſerit,tamen penſionis eſt capax.*

7 *Bigamus interpetratiue quando dicatur.*

PEr contractum Matrimonij inter Petrum Ximenes de Moriglio Clericũ Ceſaraguſtanum,& Antoniam Ximenes de Arugues,non fuiſſe extinctam penſionem ad fauorem eiuſdem Petri reſeruatam,Domini cenſuerunt,moti ex indulto & diſpeaſatione eidẽ per fel.rec. Clem.8. conceſſis,vt penſiones ibi expreſſas retinere libere,& licite valeat, etiam ſi matrimoniũ cũ quacunq.muliere nullo ſibi iure prohibita cõtraxerit.& carnali copula cõſumauerit,quæ verba indulti ſunt apta cõprehendere etiam viduas, & ponderando verbũ mulitre,quod verificatur etiam cum vidua l.mulieris aopellatione, cũ ibi notatis,ff.de verb.obl.l.exẽpto, §.ſi quis Virginẽ,& ibi gl.in verb.mulier,ff.de act. empt.cũ alijs alleg.tũ ponderando verbũ quacumque quod eſt generale, & vniuerſale c.ſolite in fin. ibi quocumque, & ibi Abb. in vltimo notabili de maiorita. & obedi cũ latiſſime adductis per addentes

ad Rom.conſ.31.& omnes mulieres etiã corruptas comprehendit, ac ſuam retinet ſignificationem, etiam in materia ſtricta diſpenſationis Calder. conſilio ſecundo de conſanguin. & affin. Felin. in capitulo poſtulaſti numero octauo de reſcript. Aimon. conſilio trecenteſimo octauo, numero tertio, & fuit reſolutum in cauſa Faren. penſionis decima quarta Aprilis 1578. coram bonæ memoriæ Clemente Octauo, & per conſequens includit ea, quæ alias, quæ ſub ſimplici diſpoſitione non comprehenderentur gloſ.in Clem. 2.de vit.& honeſt. Cleric.& in Clem.1. in verbo vbicunque de Iudi.Rom.d.conſ.31. num. 2.Samen.ſuper reg. de trienna. quæſt. 2. volumine ſecundo verſiculo tamen iſtis non obſtantibus, ſicuti in diſpenſatione ad beneficia, in qua licet non veniant curata, & Catedrales, ſi tamen diſpenſatio ſit ad quæcumque beneficia illa nihilominus comprehenduntur, Rot.deciſione ſecunda ante finem, verſiculo ſi vero diſpẽſatio de fil.presbit.in no.Sar.d.q.2.cũ allegatis per addẽtes ad d.conſ.Rom.31. verſ.30.facit pluries deciſũ fuit in Rota, & q diſpẽſatus ad retinẽdã penſionẽ, etiã ſi contrahat matrimonium cum aliqua muliere ſibi beneuiſa poſſit contrahere etiam cum vidua fuit reſolutum in cauſa Oſcen. & Barbaſtren. penſionis decima quarta Ianuarij 1602.coram me.

3 Quæ comprobantur in hoc caſu; tum quia alias verbum illud quodcumque, ſtaret ſine effectu, & nihil operaretur, quod non eſt dicendum, l.ſi quando, ff.de leg. primo, capitulo ſi Papa, de priuileg. libro ſexto, neque in materia diſpenſationis, Gom.de offic.& poteſtat. leg. de latere, libro decimo, numero vigeſimo ſeptimo, tum quia per verba ſubſequentia, nullo tibi iure prohibita, apparet Papam voluiſſe ſolum excipere mulieres de iure prohibitas, quæ exceptio firmat regulam quoad alias mulieres non exceptas iuxta notata in l.prima, ff.de reg.iur.

4 Hæc autem reſtrictio per dicta verba, nullo tibi iure probibita non fuit appoſita ad excludendum corruptas, ſed referuntur ad impedimenta iuris canonici, nempe conſanguineitatis, & ſimilium voluit enim Summus Pontifex reſpectu facultatis retinendi penſiones, vti verbis generalibus comprehendentibus quamlibet mulierem nec curauit, quæ nam eſſet mulier cum qua nuberet, non tamen voluit diſpenſare ad contrahendum in gradu, vel caſu prohibito, cum enim in hoc nollet aliquid indulgere, appoſuit verba, nullo iure prohibita, quod ſuadetur, tum ratione vitandæ contrarietatis, vt ſcilicet hæc verba, nullo iure prohibita poſſint compati cum verbo, quacumque, ſupra ponderato, quia licet Clerici coniugati cum Virgine, incedentes in habitu, & tonſura retineant priuilegium fori, & canonis ſi quis ſuadente diabolo, capitulo primo de Cler. coniug. libro ſexto tamen ad effectum vt penſiones extinguantur per contractum Matrimonij, ita extinguuntur ſi Clerici contrahunt cum Virgine, ſicuti ſi contrahant cum Vidua, Gig.de penſio. quæſtione 54.

5 Non obſtant, quod per bigamiam ammittantur priuilegia Clericalia, & facultates retinendi penſiones, non obſtante matrimonio, non operaretur vt poſſit retineri ſine clericatu, quia per bigamiam non ammittitur Clericatus cum ſit caracter, qui imprimitur in anima, nec poteſt deleri, nec in capitulo primo de bigam.in ſexto, dicitur, quod bigamus non ſit clericus, ſed ſolum quod eſt nudatus ab omni priuilegio, licet autem per contractum matrimonij cum Vidua ammittatur priuilegium Clericatus tamen Papa non habuit in conſideratione huiuſmodi ammiſſionem, quod patet ex eo, quia noluit Petrum retinere penſionem non obſtante quod non incederet in habitu & tonſura, quo caſu non gaudet priuilegio Clericatus vt in capitulo ſexto ſeſſione vigeſima tertia Concilij Tridentini, & ideo quid quid ſit quando penſio datur ratione Clericatus vt in deciſ. Put. 459.libro ſecundo & quando quis non habet ordinem clericalem, quo caſu procedit deciſio in cauſa Terulen. coram domino meo Decano, & ſecus eſt quando quis eſt clericus, licet clericatus priuilegium ammiſerit, & quando in facultate retinendi penſiones non cum deſidera

quod

quod gaudeat priuilegio clericali, & ſic etiam tollitur, quod dicitur, Papā appellaſſe Petrū Clericū, quia vltra, quod ſtat demonſtratiue, non reſtrictiue, verum eſt, quod Petrus eſt Clericus, licet priuilegia clericatus non habeat.

Non obſtant, quod verba cum qua-cumque muliere poſſint intelligi de muliere nobili, vel ignobili ſena vel iuueni, & ſimilibus, quia iſtæ qualitates, non conſiderantur ad effectum matrimonij, & ideo debent verificari circa qualitates conſiderabiles, & compræhendere etiam viduas ex ſupra deductis.

7 Deducta ex deciſione Palentina coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto, quod diſpenſatio ad retinendam penſionem non obſtante contractu matrimonij non extendatur ad ſecundū matrimoniū, nō applicatur, quia Petrus nō reiterauerit matrimoniū ſed tātū prima vice cōtraxit, & licet dicatur bigamus interpraetatiue non tamen ſequitur, quod fecerit duos actus, ita vt diſpenſatio fuerit in primo conſumpta ex regul. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verborum obligatione, in qua fundatur allegata deciſio.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.
ROMANA SALVIANI
Interdicti.
Lunæ 14. Decembris 1598.

Cadit par. 1. fol. 201. num. 111.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana ceſſat, ſtante nullitate.*
2 *Sententia lata in Saluiano, poſt inhibitionem Rotalem, eſt nulla.*
Etiam non cognito de iuſtitia præfatæ inhibitionis, ibi numero tertio.
4 *Inhibitio ex commiſſione ſubreptitia, facit attentata, & quare, numero quinto.*
6 *Inhibitio, vt parti intimetur ſufficit.*
7 *Regulæ Cancellariæ prohibens prohibens appellationem ex commiſſionem ante ſententiam declaratur.*
8 *Deciſ. Pereg. cxxxvi. libro ij. declaratur.*
6 *Inhibitiones Rotales ſunt obediendæ.*

1 CVm cauſa appellationis a ſententia per Reuerendiſſimum Dominum Viceauditorem Cam. lata in Saluiano ad fauorem Excellentiſſimi Domini Filippi fuiſſet mihi commiſſa cum clauſula, vt conſtito, quod eſſet locus ægidianæ, vel alias exequutioni ſententiam prædictam exequerer, dubitaui an eſſet locus exequutioni, quo dubio die ſecunda Decembris propoſito nihil fuit firmatum, ſed iterum die decimaquarta eiuſdem menſis cauſa mature diſcuſſa, Domini negatiue reſponderunt, & circumſcriptis meritis cauſæ, ſuper quibus pro parte Illuſtriſſimi Cardinalis non fuerat informatum, moti fuerunt ex capite nullitatis ipſius ſententiæ, qua ſtante non intrat ægidiana, Put. dec. 4. de ægidiana A. Aug. de prohibit. appel. num. 6.

2 Et quamuis plures nullitates deductæ fuiſſent ab informantibus tamen omnes Dominis viſæ fuerunt turbidæ vna excepta, a qua proceſſus Saluari non potuit reſultans ex eo, quia ſententia lata fuit poſt inhibitionem Rotæ, quæ ſiue iuſta, ſiue iniuſt aerat timenda, Rot. deciſ. 26. de appellat. in antiq. Put. deciſ. 295. lib. 2. ita vt omnia poſt eam geſta, vti atentata veniant reuocanda, Caputaq. deciſ. 93. p. 2. cum ſimilibus.

3 Quod procedit etiam non cognito an inhibitio emanata fuerit canonica, ne ſub clipeo cognoſcendi an inhibitio fuerit iuſta vel contemnantur inhibitiones prout eſſe de ſtilo Rotæ teſtatur, Achil. deciſione leptima de attent. in manuſcript. & vigeſimanona de appellat. in impreſſis Acc orambo. deciſione 53. libro primo Mandoſ. de inhibition. quæſtione vigeſima, fuit coram Illuſtriſſimo Domino Pamphilio in cauſa Toletana Fructuum decimaſexta Maij 1586.

4 Et licet in hoc caſu fuiſſet commiſſa cauſa appellationis a ſententia nondum lata, nihilominis etiam ſi reſcriptum ſit ſubreptitium, & nullam tribuat iuriſdictionem adhuc tamen inhibitio eius vigore emanata cauſa attentata, iuxta obſeruantiam Rotæ ſecundum, quam lis fuiſſet reſolutum coram Reuerendo Patre Domino Puteo refert Pereg. dec. 94. lib. 1. incipit fuit concluſum relata

inter impreſſas deciſione 74. parte tertia libro 2. Ant. Aug. deciſ. 373. lib. 3. Achil. dict. deciſ. 7. de attent. & dict. dec. 29. de appell. Quicquid alias Rota antiqua tenuerit, vt in deciſ. 58. de appellat. in no. & apud Egid. deciſ. 239. maxime quia in commiſſione aderat clauſula quam, & quas cuius vigore poterat iudex procedere prout in prima etiam ſi nulla præceſſerit ſententia nec appellatio Pereg. d. deciſ. 94. Et totum negotium principale commiſſum cenſebatur, Sarnen. de infir. quæſt. 34. nu. 4. additio ad deciſ. Rotæ 23. nu. 3. de reſcript. in no.

6 Non obſtant ea, quæ in contrarium opponebantur, & primo, quod inhibitio non fuit iudici intimata, quia ſufficit intimationem factam fuiſse parti iuxta d. deciſ. Ant. Aug. 373. incipit Tomas, libro tertio.

7 Secundo non obſtat regula cancellariæ 36. expreſſe prohibens appellationem ante diffinitiuam ſententiam, illaſq. vna cum commiſſionibus, & omnibus inde ſecutis annullans, quia cum illa regula loquatur in caſu ſimplici non debet extendi ad caſum mixtum, quando non ſolum cauſa appellationis, ſed etiam negotij principalis committitur, vt in terminis huius regulæ tradit Sarnen. de impetrant. benefi. vacant. per obit. famil. Card. quæſtione decimaquinta in fine.

8 Tertio non obſtant deciſ. Peregrini 136. lib. 2. ſecundum quam inhibitio non cauſat attentata, quando is ad cuius inſtantiam emanauit rediiſſet ad iudicē inhibitum, quia hoc tollitur ex facto cum nullus actus coram Iudice inhibito, factus fuerit, licet enim a ſententia lata fuerit iterum appellatum, & alia commiſſio appellationis impetrata, id euenit, quod præcedens commiſſio deuoluebat cauſam appellationis, & nullitatis huius ſententiæ, & licet in termino citationum ad ſententiam procurator Illuſtriſſimi Cardinalis comparuerit, tamen ſemper appellauit & de nullitate proteſtatus fuit.

9 Demum non obſtat deciſ. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Platto in cauſa Romana de Ruſpulis decima Maij 1589. tum quia in illa commiſſione cuius vigore fuerat inhibitum non aderat clauſula quam, & quas tum quia illa eſt fundata in deciſionibus Rotæ antiquis, quas ex ſupra deductis apparet pluries fuiſse a Rota moderna reprobatas; tum quia hoc modo aperiretur via contemnendi inhibitiones Rotales, quod non eſt ferendum, nam iudices in curia exiſtentes facile poſſunt adhibere remedium curando, vel quod moderetur inhibitionem vel quod adeatur Signaturā pro reformatione commiſſionum iudices vero de partibus non debent iudicare ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia inhibitionum Rotalium, quas facile negligerent, vt dicit Achil. dicta deciſione ſeptima de attent. in manuſcript. & ex his fuit concluſum pro nullitate ſententiæ.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO

NEAPOLITANA LIQVIDATIONIS Fructuum,

21. Iunij 1610.

Cadit par. 1 fol. 1243. ſub num. 174.

SVMMARIVM.

1 *Conſcientiæ iudicis cauſæ difficilis probationis committuntur.*

2 *Fructiferæ rei probatio quomodo fiat*

1 PLacuit Dominis Liquidationem
eſſe faciendam ad ducatos 100.
annuos monetæ Regni Neapolis
cum enim hæc materia ſit diffici
lis probationis multum defertur cōſcien
tiæ iudicantis, & ſufficiunt leuiores pro- 2
bationes, Bald. conſ. 323. num. 4. libro pri
mo, & in l. ſecunda, numero 22. C. de
fruct. & lit. expenſ. Corn. conſil. 301. in
fin. lib. 3. Natta conſ. 510. num. 7. libro 3.
3 Surd. conſ. 193. num. 31. & ſepiſſime deci
ſum fuit in Rota, & quando res eſt de ſui
natura fructiferā ſufficit probatio a con
ſuetis iuxta dec. Achil. 22. de reſtit. ſpol.
Surd. d. conſ. 393. n. 31. Nam illud præſu
mitur perceptum, quod percipi conſueuit
Bald. conſ. 323. in fin. lib. 1. & fuit reſolu
tum in cauſa pecuniaria liquidationis
fructuum duodecima Ianuarij 1609. co
ram D. Coccino.

Cum

Cum autem ante venditionem pro tribus annis immediatis bona fuerunt locata pro annuo affictu ducatorum 230.&tumulorum 20.frumenti, & poſt venditionem fuetit facta alia locatio pro alijs tribus annis ad rationem ducatorum 230. & tumulorum grani 20. ſatis probatur, quod ita eſt conſuetum, Natta.dicto conſilio 510.Iaſ.conſ.54.num.21.libro primo & ſuccedit regula, quod probatis extremis, media præſumuntur.

Quibus accedit, quod pretium bonorum fuit ducatorum 35.60.& in alijs cauſis illarum prætium viſum fuit in Rota, quod bona ſtabilia propter indigentiam pecuniæ numeratæ, plus reddāt, quam alibi, quod deſeruire poteſt pro adminiculandis dictis locationibus, ex quibus nihilominus aliquid detractum fuit, vt omnibus conſideratis fuerit facta taxatio ad ducatorum duocentum annuos. Non obſtante allegata confeſſione in articulis, vti non concludente contrarium, & facta ad alium effectum, nempe ſi in euidentem, & abſque ſpeciali mandato, & quæ potuit reuocari maxime docto de errore.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.

OSCEN. PAROCHIALIS
de Morano.
Veneris 10. Decembris 1604.

Cadit par.3.fol.74.num.129.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prima nulla poteſt in ſecunda inſtantia confirmari.*

2 *Sententia prima nulla quando in ſecunda confirmari poſſit, vt nullitas tollatur.*

3 *Sententia prima nulla, non confirmatur per ſecundam nullam.*

4 *Beneficialis cauſa, quæ dicatur.*

1 FVit dictum ſententias non eſſe reuocandas ex capite nullitatis, nam etiā ſi prima eſſet nulla, potuit tamen per iudicem ad quem, coram quo non fuit de nullitate oppoſitum confirmari ſtante illius iuſtitia Innoc.Io.Andr.& alij in c.1. de confirmat.vtil.vel inut. Alex. conſilio 79.nu.5.lib.2.& conſ.111.num.2.vol.5. Rot.deciſ.60.lib.3.Cæſ.de Graſſ.deciſ.9. nu.11.de ca.poſſ.& propriet.Achil.deciſ. 4.eod.tit.& fuit reſolutum in cauſa Peruſina exequutionis 26. Martij 1593.coram R.P.D.meo Decano.

2 Nec obſtat, quod ab hac ſententia confirmatoria fuerit appellatum, & quod donec iſta tranſiuerit in rem iudicatam poſſit de nullitate primæ opponi, quia quicquid dicendum ſit, quando nullitas primæ influeret in ſecundam, vel quando error in prima eſſet expreſſus, in quibus terminis procedere poſſunt allegata in contrarium, quando vitium primæ non influit in ſecundam, prout in hoc caſu, tunc ſatis eſt, quod prima fuerit per ſecundam validam confirmata, cum ſecunda valida claudat viam nullitatis contra primam, Felin.in capitulo ea quæ nu.2. & num.3. verſ.ſed ſi ſecundus, & fuit dictum in vna Viterbien.reſciſſionis tranſactionis, prima Iulij 1569. coram Finetto, & dicitur in deciſione noſtra 7.de re iudicat.in antiq. quod vbi ſententia nulla per ſecundam eſt confirmata a modo prima ſententia confirmata non poteſt allegari nulla.

3 Non obſtat deciſio in cauſa Vlixbonen.coram Illuſtriſſimo Mantica, quia in illo caſu ſecunda ſententia erat etiam nulla ex defectu citationis, & in hoc præcipue eſt fundata deciſio, aliud vero motiuum fuit tactum incidenter.

4 Quod autem dicebatur cauſam eſſe beneficialem non placuit Dominis cum lis non eſſet ſuper titulo beneficij pro vt fuiſſet ad hunc effectum neceſsarium, ex deciſionibus in cauſa Ierdonen. propoſitæ coram D.meo Coccino, & Calaguritana de Maeſta corā me, & alijs ſimilibus.

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.

FIRMANA FONTIS.
Lunæ 5.Iunij 1604.

Cadit par.3.fol.64.num.49.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti tempore mota litis, & ante.*

2 *Teſtibus nulliter examinatis ſi adſint interrogatoria, & ſanatio committatur arbitrio Rotæ per ſignaturam tum attenditur.*

3 *Poſſeſſio antiqua non ſuffragatur ad effectum manutentionis, ſed tempore mote litis.*

4 *Cataſtium non probat ſine conſenſu poſſeſſorum de quorum intereſſe agitur.*

1 CVm conſtet de poſſeſſione communitatis Montis Fortini de tempore litis,& ante teſtibus bene illam probantibus,& deponentibus de locationibus eſſe ſtuatis etiam per ſolutionem affictus, Domini dixerunt dictæ communitati dandum eſſe mandatum de manutenendo, S. retinendæ inſt.de interdict.cum vulgaribus.

2 Neque obſtare, quod teſtes fuerint nulliter examinati, nam omiſſo, quod præceditur ſeruata forma Conſtitutionis Marchæ,quodq.idem modus fuit ab alia parte ſeruatus,ceſſat difficultas ex reſcripto, per quod mandatur reici nullitates arbitrio Rotæ per quam clauſulam arbitrio, quando fuerunt examinati cum interogatorijs partis relaxatur aliqualiter rigor,& ſeruatur æquitas,ita vt huiuſmo di teſtibus ſit adhibenda fides, Creſc.decis.4.de teſtib.Put.dec.302.lib.3. & ſæpe deciſum fuit in Rota, Nec etiam obſtare inſtrumẽtum acquiſitionis de anno 1258 factæ a communitate Amandulæ cum clauſula conſtituti per quam prætenditur in ipſam fuiſſe translatam poſſeſſionem nec non cataſtum,in quibus fundant ſe informantes pro Amandulenſibus, nam quantum ad inſtrumentum anni 1258. non probatur ſontem in eo fuiſſe compræhenſum, neque de eo in illo ſit aliqua

3 mentio vltra quod illa poſſeſſio ita antiqua non poteſt ſuffragari ad effectum manutentionis ad quem attenditur poſſeſſio de tempore litis motæ,aut paulo ante maxime eum de tempore litis motæ probetur ab alio poſſeſſus.

4 Quantum ad Cataſtum non probat ſine conſenſu poſſeſſorum de quorum præiudicio agitur, vt in Cauſa Tudertina confinium de anno 1584.coram,S.D, N.& in cauſa prænestina Molendini 16. Februarij huius anni coram, Illuſtriſſimo Mellino,& tradit,Alex.conſ. 147.in fine lib. 5.

R. P. D. IVSTO.

TOLETANA DECIMARVM.
Lunę 26.Nouembris 1605.

Cadit par. .fol. .ſub num.

SVMMARIVM.

1 *Capitulo Nuper de Deum non derogatur per generale priuilegium, quo ad bona empta eſt locata.*

2 *Capitulo nuper de Decim. non derogatur niſi ſpecialiter dicatur non obſtare.*

3 *Exẽptio a Decimis pro bonis ab eccleſia emptis,non conditis, vel difficillime.*

4 *Clauſula quorum tenores,quando operatur expreſſam mentionem,& quando non.*

1 DEciſum fuit per priuilegia Pauli iv. non cenſeri derogatum diſpoſitio-capitoli nuper de decim quo ad bona empta et locata licet enim confirmet alia priuilegia et de nouo concedat tamen in ipſis non legitur verbum de exemptione decimarum prædialium, & ſpiritualium, quæ debentur de iure diuino, & ordinatio, ſed ſolum de his, quæ imponuntur ab homine extraordinariæ, a quibus non infertur ad ſpirituales, & ordinarias Put.decil.65.lib.3.Rebuff.de decim.q.3. num.23. & ita fuit deciſum coram bo. me.Orano in cauſa Cartaginen.Decimarum 19. Nouembris 1593. quod etiam patet ex verbis priuilegij ibi ab omni impoſitione, & collecta, decima, ſubſidio quarta, & quinta funeralium &c.ac alio quocumque grauamine per ſedem eandem pro tempore impoſitis.

2 Nec facit quod eo ipſo cenſeatur derogatum c.nuper quando ia confirmatione priuilegiorum alicui ordini conceſſorum apponitur clauſula derogatoria conſtitutionum etiam in generali Concilio æditarum,vt dixit Rota coram eodem

3 Orano in illa Conchen.exemptionis decimarum 6.Martij 1587. quoniam cum con-

conceſsum non teperiatur, vtiq. non po-
teſt in hoc caſu dici derogatũ, illud enim
tollitur per derogationem, quod objici-
tur priuilegio, vt in terminis, capituli nu
per reſolutum fuit coram eodem Orano
in alia Oriolen. Decimarum, prima Iunij
1586. vbi plures aliæ allegantur, & cum
ſine dubio nullum verbum habeamus in
priuilegio circa bona empta, & locata,
non poteſt ab ea ex præmiſſis colligi de-
rogatio.

Nec obſtat quod in priuilegio confir-
mentur alia priuilegia antiquorum Pon-
tificum, & eadem de nouo concedantur,
quæ continent exemptionem à ſolutio-
ne Decimarum, quoniam hoc eſt viden
dum ſi opus fuerit, ſi quidem Collegium
ſancti Ildephonſi agit ſolum reſpectu bo-
norum emptorum, & locatornm prætcrea
3 verum eſt, quod in priuilegijs etiam ex-
plicite legitur exẽptio a ſolutione decima
rum ordinariarum nec concedi ſolet niſi
eum magna maturitate, & cauſę cogni-
tione, vt per Io. Aud. in capitulo dudum,
verſiculo ratio diuerſitatis de priuil. &
fuit decisum coram Illuſtriſſimo meo
Lancellotto in cauſa Valentin. Decimarũ
28. Nouembris 1603. & clauſula genera-
lis etiam quorum tenores non opera-
tur expreſſam, & indiuiduam mentio-
nem, quando non fuit facta aliqua men
tio de illo de quo tractatur Veral. deciſ.
121. parte prima. Vnde aliquis ex Domi-
nis dicebãt, quod ſi etiam in priuilegijs
confirmatis fuerant mentio decimarum
prædialium, a quibus priuilegium confir-
mans propterea reciperet declarationem
non faceret in ſubiecta materia, quia
alias ſequeretur, quod clauſulæ generales
in hoc priuilegio Pauli Quarti tolle-
rent dictum effectum intentionis, quod
non eſt dicendum Pariſ. conſilio primo
numero 96. volumine primo & colligitur
ex allegata deciſione coram D. meo Lan
cellotto. Aliqui vero contrarium ſentie
bant, quia non ſolum adeſt confirmatio
aliorum in priuilegio Pauli ius verum e-
tiam noua etiam ceſſio cum derogatio-
ne de qua ſupra dictum eſt ſuper quo ſi
eſſet facta mentio in aliis priuilegiis de
Decimis prędialibus poſſet fratres ſancti
Dominici ſuper hoc particulariter audiri.

Et ità deciſum &c.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

BARCHINONEN. BENEFICIORVM.
29. Iunij 1600.

Cadit par. 1. fol. 229. ſub num. 52.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non poſſiden-
te capta eſt manutenibilis.*

2 *Poſſeſſio iunior cenſetur clandeſtina, &
turbatiua*

3 *Lite pendente ſuper iure patronatus, ſua
poſſeſſione nemo priuandus.*

1 PRo informante .ſ. dandum eſſe man-
datum de manutenendo Philippo,
de cuius anteriori poſſeſſione conſtat ex
inſtrumento illius adeptionis, quæ licet
ſit merę inſtrumentalis, tamen quia fuit
capta alio non exiſtentente in poſſeſſio-
ne, eſt manutenebilis. Rota deciſ. 21. de
reſtit. ſpolia in antiquis Biſin. deciſ. 88.
eod. titulo non obſtante poſſeſſione Mi-
chaelis, quæ tanquam Iunior qui ſumi-
tur clandeſtina, & turbatiua, & Philippi,
qui non habuit ſe pro ſpoliato debetur
manutentio Bar. in lege prima S. inter-
dictum autem numero 20. in l. ſi duo nu
mero ſecundo ff. vti poſſid.

3 Et hæc etiam non obſtante quod fue-
rit capta vigore mandati de immittendo
ab A.C. relaxato, quia cum eius iuſtitia
fuerit in contrarium deducta propter
ſufficientem ſummã laic. iuris patronat.
donec de ea cognoſcatur lite penden.
Philippus non debet priuari ſua poſſeſ-
ſione, ſed in ea mauteneri c.p. Vbi Abb.
numero quarto de reſti. ſpoliat. Dec. cõſ.
97. numero primo Put. deciſ. 497. nume-
ro ſecundo libro ſecundo

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

MEDIOLANEN. BONORVM.
4. Iunij 1597.

Cadit par. 3 fol. 203 ſub num. 220.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Supplicatione ſignata, omnia petita conceſſa dicuntur circa relaxationem iuramenti.*

2 *Relaxatio iuramenti vltimæ tranſactionis ſufficit alijs præcedentibus non expreſſis.*

3 *Succeſſor qui non iurauit iuramenti relaxatione non eget.*

4 *Iuramentum perſonale dicitur & iurantis perſonam non egreditur.*

1 PRo informatione nempe conſtare de ſufficienti abſolutione à iuramento, in caſu de quo agitur, quia Vicarius Mediolanen. ſignando ſupplicationem videtur conceſſiſſe omnia petita Fel. in cap. ſuper literis num. 9. in 4. reg. de reſcrip. & conſequenter facultatem agendi, & excipiendi cum abſolutione, & relaxatione iuramentorum tranſactionis, quæ in effectu dicit contineri, quod Moniales habebant ratam tranſactionem, illi non contrauenient abſolutionem à iuramento non petent & impetrata non vtentur iuxta doctrinam Bald. in l. 2. ff. de iure iur. Roma. conſ. 326. Fel. in c. conſtitutus num. 14. de reſcrip. Pariſ. conſ. 43. num. 15. vol. 3. Rinal. conſ. 34. num. 6. cum ſeq. vol. 1.

2 Neque obſtare alia iuramenta poſita in præcedentibus tranſactionibus quia ſufficit quod petatur abſolutio, reſpectu huius vltimæ tranſactionis quæ hodie impugnatur Roma. ſingu. 499. nu. 2. cum ibi adduct. & tenuit Rota in pluribus cauſis vltra quod ab illis fuit receſſum per vltimam tranſactionem, quod facit, vt cenſeantur etiam remiſſa vincula priorum iuramentorum, quæ conſenſu partium dd. tranſactiones nouantium remitti poſſunt Alex. conſ. 59. num. 2. lib. 1. & ſic non dicuntur plura iuramenta ſed vnicum tantum transfuſum in vltimam, vt declarat Caputaq. deciſ. 393. incip. abſolut. in fi. lib. 1. in manuſcriptis.

3 Et tanto magis Domini venerunt in hanc ſententiam, quia non ſolum pro parte opponen. de periurio non probatur quod moderna Abbatiſſa, & Moniales, quæ hodie agunt ad reſciſſionem tranſactionis ſint ille met, quę iurarunt, vt requiritur ex deductis coram R. D. Robuſterio in cauſa Tiraſonen. decimarum ſub die 8. Octobris 1576. quod imo ex eatum nominatione facta in mandato procuræ ad hanc cauſam conſtat illas fuiſſe diuerſas à nominatis in tranſactione, quo

4 fit, vt tanquam ſucceſſores iurantium, non egeant abſolutione, cum iuramentum ſit perſonale, & non tranſeant ad ſucceſſores quo ad vinculum periurij Innoc. c. veritatis de iur. iur. Bal. in l. etiam in fin. ff. eod. tit. Corn. conſ. 77. ſub num. 11. lib. 4. Dec. conſ. 203. prope fin. Pariſ. conſ. 75. num. 23. Aim. conſ. 142. in fine & fuit reſolutum in cauſa Amerina domus die 4. Maij. 1579. coram b. m. Cantuccio.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.

TOLETANA DECIMARVM. 21. Maij 1586.

Cadit par. fol. ſub num.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptio, non conſuetudo attenditur in materia Decimarum.*

2 *Solutio vt conſuetudinem inducat, qualis eſſe debet, & quando facta.*

1 FVit concluſum in caſu de quo agitur nos verſari in præſcriptione, & de ea agendum eſſe, non autem de conſuetudine, quia agitur de iure eamdem rem bis decimandi, & conſequenter de auferẽdo iure a Comite Oppidi de Madrid & illud acquiren. Archiepiſcopo Toletan. quo caſu dicitur præſcriptio iuxta doctrin. Abb. in c. fin. num. 20. de conſuetud. & in c. cum Eccl. Sutrina ſub nu. 45. & ibi Ripa num. 124. de cauſ. poſſeſ. & propr. quæ eſt communiter approbata vt ex late congeſtis per Rolan. conſ. 5. num. 26. lib. 1. & procedit etiam ſi agatur de acquirendo Ius contra Vniuerſitatem, quæ in hac materia habetur loco priuati. Pute. deciſ. 387. propoſitum fuit lib. 2. & deciſ. 251. eadem die lib. 3.

2 Non obſtat quod quando ſolutio incipit a ſpontanea oblatione dicatur conſuetudo

ſuetudo iux.tex.in c. ad apoſtolicam de ſimonia. Vbi appellatur laudabilis, Abb. in c.ſuam num.4.eod. tit. Caſſad. deciſ. Vnic.de conſuet.quia hic non conſtat de initio ſolutionis voluntariæ prout requiritur in hac materia, vt dicatur conſuetudo Caſtren.conſ.363.num.2.lib.1.Vbi quod ſolutio debet eſſe facta ſpontæ, liberaliter & nulla neceſſitate, vel pactione cogente c.Dilectus filius de Simo. Pedemon. deciſ.99.ſub num.5. Secus vero vbi incipit ab exactione, quia tunc nunquam inducitur conſuetudo, Corn. conſ. 296.ſub.num.5.verſ.ex quibus patet lib. 4.Dec.conſ.215.num.2.verſ.venio ad ſecundum, Abb.in d. c.ſuam ſub. num. 4. & Caſſad.d. deciſ.Vnic.ſub. num. 4. Teſtes.n.dicunt quod arrendatores decimarum exigebant, & licet dicant, quod incolæ ſponte ſoluebant, hoc tamen intelligitur ſine lite, & abſque contradictione non autem quod liberaliter nulla cogente neceſſitate, vt abſque aliqua requiſitione ſoluerint, & obtulerint.

Et ſic tollitur quod ex Caſſad.d.deciſ. Vnic.ſub num.4.deducebatur, quod vbi non apparet de origine præſumitur quod proceſſerit ex mera liberalitate ſoluentium quia ex dictis teſtium potius apparet de contrario cum diſponat de exactione facta nomine redecimæ per arrendatores deputatos,& nullus eſt Caſſad.d.dec. Vnic.de cõſuetud.qui probet aliquã ſpõtaneã,& liberalẽ oblationẽ,de qua loquitur.Et eo magis quia in caſu Caſſa. quælibet oblatio habet aliquam particularẽ rationem præſumen.quod ex liberalitate proceſſerit, vt in benedictione nuptiali, & Baptiſmo propter gaudium, quod exinde communiter baptizantes, & nubentes recipiunt, & tempore obitus, vt Rector pro anima defuncti oraret, & erat etiam valde modica oblatio, ac ſemel tantum fiebat, Hic vero non concurrit aliqua cauſa vera vel præſumptiua liberalitatis exercendæ nam menſa Archiepiſcopalis ſatis ſuperque abundat, vt eſt pluſquam notorium, & ſic cum ei integra & ſufficiens decima ſoluatur pro adminiſtratione ſacrorum & ſubſtentatione menſæ Archiepiſcopalis non eſt præſumendum quod ſoluentes voluerint abſq; cauſa, & aliqua neceſſitate ſibi imponere onus huius ſecundę decimæ quolibet anno, & ſic agitur de perpetua annali, & magna impoſitione, & ex his fuit reſolutum, nos verſari in præſcriptione.

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO.
TOLETANA PECVNIARIA.
13.Aprilis 158r.

Cadit par.1.fol.1012.ſub num.140.

SVMMARIVM.

1 *Sententiandum eſt ſuper eo quod prius liquet.*

Non obſtan:e clauſula ſimul, & ſemel in commiſſione appoſita ibi numero ſecundo.

Quando vna cauſa alteri praiudicialis non ſit ibi numero tertio.

1 FVit per Dominos reſolutum tam ſuper reſtitutione pecuniarum ſolutarum per D.Petrum quam ſuper fraude, & nullitate permutationis ſemel eſſe procedendum, ita quod cauſa de qua prius liquebit prius pronuncietur Specula in titulo de reconuen.§.uidendum verſ.& ſi iudex. Abb.in capitulo primo colu.3. de mutu.petitio num.9.verſ.ſed limita. Dec. conſ.200.num.2.Maranta de ordin. iudic.par.4.diſtin.6.num.10.& 11.

2 Nec contrarium importare clauſulam ſimul, & ſemel in commiſſione appoſitã Egid.deciſ.506.Staph.de liter.iuſtif.§. ſi pars innodata numero 3.alias eſt.§. citatio perſonalis num.17.verſ.puto tamen fol.mihi 183.præſertim cum hoc dictum fuerit arbitrio Rotæ & ſic prout de iure Bar.in extra ad reprimendum in verſ. videbitur num. 8.& fuit reſolutum in cauſa Compaſtollana pẽſionis de anno 1585 coram D.Seraphino Et eo magis cum vna cauſa nõ ſit alteri præiudicialis quia cum D. Bernardinus perceperit fructus Canonicatus,& cãtoriæ etiam quod per mutauiſſet nihilominus,tenebatur ad pẽſionem ſuper illis impoſitam.Rom. conſ. 388.Gig.de penſ.q.9.Mohe.dec.216. Et ita fuit concluſum quod ſi agentes pro D. Bernardino velint ſuper huiuſmodi fraude audiri per viam exceptionis dixerunt Domini quod illos audiam.

IL-

ILLVSTRISSIMO LANCELLOTTO.

BONONIEN. PECVNIARIA.
13.Ianuarij 1581.
Cadit par. t.fol.86.ſub num.195.

SVMMARIVM

1 *Nouatio non inducitur, niſi de illa actũ expreſſe ſit.*
2 *Præſentatio, & acceptatio litterarum cambij quæ operentur.*
3 *Liberatio litteris cambij præſẽtatis quando ſit inducta.*
4 *Bart. Doctr in l ſingularia num. decimonono ff ſi cert. pen Reprobatur.*
5 *Delegatio quando dicatur facta*
6 *Verba ponete a conto non faciunt mercatorem cui littera cambij diriguntur debitorem.*
7 *Tempus exactionis litterarum cambij ſi labatur non liberatur mercator. Declara vt hic.*

1 FVit concluſum quod fallimentũ Bonamici cedere debeat damno Domi
nor. de Amorinis qui licet eorũ literę cãbij in quibus mandant vt Domini Bonamici ſoluant dicto Franciſco Laino fuerint acceptatæ per ipſum Bonamicum, tamen non fuit inducta eorum liberatio, niſi ſequuta ſolutione, quia hodie nouatio non inducitur niſi de ea ſit expreſſe actum l.fin.C.de nouat.Nec releuat lit
2 terarum præſentatio, quia præſentatio
fit ad hoc, vt adueniente tempore campſor ſit paratus ſolutioni, & acceptatio operatur, ꝙ creditor ſequatur fidem dicti cãpſoris taliter, qualiter volunt mercatores ſcilicet quatenus ſoluerit, & poſuerit ad rationem, & propterea dicitur in litteris, quod ſoluat, & ad rationem
3 ſuam ponat, quare cum non fuerit ſequu-
ta ſolutio, nec poſita ad rationem, non dicitur facta liberatio, & fines mandati adimpleti, & ita determinat Salic. in l. ſi filius la 2. verſ. ſed dubitari poteſt ad Maced. Paul. de caſt. in l. delegare num. 4. verſ. vnum ſcias & in l. ſi debitorem nu. 3. de nouatio Soc. in l. qui vſumfructum n. 15. verſ. quarta concl. & ſequũtur Doct. in l. ſingularia vbi late Cagno. in 1 lect. nu. 165. verſ. non obſtat modo. & Bolognet.
4 nu.89. Non obſtat doctrina Bar. in d. l.
ſingularia n.19. ver. ergo dicto campſori vbi videtur concludere eſſe inductam liberationem mandantis quia eſt communiter reprobata per Doctores vt dicit Cur. Iu. num. 27. & Cagnol. num. 161. Bolog. num. 89. ſed contrarium Socc. conſ. 267. col. 3. verſ. aliquando volu. 2. cum alijs adductis hic per informantes, ſolui non poteſt dictam doctrinã habere locum quando fuiſſet facta delegatio vt tenet Alex. in d. conſ. 267. col. 2. ex quibus videtur Dec. in d. l. ſingularia nu. 27. Purpur. num. 82. verſ. & ita ex communi Socc. n. 19. verſ. 5. & vltima concluſio Bolognet. nu. 92. verſ. eſt communis Gabriel. de nouat. concluſ. p. nu. 19. contrarium cũ ſequ. ſed vt ſit locus delegationi requiritur,
5 quod campſor qui acceptat litteras ſit de
bitor delegantis, & vt debitor promittat, & tãquã debitori fiat niſi delegatio alias non inducitur liberatio delegantis ſec. gloſ. in l. quamuis verſ. pro ſecundo circa princip. de nouat. & eſt communis opinio vt per Cagnol. in d. l. ſingularia nu. 265. Iaſon. nu. 36. Bolog. nu. 92. Gabri. d. concl. 1. nu. 26. præterea acceptatio debet fieri per ſtipulationem l. 1. C. de nouatio. d. l. delegare, & non conſtat quod Amerini in eorum litteris vti creditores ita mandauerint, licet dixerint ponatis ad rationem, nec minus apparet quod Bonamicus Cãpſor promiſerit vbi debitor. dd. Amorenorum minus conſtat quod interuenerit ſtipulatio, ſiue promiſſio illam inducens quia tempore factæ acceptationis erat abſens d. Franciſcus l. 1. de verb. obl. §. itẽ verb. inſt. de inut. ſtip. Non obſtat mora ſiue negligẽtia d. Frãciſci in exigendo poſt lapſum x. dierumquia reſpondetur. ꝙ hic nulla eſt inducta nouatio, ſeu delegatio, ideo ex lapſu tẽporis debitor nõ libe
7 ratur, l. publia deponit. Minus d. Franci-
ſcus ſe obligauit ad exigen. intra certũ tẽpus, & etiã ꝙ hoc promiſiſſet, intelligitur, ꝙ primũ fieri cõmode põt, & DD. iudicarũt nõ eſſe lapſũ tantũ tẽpus, vt poſſit ei imputari aliqua mora accedit, ꝙ ſi teſtes probant impedimenta ceſſant etiam difficultates ſtilus, & ſtatutum non applicantur terminis quęſtionis noſtræ. Quare Domini dixerunt, quod Domini de Amorinis teneantur reſtituere d. Frãciſco Gaino ſcuta 400. pænes eos depoſitatos.

IL-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PAMPHILIO. VERONEN. IVRISDICTIONIS. 18.Martij 1596.
Cadit par.1.fol.930.ſub num.71.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet ſua Diœceſi fundatam intentionem ſuper iuriſdictione exercenda.*

2 *Immemorabilis non dicitur probata niſi de illa per tres conformes conſtet.*

3 *Poſſeſſio manutenenda eſt ſi caret iuris reſiſtentia.*

1 DOmini quantum ad cognitionem cauſarum criminalium, & matrimonialium dixerunt dandum eſſe mandatum de manutenendo Illuſtriſſimo Cardinali quia licet ex Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.20.§.ad hæc præſeruetur Decano, & Capitulo, ſeu alijs inferioribus immemorabilis conſuetudo cognoſcendi cauſas criminales, & matrimoniales.Iſta tamen immemorabilis a capitulo non eſt ad huc probata, & dum probatur, Epiſcopus ſolus debet iſtam iuriſdictionem exercere, vt fuit reſolutum per Illuſtriſſimos Dominos Sacri Concilij interpretes. Habet enim Epiſcopus de iure communi ſundatam intentionem exercendi iuriſdictionē in tota ſua Diœceſi c.conquerente de offic.ordin.c. cum Epiſcopus eod. tit. lib. 6.c.omnes baſilicæ 17.q.7.& ex hac iuris aſſiſtentia,etiam non aliter probata quaſi poſſeſſione,dandum eſt ei mandatum de manutenendo c.cum perſona §.fin.cum ibi not.de priuil.in 6.Caput.dec. 30.par. 1.& dec.201.p.2.in impreſſ. & fuit reſolutū de anno præterito in cauſa Bononien. Santi Petronij coram D.Mantica, & alias ſæpius.

2 Non obſtat, quod pro parte Capituli prætendatur probata immemorabilis, quia ſuper illius probatione adhuc pendet remiſſoria,& non dicitur ad hunc effectum legittime probata donec de ea conſtet per tres ſententias conformes, vt habetur in ſupradicta reſolutione Congregationis Cōcilij vltra quod quatenus Capitulum nitatur confeſſione Illuſtriſſimi D.Cardinalis in reſponſione ad poſitiones illa non adeſt.Nam interrogatus de quaſi poſſeſſione Capituli decem, vel viginti annorum,reſpondit,illam eſſe de facto,& contra ius,& quo ad centenariam, & immemorabilem contentam in alijs poſitionibus, dicit illam ignorare,quatenus vero nitatur priuilegijs & ſcripturis, notiſſimum eſt per eas non probari immemorabilem Io.Andr.in c.1.in fi.de præſcr.in 6.Alexand.conſ.16.n.17.lib.3.Maxime cum in eis adſint tantum confeſſiones.Epiſcoporum quæ non præiudicant ſucceſſoribus & Eccleſiæ glo. Abb.Felin. & alij in c.fin.de præſcrip.Federi c.de ſen. conſ.143.nu.2.Ang.conſ.343.nu.8. cum ſimilibus.

Nō obſtat quod in diciſione facta in cauſa Cochen.iuriſdictionis coram D. Mantica dictum fuit Decretum Concilij non loqui de Decano, ſed de alijs inferioribus,quia illud ibi obiter dictum extitit,& in cōtrarium adeſt prædicta reſolutio Cōgregationis quæ expreſſę loquitur,de Decano, & Capitulo, in quibus adeſt eadē ratio aliorum inferiorum.

Non obſtat deciſio in cauſa Palentina Iuriſdictionis coram D.Lancellotto, quia in eo caſu fuerat probata immemorabilis de qua hic non conſtat ſaltem per tres ſētētias cōformes,prout reſolutio requirit.

3 Qantum vero ad ius cōferendi,de quo Concilium non loquitur,fuit dictū dādū eſſe mandatum de manutenendo Capitulo, quia ex pluribus collationibus effectuatis conſtat de eius quaſi poſſeſſione quæ cū nullā habeat iuris,& Concilij reſiſtentiam, eſt manutenibilis §. retinendæ Inſtit.de interd.l.1.vbi Bartol. ff. vti poſſid.cum vulga.

ILLVSTRISSIMO BLANCHETTO. MEDIOLANEN. FRVCTVVM. 7.Iunij 1596.
Cadit par.3.fol.319.ſub num.79.

SVMMARIVM.

1 *Cap.Odoardus Beneficium ſpoliatori per tres ſententias condēnato nō datur Maxime dolo concurrente, ibi.*

2 *Dolus ſpoliatori ex iniuſta cauſa aſcribitur.*

3 *Creditor poſterior in anteriorum præiudicium moleſtari nequit medijs cenſuris clericum debitorem communē,*

Fuit

Digitized by Google

1 FVit dictum Spirafigio aduerſus Cri-
bellum non competere beneficiũ c.
Odoardus quod ſpoliari condemnato nõ
datur ſi dolus concurrat.Rot. deciſ. 2. de
reſt.ſpol.in antiq. Mohed.117. alias 1.de
ſolut.Io.Paul.80. Put. 56.lib.1. quicquid
alias dicendum ſit ſi dolus abſit, & adſit
iuſta cauſa litigandi, vt loquitur deciſio
facta in cauſa Mediolanen.coram D.Blã-
chetto cum alijs in contrarium allegatis.
2 Dolus autem in caſu propoſito ſatis
colligitur ex eo quod Spirafigius non
obſtante clara fructuum reſeruatione abſ
que alia iuſta cauſa ſpoliauit nu.1.C. quæ
bon.ced.poſſ.Ang.Iaſo.&alij in §.fi.inſtit.
de actio Mohed.dicta deciſ. 117. num. 1.
licet enim Spirafigius in partibus obti
nuerit ſententiam pro ſe, eius tamen in-
iuſtitia fuit detecta in cauſa appellationis
per deciſ.rotales, quibus licet tunc iudi
cato requiſiuiſſet obtinendo à Cribello
per viam tranſactionis remiſſionem expẽ
ſarum litis, & partis fructuum, & dila
tionem duorum annorum ad ſoluendum
reſiduum l.ad ſolutionem C.de re. iudic.
tamen poſtea non deſtitit moleſtare Cri
bellum ſubreptitiæ obtinendo Motum
proprium cum extinctione litis, ac caſſa
tione reſeruationis fructum, & detecta
illius ſubreptione ſubſtinendo litem vſ-
que ad ſententiam à qua licet ſtante clau
ſula, omni & quacunque appellatione
remota non potuiſſet appellare nihilo-
minus appellauit, etiam poſtea fuit pro
ſequutus litem ſuper liquidatione fru-
ctuum per duas inſtantias quibus conſtat
Spirafigium in hoc negocio nõ carus eſſe
dolo, & conſequenter non poſſe iuuari
beneficio c.Odoardus præſertim cũ pro
fructibus fuerint iam relaxatæ executoria
les& facta executio in certis bonis ſtabili
bus quo caſu d.remedium non competit.
Mohed.d.deciſ.117.num.2.
3 Hæc tamen Domini dicebant abſque
difficultate procedere inter Cribellum,&
Spirafigium amplius tamen eſſe delibe
randum reſpectu aliorum creditorum de
quo Spirafigius ſeruatis ſeruandis fuerat
admiſſus ad hoc remediũ, an ipſi vti prio
res,& potiores creditores ob eorũ intereſ
ſe poſſint impedire declaratoriã ferẽdã cõ
tra Spirafigium; ne facto Cribelli poſte-
rioris creditoris fiat deterior conditio an
teriorum in penſione fructuum beneficio
rum eis aſſignata, quam non haberet, ſi
Spirafigius excommunicaretur.c.paſtora
lis §.verum cum ibi. notat. de appell. Ro-
ta dec. 8.de ſent.Excom.in anti.Than.de
iure.dec.26.cum reulg.& ideo ſuper hoc
particulariter agitur.

R. P. D. ANDREA.
ROMANA DOMORVM.
Merc.21.Maii.1614.

Cadit par.3.fol.242.ſub num.69.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando cogere emphiteutam ſucceſſorem poſſit ad vendendum infra annum.*
2 *Eccleſia iure ſuo priuatur ſi emphiteuſis tranſeat ad manum mortuam*
Amplia procedere, in omni in qualibet eccleſia loco pio & vniuerſitate ſecu lari ibi numero tertio.
4 *Inueſtitura noua antiqua inueſtituræ iura tollit.*
5 *Conſenſus limitatus limitatum producit effectum.*
6 *Allegare inconueniens, non eſt ſoluere.*

1 DOmini reſoluerunt ſententiam R.
P.D.Colleſii eſſe confirman.Ratio
reſolutionis fuit quia quando res
emphiteutica tranſit ad manum mortuã,
tunc eccleſia Domina directa poteſt coge
re ſucceſſorem ad vendendum infra an-
num vt reincidat in manus priuatorum &
ſubijciatur ſolito hominum commercione
Eccleſia Domina directa fraudetur iure
ſuo dum manus mortua non perit nec ha
2 bet defectum lineæ, & ſic priuetur lauda
mio & ſic ita de facili non poſſit ad eam
reuerti Authen.de alienat. & emphit. in
princ.§.ſi vero corrigerit Specu.Sic de-
clarans in tit.de emphyteuſ.§. nunc ali-
qua numero 142.& ſeq.Vbi ait ita ſerua
ri de conſuetudine Iaſ.in l.fin.numero 91.
verſ.dicit etiam & numero 95. & ſeq. C.
de iure emphyt.Henrich.Boicl.in c. po-
tuit num.16.de locat.Cla.in §.emphyteu
ſis qu.33.in fin.Guill.de Benedict. in re
pet.c.Rainutius in verbo & vxorẽ.nomi-
ne Adaleſiam dec.5.n.5.de teſtam Piul.
ad

ad conſuetud. Aurel.tit.de laudem.§. 14.
cum alijs allegatis per Petrum Pech de
Amortizat.bonor.ca.34.numero primo
Cald.de renouat.emphyt.lib.1.quæſt.19.
num.18.Iacob.Cancel.var. reſol. cap. 11.
num.50.

3 Nec ad hunc effectum viſa fuit ſubſi-
ſtens differentia inter eccleſiam vel lo-
cum pium ac aliam vniuerſitatem ſecula-
rem in quo valde inſiſtebant informan-
tes pro venerabili Archiconfraternitate,
quia eadem ratio non deficientis lineæ
militat in vniuerſitate, & alio quocunq;
collegio Laicali ex quo nũquam moritur
& idem permanet etiam ſi omnes perſo-
næ ex quibus conſtat rebus humanis exi
mantur & mutentur l.proponebatur ff.de
iudic.l.ſicut §.in decurionibus ff.quod cu
iusque vniuerſ.nom.l.ſi grege ff.de legat.
1.l.inter ſtipulantem §.ſacram.ff.de ver.
oblig.per quam rationem ita in Ciuita-
te reſpondit Anchar.conſ.vlt.nu.3.Cor-
bul.de cau.priuat.ob alienat. ampl. 12.
num.5.& per eandem rationem quod ad
iſtum effectum manus mortua dicatur Ec
cleſia, Ciuitas, Collegium, ſiue aliud
quodcumque corpus eccleſiaſticum vel
ſæculare, tenent Pet.Pech.in dict.tract.de
amortizat.cap.2.Camil.Borell. in addit.
ad Bellug. in Specul. Princ.rubr. decima
quarta, §. veniamus litera A, verbo mor
tuam, Calder. vbi ſupra numero decimo
nono.

Licet enim dicta Archiconfraternitas
Sanctiſſimæ Trinitatis aſſerat ſe non eſſe
eccleſiam, neque locum plum ſed Colle-
gium more Laicale quod vendit res ſuas
abſque alia ſolemnitate in rebus eccleſia
ſticis & locis piis ſeruari ſolita ex tradi-
tis per Gabr.de pia cauſa concluſione pri
ma ſeptima, & duodecima, Salaz. de vſu,
& conſuet.cap.8.num.24. verſic.ſecundo
infertur, cum alijs allegatis. Attamen
effugere non poteſt illam rationem quod
in ea quemadmodum in eccleſia & loco
pio linea, aut nunquam aut certo raro ſo
let deficere, & ideo inter alias interpreta
tiones dicit manus mortua, quod ſicut
morientis hominis manus, id quod com
præhendit firmiſſime tenet neque. facile
remittit, ſic etiam quicquid vniuerſitas
ſeu corpus iſtiuſmodi ſemel acquirit &
in poteſtatem ſuam, quaſi in manu acci-
pit tenaciter retinet & non niſi cum ma-
gna difficultate in commune hominum
commercium poſt deinde remittit, vt de-
clarat Rebuff. ad ordin.reg. tom.i. de li-
ter.oblig.art.5.gloſ.5.Petr.Pech.d.ca. 2.
verſ.mihi quidem, & cap.ſeq.

Non obſtat, quod alias Capitulum
conceſſerit domos iſtas Societati S. Anto
nij de Padua, & quod propterea remanſe-
rint alienabiles, quia placuit reſponſio,
quod non poteſt ex hoc inferri, vt hodie
debeant permanere penes confraternita-
tem cum poſt dictam conceſſionem factã
Societate, quæ ob alienationem ſequu-
tã inrequiſiro Domino ceciderat in com
miſſum, poſtea emanauerit alia conceſſio
facta priuatis perſonis a quibus confra-
ternitas haber cauſam, quæ propterea at
4 tendi debet, & non quod antea factum
fuit. Vbi enim adeſt noua inueſtitura ex-
traneis perſonis facta, vel ex mera libera
litate Domini directi cui deuoluta bona
erant tunc nulla habetur ratio qualita-
tum expreſſarum in antiquis inueſtituris,
ſed ſolum in noua conceſſione a qua ſe-
quentes regulantur, Ruin. conſ.15. num.
11.lib.1.Menoc.conſ.593.nu.6.& 7.Surd.
conſ.440.ex num. 48. Vbi multa ad Sa-
turitatem congerit, & in iſtis terminis
fuit conſideratum in Ferrarien.bonorum
29.Martij 1604.corã Illuſtriſ.Lãcellotto.

Nec releuat eaſdem domos fuiſſe de
conſenſu capituli venditas ad vitam, quia
hoc retorquetur contra ſocietatem, quæ
cum dd.domos rehabuerit illas retinere
non poteſt, & ideo cogi debet alljs perſo
5 nis refirmare, conſenſus enim fuit a d effe-
ctum vendendi, & ſic non debet extendi
ad facultatem retinendi, quia conſenſus
limiratus limitarum producit effectum, l.
iubemus, & ibi Doct.C.ad Velleſa. Pariſ.
conſ.19.n.49.lib.3.Verall.deciſ.215.nu.5
par.1.& non extenditur vltra quam ex il-
lo inferatur, Put.dec.188.n3.lib.2.

Allegatum inconueniens, quod tollere-
tur comercium inter confraternitates, &
eccleſias ſi cogeretur dict. confraternitas
nunc vendere, Vltra quod non applica-
tur ad ipſam, quæ ſe facit laicalem, & vl-
tra, quod allegare inconueniens non eſt
ſoluere argumentum ceſſat ex eo, quia
poteſt obtineri licentia Papæ, vt maior
pars confraterniratum habet priuilegium

retinendi bona emphyteutica, quæ dicitur Amórtizatio, & prohibitionis retinendi veluti ſolutio, & laxamentum, vt poſt alios trad. Petr. Pech in dicto tract. de amortizat. bonorum, capitulo primo, & quarto.

Et ita concluſum.

R. P. D. ANDREA.

HISPALEN. PORTIONIS.

Veneris 2. Maij 1614.

Cadit par. 2. fol. 403. ſub num. 56.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas ad effectum excludendi ordinariam collationem plene probanda venit.*

Leuiores probationes ad alium effectum ſufficiunt, ibi numero ſecundo, & nono.

3 *Familiaritatem durare ſemper præſumitur, ſi contrarium non probatur.*

Fallit quando dimittendo familiarem diſſoluitur, ibi num. iv.

5 *Familiaritas, vt contrahatur requirit Mens. & Dens.*

6 *Qualitas iuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*

7 *Familiaritas Cardinalis, ex quibus excludatur.*

8 *Libri, vel rotuli Cardinalis ad probandam familiarem aliquem, nec ne multum probant.*

Maxime iunctis adminiculis, ibi numero xi.

10 *Deciſ. Paleott. 619. num. vi. & vij. lib. iij. p. iij. diuer. declaratur circa familiaritate.*

1 FVit pro maiori patte reſolutum non conſtare de familiaritate Simonis, cum enim illa deduceretur ad effectum reſeruationis ad excluden. prouiſum ab ordinario de hac portione quę per illius obitum vacauerat vtique dicta familiaritas erat plene, & concludenter probanda, Sarnen. in reg. de benefic. vacan. per obit. Card. famil. quæſtione 13. numero 6. verſic. & ita declarantur Simonett. de reſeru. q. 36. n. 5. Verall. dec. 147. p. 1. & dec. 380 p. 2. Tholom. dec. 832. in fin. p. 3. lib. 3. diuerſ. & fuit dictum in Parmen. Canonicatus 26. Iunij 1585. coram Gipſio, & in Salamantina, & Abulen. beneficiorum, 9. Iunij 1599. coram Penia, & in Hiſpalen. beneficii de Gibraleon 7. Maij 1607. coram Reuerendiſſimo Bononien. & in ſpecie in hac eadem Eccleſia in Hiſpalen. Archidiaconatus 20. Febr. 1606. coram Iuſto. Quicquid ad alium effectum ſufficiant lęuiores probationes,
2 vt diſtinxit Rota in Salamantina Cappellaniæ del voto 20. Nouembris 1592. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.

Probatio aũt D. Frãciſci prouiſi Apoſtolici viſa eſt DD. non ſolũ turbida, & æquiuoca, ſed etiam deſtructa, & conquaſſata per probationem Gaſparis, qui fuerat prouiſus ab ordinario.

3 Licet enim inter partes non controuerteretur Simonem ante annum 1598. per plures annos fuiſſe familiarem bo. mem. Cardinalis de Caſtro, quæ familiaritas ſemper præſumitur durare niſi probetur
3 contrarium, Sarnen. vbi ſup. n. 5. in fi. verſ. eſt tamen verum, Simonett. d. q. 36. n. 4. Gamb. de offic. legat. lib. 3. n. 164. & tenuit
4 Rota, in d. Parmen. Canonicatus coram Gipſio. Attamẽ iuxta depoſitiones teſtiũ Gaſparis infra allegan. d. familiaritas fuit diſſoluta de anno 1598. quo Simon fuit licẽtiatus, & dimiſſus a familiaritate dicti Cardinalis, Io. Andr. in c. fi. nu. 7. verſ. ſi ergo Dominus, & ibi Gemin. n. 9. de verb. ſignif. in 6. Bal. in l. 1. n. 4. verſ. & qui dicatur, C. de Epiſc. & Cleric. Mil. in verbo familiaris, quando dicatur, Sarn. d. q. 13. n. 3 verſ. ſi vero recederet, & nu. ſeq. Mandoſ. in reg. 32. q. 13. n. 14. de tempore, vt deponunt ijdem teſtes, Simon diſceſſit e domo, & ſeruitio Cardinalis, & habitauit in alia domo ſeorſum prout ad probandam diſſolutionem Societatis eſt tex. in l. Itaq. ff. pro ſoc. per quem ita tenet Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. p. 11. nu. 12. verſ. Quinto diſtrahitur, Alex. conſ. 92. n. 3. lib. 2. Natt. conſ. 100. n. 4. Menoc. conſ. 12. n. 27. Hect. Felic. de ſociet. c. 35. n. 1. Ad cuius inſtar ſocietatis ſe habet familiaritas Simonet. de reſer. q. 35. n. 5. Doct. in c. fi. vbi Gem. n. 9. Franc. n. 14. de verb. ſign. in 6. & præſertim quia abinde citra non

recipit

recepit ſolitam portionem vulgo la par-
5 te, neq; ſalarium Cardinalis, vt dicunt
omnes teſtes, & tamen ad contrahendã
familiaritatem requiritur mens, & dens,
& ſic præſtatio victus, vt in d.cap.fin. vbi
omnes DD. Anchar. conſ. 398.n.2. Sar-
nen. in reg. de impetr. benefic. vacan. per
obit. familiar. Card. q. 13. in princ. & q.
14. nu. 5. in fin. Menoch. de arbitr. caſ.
552. nu. 2. & 5. prout neque inſeruiuit in
eius officio, ad quod fuerat deſtinatus, ſi-
cut antea, nec in aliquo alio certo ſerui-
tio, vt diponunt ijdem teſtes, quod eſt ſe-
cundum extremum in hac materia om-
nino neceſſarium. Franc. in d.c.fin.num.
Sarnen. vbi ſupra q.13.nu.8. verſ. eſt be-
ne verum Mandoſ. in reg. 32. q. 10. n. 3.
Menoch. caſ. 801. nu. 127. & d. caſ. 552.
nu. 7. & fuit dictum in illa Salamanticen-
ſi, & Abulenſi beneficiorum coram Pe-
nia, & in d. Hiſpalenſi Archidiaconatus,
coram Iuſto, nec amplius dicta familia-
ritas fuit renouata, vt concordant om-
nes teſtes eiuſdem Gaſparis.

Vnde cum Simon de hac portione
fuerit prouiſus de menſe Octobris anni
1599. quo tempore familiaris eſſe deſie-
rat, dici non poteſt illam fuiſſe reſerua-
tam ex quo regula tertia, qua nititur D.
6 Franciſcus, reſeruat tantũ beneficia, quæ
familiares obtinent durante eorum fa-
miliaritate, & qualitas iuncta verbo in-
telligitur ſecundum tempus verbi l. in
delictis. §. ſi extraneus ff. de noxal. actio.
l. Titius ff. de teſtam. milit. & in puncto
Mohed. dec. 23. nu. 1. de præben.

7 Quod autem dicta familiaritas fuerit
diſſoluta de anno 1597. nec vlterius re-
nouata, probant quamplures teſtes pro
parte Gaſparis ſuper tertio, & quarto, ex
primis, & ſuper ſecundo, ex additionali-
bus in eius ſummatio nu. 2. qui dicunt,
quod quamuis Simon fuerit familiaris
Cardinalis, tamen ipſe fuit licentiatus
de menſe Auguſti prædicti anni 1598.
quodq; ipſe ex tunc remanſit perſona
libera, nec amplius inſeruiuit Cardinali
eius vita durãte, nec fuit habitus, tẽtus,
aut reputatus pro familiari Cardinalis,
ſed operam dedit alijs prætenſionibus,
fuitq; factus Inquiſitor Oppidi de Lere-
na, & ſubiungunt ferè omnes, quod hac
de cauſa Simon non aſſociauit Cardina-
lẽ ad nuptias regias, quę poſtea celebra-
tę fuerũt Valentię, quodq; in libris Car-
dinalis, in quibus erant deſcripti omnes
familiares Cardinalis, non erat deſcrip-
tus Simon, & quod quolibet menſe fie-
bat rotulus familiarium Cardinalis, &
qui non erant deſcripti in rotulo, non
erant, nec reputabantur familiares Car-
dinalis, & ſupradicta omnia probant per
optimas, & concludentes rationes, ſcili-
cet quia erant familiares Cardinalis, &
quia viderunt libros, & ità quoque vide-
runt fieri, & obſeruari abſq; eo, quod vi-
derint, ſciuerint, aut audiuerint aliquid
in contrarium, quod ſi extaret, eſſe non
poſſet, quin illud ſciuiſſent, aut audiuiſ-
ſent, propterea quia erant familiares, &
continui commenſales, & addunt quoq;
alias rationes.

Cum qua depoſitione, quæ ſola per ſe
ſufficeret, concordat liber, ſeu rotulus
Cardinalis, in quo in menſe Auguſti an-
ni 1598. leguntur hæc verba (Salen
de racion el Contador Ioan de laſciua
infermo, y el Racionero Gaſtclu auſen-
te) & in menſe Nouembris eodem anno
quando Cardinalis aderat Madrit, &
mãdauit illi dari portionem per aliquot
dies adſunt hæc verba (Simon de Gaſt-
8 clu entra en Racion el primer dia, y no
va contado en eſte numero) ideſt in
numero familiarium. Quibus libris, &
rotulis ad probandam affirmatiuam,
ſeu negatiuam familiaritatis plurimum
ſolet deferri, Pariſ. conſ. 136. nu. 32. lib.
4. Menoch. præſumpt. 78. num. 3. ad fin.
verſ. ſic reſpondit lib. 2. Put. deciſ. 411.
num. 1. lib. 1. Simonett. vbi ſupra nu. 15.
& dixit Rota in Comenſi beneficij, 18.
Martij 1596. coram bo.me. Cardali Pã-
philio, & in Hiſpalenſi beneficij 7. Mar-
tij 1614. corã Reuerendiſs. Bononienſi.

9 Quibus non fuit viſum obſtare dedu-
cta per D. Franciſcum, & primo quod
Simon eſſet familiaris Cardinalis ante
annum 1598. & ideò D. Franciſcus ha-
beat fundatam intentionem in præſum-
ptione iuris, quod etiam eſſet familiaris
de anno 1599. quando ſibi fuit collata
hæc portio, quia probato initio pręſumi-
tur cõtinuatio, vt in induiduo fuit dictũ
in illa Parmeñ. Canonicatus, coram
Gipſio, & tradunt Sarnen. & Simonett.

ſupra allegati. Hoc enim ceſſat ex ibidẽ deductis; ſi quidem de anno 1598. dicta familiaritas fuit diſſoluta, nec conſtat vlterius illā fuiſſe renouatam, prout D. Frãciſcus tenebatur probare ex trad. per Sarnen. in d. reg. de benefic. vacan. per obit. famil. Card. q. 13. nu. 4.

Non obſtant teſtes examinati pro parte D. Franciſci, qui dicunt Simonem de tempore prouiſionis, ſcilicet de anno 1599. ante, & poſt fuiſſe familiarem, & continuum commenſalem Card. ſumm. num. 1. & comprobantur ex alijs teſtibus de eorum indicio, & de publica voce, & fama num. 2. necnon ex teſtibus examinatis in lite per ipſum Simonem intentata pro ſalario vſque ad obitum Card. num. 3. & 4. Omiſſo enim, quod aliqui ex prædictis teſtibus ſunt ſibi contrarij, dum alij dicunt ipſum remanſiſſe Hyſpali de anno 1598. cum alijs famulis non licentiatis in domo Cardinalis, cum portione, & ſalario: Alij vero negant: & quod teſtes in cauſa ſalarij fuerunt examinati inter alios, & omiſſis alijs exceptionibus contra illorum dicta, de quibus hic per informantes pro Gaſpare: In iſto concurſu Domini exiſtimarunt potius eſſe ſtan. teſtibus eiuſdem Gaſparis, qui deponunt contra familiaritatem, quia ſunt plures numero, reddũt meliorem rationem, & vt colligitur ex eorum depoſitionibus, videntur melius informati, & melius diſtinguere tempora, & habent concomitantiam rotulorum, & librorum Cardinalis, & adminiculantur ex notulis collationum, vt ſupra late fuit dictum in diſcurſu.

10 Non obſt. dec. Paleott. 619. nu. 6. & & 7. par. 3. lib. 3. diuerſ. vbi quod hi libri non ſunt de ſubſtantia ad proban. negatiuam familiaritatis, cum poſſit quis eſſe familiaris, licet non comedat in tinello, vt puta quia recipit portionem in pecunia, vel eam habet extra domum Cardinalis, Sarnien. d. q. 13. nu. 7. verſ. eſt tamen vlterius. Simonett. q. 35. n. 23. Menoch. caſ. 201. nu. 119. & caſ. 521. nu. 5. & quia in ſcribendis libris potuit eſſe error ſcribentis, qui omiſerat ſcribere. Quia illa deciſ. Paleotti non negat, quin ex huiuſmodi libris poſſit probari familiaritas, ſed quod illi non ſunt de ſubſtantia ad illam proban. cum alijs etiam modis poſſit illa probari, & quia ſcribens per errorem potuit omittere. In his autem libris ferè omnes teſtes dicunt, quod qui non erat deſcriptus, non habebatur pro familiari, quod etiam deponũt aliqui ex teſtibus D. Franciſci, ità quod de ſubſtantia probationis, iuxta ſtilum Cardinalis, hęc ſcriptura videretur eſſe neceſſaria, ad gloſ. in c. 1. §. poſtquam verbo, in ſcriptis. de cenſ. in 6. & non ſolum de menſe Auguſti anni 1598. & ſequenti vſq; ad obitum Cardinalis D. Simon non fuit deſcriptus in libris, vti familiaris, quo caſu poſſet intrare poſsibilitas non deſcriptionis ob errorem, de qua in deciſ. Paleotti, ſed etiam fuit adnotatum in dictis libris, quod ei fuerat dempta portio, & quod in oppido Madriti fuit ſibi data per aliquot dies, non vti exiſtenti de numero familiarium, ità quod non poſsibilitas, omiſsionis, ſed certitudo ſcriptionis attendi debeat.

Idq; eo magis eſt dicen. quia cum dictis libris ſe conformant teſtes Gaſparis, ſummario nu. 2. & ſignanter primus ſuper primo, & ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, octauus, nonus, duodecimus, & quartodecimus ſuper tertio, qui deponunt, quod licet in oppido Madriti Simon habuerit ſtantiam, & partẽ in domo Cardinalis, hoc tamen fuit per ſpatium tantum 24. dierum, & non illa habuit vti familiaris Cardinalis, ſed tãquam hoſpes, & quod ob hanc cauſam finitis dictis 24. diebus, Simon redijt Hiſpalim, nec Valentiam ſe contulit aſſociando Cardinalem, prout fecerunt alij familiares, & tam teſtes prædicti, quàm cæteri ipſius Gaſparis in ſola ratione librorum non conſtituunt fundamentum excluſionis familiaritatis, ſed etiam quia Simon deſijt in ſeruire officio, ad quod fuerat deſtinatus, vt ſupra dictum eſt.

11 Pręterea licet libri, & Rotulus non ſufficiant pro plena probatione in hac materia, negari tamen non poteſt, quin magnam faciant præſumptionem, adeoq; iunctis adminiculis plene probent, vt ex Put. d. dec. 411. tradit Simonett. vbi ſupra, & firmauit Rota in d. Comeñ. beneficij corã bo. me. Card. Pamphilio, & in d. Hiſpaleñ. beneficij corã R.mo Bononieñ.

Quia

Quia adminicula hic concurrunt,cum enim Cardinalis eſſet ſolitus in collationibus beneficiorum factis eius familiaribus facere mentionem de familiaritate, ratione,de qua hic per teſtes hac mentione non fuit vſus in collatione facta Simoni, argumento ſumpto ab vſu Patris familias l.hæredes palam §. ſed & ſi notam ff. de teſtamen. l. ſi ſeruus §. fin. ff.de leg.1.cum alijs per Mandoſ.in prohem. regul. quæſt.2. num.4. prout de dicta conſuetudine conferendi, cum hac enunciatiua familiaritatis, & quod in hoc adhibeatur magna cura, & diligentia, deponunt teſtes eiuſdem Gaſparis ſummario numero 6. & de hac diuerſitate inter collationem Simonis, & aliàs patet ex ipſis collationibus ſummario numero 7. & 8. Deducitur quoque aliud adminiculum ex eo, quod veſtes lugubres tempore obitus Cardinalis non fuerunt datæ Simoni, ſicut fuerunt datæ ceteris familiaribus, vt deponit primus teſtis ſuper tertio ex primis, & hic per informantes pro Gaſpare. Vltimo concurrit publica vox,&fama, de qua deponunt omnes teſtes Gaſparis ſummario numero 3.quod Simon à prędicto anno 1598. quo fuit licentiatus à Cardinali, vſque ad obitum illius, non fuit eius familiaris. Quæ ex abundanti dicuntur, cum vt ſupra oſtenſum fuit, teſtes de certa ſcientia, & de viſu plenè, & concludenter probent, hanc diſtractionem, & diſſolutionem familiaritatis.

Et licet aliqui ex dictis teſtibus depoſuerint contrarium in cauſa Salarij tamen illis ſemotis, adhuc remanent tot teſtes, qui ſufficiunt pro excluſione reſeruationis, & contra prætenſionem Salarij multum facit declaratio ipſius Simonis in teſtamento, in quo remiſit hæredibus Cardinalis illam ſuam prætenſionem,quod potuit euenire ex agnitione bonæ fidei. Et ita concluſum pro maiori parte non conſtare de familiaritate Simonis.

Ex Annotationibus R. P. D. Coccini Decani lib.2. Annot.217.

SVMMARIVM.

1 *Papa alternatiuam Ordinario concedendo, manus ſibi non ligat.*

2 *Papa concurrit cum Ordinario conferendo beneficia, illo negligente.*

3 *Clauſula, dudum, ponitur in litteris Apoſtolicis, ſi agatur de beneficio reſeruato ratione menſis.*

4 *Clauſula, dummodo collatio ad nos pertineat, ponitur, ſi agatur de beneficio reſeruato.*

5 *Clauſula, dummodo tempore datæ non fuerit alteri ius quæſitum apponi ſolet, quando agitur de beneficio reſeruato.*

6 *Clauſula, dummodo tempore datæ præſentium nõ fuerit alteri ius quæſitum, nemini voluiſſe Papam præiudicare, oſtendit. & num.10.*

7 *Alternatiuæ derogare, quando Papa ſit neceſſarium, nec ne.*

8 *Decretum irritans Papam non ligat, niſi adſit verbum, per nos, &c.*

9 *Decretum irritans, inducit præſeruationem voluntatis.*

Alternatiuè derogatio requiritur in gratia præuentiua.

IN cauſa Elueñ beneficij, 21. Iunij anni 1604. fuit dubitatum coram R.P.D.Pennia Decano, An intraret prouiſio Apoſtolica, ad quem effectum
1 ſtante alternatiua conceſſa Ordinario, eſt videndum, an Papa potuerit, & voluerit concurrere cum ipſo Ordinario. Et quantum ad poteſtatem,non eſt dubitãdum, quia Papa per conceſſionem alternatiuæ, non cenſetur ſibi ligaſſe manus, vt in ſex menſibus ordinaadorum non poſſit conferre, cum ipſe ſit vniuerſalis Ordinarius, cap.per principalẽ, & cap. cuncta per mundum, quæſt.3. bene Abb. in cap. quia diuerſitatem, num. 5. de conceſſ.præben. Vbi, quod Papa
2 etiam ceſſante negligẽtia Ordinarij poteſt cum eo concurrere, & de beneficijs prouidere, & fuit latè deductum in cauſa Metenſis Canonicatus, 8. Nouembris 1577. coram bonæ memoriæ Domino de Rubeis, vbi aliæ deciſiones allegantur. Papa enim non cenſetur tantum conceſſiſſe, quin maiorem facultatem

 ſibi

Digitized by Google

ſibi non reſeruauerit, cap. dudum.§.nos
igitur, de præben. in ſexto , imò ſi aliter
fuiſſet factum non teneret. Aymon.conſ.
126. num.4. verſ. itaque ſi Papa.

3 Quod autem Papa voluerit concur-
rere, videtur ſatis clarum, quia prouiſio
non fuit facta vti de beneficio reſerua-
to, ratione menſis, quo caſu ſolet poni
clauſula, Dudum, &c. vt fuit reſolutum in
Romana Capellaniæ ſancti Petri, 9. De-
cembris 1602. coram R.P. Domino meo
Millino, nec minus fuit poſita clauſula
4 dummodò collatio ad nos hac vice per-
tineat, quæ ſolet apponi, quando Papa
prouidet de reſeruato, Simon. de reſeru.
quæſt. 61. numero 3. Sed eius loco fuit
5 poſita clauſula, dummodo de tempore
datæ præſentium non ſit alteri ius quæ-
ſitum, quæ clauſula ſolet apponi in col-
lationibus beneficiorum non reſeruato-
rum. Sarnen. ſuper reg. de non toll. iur.
quæſ. quæſtione 1. in ptinc. & fuit dictũ
in cauſa Hoſtuneñ. Capellæ, 17. No-
uembris 1600. coram R. P. Domino
Iuſto.

6 Non obſtat, quod per dictam clauſu-
lam, dummodo, &c. Papa non intelligit
præiudicare prouiſis. Rot. deciſ. 7. de
præben. in nou. cum alijs latè deductis in
dicta Hoſtunen.

Quia, non conſtat de prouiſione fa-
cta de eo tempore alteri, nec officit pro-
uiſio facta Petro per Ordinarium, quia
cum de ea appareat per ſcripturam pri-
uatam, propter ſuſpicionem antidatæ,
nón debet præferri prouiſioni Apoſto-
licæ expeditæ in publicam formam, l.
ſcripturas. C. qui po. in pig. hab.

Nec facit, quod diſpoſitio dictæ l.
ſcripturas ceſſat, ſi ex adminiculis ceſ-
ſat ſuſpicio antidatæ, vt in cauſa Roma-
na pecuniaria, 3. Decembris 1593. co-
ram Illuſtriſſimo Domino meo Cardina-
li Pamphilio, prout videtur ceſſare in
caſu iſto ex teſtibus qui dantur.

Quia plures exceptiones concurrunt
contra iſtos teſtes. Nam primus dicit,
quod beneficium vacauit de menſe
Martij, & tamen vacauit de menſe Fe-
bruarij, ſecundus fundatur in litteris ſui
fratris, tertius in titulo ſibi oſtenſo per
Petrum, & ſic non poteſt plus probare,
quam probet titulus Petri, & quicquid
dicant teſtes, maxima eſt præſumptio
contra Petrum, cum prouiſiones per ſcri
pturas priuatas fieri non ſoleant.

7 Nec releuat, quod Papa non deroga-
uit alternatiuæ, quæ derogatio videba-
tur neceſſaria, quia ego pro reſolutione
diſtinguebam duos caſus.

Primus eſt, quod aut ſumus in gra-
tia præuentiua, ſcilicet quæ præuenit
vacationem, & hoc caſu requiritur de-
rogatio alternatiuæ, & ita loquitur Put.
deciſ. 215. & deciſ. 222. lib. 1. & Mohed.
deciſ. 1. de conceſ. præben. in quibus ca-
ſibus non controuertebatur, an fuiſſet
neceſſe derogare alternatiuæ, quia Rota
tenet, quod ſpecialis mentio debeat fie-
ri alternatiuæ, ſed an per clauſulas ge-
nerales fuiſſet ſufficienter derogatum,
ſed iſte non eſt caſus noſter, quia non
ſumus in gratia præuentiua.

Secundus caſus eſt, quando Papa vult
concurrere cum Ordinario, & in hoc
caſu non eſt neceſſe derogare alternati-
uæ, & eſt deciſio in his terminis. Quiro-
gę 13. in manuſcript. & iſte eſt caſus no-
ſter, quia non ſumus in gratia præuenti-
ua, ſed per obitum, & Papa concurrit cũ
Ordinario, quare non fuit neceſſe dero-
gare alternatiuæ.

Hanc diſtinctionem collegi ex ſenten-
tia maiorum noſtrorum in allegata cau-
ſa Metenſi coram Domino de Rubeis,
quæ loquitur, an ſit neceſſe derogare cõ-
cordatis Germaniæ, & diſtinguit quod
aut Papa concurrit, & non eſt neceſſe
derogare, aut ſumus in gratia præuenti-
ua, & eſt neceſſe derogare.

8 Nec obſtat decretum irritans poſitum
in alternatiua, quia non ligat Papã, cum
non dicatur, etiam per nos. Et ita fuit
concluſum in dicta Meteñ. vbi aliæ deci-
ſiones allegãtur, & circa hoc caput bene
9 deducebatur per informantes, & aduer-
tatur, quod dictum decretum regulari-
ter ſolum inducit proteſtationem defe-
ctus voluntatis in diſpoſitione ſequen-
ti, Bart. in l. ſi quis in principio teſtamen-
ti num. 3. ff. de leg. 3. Pariſius conſ. 41.
num. 26. lib. 4. Roman. conſ. 436. num. 9.
verſ. ergo iſtud. Silua de benefic. parte 3.
10 quæſt. 14. & ſic non ligat Papam, quan-
do ſuper eo ſciẽter diſpoſuit, etiam quod
de dicto decreto nullam fecerit mentio-
nem

Digitized by Google

nem. Alexander conſ.111. num.19.vol. 6.vbi quod ſi Papa reſcribit ad præiudicium tertij,etiam quod reſcribat in caſu, quo lex ſpecialiter derogat reſcripto, ſi tamen apparet de eius ſcientia illa ſufficit abſque clauſula, non obſtante, & nu. 20.dicit quod ita ſeruat Curia Romana. Aym.conſ.102.nu.3.verſ.3.vidẽdus eſt lib.2.Ioan.Anan.conſ.56.num.3.vbi de commune,& conſ.81.num.4.

11 Volui inueſtigare rationẽ differentiæ, quare in gratia præuentiua requiratur derogatio alternatiuæ,& quare nõ, quãdo Papa concurrit, & reperi hunc quoque articulum fuiſſe diſcuſſum per maiores noſtros, vt per Puteum deciſ.235. num.4.& 5.lib.2.Ratio eſt, quia quando Papa cõcurrit cum Ordinario ſcit, quod præiudicat Ordinario, ſecus autem eſt in gratia præuentiua, ſcilicet,quæ præuenit vacationem, quia beneficia poteſt vacare tam in menſe alternato, quam non, & ideo cenſeri non debet Papam voluiſſe præiudicare Ordinario, quod etiam probatur ex rationibus ſupradictis.

Hæc difficultas per alios DD. non fuit diſcuſſa, quia credebant per clauſulas generales ſatis fuiſſe derogatum alternatiuè.

Ex Annotationibus R. P. D. Coccini Rotæ Decani. Annot. 149. libro 7.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Rotæ ſucceſſor reaſſumit cauſas originarias Auditoris anteceſſoris.*

2 *Cauſæ Rotæ Auditoribus tribus modis cõmittuntur, & quibus.*

3 *Commiſsio generalis nouo Rotæ Auditori aſſumpto, præſentatur, ſupplicantibus Notarijs.*

4 *Commiſsio quando Auditori Rotæ tanquam Auditori, vel tanquam Prælato directa dicatur.*

5 *Auditore ſeruato termino ad ſententiam, vita functo, vel promoto, alij ſententiam, etiam parte non citata ſubſcribunt.*

6 *Clauſula, firmo remanente Notario, ſtat demonſtratiuè quod cauſa ſit extra Rotam Auditori commiſſa.*

7 *Clauſula cum facultatibus Auditoris Cameræ quid operetur in Rota, & extra.*

8 *Commiſsio reaſſumptionis cauſarum nouo Rotæ Auditori conceſſa, alijs Auditoribus concurrentibus diſtinguendo declaratur.*

Proceditur in cauſis non diſputatis coram Auditore à quo auocantur, ibi numero 9.

R. P. D. Philippus Pirouanus Rotæ Auditor Mediolanenſis fuit ſubrogatus in locũ bonę memorię Scotti, qui fuerat ſubrogatus in locum bonæ memoriæ Littæ, cui Domino Littæ fuit reſcriptum in certa Commiſſione de ſecunda parte, videlicet, ſi magis placet præuia auocatione à quibuſcunque Iudicibus,etiam Rotæ Auditoribus,cõmittãtur omnes cauſæ, tam ordinariæ, quam executiuæ,& tam motæ,quam mouendæ actiuè, & paſſiuè hinc inde, in ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, necnon quam,& quas,&c.inter illos de Grandis Leliam Maſſam de Grandis eorum Matrem,Balduinum Maſſam,& filios,& hæredes q. Matthæi Maſſæ, & Petrum Valentinum, Alexandro Littæ Rotæ Auditori, de partium conſenſu electo, qui quo ad cauſas executiuas procedat vti deputatus ab Aud.Cam.cum parricipatione Rotæ, videlicet ſine arbitrio ſuo,& cum facultatibus eiuſdem Aud. Camer. firmis remanentibus Notarijs eiuſdem Aud.Cam.in dictis cauſis executiuis tãtum,omni,& quacunque appellatione remota, tam quoad cauſas executiuas, quam ordinarias, ferijs non obſtantibus,&c.

Et hęc commiſſio fuit præſentata in actis,& coram Notario Littæ,qui cum obijſſet fuit in eius locum ſubrogatus Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus meus Cardinalis Lancellotus, tunc Rotæ Auditor, qui diſputauerat in cauſa, quo promoto ad Cardinalatum, eius locum in Rota obtinuit Dominus Veroſpius, & per dictam promotionem ad Cardinalatum, fuit ſubrogatus in hac cauſa Reuer.P. D.Manzanedus; Vnde hodie Lunæ 25.Octobris 1613. fuit dubita-

bitatum in hac cauſa Romana executionis Cameralis obligationis, an eſſet cognoſcenda per Dominum Veroſpium ſubrogatum in locum Auditoris Illuſtriſſimi Lancellotti, an per Dominum Manzanedum ſubrogatum in hac cauſa, in locum dicti Illuſtriſſimi Lancellotti, an vero per D. Pirouanum, ſubrogatum in locum bon. mem. Littæ.

1 Et quantum attinet ad D. Veroſpium, cauſa non ſpectabat ad ipſum, quia non erat originaria D. Lancellotti, ipſe verò vigore Commiſsionis generalis reaſſumpſit tantummodo cauſas originarias Domini Lancellotti, neque ſuffragabatur, quod Dominus Lancellotus diſputaſſet in cauſa, quia ſecundum ſtylum Rotæ, hoc ſuffragabatur, ne cauſa poſſet auferri à dicto Illuſtriſſimo Lancellotto à ſubrogato Littæ, quia ipſe erat informatus, non autem quod deberet ſpectare ad eius ſucceſſorem, qui non eſt iuformatus, ita vt ſubrogatus Littæ, vel alius, ad quem de iure ſpectaret cognitio cauſæ, non poſſet illam reaſſumere.

2 Difficultas ergo reducitur, an cauſa ſpectet ad Dominum Manzanedum, vel ad Dominum Pirouanum, & pro reſolutione eſt notandum, quod triplici modo committuntur cauſæ Auditoribus, primo modo Auditori tanquam Auditori, & iſtæ cauſæ ſunt illæ, quibus deſcribuntur per turnum, & in quibus Notarij Rotæ ſcribunt. Secundo, Auditori tanquam Auditori, ſed extra Rotam, & in iſtis etiam Notarij Rotæ ſcribunt. Tertio modo Auditori tanquam Prælato, & in iſtis non ſcribunt Notarij Rotæ, ſed vel Notarius Archiuij, vel Auditoris Cameræ, ſi ab ipſo eſt deputatus.

3 Hoc ſtante, Commiſſio generalis, quę præſentatur Auditori nouo, de qua per Puteum deciſ. 338. lib. 1. ſecundum nouam impreſſionem, præclariſſimi Aduocati Domini Franciſci de Rubeis, & exemplum huius Commiſſionis, habes ſupra annotatione 50. lib. 6. Incipit hæc cauſa Bononienſi Laudi, reaſſumit omnes cauſas tam Rotales, ſcilicet, quæ committuntur Auditori in Rota, quam extra Rotam, ſcilicet quæ committuntur Auditori tanquam Auditori extra Rotam, non tamen illas, quæ cõmittuntur Auditori tanquam Prælato, per verba illa, Dignetur S. V. omnes, & ſingulas cauſas Beneficiales, ciuiles, aliaſque, tam generales, quam ſpeciales, & extra Rotam Commiſsarum, &c. & in quibus deuotiſſimi Sanctitatis Veſtræ Oratores N.N. N. N. eiuſdem Palatij cauſarum Notatij ſcribunt, &c. & merito, quia Auditori tanquam Auditori datur ſucceſſor, non autem Auditori tanquam Prælato. Et propterea ex iſtis ſequitur, quod iſta cauſa ſit Domini Pirouani, quia eſt commiſsa Auditori, tanquam Auditori extra Rotam, non tanquam Prælato, quod patet ex eo, quia Commiſſio eſt præſentata Notario Rotæ, & Domino Littæ fuerunt commiſſæ omnes cauſæ, tam motæ, quam mouendæ, vnde cum Commiſsio fuerit præſentata Notario Rotæ, cui fuerat data Commiſſio, & in iſtis cauſis commiſſis Auditori tanquam Auditori, ſi Audi-
5 tor promoueatur ad Cardinalatum, aut Epiſcopatum, aut obierit poſt ſeruatum terminum pro ſeruato, alij Auditores ſubſcribunt abſque alia citatione. Puteus dicta deciſ. 338. lib. 1. & regulariter Decanus ſolet ſubſcribere per hæc verba, ita pronunciauit bonæ mem. Franciſcus Pennia Rotæ Decanus, & ego Ioan. Baptiſta Coccinus Rotæ Decanus, ſubſcripſi, vel ita pronunciauit Reuerendiſſimus Dominus Ludouiſius Archiepiſcopus Bononien. Rotæ Locumtenens, & ego Ioan. Bapt. Coccinus Rotæ Decanus ſubſcripſi.

6 Neque obſtat, quod Commiſſio generalis dicat, & in quibus deuotiſſimi Sanctitatis Veſtræ Oratores N.N. N.N. Notarij Rotæ ſcribunt, &c. in cauſis autem executiuis fuerit dictum, firmis remanentibus Notarijs Aud. Cam. quia verba illa, & in quibus, &c. ſtant demonſtratiuè ad cauſas commiſsas Auditori tanquam Auditori, etiam extra Rotam, non autem ad cauſas commiſsas Auditori tanquam Prælato. Et cum ex præſentatione facta Notario Rotæ, conſtet cauſas fuiſse commiſsas Auditori tanquam Auditori extra Rotam, non obſtat quod Notarij Aud. Cam. ſcribant, quia

hoc

hoc obuenit per accidens, quia Papa volult facere hanc gratiam parti; & ideo non alterat naturam commiſſionis cauſæ, quia accidentia, & cauſalia non mutant naturam rei. Abbas conſ. 62. numero 8. in fine, & numero 9. verſ. de iure communi, & numero 10. & 15. in fine, verſ. non obſtat, & num. 16.

7 Minus etiam facit, quod cauſa fuerit commiſſa bonæ memoriæ Littæ, tanquam deputato ab Auditore Cameræ, & cum facultatibus Auditoris Cameræ, quia hoc obuenit, vt poſſet procedere executiuè cum facultatibus Auditoris Cameræ, & quotidie cauſæ committuntur in Rota formaliter cum facultatibus etiam Auditoris Cameræ, vt Auditor poſſit procedere, prout poſſet Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum.

Non obſtat, quod quando Dominus Scottus intrauit Rotam, Dominus Lancellottus diſputauerat in iſta cauſa, quæ propterea non fuit reaſſumpta per Scottum ſecundum Rotæ ſtylum, vnde fit, quod cum Dominus Pirouanus fuerit ſubrogatus in locum Scotti, non poſſit reaſſumere iſtam cauſam, quam non habuit Scottus. Nam reſpondetur, quod Commiſſio generalis directa Scotto, prout aliæ commiſſiones generales, comprehendunt omnes cauſas, tam generalium Commiſſionum, quam aliarum particularium quibuſcumque Rotæ Auditoribus commiſſas, & ſic per clauſulam illam, tam generalium, reaſſumit omnes cauſas, ſcilicet illas reaſſumptas ab alijs Auditoribus, vigore Commiſſionis generalis reaſſumptionis cauſarum, & ſic etiam illam cauſam, in qua fuit ſubrogatus Dominus Lancellottus, & quamuis tunc Commiſſio non fuerit operata effectum ſuum ex ſtylo Rotæ, ex quo Dominus Lancellotus diſputauerat, tamen ſublatis impedimentis, ſcilicet creato Cardinale Domino Lancellotto, Commiſſio operatur effectum ſuum, quem licet non potuerit operari reſpectu Scotti defuncti, operata fuit reſpectu Pirouani ſubrogati, qui vigore Commiſſionis Scotti, & vigore ſuæ Commiſſionis ſimul potuit capere prædictam cauſam, quia eius Commiſſio generalis reaſſumit omnes cauſas commiſſas Scotto, in quibus alij Auditores, tam vigore Commiſsionum generalium, quam particularium erant ſubrogati.

Vltimo loco non facit, quod R. P. Dominus Manzanedus fuerit ſubrogatus, quia cum non diſputauerit in cauſis ante præſentatam Commiſsionem Domino Pirouano, ſtylus Rotæ non operatur, quod cauſæ ſint Domini Manzanedi, operatur enim ſolum, quando Auditor ſubrogatus diſputauit.

DECISIONES ILLVSTRISS. & Reuerendiſſimi Dñi Seraphini Oliuarij Razzalij, olim Rotæ Decani, poſtea Cardinalis meritiſſimi.

Ex voluminibus impreſſis excerptas, vt in illis reperiri eas poſſis, hic adſcriptas inuenies.

Aretina Commendæ. diuerſæ ſunt, nempe Deciſ. 750. 761. 764. 766. & 772.
Cadit parte ſecunda, fol. 412. ſub numero 12.

Beneuentana Reſeruationis Beneficij, eſt Deciſ. 1252.
Cadit parte prima, fol. 408. ſub numero 92.

Bononienſis de Budriolis, eſt Deciſio. 279.
Cadit parte prima, fol. 63. ſub numero 121.

Barenſis emolumentorum, eſt Deciſio. 1140.
Cadit parte tertia, fol. 327. ſub numero 2.

Compoſtellana penſionis, eſt Deciſio. 664.
Cadit parte prima, fol. 496. ſub numero 88.

Ciuitatis Caſtelli donationis, eſt Deciſio. 354.
Cadit parte prima, fol. 1284. ſub numero 169.

Fauentina Bonorum, eſt Deciſio. 620.
Cadit parte tertia, fol. 173. ſub numero 92.

Iſpa-

Iſpalenſis iuris nominandi, eſt Deciſio. 923.
Cadit parte tertia, fol. 63. ſub numero 43.
Lunenſis Sarzanenſis penſionis, eſt Deciſio. 1017.
Cadit parte prima, fol. 488. ſub numero 13.
Melitenſis Beneficij, eſt Deciſio. 783.
Cadit parte prima, fol. 399. ſub numero 24.
Narnienſis legitimæ, eſt Deciſio. 511.
Cadit parte prima, fol. 589. ſub numero 146.
Nicienſis Matrimonij, eſt Deciſio. 771.
Cadit parte tertia, fol. 25. ſub numero 37.
Placentina penſionis, eſt Deciſio. 24. & 66.
Cadit parte ſecunda, fol. 416. ſub numero 49.
Romana Cambiorum, eſt Deciſio. 946.
Cadit parte prima, fol. 811. ſub numero 220.
Romana Domus, eſt Deciſio. 478.
Cadit parte prima, fol. 813. ſub numero 33.
Tarraconenſis Villæ de Reus, eſt Deciſio. 1003. 1913. & 1020.
Cadit parte tertia, fol. 35. ſub numero 45.
Valentina Decimarum, eſt Deciſ. 1293.
Cadit parte prima, fol. 928. ſub numero 34.
Viterbienſis Releuationis, eſt Deciſio. 1024.
Cadit parte prima, fol. 926. ſub numero 15.
Vrbeuetana Caſtrorum, eſt Deciſio. 29.
Cadit parte prima, fol. 1168. ſub numero 194.

REFERENDARIOS AB ORDINARIORVM iuriſdictione exemptos fore, communi Patrum ſuffragio, die Sabbati 15. Nouembris 1614. in Signatura S. D. N. Pauli Papæ V. reſolutum fuit.

Quod ad perpetuam memoriam inſerendum duxi, vt ſicut à Referendarijs Opus cœpit, ita de illis loquendo ad Dei Opt. Max. & Glorioſiſſima Virginis Matris laudem finem accipiat.

RO ſub prętextu, quod R. P. D. Hieronymus Leyua Cordubeñ. Vtriuſque Signaturæ Referendarius, ac Eccleſiæ Hiſpalenſis Canonicus, in aliquibus reus foret, prætendebat R. P. D. Archiepiſcopus Hiſpalenſis cõtra ipſum procedere; ſed habito recurſu ad Nuntium in Hiſpanijs degentem, illi inhiberi obtinuit. At præcibus in Signatura S. D. N. Pauli Papæ V. per R. P. D. Baptiſtam de Signis Nobilẽm Bononiẽſem, inſtante promotore dictæ Curiæ, in quibus à Nuncio auocari cauſam, ſiue cauſas petebatur, & eidem Ordinario remitti delatis, pro illarum iuſtificatione, adducebatur primò, tex. in cap. cum Cappella, de priuil. vbi, licet Canonici priuilegijs eſſent Apoſtolicis muniti, tamen ab alijs Ordinarijs, in quorum diœceſibus habebant parrochias, illos puniri poſſe, textus dicit, quod à Tridentino Concilio confirmatum aſſerebatur. Merito D. Leyuam, non ſolum vti Canonicum, ſed vti ex iuramento præſtito, dum Canonicatus poſſeſſionem cœpit, aſtrictum, de ſtatutis Eccleſiæ ſeruandis, puniri ab Ordinario poterat, vt Rota cenſuit coram Illuſtriſſimo Seraphino. De Salamantino Scholaſtico, priuilegijs munito, quod nihilominus ab eius Epiſcopo puniri valeret, in Deciſ. 595. inter impreſſas. Quo verò ad priuilegia (alijs antiquioribus prætermiſſis) Pauli III. & Sixti V. vel illa per Concilium Tridentinum ſublata, vel intelligẽda iuxta cap. 1. de Priuil. aſſerebatur de Referendarijs actu in Rom. Cur. tanquam familiaribus Papæ inſeruientibus, ſicq; illis abſen-

abſentibus,ceſſantē priuilegij cauſa ceſſare debebat pariter & priuilegium, Felin. in 2. Proh.decret. n.42. Bero. conſ.24.n.5.vol.1.Rot.diuerſ.decil.70. p. 1. & coram, D. Gipſio in Vicen. prę̨heminentiarum 27.Aprilis 1594.Itaq.ſi tanquam Canonicus deliquit,locus dabatur, diſpoſitioni alleg.c.cum cappella. Tāto magis quia ex Priuilegio Pauli iij. non tollebatur aliud antiquus Iulij ij. Archiepiſcopò cōceſſum ampliſſimis clauſulis refertum, ideo vt dictis priuileg.js locus foret reſpectiuæ de reſidentibus intelligenda veniebant.

Oppugnabatur pro parte Domina Leyuæ commiſsio.Ea primum ratione,quia immediate Referēdarij,tam ex Pauli Tertij, quam Sixti V.Priuilegijs, de quibus ſupra fol.20.& fol.33.Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſunt ſubiecti,& ſic Legatis, ac Nuntijs, cap. ſi habentem, de elect. in 6. vbi Franc.ſub num.2.Gamb.de offic. & pot. lega.lib.8.tit.de pot.leg.in reg.exemptos nu.8.Non obſtare Concil. Trid. dicebatur,eo quia ex eius generalitate, non tollebantur Priuilegia Collegio conceſſa, l.3.C.de ſilent.lib.12.Rom.conſ.436. n. 1.&ſeq.& litteræ Sixti V.ſuperuenerant, confirmando priuilegium Pauli Tertij cum clauſula non obſtantibus, quorū tenores,quæ abſq.ſpeciali mentione derogationem operantur, Rota coram Illuſtriſſimo Lancellotto in illa Papienſis Fructuum 12.Februarij 1601. de quo alia non erat mentio facienda in priuilegio contrarium diſponente Rota coram D. Ortembergo in Feren. penſionis 23. Ianuarij 1602.& coram D. Iuſto in Campanienſis penſionis 25.Iunij 1609. Iuramentum tamquam Canonico præſtitum pro obſeruatione priuilegiorum Eccleſiæ reſpondebatur,quod per ea,quæ concernunt præfata Pauli, & Sixti priuilegia non obſtabat, quia dictum priuilegium rebus ſic ſtantibus procedit, excepta ſemper Papæ authoritate, cuius poteſtas non arctatur,Rot.deciſ. 1. num.2. & per tot. de iur. iur.in nou.Et cum eo præſtito D.Leyua fuerit creatus Referēdarius, illo priore non afficitur, cum Motu proprio Sixtus V. exemptionem declarauerit, nec ſubijcitur ordinario, niſi circa ſeruitiū,& Ritus Eccleſiæ cōcernentibus, c. 1. §.in eos,de priuil. in 6. vbi Gemin. num.3.Couar.pract.qq.cap.11.num.10. Vlterius priuilegium Iulij,non capere collegiū exēptum,nec collegiales dictū fuit Rom.conſ.436.num.1. & ſequ. & indultum intelligi debet iuxta cap.1.§. in eos, de priuil.quia a iure interpretationem recipit.

Mandante Sanctitate Sua per Dominos ſuffragia dari, vnanimi conſenſu ab Ordinariorum iuriſdictione Referendarios, tam in ciuilibus,quam criminalibus cauſis, exemptos fore concluſum fuit,primo ex regula, quod exemptorum nullus eſt iudex præter Papam,Oldr. conſ.172.nu. 13. Innocen. in cap. ex parte, num. 3. de verb.ſignif.ob id quicquid in odium priuilegiorum,de quibus Ordinarius ſcientiam habebat, factum fuit,attentatum dicebatur,cap.olim, vbi Gloſſ. in verbo inceptum, & Abb. num. 7. de Accuſat. Verba etenim priuilegii Pauli Tertij ſunt clara.

De his priuilegijs Referendariorum meminit Illuſtriſs.D. Cardinalis Tuſchus Pract. concl. Iur.Tom.6. fol.869.concl. 79.in verbo Referendarij, num. 3. Ideo cum,& perſonis, & cauſis ſit conceſſum late interprætandum venit, Oldr. conſil. 322.circa med.verſ. nam non eſt reſtringendum,& cum ſupradicta verba clara ſint,non veniunt in dubium refricanda, Gram.conſ.21.nu.14.l.ille, aut ille §. cum in verbis,ff.de leg.3 Maxime cura ob labores,ac ſeruitia, quæ continue de proprio erogando huic Sanctæ Sedi impendunt,talibus prærogatiuis, & priuilegijs iterato a tot Summis Pontificibus Digni proprio Motu declarati ſint in eo conſeruandi veniunt, Bald.in l. ſi cum mihi, de donat.Ruin. conſil.217. n. 7. volum. 1. Rota coram Illuſtriſſimo Seraphino inter impreſſ.deciſ.r271.Et cum ſit iſtud poſterius priuilegio Iulij Secūdi illud ſublatū remanet,l.pacta nouiſſima, C.de pact. Tanto magis quia iſta vltima habent clauſulas fortiores, & prægnantiores, nempe non obſtantibus, quorum tenores, Rota coram eodem Illuſtriſs. Seraphino in vna Aſtoricenſis Archidiaconatus 19.Martij 1576.ac publicam reſpiciant vtilitatem,Rom.conſ.436.But. conſil.2. Caſſad. deciſ.38.ſuper reg.Cancel.

Mo-

Mohed.dec iſ.1.de reſcrip. Ad Concil. Tridentinum, dicebant, quod Papa bene habebat illius cognitionem, & iſta poſterius concedendo, illi derogaſſe dicendum eſt dare etiam, quod de illo mentionem non fecerit. Quod ſolum exiſtentes Referendarij in Rom. Cur. Priuilegio potiantur, Dominis non fuit viſum releuans; quia in ea præſentes Eugenianæ fauore (de qua ſupra late dixi) gaudent merito extra Curiam vbi ſunt Ordinarij venit intelligendum, vt illis non ſubſint; alias fruſtratorium redderetur, quod eſſe non debet, præcipue, quia Motu proprio cõceſſũ reiterare. Fuit Rota corã Illuſtriſſimo Seraphino in Fauentina Monaſterii 15. Decembris 1603. dict.cap.cum capella, reſpondebatur, verba textus eſſe clara; ac iuri conſona, quod Clericus plura habens beneficia in Diœceſi, vbi ſita ſunt, ab Ordinariis puniatur. Feli.in c. dilectus, el ſecondo in princip.de reſcript. Butr. Abb.& DD.in cap.ex ore, de priuil. Sed caſui noſtro non adaptatur dum Papa diſponit expreſſe, & claris verbis, quę tergiuerſari non poſſunt quo ad exemptione iſtam iuſta cauſa conceſſam, l. officium eleſponte, C. de off.proconſ.Rom. conſ.37.in princ. Quo ad alias vrgentiſſimas clauſulas dictis priuilegiis inſertas, breuitate conſulendo ne tedio, S. D. N. afficeretur quia ex ſe loquuntur, nihil Domini dixerunt.

Cum autem vſu ſemper receptum fuerit ne Referendarij extra Curiam vigore Breuis effecti, pro talibus in numero aſcribantur, niſi à die illius præſentationis in ea, ac ſeruatis de more ſeruandis; Placuit S. D. N. declarando addere, in conſequens, ne Priuilegijs ſupradictis frui poſſint, niſi effectualiter commiſſiones in Signaturis proponendo & Cuiræ inſeruiendo elaborauerint, Bellam.conſ.29.num.9.& per totum.

Sed an Beneficia horum Referendariorum, qui nunquam Curiam Romanam petierunt, ſint affecta. Breui, ex dubio de recenti in Rota reſoluendo, patebit.

FINIS.

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES

IN TOTO VOLVMINE POSITAE.

Index Alphabetico ordine contexte.

A

		Volumina	Num
Litte	ABVLENSIS beneficij, Merc. 26. Iunij 1596.	2.	380
Marquemontio	Abulenſis Cappellaniæ 28. Iunij 1606.	2.	322
Orano.	Abulenſis iuriſdictionis. Ven. 22. Ianuar. 1588.	1.	609
Sacrato	Abulenſis penſionis 24. Aprilis 1606.	1.	513
Litte	Abulenſis penſionis Ven. 27. Ianuarij 1600.	1.	514
Pirouano	Abulenſis penſionis. Merc. 15. Decembr. 1610.	1.	535
Illuſtriſs. Pamphilio	Abulenſis penſionis Lunæ 11. Maij. 1597.	1.	541
Sacrato	Abulenſis penſionis. Lunæ 20. Nouembris 1606.	1.	609
Eodem	Abulenſis penſionis. Lunæ 11. Martij 1607.	2.	322
Illuſtriſs. Lancellotto	Acheruntina fructuum. Ven. 25. Aprilis 1600.	1.	630
Sacrato	Agienſis penſionis. Vener. 2. Decembris 1611.	1.	610
Coccino Decano	Agrigentina ſancti Angeli. Ven. 30. Aprilis 1614.	1.	955
Illuſtriſs. Arrigonie	Albiganenſis Cappellaniæ. Ven. 15. Maij 1592.	1.	147
Marquemontio	Alexanenſis penſionis. 12. Februarij 1610.	3.	660
	In eadem 20. Februarij 1606.	3.	354
Coccino	Amerina ſpolij. Merc. 9. Ianuarij 1608.	3.	92
Manzanedo	Anagnino vſurarum. Merc. 9. Martij 1607.	3.	301
Coccino	Anconitana aſſecurationis 1. Iunij 1602.	1.	732
Cypſio	Anconitana aßecuationis iudicij. Merc. 19. Iunij 1595.	3.	54
Illuſtriſs. Seraphino	Anconitana attentatorum Lunæ 12. Februarij 1580.	1.	877
Ludouiſio	Anconitana attentatorum Ven. 27. Nouembris 1609.	2.	584
Orano.	Anconitana alimentorum Merc. 14. Decembris 1585.	1.	1171
Pirouano	Anconitana bonorum. Ven. 12. Ianuarij 1607.	6.	159
Ludouiſio	Anconitana bonorum. Lunæ 16. Februarij 1609.	2.	241
Eodem	In eadem coram eodem Lunæ 29. Nouembris 1610.	2.	141
Perouano	Anconitana bonorum Ven. 4. Martij 1613.	2.	243
Eodem	In eadem 26. Iunij 1613.	2.	243
Litte	Anconitana bonorum 26. Iunij 1604.	1.	988
Illuſtriſs. Millino	Anconitana cenſuum. Ven. 24. Maij 1613.	2.	57
Illuſtriſs. Lancellotto	Anconitann compromiſsi Lunæ 28. Ianuarij 1613.	1.	1128

Deciſionum.

Vbaldo	*Anconitana compromiſsi* Lunæ 10. *Iunij* 1602.	1.	1134
Illuſtriſs. Millino	*Anconitana* Dotis 28. *Iuny* 1601.	1.	740
Illuſtriſs. Millino	*Anconitana Dotis* 3. *Aprilis* 1609.	2.	57
Illuſtriſs. Lancellotto	*Anconitana fideicommiſsi*. Lunæ 8. Martij 1599.	1.	917
Sacrato	*Anconitana mercium*. *Ven*. 20. Decembris 1601.	1.	1199
Illuſtriſs. Pamphilio	*Anconitana pecuniaria*. Lunæ 23. *Maij* 1587.	3.	97
Buratto	*Anconitana pecuniaria*. Lunæ 27. *Iuny* 1614.	2.	565
Ludouiſio	*Anconitana attentatorum Ven*. 27. Nouembris 1609.	2.	584
Sacrato	*Anconitana ſpolii* Merc. 9. Iunii 1610.	2.	235
Coccino.	*Annotationes* R. P. D. Coccini Rotæ Decani lib. 5. Annotationum.	1.	1264
Coccino	*Annotationes* R. P. D. Coccini Rotæ Decani circa Aylum Rotæ in ſubrogandis Auditoribus illiſque qui fuerint promoti abſentes Mortui &c. Annotat. 50. lib. 6.	1.	1335
Coccino	*Annotationes* R. P. D. Coccini Decani lib. 2. Annot. 52. lib.	2.	157
Coccino	*Annotationes* R. P. D. Coccini Decani lib. 2.	2.	607
Illuſtriſs. Seraphino	*Aquilana beneficii* Ven. 11. Decembris 1579.	1.	276
Manzanedo	*Aquilana beneficiorum* Ven. 19. Decembris 1608.	1.	422
Peniæ	*Aquilana beneficij, ſiue Archipresbiteratus* 28. Maii 1599.	1.	989
Peniæ	*Aquilana cappellaniæ* 14. Iunii 1593.	1.	367
Illuſtriſs. Blanchetto	*Aquilana canonicatus* 6. Decembris 1586.	1.	374
Comitulo	*Aquilana iuriſpatronatus* Ven. 22 Iunii 1588.	1.	131
Illuſtriſs. Lancellotto	*Aquilana iuriſpatronatus* Merc. 7. Nouembris 1601.	1.	434
Illuſtriſs. Pamphilio	*Aquilana iuriſdictionis* Ven. 30. Martii 1607.	1.	989
Sacrato	*Aquilana penſionis* 2. Decembris. 1611.	1.	609
Orano	*Aquilana vnionis* Ven. 20. Decembris 1596.	1.	441
Manzanedo	*Aquinatenſis, ſeu nullius beneficiorum* 16. *Decembris* 1605.	2.	436
Illuſtriſs. Lancellotto	*Aquenſis penſionis*.	1.	989
Sacrato	*Aquenſis penſionis* Lunæ 19. Martii 1612.	3.	27
Gypſio	*Aretina, ſiue Montis Politiani* Ven. 3. *Decembris* 1593.	1.	436
Iuſto	*Aretina penſionis* Ven. 24. Maii 1599.	1.	515
Litte	*Aretina penſionis* Ven. 20. Februarii 1598.	1.	548
Iuſto	*Aretina penſionis* Ven. 20. Aprilis 1598.	1.	636
Illuſtriſs. Millino	*Aretina penſionis* 28. Iunii 1600.	1.	558
Coccino	*Aretina ſpolii* Mercurii 9. Ianuarii 1604.	3.	92
Illuſtriſs. Blanchetto	*Arriancuſis tertiæ partis punctorum* 5. Iulii 1574.	1.	149
Illuſtriſs. Seraphino	*Ariminenſis reſciſsionis tranſactionis* Ven. 28. Maii 1590.	1.	185
Sacrato	*Ariminenſis reuolutionis* Lunæ 16. *Februarii* 1609.	1.	959
Bubalo	*Ariminenſis bonorum* Lunæ 27. *Octobris* 1586.	1.	1034
Orano	*Aſculana penſionis* Lunæ 28. Iunii 1593.	1.	516
Litte	*Aſculana bonorum* Lunæ 3. Martii 1597.	2.	251
Sacrato	*Aſculana predij* 22. Iunii 1601.	3.	46
Illuſtriſs. Lancellotto	*Aſiſienſis iuriſpatronatus* Merc. 7. Nouembris 1601.	1.	454
Sacrato	*Aſſienſis penſionis* Ven. 2. Decembris 1611.	1.	610
	In eadem 21. Iunii 1607.	1.	610
Iuſto	*Aſiſienſis* Canonicatus 16. Iunii 1595.	2.	84
	In eadem 5. Iunii 1595.	2.	149
Orano	*Aſiſienſis ſubhaſtationis* Ven. 15. Nouembris 1596.	3.	47
	In eadem Ven. 2. Maii 1592.	1.	1244
Litte	*Aſtoricenſis prioratus* Lunæ 9. Nouembris 1596.	1.	444
Illuſtriſs. Lancellotto	*Aſtoricenſis archidiaconatus* Merc. 6. Nouembris 1602.	1.	374
Illuſtriſs. Seraphino	*Auximana bonorum Lunæ* 21. Nouembris 1580	1.	105
	In eadem Lunæ 1. Februarii 1580.	1.	115
Iuſto	*Auximana ſocietatis Ven*. 3. Martii 1595.	1.	748
Illuſtriſs. Seraphino	*Auximana dotis* 14. Martii 1578.	2.	248
	In eadem 15. Maii 1581.	3.	95
Coccino	*Auximana bonorum* Lunæ 19. Ianuarii 1604.	2.	97
Illuſtriſs. Lancellotto	*Auximana hereditatis de ruſinis* 8. Martii 1606.	1.	173
	In eadem 12. Decembris 1608		
Illuſtriſs. Millino	*Auximana bonorum* Ven. 2. Iunii 1595.	1.	867
Illuſtriſs. Pamphilio	*Aurienſis matrimonii* Lunæ 12. Decembris 1605.	1	135
Illuſtriſs. Lancellotto	*Aurienſis parrocchialis* 27. Aprilis 1599.	1.	436

Auel-

Gypſio	*Auellana vnionis Luna 23. Iunii 1597.*	1.	145
Sacrato	*Auerſana cappellæ Merc. 14. Martii 1607.*	3.	105
Peniæ	*Aurienſis parrocchialis Luna 1. Iulii 1592.*	2.	471

B

Illuſtriſs. Pamphilio	*BAlneoregienſis bonorum 30. Octobris 1589.*	2.	152
Canalerio	*Barenſis fructuum Ven. 2. Iunii 1610.*	3.	388
